Vſufructuarius quando has cautiones teneatur præſtare, & quod ante earum præſtationem proprietarius non cogatur eidem rem uſufructuariam tradere, quin imò jam traditam ab eodem poſsit vindicare 1045. 40. & 1071. 1

Vſufructuarius an ante præſtitam cautionem fructus faciat ſuos 1045. 40

Vſufructuarius ob non præſtitam cautionem non privatur uſufructu 1045.40

Vſufructuaria cautio an ſit de ſubſtantia uſusfructus 1045. 42. & 1070 3

Vſufructuaria cautio an per fidejuſſores, an per pignora, an verò juratò fieri poſsit 1046 43

Vſufructuaria cautio quibus in caſibus uſufructuario ſit remiſſa. 1047. 44. & 1048. 46. & ſeq. qui limitantur 1050. 50

Vſufructuariam cautionem an teneatur præſtare mater, quæ ad ſecunda vota tranſiens habet uſumfructum in bonis à primo marito lucratis, reſervata proprietate liberis ejuſdem matrimonij 1047.45

Vſufructuaria cautio an à teſtatore, vel herede poſsit remitti 1048 48. & ſeqq. & 1069. 3 & 1072.6

Vſufructuario an poſsit à teſtatore remitti bonorum deſcriptio 1048.48

Vſufructuaria cautio communis quid differat à cautione quaſi uſusfructus 1050. 51. & ſeqq.

Vſufructuarij conditionem proprietarius non poteſt proprietatem oppignorando, colendo, aut aliud quid in ea faciendo deteriorem facere 1051.55

Vſufructuarius an & quatenus ſit dominus uſusfructus 1052.56

Vſufructuarius quas habeat actiones pro uſufructu ſuo cum adverſus proprietarium, tum alium quemvis 1054.59

Vſufru-

Vſufructuarius an lucretur theſaurum in fundo uſufructuario repertum, & quatenus eidem cedat alluvio fundo iſti facta, nec non auri, argenti, cretave fodinæ, ac lapicidinæ 1053.57

Vſufructuarius proprietatem alienare, pignorare, præſcribere, aut mutare nequit 1053.57.& 1085.1 bene tamen uſumfructum ſuum 1078.1.& 1086.2

Vſufructuarius quas impenſas in rem uſufructuariã factas, quæq; alia onera ferre cogatur 1053.58.& 1079.1

Vſus & uſusfructus ædiũ quid differat ab habitatione, ac quibus modis hæc amittatur 1056.63

Vſusfructus quibus modis amittatur 1061.71.& 1090.1.& 1091.2.& 1096.9

Vſufructu ſuorum bonorum à marito uxori relicto an eidem debeatur verus uſusfructus, an vero ſaltem alimenta 1069.1.& 1076.2

Vſufructu omnium bonorum à marito uxori relicto uſusfructus non debetur de legitima liberorum 1076.1. quod limitatur 1077.4

Vſufructuarius ſicut non tenetur debitoribus hereditariis cautionem offerre, ita nec ab iiſdem debita exigere poteſt, ſed eadem ab herede, cui à debitoribus ſoluta ſunt, poſt oblatam cautionem petere non prohibetur 1070.4

Vſufructuarius an cautionem heredi offerre teneatur, an vero expectare debeat, donec ille eandem exigat 1071.5

Vſufructu omnium bonorum legato duplex debetur cautio ab uſufructuario 1069.4

Vſusfructus morte proprietarii nunquam tollitur, quantumvis Accurſius idipſum nonnunquam fieri contendat 1074.1

Vſufructuaria cautio ultrò quidem ante uſusfructus quaſi traditionem præſtari poteſt, non tamen ante poteſt ab invito uſufructuario extorqueri 1075.1

Vſufructuario an ante cautionis præſtationem competat pro vindicando uſufructu actio adverſus proprietarium 1075.2

Vſufructuario mortuo cui lucro cedant fructus pendentes tam de jure civili, quã Saxonico 1077.3

Vſufructuarius uſumfructum ſuum in dotem dare non prohibetur 1078.1

Vſufructuarius non modo rei uſufructuariæ onera ferre, ſed & eandem ſuis impenſis ſartam tectam præſtare tenetur 1079.1. quod limitatur 1080.3.& ſeq.

Vſufructuarius magnas impẽſas pro rei vetuſtate collapſæ reſtauratione factas à proprietario repetere poteſt actione negociorum geſtorũ, modo tamen prius probet, ſe ultra debitum erogaſſe 1080.4.& ſeq.

Vſufructuarius an & quatenus ſit procurator proprietarii 1081.5

Vſufructuarius vel ejus heres proprietatem præſcribere nequit 1082.1. quod tamen ex Accurſii ſententia limitatur 1083.3

Vſufructuarius uſumfructum ſuum alteri elocare poteſt, hic tamen ſecundus, cui ille elocatur, jure [illegible] 1116.[illegible]

Vſusfructus [illegible] ad [illegible] certæ ætatis, vel eventum [illegible] conditionis non perit morte uſufructuarii, ſed tunc de[illegible] ubi tẽpus vel cõditio evenerit [illegible] 1

Vſusfructus per ſervũ domino acquiſitus finitur domini morte, non ſervi 1091.2. cujus juris ratio redditur ibid. n.4.

Vſusfructus per filium patri acquiſitus finitur morte filii, non patris 1092.3

Vſusfructus quanto tempore præſcribatur 1094.8

Vſufructuarius quatenus poßideat 1095.6

Vſufructuarius an ſervitutem in re uſufructuaria alteri conſtituere poßit 1[illegible]24.3

Vtẽſilia, res expeditoriæ, & victualia intra quod tempus à morte defuncti ſint petenda 924.38

Vtile verbum quid in jure ſignificet 729

Vxor an & quatenus dotem neceſſario dare cogatur 885.4

Vxor an omnia ſua bona in dotem dare teneatur 816.5

Vxor omnia ſua bona in dotem dans, eandem poteſt revocare propter ſupervenientiam liberorum 900.61

Vxori non tantum alimenta, ſed verus uſusfructus debetur, ſi maritus exiſtentibus liberis eidẽ ſuorum bonorum uſumfructum reliquit, ſicut contra marito quoque debetur verus uſusfructus, ſi eidem uxor ſuorum bonorum uſumfructum reliquit 1069.1.& 1076.2

FINIS.

Matthæi VVeſenbecii IC.

COMMENTARIA

IN LIBRUM TERTIUM CODICIS IUSTIN.

BIBLIOTECA N. ROMA VITTORIO EMANUELE

DE IUDICIIS.

TIT. I.

S. V M M A R I A.

1. *Continuatio hujus libri ad præcedentes.*
2. *Ratio continuationis.*
3. *Titulos aliquos in jure noſtro dari generales contra Cuiac. demonſtratum.*
4. *Ratio ordinis titulorum ſubſequentium.*
5. *Methodo compoſitiva, ac definitiva, ut in aliis; ita & in hoc opere utitur author.*
6. *Definitio nominis in quolibet tractatu præmittenda.*
7. *Ea ſecundum authorem duo continet.*
8. *Inde primum duplex judicij notatio explicata; una Iſidori, altera Varronis, n. 9.*
10. *Deinde multiplex judicij ſignificatio remiſſivè oſtenſa, quæ maxima ſui parte eſt tropica n. 11.*
13. *Iudicium propriè ſumtum ſignificat actum judiciarium & n. 17.*
14. *Impropriè acceptum per ſynecdochen refertur ad locum, in quo jus redditur. n. 12 & ad ſingulas nonnullas actus illius judiciarij partes n. 15. 16 17.*
18. *Iudicium in proprio ſuo ſignificatu (ut hic ſumitur) differt ab inſtantia, cauſa, controverſia, lite n. 21. 22. 23.*
19. *Inſtantia quid?*
20. *Sicut ea, quæ ſunt inſtantiæ, per appellationem pereunt; ita econtra ea, quæ non ſunt inſtantiæ, cuiuſmodi eſt litis cōteſtatio, & reliqua, quæ eam præcedunt, per appellationem non perimuntur, ſi in prima inſtantia intervenerint, nec reſuſcitantur, ſi in prima inſtantia fuerint omiſſa. Guaranda cur in inſtantia appellationis non præſtetur?*
21. *Cauſa quid?*
22. *Controverſia quid?*
23. *Litis verbum generale, ac ſpeciale n. 24.*
25. *Renunciare liti, & renunciare inſtantiæ differunt, ſicut etiam abſolvi ab inſtantia, & abſolvi à lite, judicio, vel cauſa n. 26.*
27. *Definitio judicii vulgata non tantum tàm cum communi ſchola n. 28. quàm ſingulariter propugnatur, n 29. ſed etiam contra Marant. defenditur n. 30.*
31. *Referuntur variorum variæ judicij definitiones. n. 32. 33 34. 35. 36.*
37. *Authoris definitio cauſalis, & eiuſdem expedita interpretatio. n. 38.*
39. *Iudicij propria à cauſa efficiente, item à forma n. 40. 41. ab effectu, n. 45.*
40. *Iudicium eſt individuum. & quo reſpectu.*
41. *Iudicium oportet eſſe iuſtum, æquum & æquale, ut quod uni litigatorum licet, alteri non denegetur.*
42. *Ratio, cum limitatione n. 43. ubi explicatur, quo ſenſu nunc actoris, nunc Rei partes ſint favorabiliores.*
44. *Iudicium debet eſſe purum, non conditionale.*
45. *Iudicium quoad inſtantiam de iure civili eſt temporale, & n. 137 quoad litem verò, & cauſam eſt perpetuum, De jure Canon. etiam quoad inſtantiam eſt perpetuum. n. 46.*

n. 46. ubi diſceptatur, cujus juris diſpoſitio potius ſit ſequenda.

46. Si jus Canonicum contradicit juri civili in materia concernente peccatum, tunc in utroq; foro ſervandum eſt ius Canonicum, ſi verò in materia indifferenti, tunc hoc in terris Eccleſiæ, illud in terris Imperij attendendum.

Quando alterutro vel civili, vel Canonico jure expreſſè quid reperitur deciſum, altero verò dubium, aut nō expreſſum, tunc in utroq; foro ſequenda eſt expreſſa juris diſpoſitio,

47. Inſtantia appellationis utroq; jure tàm Canon: quàm civili regulariter eſt annalis, nonnunquam tamen biennalis.

48. Diviſio judicij ſumma duplex proponitur. & nu. 92.

49. Illud enim primò, ut totum, ratione ſuarū partium integrantium in inſtantiam primam, & ſecundam dividitur.

50. Vtraq; inſtantia rurſus in tres partes principales ſecatur.

51. Prima pars principalis tria habet membra.

52. Primum membrum iterum à Marant. in decem diducitur actus, qui explicantur nu. 53 54. 55. 56. 57. 58 60. 61. 62. 66.

53. Citatio eſt judicij fundamentum.

54. Contumaciæ pœna tàm de jure veteri, quàm hodierno quæ?

55. Actor libellum offerre poteſt, ſive reus comparent, ſive non

56. Reconventio quando ſit facienda.

57. Laudatio authoris, ſeu denunciatio litis, quo tempore fieri debeat, & ea quid?

59. Nominare dominum, cuius nomine res poſſidetur, & laudare authorem ſuū quid differāt?

Nominatio authoris eſt exceptio dilatoria, & proinde ante litem conteſtatam proponenda.

Reo non probante exceptionem nominationis, ab eodem propter mendacium transfertur poſſeſſio in actorem.

Actione reali conventus, ſi rem iſtam nomine alterius, non ſibi, poſſidet, nec tamen authorem ſuum nominat, ſed litem cum actore, non oppoſita exceptione nominationis authoris, ſuſcipit, condemnatur tanquam verus poſſeſſor, licet citra authoris ſui præiudicium.

61. Interrogationes in jure an hodiè ſint ſublatæ?

62. Exceptiones dilatoriæ, ſicut & peremptoriæ, vim dilatoriarum habentes, ante litis conteſtationem ſunt opponendæ, quod tamen limitatur ibid. & n. ſeq & quænam ſint poſterioris generis exceptiones oſtenditur.

63. Dilatoriarum exceptionum tria ſumma ſunt genera. & n. 64. 65.

64. Legitimatio perſonarum quatenus in quolibet judicio neceſſaria.

Except o excommunicationis, & banni ſunt anomalæ, & in quacunq; litis parte poſſunt in iudicium deduci.

65. Exceptio inepti libelli, ſicut & qualibet alia proceſſum retrò annullans in quacunq; litis parte opponi poteſt.

67. Compromiſſum, dilatio, & comparitio in termino, ad primum iudicij membrum noſtris moribus referuntur. & n. 71

68. Iuramentum calumniæ generale, an & primū, an verò ad ſecundum judicij membrum pertineat?

69. Mediæ partis principalis judicij membra numerantur ſedecim, quæ referuntur n. 70. 71 73. 74. 76. 77. 78. 80. 81. 82. 83. 85. 86. 87. 88 90.

70. Iuramentum calumniæ generale quando exigatur. & n. 68. ac an remitti poſſit?

72. Si alius eſt ſtylus Curiæ in loco contractus, vel rei litigioſæ, alius in loco judicij, quinam attendendus diſtinctione explicatur.

75. Poſitiones, articuli & capitula quid? ac quid à ſe invicem differant?

Poſitiones an præcedere debeant litis conteſtationem.

Negativa facti non poteſt probari niſi habeat tempus vel locum ſibi adjunctum.

Terminus datus ad capitulandum intelligitur quoque datus ad ponendum, & articulandum.

76. Confeſſio ad articulos cur in actibus iudiciarijs probationi præmiſſa

Excluſa per ſtatutum vel legem probatione, non excluſa cenſetur ea, quæ fit per adverſarij confeſſionē, ſed ſemper parti adverſæ intentionem ſuam per eandem probare licet.

77. Teſtes unà cum articulorum præſentatione ſunt nominandi.

78. Interrogatoria teſtium cur recepta?

79. Articulorum copia communicanda eſt parti, non autem

autem interrogatoriorum, cum annexa diverſitatis ratione.

81. *Iuramentum calumniæ ſpeciale quid? quando i & à quo exigatur.*

83. *Proceſſus partibus etiam abſentibus poſſunt publicari.*

84. *Poſt publicationem atteſtationum teſtes ſuper iiſdem, vel contrariis articulis amplius non recipiuntur, quod limitatur remiſſivè.*

85. *Teſtes incidenter de falſo convicti non puniuntur L. Iulia de falſis.*

89. *Inrotulatio actorum ad mediam judicii partem principalem eſt referenda, & ad eam partes citandæ*

90. *Allegationes, ac diſputationes juris poſt cauſæ etiam concluſionem judici offerri poſſunt, quæ tamen non communicantur parti.*

91. *Tertiæ judicii partis principalis membra ſunt tria.*

92. *Iudicium ex ſpeciebus variè dividitur.*

93. *Iudicii ſpecies ex cauſſa efficiente aliquot diviſionibus explicantur & n. 94. 95. 96 98. 99. 100.*

94. *Iudex cui univerſitas cauſarum eſt commiſſa, in dubio præſumitur eſſe ordinarius.*

Iudices Curiæ Electoralis ac conſiſtorii, an ſint ordinarii, an verò delegati?

100. *Actus voluntariæ juriſdictionis qui? & num. 38.*

101. *Iudicii ſpecies à materia. & n. 105. 106. 109 110. 111. 112. 113. 114.*

102. *Diviſionis illius, qua judicium in civile, & criminale diſpeſcitur, utilitas.*

103 *Actio injuriarum ad palinodiam an ſit civilis, vel criminalis.*

104. *Iudicium mixtum quot modis ab Interpp. dicatur.*

105. *Iudicium criminale differt à capitali, tanquam genus à ſpecie, & capitale judicium quod? ac an damnatio ad perpetuos carceres ſit pœna capitalis, atque quo jure ea ſit recepta?*

106. *Iudicia capitalia ſunt aut actu, aut aptitudine talia, veluti ſunt judicia arbitraria.*

Iudex an pœnas arbitrarias uſq; ad mortem poſſit extendere.

Pœna arbitraria quibus in caſibus irrogetur.

107. *Fuſtigatio, manus abſciſſio an conſtituant judicium capitale?*

108. *Iudicia non capitalia quæ?*

110. *Iudicia non tantum realia, ſed & perſonalia ſunt aut petitoria, aut poſſeſſoria.*

111. *Iudicia univerſalia, ac ſingularia quæ?*

112. *Iudicium conventionale, ac reconventionale quod? ac quod hoc poſterius de jure Sax; non ſit receptum. & n. 56.*

115. *Iudicii ſpecies à forma. & n. 117. 118 119.*

116. *Iudicium ordinarium & extraordinarium ſecundum Iureconſultos, & noſtros Interpp. quod?*

117. *Iudicium ſimplex ac duplex quod, & quis in hoc actor intelligatur?*

120. *Iudicii ſpecies à fine, & effectu, & n. 121. 122. 123.*

124. *Iudiciorum origo.*

125 *Iudiciorum cauſa efficiens remota & propinqua n. 126. impulſiva tàm univerſalis, quàm particularis n. 127. materia circa quam n. 128. & ſeqq. forma, n 133. & ſeqq. finis. nu. 146.*

127. *Denunciatio de ſolvendo debito an adverſario ante judicium inſtituendum ſit facienda, ut poſtmodum de fruſtratoria dilatione accuſari poſſit?*

128. *Pro re minima datur judicium, quod tamen ibid. & n. ſeq limitatur.*

129. *In Camera Imperiali quænam cauſæ pecuniariæ recipiantur.*

130. *Non cujuſvis generis cauſæ in quolibet judicio poſſunt tractari, ſed cuilibet certus eſt aſſignatus forus.*

131 *Iudicia an etiam de quæſtionibus juris inſtitui poſſint?*

133. *Inter formã & ſubſtantiam judiciorũ quid interſit, & an noſtra quoque judicia ſint ordinaria, ac quo ordine ſingulos judiciorũ actus ſibi invicem ſequi, neceſſe ſit, niſi judicia confuſione, aut omiſſione eorũ debeant annullari.*

134 *Omnia judicii acta, in ſcripturam ſunt redigenda, & ſi idipſum judex facere neglexerit, partibus tenetur ad expenſas.*

135. *Iudicia ubi, & quando n. 136. ſint inſtituenda.*

138. *De una eademq; re ſemel tantum agere licet.*

139. *Limitatio cum ſublimitatione.*

140. *Forma probandi acta judiciaria.*

141. *Omnes actus, contractusq; majores momenti in ſcripturam ſunt redigendi.*

142. *Pro judice quatenus præſumatur.*
143 *Acta judicialia cuius ſint fidei, & an contra illa admittatur probatio in contrarium.*
144. *Monumenta publica, & libros civitatum contraria probatione poſſe impugnari contra Mynſing aſſeritur.*
145. *Actis judicialibus incendio, aut quolibet alio caſu deperditis nova probatio ſuper iiſdem recipitur.*
147. *Iudiciorum varij effectus n 148. 149. & ſeqq.*
In actoris eſt arbitrio an litem inſtituere, vel eandem cœptam deſerere velit, inſtantiam verò derelinquere, aut litem in alium transferre nequit.
148. *Iudicij colore multa veſtiuntur, unde confeſſio, & promiſſio apud acta alicui facta, & acceptata magnarum eſt virium.*
149. *Iudicio accepto perpetuantur & tranſmittuntur ad heredes actiones, alioqui perituræ.*
150 *Iudicium eo loci, ubi cœptum eſt, debet finiri, ne continentia cauſæ dividatur.*
151. *Iudicium interrumpit præſcriptionem.*
152. *Iudicium ad quid obliget judicem, ac qua afficiatur pœna, ſi officio ſuo non ſatiſfecerit.*
153 *Iudicium ad quæ obſtringat partes, eorumq́; pœna, ſi contrafecerint, ubi de intellectu illius regulæ:* Victus victori in expenſas condemnatur.
154. *Factum iudicis intelligitur eſſe factum partiũ.*
155. *Iudicatum non egreditur perſonas litigantium, nec res in judicium deductas, & quænam res in judiciũ deductæ eſſe intelligantur n. 132.*
156. *Executio eſt ultimus judicij terminus.*
157. *Iudiciorum adjacentia.*
Stylus Curiæ derogat juri iudiciorum ſcripto.
158. *Iudiciorum affinia, ubi de convenientia arbitriorum & iudiciorum.*
159. *Argumentum à iudicijs ad ultimas voluntates, & contractus, & contra in jure eſt validũ.*
160. *Iudiciorum contraria trium ſunt generum. n. 161. 162.*
Iudicia incipienda quæ impediant.
161. *Iudicia cœpta quibus modis finiantur.*
162. *Iudicia finita ac perfecta quæ annullare ſoleant.*
163. *Generales aliquot regulæ, pertinentes partim ad perſonas, tàm iudicis, quàm litigantiũ, n. 164. partim ad res in iudiciũ deductas n. 165. partim ad actiones explicantur, n. 166.*

EXplicatis † hactenus 1
tàm juriſprudẽtiæ principiis in primo libro, (quæ ſunt leges legum *ut vocat Plato 5. de legib.*) quam judiciorum præparatoriis in ſecundo, ut ſunt quæ naturâ judicii litem cõteſtatam præcedunt, ut editiones, citationes, pacta, tranſactiones, ſtipulationes, reſtitutiones, cõpromiſſa, ſatisdationes & ſimilia judiciorum πρῶτα: progrediuntur juris noſtri compoſitores in hoc tertio ad judicia, quibus jus omne concluditur ac redditur *l. 2. §. deinde 6. de orig. jur. l. nullus, 14. ſup. de Iudæ. c. nonnulli, 28. de reſcript. N. 86. c. Igitur. 1. ut differ. judic. & c. Ariſtot. lib. 5. Ethic. cap. 5.* quæ † tractatio 2
habet rationẽ aliquam methodi compoſitivæ: à primis enim judiciorũ principiis, ut citatione, edicto &c. jus omne per partes & ſpecies ad extrema uſque, videlicet exſecutionem, deducitur. De quibus primum generatim diſputant in hoc generali titulo *de judic.* poſt de ſingulis partibus & ſpeciebus. Licet † enim 3
Cuiac. *lib. 7. obſ. cap. 32.* putet omnes titulos eſſe ſpeciales, & nullos generales: tamẽ & prooemia, contrarium docent, *ut l. 1. de rei vind. l. 1. de reſtit. in integr. l. 1. de teſt. l. 1. de interdict. &c.* & tàm inſcriptio, quæ in pandectis eſt generalis *de judicijs*, quàm ipſa tractatio tituli, & explicatio, qua generales tantùm quædam theſes, & regulæ judiciorum proponuntur, ſumto argumento à nigro ad rubrum, idem evincit: & præterea tota ſeries, ac contextus oſtendit, noſtros in lõgis materiis primo generali titulo omnem materiam conſtituere, poſt ſubjectis titulis ſpecialibus ſingula tractare accuratius, de qua docendi

cendi ratione tradit Ulp. *l. item 15. §. ait prætor. 25. & § ſeq. de injur.* quã commẽdat ſæpe Ariſtotel. & nos etiam in hac interpretatione ſecuturos eſſe profitemur. Quibus omnibus addi poteſt, quod Cujac. ipſe titulos aliquos generales agnoſcere videtur, *quemadmodum videre licet ex ipſius paratitl. ff. de juriſd.*
4 *& bonor. poſſeſſ.* De † partibus autem ſecundum ordinem dialecticum prius, quam de ſpeciebus agitur. Nam de partibus, titulis ſubſequentibus, de ſportulis, litis conteſtatione, dilationibus, feriis, juriſdictione. &c. ex quibus velut partibus judicia conſtant, uſq; ad tit. *de inoff. teſtament.* tractatur, hinc de Speciebus, & materia, unde exiſtunt ad determinationem uſque litium. Quorum
5 † veſtigiis inhærentes, cum à generalibus ad particularia procedi in diſcendo, ac docendo debet, vel ipſo Ariſtotele teſte, primum in genere aliquid de judiciis, ſecundum uſitatam methodũ videamus, pòſt ſigillatim de ſingulis. Doceamus ergò primo de definitione nominis, & rei, puta unde dictum ſit judiciũ, quam variè ſignificet, tũ de definitione rei, quid ſit, pòſt de propriis, tũ de partibus judiciorum, & ſpeciebus, deinceps de cauſis, effectu, affinibus, contrariis &c. quibus abſolutis ſingulas cõſtitutiones curſim, hoc eſt, reſecatis extraneis, & tantummodo iis, quib. opus eſt ad intellectum cuiuſq; legis, propoſitis, exponemus. Hanc explicationis formam perpetuò retinebo, cum expertus ſim, quantas habeat utilitates, donec melior aliqua, & verior in medium
6 fuerit prolata. Quia † itaq; ab Etymologia benè incipitur *l. 1. ſi cert. pet. ubi Dd. & Everh: loc. ab Etymol.* quod & Cic. faciendum docet *lib. 1. offic. in princ.* Omnis inquiens quæ à ratione ſuſcipitur aliqua de re inſtitutio, debet à definitione proficiſci, ut intelligatur, qd ſit id, de quo diſputetur: obſervare cõvenit definitione nominis † duo contineri. 1. Etymologiam. 2. Significationũ varietatem; de utroq; ergo videamus. 7
Ac ut à definitione nominis † ordiamur, Iudicium quaſi juriſdictionem vocari ſcribit Iſidorus *c. forum. 10 de verb. ſignificat.* Nam etſi jura noſtra interdũ inter judicium & juriſdictionem pro varietate magiſtratuum, & juriſdictionum diſtinguant. *l. 4. §. ult. de interrogat. act. l. 1. inf. ne quis in ſua cauſa jud.* tamen quod ad rationem nominis attinet, dubitari nequit, quin non tantum juriſdictio, verum & judicium à jure dicendo, ſeu, ut veteres loquebantur, à dicundo, dictum, & compoſitum ſit, ut ita judicium dicatur quaſi juriſdicium. 8
Varro *lib. 5. de ling. latin.* † Dico, inquit, originem habet Græcam, quod græci δικάζω: hinc judicare, quod tunc jus dicatur: hinc ab judicando judicium. 9
Eius † nominis quindecim ſignificationes tradit Accurſ. *in §. præterea, ad verb. judicium. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. Marant. p. 1. Speculi aurei.* quas 10
omnes translatas † eſſe, hoc eſt, per metaphoram ductas ad res ſimiles author ibi eſt Viglius, excepta una, quæ ex Etymologia intelligitur, & de qua nunc propriè agimus. Nam cum à jure dicendo ductum ſit nomen, ſequens eſt, 11
id propriè † judicium dici, in quo, ſeu quo jus redditur. Sed prior ſignificatio συνεκδοχική eſt, collata appellatione ab eo, quod fit, in id, ubi fit *l. penult. de l. & l. tot. tit. ff. de in jus vocand. & t. tot. tit. ff. in ius vocati ut eant.* Quo in ſenſu 12
† rurſum bifariam accipitur, aut pro 13

 toto

toto judicii actu, ut hoc in titulo, aut
14 rurſum † per *συνεκδοχὴν*, pro aliqua ejus
parte, ut pro actione, *l. 1. ff. commun. divid. § ſi familiæ. Inſt. de off. jud.* pro lite
15 coteſtata † *l. ubi. 30. ff. h. t. l. qui juraſſe.*
16 *26. § ult. ff. de jurejur.* pro ordine † judicii & progreſſu, *c. ſicut. 2. q. 1.* aut pro exitu,
17 † ut ſententia. *l. 1. verb. judicio damnatus. & paſſim tit. ff de ijs qui notan. infam. c. timorem de conſecrat. diſtinct. 2.* Hoc
18 in titulo propriè † pro toto judicii
actu ſumitur, ſic ſervus in judicio eſſe nequit, h. e. in nulla judicii parte, *l. ſervus 6. l. cum debitoris. 7. & paſſim h. t.* Quo
19 in † ſenſu rurſum ab inſtantia, cauſa, cōtroverſia, & lite diſtingui certis ſignificationum notis ſolet. *Iaſ. n. 10. & Dd. in l. poſtquā. 4. ſup. de pact. & in l. cauſas. 16. de tranſact.* Iudicium enim totum juriſdictionis actū ſeu proceſſum complectitur, dum negotium diſcutitur, *gl c 1. verb. reſpondere de mut. pet. per c forus. 10. de verb. ſignif.* à principio ad finem, hoc eſt, à citatione, quæ fundamentum judicii dicitur, *§ ult. Inſt. de pœn. tem litigant.* uſq; ad exſecutionem incluſive, quæ pars eius eſt poſtrema, *c. cum aliquibus. 6 ext. de ſentent. & re judic l. à Divo Pio. 15. eod. t. t.. inf. de exec. rei jud. Marant. in Specul. part. 6. act. ult. Chilia. in pract cap. 103.* Inſtantia † denotat progreſſum judicii à lite demum conteſtata uſq; ad ſententiā vel latam, vel quæ ferri debuit, *l. properandum 13. in princ. hoc tit.* ſive tranſierit in rem judicatam, ſive ſecus, & appellatione ſuſpendatur. *l. furti 6. §. 1. ff. de his qui notan. infam.* Nihilominus enim finitur per ſententiā prior inſtantia, quæ à litis demum conteſtatione cenſetur. Dico à lite côteſtata excluſive: nam quæ hanc præce-
20 dunt, † in ſecunda inſtantia non pereunt, nec ibi nova actione, aut litis conteſtatione eſt opus, ut multis probat, & uſu obtinere dicit Mynſing. *obſerv. 1. cent. 1.* Quamobrem etiam in ſecunda appellationis inſtantia eadem repetita intelliguntur, & durant: cum appellatio cauſam ad tempus duntaxat litis conteſtatæ non in anterius tempus reducat, *Dd. Bart. Angel. Iaſ. in l. ita demum. 13. ſup. de procurat. Dec. latè in rubr. & c. per tuas. de appellat.* ubi tradunt exceptionem procuratotiam, quæ ante litem conteſtatam proponi debet, non poſſe reſuſcitari in ſecunda inſtantia, quia illa rem reducit tantum ad tempus litis conteſtatæ: ſic guaranda in cauſa appellationis non præſtatur *Chilian. in pract. c. 48. n. 2. Manſer. in*
proceſſ. tit. Von der Gwerhr. Cauſa † di- 21
citur res in judicium deducta *d. c. forus. de verb. ſignif. Alex & Dd. in d. l. 4. ſup. de pact. & in l. cauſas. 16. ſup. de*
tranſact. Controverſia † idem ferè ſi- 22
gnificat, ſed non modo complectitur rem in judicium deductam, ſed etiam quomodocunque ante judicium controverſam, *l. 2. ſup. de tranſact. ubi Dd. Bald. in d. l. cauſas, in princ. per l Lucius. 78. §. idem 3. ff. ad S. C. Trebell. l. ſed & ſi 25. §. ſi ante 7. ff. de hered. petit.* Lis
† generalis terminus eſt deſignans pto 23
varietate materiæ ſubiectæ, alias inſtantiam, *d. l. properandum. 13. hoc tit. l. 2. ff. Iud. ſolv.* aliàs cauſam, *l. nulla. 23. ſup. de procurat. l. litis. 36. ff. de verb. ſign.*
quanquam lis propriè † poſt litem cō- 24
teſtatā, antea vero cōtroverſia dicatur, idq; nō tantum in civilibus, ſed etiā in criminalibus, *Cuia. lib. 9. obſ. cap. 21.* Qua-
re qui renunciat liti † intelligitur non 25
ſolū inſtantiæ, ſed & cauſæ renunciare, 26
ſecus ſi quis tantū inſtantiæ repudium mittat.

mittat. *c. 1. §. licet. ubi gl. ad verb. litis. & Gemin. n. 6. de procu. lib. 6. Alex. in d. l. 4. n. 5. ſup. de pact. Affict. deciſ. Neapol. 220. In cauſa n. 18. Marant. part. 5. n. 63.* Con-
26 tra qui abſolvitur ab inſtãtia † (ut fit u-
bi libellus eſt ineptus) non prohibetur alio judicio conveniri, quia à cauſa nõ eſt abſolutus: neq; de re & cauſa judicatũ eſt, ſed tantũ de inſtantia, *c. examinata 15 ex. de judi.* Secus ſi à judicio, vel lite, vel cauſa abſolvatur, *d. deciſ. Neap. 220. Maran. latè in Spec. aur. part. 5. n. 50 cũ multis ſeqq.* Sic licet mors aut alia cauſa, ut præſcriptionis, ſolvat inſtantiã judicii, vel arbitrii, nô tamẽ tollit cauſam, *l. properandũ. 13. in pr. h. t. junct. l. ult. inf. de præſcrip. 30. anno. c. ult. ubi Dd. de arbit.*

Poſt † nominis explicationẽ rei de-
27 finitio ſubijcitur, quã ita communiter cõſtituunt *Dd. Hoſt. n. 2. Panor. & Felin in princ. ad rubr. extr. de iudic. Alex. Iaſ. & Dd. hîc in rub.* ut judiciũ ſit actus legitimus trium perſonarum in judicio contendẽtium, videlicet, iudicis, actoris, & rei. Hanc definitionem impugnat
28 ibi Cardin † quia ſine actore quoq; eſt judicium *c. æqualiter. 24. de accuſat.* propugnat Panor. *in d. rubr.* reſpondens, ſufficere definitionem congruentem communiter accidentibus. *l. 3. & ſeqq. ff. de legib.* communiter autem eſſe tres perſonas; ideo in inquiſitionib⁹ famam fungi loco accuſatoris *Chilian. in proceſſ. cap. 2. n. 28. Marant. part. 2. n. 3. & part. 6. tit. de inquiſition. n. 19. c. qualiter.*
29 *24. de accuſ.* Simplicius † erat dicere per inquiſitionẽ procedi extra ordinẽ, nec propriè eſſe judicium; quia non cõſtat omnib. partibus h. e. accuſatore *contra l. reſcripto. 6. §. ſi quis ff. de mun. & honor.* nec poteſt perfectum dici judiciũ, q̃ nõ ex omnibus partibus cõſtat. *l. 1. ff. O. I.*

deinde nõ proceditur ordine judicii, & forma, quæ dat e ſe rei. *l. Iulianus. 9. §. ſi quis rem ff ad exhib. § ſi alienam purpuram. 26. Inſt. de rer. diviſ.* Verba autem in definitionib. propriè ſunt accipienda. *Maranta part. 2. n. 0.* ea ratione impugnat, † quia definitũ & definitio idem ſunt: judiciũ enim ſubiecti loco ponitur, & repetitur in prædicato: Sed facilis eſt reſponſio, quia diverſimodè ponuntur, in ſubjecto pro toto actu, in prædicato pro loco: Deinde *n. 8.* ait, judicem nõ contendere, ſed partes; quod nõ eſt ita, nam judex, medius inter partes, *Ariſt. lib. 5. Ethic. ad Nico ca. 4.* contẽdit ac diſceptat, ut res cõponatur, & vel præcipuus eſt hui⁹ in judiciis labor, ac contentio; unde judicis factũ, partis factũ reputatur. *l. ſi ob cauſam. 13. & ibi Bald. inf. de evict.* in quæ inquirere non libet ſubtilius, quia neceſſariũ non eſt, nec utile diſcentibus. *Cardin.* † *Imol. &* 31
Panor. in d. rubr. de iudic. ita definiunt, ut judiciũ ſit inveſtigatio, quã facit judex ſecundũ iuris ordinem per varios modos ad veritatẽ eliciendã, & elicitã cuſtodiendã, *de qua Marant. in Spec. part. 2. n. 9* Abbas † *in rub. eod. n. 2.* & hanc po- 32
nit: Vt ſit diſcuſſio cauſæ, quæ coram judice fit iuridicè. *Marant.* † *in Spec.* 33
part. 2. n. 12. Iudicium inquit eſt iuſticiæ adminiſtratio, quæ fit à iudice in cauſa corã eo ꝓpoſita. *Viglius* † *in d. § præterea.* 34
n. 6. Inſt quib. nõ eſt permiſ. fac. teſtam. definit eſſe ipſam inter partes iuris diſceptationẽ *per d. c. forus.* Pratcius † *in lexi-* 35
co, actũ legitimũ, quo mediante iudex de cauſa ꝓpoſita cognoſcit, & ſecundũ æquitatem pronunciat. Cur non dixit ſecundũ leges: cum hoc regulariter requiratur? *l. cum prolatis. 32. de re jud. N. 82 c. 13. de judicib.* Sed infinitũ fuerit einſmodi omnia perſe-

perſequi, cum quiſque ex ſuo ingenio
novas definitiones comminiſci poſſit,
&ſatis ſit rem intelligi: quam ita deſcri-
36 bit Aſconius Pedian. † ut judicium di-
catur res quæ cauſam litemq́; determi-
37 nat. Ego † ſic: ut ſit publica, legitima,
& ſolennis controverſiæ litigatorum a-
ctoris, & rei, apud judicem tractatio, &
dijudicatio, eô inſtituta, ut publica ma-
giſtratus, nõ privata partis authoritate
lites definiantur *l. in univerſis 11. ubi
Bald. inf. qui dare tut. l. nullus 14. ſup. de
Iuda.* Cauſſalem eſſe hanc definitio-
38 nem apparet. † Ad effectricem perti-
net, quod ſit publica cognitio, & legi-
tima ex lege. Materia eſt controverſia
litigatorum. Forma eſt legitima tracta-
tio: judicium enim debet legitime in-
choari ad hoc, ut poſſit juridice termi-
nari, *ut dicit Bald. d. l.* Cauſſa finalis
eſt, ut publica authoritate lis finiatur.
Differentia ſpecifica eſt, quod ſit con-
troverſia judicialis, ſeu ſolennis duo-
rum litigatorum, mutuo diſſidentium,
actoris, & rei, apud judicem tractatio;
Nam ubi eiuſmodi non exiſtit contro-
verſia, abeſt & judicium: *d. c. forus.
Port. conſ. 134. n. 3. Bald. in c. 1. nu. 6 de
controverſ. feud. apud par. cur. term.* et-
iamſi aliquid in juriſdictione agatur, ut
[illegible] venit in actibus voluntariæ juriſdi-
ctionis, qui pendent ab unius volunta-
te, & [illegible] cauſæ cognitione expediun-
tur, [illegible] teſtamenti apud acta
l. omnium 19. inf de teſtament. inſinua-
[illegible] nationis *§. alia Inſt de donat. l.
penult. inf. de donat.* ubi *glo. & Dd.* dicunt,
[illegible] eſſe [illegible] cognitione, adoptio,
[illegible] *l. 2. de off. proconſ.* publica-
tio teſtamenti *l publicati. 2. inf. de teſtam.
[illegible] quemadmodũ teſtam. aper.* Pertinent
& [illegible] judicij partes eſſentiales,
ex quibus conſtat, quæ ſubſtãtialia no-
ſtris dicuntur *Paul de Caſtro in l. ad exa-
ctionem. 6 n. 4. inf. de dot. promiß. & in l.
ſi ex pretio. in fin inf ſi cert. pet.* ut ſunt ci-
tatio, litis conteſtatio &c. *Marant. in
Specul. part. 2. n 26. cum ſeqq.*

Iudicij †propria à cauſa effectrice; quod 39
ſit munus publicũ *l. ult §. 14. ff de mune-
rib. l. nullus. 14. in verb. juris publici. ſup.
de Iuda. l. quippe. 78. ff de iudic. l. nã quod.
14 ff. ad Trebell.* & civile *Cuiac l. 2 in prin.
de R. I.* A † forma, individuum: *l. nulli.* 40
10. h t. non tamen reſpectu temporis,
ut ſtipulatio, *l. cõtinuus. 137. de verb. obl.*
vel teſtamentũ, *l. heredes 21. §. uno con-
textu ff de teſtament.* Sed perſonarũ, &
cauſæ *Iaſ. n. 3. & Dd. in d. l. nulli. & c. 1.
de ſequeſt poſſ Spec. de arbitro & arbitrat.
§ ſequitur n. 41. Meno. de arbit iud. quæſt.
lib. 1. quæſt. 40. n. 10.* & ideo ubi inceptũ
eſt, ibi finiri debet *l. ubi acceptum. 30 ff.
de judic.* ſtricti juris. *Dec. l ius noſtrum. 7.
n. 11. de R. I. Cagn. l ſemper 9. n. 25. eod.
tit. Socin. conſ. 18. progrediendo. n. 42. vol.
1. per notata in l. 1 inf. de conſort. eiuſd li-
tis* juſtum tamen † *l. eos. 6. §. 1. inf. de* 41
appellat. & æquum *l. placuit. 8 h tit. l in
omnibus. 90. ff. de R. I Portius conſil. 170.
n. 15. 16.* Item æquale inter actorem, &
reum *l. ult. inf de fruct. & lit. expenſ.
l. nõ debet. 41. ff. de R. I. l. in ſacris ſcriniis.
12. verſ. & quoniam in controverſiis. inf.
de prox. ſacr ſcrin. lib 12. c. non licet. 32 de
R. I. in 6 gloſ. l. quid tamen 21. §. penult.
verb. abſurdum. de recept. arbit. Mynſing.
cent. 3. obſ 4.* Ex quo regula † traditur in 42
judiciis nõ eſſe habendã perſonarũ ac-
ceptionẽ *c. in iudiciis. 12. de R. I. in 6.*
nec alteri indulgendũ eſſe, quod alteri
parti non liceat, *Dd in l. de die 8. in
prin. Qui ſatiſd. cog. & in d. l. non debet.
de R. I. c. novit. 13. verſic. cæterum*

de iu-

de judic. c. 1. ubi gloſſ. de mut. petit. c. cum
inter. 5. de except. Deut. 16. 18. 19. 20. l. ge-
neraliter. 12. §. *Sive autem. infr. de reb.*
cred. deciſ. Rotæ 46. num 4 & deciſ. 56.
42 *num. 1. de appellat gloſſ. fin. l. ſi per erro-*
rem. 15. de juriſdict. Ratio, † quia non
debet claudicare judicium. *l. litigato-*
res. 11. §. item ff. de recep. arb. ratio ratio-
nis, nam æquiparatur contractui, *l. 3.*
§. idem 11. *ff de pecul.* qui claudicare non
debet *l. Iulianus.* 13. §. *penult. ff. de act.*
empt. Eaq́; propter, etiam beneficia
judicii, atque adeò ſinguli actus utrique
parti ſunt communes, etiamſi alteru-
tri tantum concedantur, ut eſt intel-
ligere ex dilationibus, probationibus,
appellationibus, reſtitutionibus, & Iure
Saxonico leuterationibus, &c *l ult. ubi*
Bald. in princ. infra de appellat. l. unic ſup.
de reput. quæ fiunt in jud. Imò cum actio
privilegiata eſt, etiã privilegiata eſt de-
fenſio, *Angel. conſil. matr.* 13. *n.* 63. Quæ
43 vera ſunt † quoad ſummã rei, cũ alioqui
regula ſit, initio faveri magis actori', ut
judiciũ ſtabiliatur *l. ſi quis intentione. 66.*
ff. de judic. (nam reorum eſt fugere *l.*
properandum. h. t) in medio paribus paſ-
ſibus utrumque procedere, in fine reos
eſſe favorabiliores *l favorabiliores.* 125
ff. de reg. jur. Denique judicium
44 † non debet eſſe conditionale, aut in
pendenti, ſed purum *l non quemadmo-*
45 *dum. 35. ff eodem.* Ab † effectu olim an-
nale, præſertim cum de crimine agere-
tur, *l reus. 7. de muner. l. 1. l. 2. C. Theo-*
doſ. Vt intra annum. &c. Cuiac. lib. obſ.
1 c. 8 Hodie ex conſtitutione Iuſtinia-
ni biennale in criminalibus; triennale
verò in civilibus, *l. properandum* 13. *h t.*
quod quidem ad inſtantiam attinet. *Sa-*
lycet. & dd. in d. l. properandum in princ.
Nam quo ad litem ipſam perpetuum
eſt, h. e. ad 40. annos durat. *l. ult. inf.*
de præſcript. 30. annor. Mynſing obſ. 49.
cent. 3. Iure vero canonico † etiam quo 46
ad inſtantiam eſt perpetuum *c. penult.*
& c. ult. de judic. gloſſ. in d. l. properan-
dum. ad verb. triennium. Hoc tamen
interpretor de 30. annis, cum omnia
jura ſic finiantur, & actiones, ſed poſt li-
tem conteſtatam de 40; jure Saxonico
de 31. annis. *lib. 1. Landr. art. 29. Fachſ.*
diff. 11. Et hanc opinionem dicit eſſe
communem Iaſ. *in l. ſi fidejuſſor. 7. §. Si*
ſatisdatum. 2. n. 22. ff. qui ſatiſd. cog.
Quod hodie etiam in foro civili obti-
nere uſu confirmat Mynſing. *cent. 2.*
obſ. 48. Quam in ſententiam mirum eſt
eſſe ita communiter itum: Nam et-
iamſi jus pontificium hoc diſertè cave-
ret, tamen in foro civili jus eſſet civile
potius attendendum, cum hic materia
peccati & conſcientiæ nulla vertatur,
Secundum regulam c ult de arb. lib. 6. &
quæ traduntur in c. 1. & 2. de oper. nov.
nunc. c. relatum. 11. c. cum eſſes. 10. de te-
ſtament. Bald. in l. privilegia. 12. num. 3.
ſup. de S. S. eccleſ. Caſtrenſ. in authen. at
qui ſemel. nu. 10. infr de probat. Blanc. la-
tè in tractat. de compromiſſ quæſt. 2. nu.
41. Corſ lib. 2. indag. cap. 6. Atqui in
præſenti re non extat juris canonici de-
ciſio expreſſa, ſed qualicunque ratioci-
natione hoc colligitur *ex d. c. penult. &*
ult. eod. Eſt autem noſtris & hæc regu-
la recepta: Quod ubi aliquid alterutro
jure expreſsè definitum eſt, in altero
verò dubium, aut non expreſſum, tum
in utroque foro ſequenda ſit expreſsi
juris definitio. *d. c. 1. & 2. de oper. nov.*
nunc. Quamobrem ſi uſus pateretur,
mallem expreſſam juris civilis deciſio-
nem hac in parte ad judicia fori no-
ſtri Cæſarei civilisq́; reduci ne lites, ut

jam fieri videmus, fiant & relinquan-
tur immortales *contra l. properandum.*
13. in princ hoc tit. clement diſpendio-
ſam. de iudic. Niſi dicamus in pecca-
tum rem incidere, ſi ob temporis an-
guſtias, & decurſum, alicui jus ſuum
intervertatur, aut impediatur (quan-
quam id non intervertitur, ſed inſtan-
tia) quo in genere iuri canonico et-
iam in foro civili ſtari ſolet. *c. clerici 8.*
de judic. gloſ. quæ ſemper ad hoc allega-
tur in §. hactenus. verb. generata. Inſt. de
grad. cognat. l. 1. verb. petrum. ſup. de
ſumm. trinit. Balb. tract. præſcript. in
princip. Socin. conſ. 39. viſis. n. 5. vol. 1.
Schurff. conſil. 1. n 16. vol. 1 Mynſing.
47 *obſ. 6. cent. 4.* Sed quod dictum † eſt de
inſtantia biennali, aut triennali judi-
ciorum, accipiendum eſt, de prima,
non ſecunda: quæ indiſtinctè eſt annua
regulariter, vel biennalis, ex cauſa ne-
ceſſitatis, utroque jure, non tantum
quoad inſtantiam, ſed etiam quoad li-
tem *c. cum ſit 5. de appellat. Iaſ. d. l. pro-*
perandum. in princ. num. 27. hoc tit. tot.
tit inf. de tempor. & reparat. appellat.

48 Iam † de diviſione, quod caput in
duo tribuimus membra, quorum pri-
mo totum in partes diſtribuitur, altero
49 genus in ſpecies, Partes † judicii inte-
grales duæ ſunt præcipuæ, prima vide-
licet & ſecunda inſtantia, quanquam
hæc accidẽtalis eſt, & interdum abeſt,
vel quia non placet appellare. *l. 4. l. 7. l.*
21 inf. de appellat. l. ult. inf. de temp. ap-
pellat. vel quia jus non eſt, *tot. tit. inf.*
quorum appellat. non recip. & tot. tit. de
appellat. non recip. Unius inſtantiæ † par-
50 tes tres uſitata diſtributione ponuntur,
prima, media, & poſtrema: *auth. ad hæc*
ubi Iaſ. n 2. hoc tit. & n. 60. c 2. ut de-
funct. ſeu fun. eorum non injur. à creditor.
Bart in tract. qui de ordine judic inſcri-
ptus eſt. Alex. conſ. 182. in cauſa. n. 6.
vol. 6; prima † in tria hæc tempora, ju- 51
dicii diſtribuitur, quorum primum li-
tem conteſtatam præcedit; alterum
quod ſequitur uſq; ad ſententiam; ter-
tium iſtius eſt conſequens à ſententia
ad executionem incluſivè; primum ap-
pellatur principium ex re, alterum me-
dium ſeu cauſæ cognitio, tertium exi-
tus judicii *d. authent. ad hæc hoc tit.* Qui-
dam duas partes ſtatuunt, litis conte-
ſtationem & ſententiam: Sed in ea di-
viſione aut litis conteſtatio nimis latè
patet, complectens non modò ingreſ-
ſionem judicij, ſed & progreſſionem
uſq; ad ſententiam, id quod in defini-
tionibus & diviſionibus eſt vitioſum, u-
bi verba propriè ſunt accipienda: aut
ſi propriè accipias, inſufficiens erit di-
ſtributio, quia plures ſunt judicij cujuſ-
vis ante ſententiam partes, quam litis
conteſtatio. Deinde erubeſcimus ſine
lege loqui: at ſuperior illa diviſio exa-
ctè *in d. §. illud & d. authen ad hæc*, pro-
batur. Primæ † partis quæ litem conte- 52
ſtatam præcedit decem veluti membra
conſtituit. *Maranth. in Specul. jud. part.*
6. act. 1. n 3. Quorum primum † eſt ci- 53
tatio, judicii fundamentum *§. ult. Inſt.*
de pœn tem. litig. de quo ſup. & ff de in
jus vocand. Secundum † contumacia, 54
de qua ext. tot. tit. de dol. & contum.
Specul. in rubr. eod l. conſentaneum 8.
inf. quomodo & quand. iudex. l. prope-
randum. 13. hoc tit. l. unic. ff. ſi quis jus
dic l. 2 ff. ſi quis in jus voc. l. & poſt. 73.
l. contumacia. 53. ff. de re judic. ex qua
lege oſtenditur, quod dd. tamen ne-
gant, olim fuiſſe eam contumaciæ
pœnam, ut emanentes, cauſa cade-
rent, idemque probat *l. divus. 8 ff. de*
in

in integ. reſt. l. impuberibus. 7. §. ult. ff. de ſuſpect. tutor. hoc etſi Iuſtinianus mitigavit *in l. properandum. h. t.* qui voluit, etiam ſecundum contumacem pronunciari, ſi juſtam fovere cauſam, comperiatur, tamen jure Sax. ad jus antiquum eſt reditum, ut in curijs noſtris contumaci tam actori, quam reo, etiamſi aliter de re non conſtet, cauſa abjudicetur, *lib. 3.* Landr. *art. 39.*
35 *Fachſ. diff. 39.* Tertium † libelli oblatio *de qua ext. tot. tit. de libell. Oblat & ſup. de formul. & impe. ſublat. dd. in l. 3 ſup. de edend. Zaſ. Iaſ. & coömuniter ſcribentes in §. 1. Inſt. de act. Specul. tit. de libell oblat. item de libel. concept.* Sive enim cōpareat reus, ſive non, offert libellū actor: ſi cōpareat, ut urgeatur ad reſponſum, cognita actione, qua conveniatur. *l. 1. de edend.* Sin emaneat, ut contra eum velut contumacem procedatur. Quartum † reconventio, *de qua in l.*
36 *cum Papinianus. 14. inf. de ſenten & inter loc. jud. l. 2. §. item, 5. verſ. Sed etſi agant, ff. h. tit. tot. tit. ext. de mut. petit. Specul. de reconvent.* Maranth. *part. 4. diſt. 6. ubi n. 5.* ait communem eſſe, ut ante litem conteſtatam ſit proponenda *per clement. ſæpe. §. verum. ubi gloſſ. ad verb. exordio. de verb. ſignif. Felin. in c. 1. de mut. pet. Dec. conſ. 200. n. 2. contra Speculat. d. tit. de reconvent. §. ſequitur n. 1.* qui non rectè tenent poſſe opponi uſque ad concluſionem in cauſa. Hoc addo ut intelligatur, quam ob rem recōventio inter τὰ πρῶτα judiciorum locetur, nam id fieri ante litem conteſtatam oportere communiter eſt receptum, non modo calculis dd. pluribus, ſed etiam uſu forenſi ijs locis ubi admittitur, ut in Camera imperiali: in his terris verò non, cum jure Saxonico non æquè uſitata ſit reconventio Landr. *art. 12. 87. lib. 3. &* Lehnr. *cap. 18. Fachſ. diff. 46. Reinh. diff. Iud 4 & 5. Chilian. in pract. cap. 60. conſt. provinc. 7. & 8. part. 1.*
Quintum † autoris, à quo reus, qui 37 convenitur cauſam habet, puta venditoris, laudatio, quam uſitatè denunciationem litis vocare ſolemus, *l. authore. 7. l. emptor. 8. inf. de evict. l. Pomponius. 13. §. cum quis. 1. ff. de acq. poſſeſſ. l. an vitium. 5. de diverſ. & tempor. præſcript. c. ult. de empt. & vend. l. 1. inf. ubi in rem. act. c. 1. ſi de feud. vaſall. ab aliquo interpel. in uſib. feud.* Qui enim convenitur actione reali, debet laudare authorem, cui lis denunciatur, ut habeat contra illum regreſſum, ſi res evicta fuerit: id autem tutius eſt fieri ante litem conteſtatam, quia eſt exceptio dilatoria, quod genus poſt non auditur *l. ita demum 13. ſup. de procurat.* Diſtinguunt tamen dd. ut ſi cauſam reus habeat onероſam, puta ex titulo oneroſo emptionis, vel ſimili, poſſe litem denunciare in quacunq; parte proceſſus, dummodo fiat ante publicationem h. e. concluſionem in cauſa. *gloſſ. Bart. & dd. in l. ſi rem. §. final. de evict.* Sin verò lucrativam, puta donationis, in qua cum diſtinctione datur evictio *l. 2. ubi dd. inf. de evict. l. Ariſto. l. final. de donat.* quod tunc omninò ante litem conteſtatam denunciare debeat. *Bart l qui concubinam. 29. §. ſi heres. n. 4. de legat. 3. Marant. part. 6. de laudatione. 5. membr. n. 5.* Sextum, † Domi- 38 ni, cujus nomine res poſsidetur, nominatio: ut eſt depoſitari⁹, cōmodatarius, Colonus, & alij qui recenſentur *in l. 2. inf. de præſcript. 30. an. l. 2. inf. ubi in rem act. c. quoniā frequenter. 5. ubi Panor. ut lit. non*

BIBLIOTECA ROMA VITT. EMANUELE

non conteſt. Bart. in l. officium. 9. n. 3. de rei vendic. Specul. de primo decreto §. *reſtat n. 16. & ſeq. Afflict. deciſ. Neapol. 129. de qua copioſe Menoch. in remed. poſſeſ. de recup. poſſ. 21. remed. 15. n. 484.*
59 *cum ſeqq.* Ex † quibus apparet, quid interſit inter ſuperius membrum, & iſtud. In illo laudat authorem is, qui ſuo nomine poſsidet: hic verò qui alieno nomine rem tenet. Deinde differunt effectu, quia illa laudatio fit evictionis obtinendæ: hæc verò nominatio totius litis transferendæ cauſa. Hæc etiam nominatio, ut exceptio dilatoria (nec enim pertinet ad merita ut ſuperior) indiſtinctè ante litem conteſtatam eſt facienda. *Matt. de Afflict. d deciſ. Neapol. 119.* qua oppoſita actor, poteſt contrarium probare, quod conventus ſuo nomine poſsideat, quo facto transfertur in eum ob mendacium à convento in agentem poſſeſsio *l. fin. de rei vindicat. Bart. d. l. 2.* non oppoſita tenet judicium etiam contra non poſsidentem, h. e. alieno nomine detinentem, qui pro poſſeſſore non habetur *l. 2. infr. de praſcript. 30.* ut contra eum qui ſe liti obtulit *l. is qui ſe obtulit. de rei vend. Bart. d. l. 2.* citra tamē præjudicium domini *d. l. is qui Bart. præall. loco. Socin. conſ. 38. vol. 1* juxta regulam res inter alios acta, *tot. tit. infr. res inter alios acta vel jud. alys non nocer.* Item non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. *l. non debet. 74. de R. Iur.* quæ ſunt conſideratione digna,
60 & notatu. Septimum † interrogatio, *de qua tot. tit. ff. de interrog. act. l. cogi. 11. infr. de pet. hered. l. qui interrogatus. 12. ff. eod. Specul. tot. tit. de interrogat. qua fiunt ante lit. cont.* Etſi autem interrogatorias actiones veteres dicat ICtus ſublatas *in l. §. de interrogat. act.* non tamen ipſæ interrogationes, quæ non ſunt formulæ actionis, ut olim, ſed officio judicis exiguntur, ſublatæ ſunt. *Spec. de interrog. §. 1. n. 5.* nam exempli gratia, qui petitione hereditatis convenitur, poteſt rogari initio, ne judicium reddatur nullum, utrum pro herede, vel poſſeſſore, an aliquo titulo ſingulari, contra quem non datur, poſsideat *l. regulariter. 9 de pet. hered.* Item qui rei vendicatione convenitur, poteſt rogari, an poſsideat: *l. ult. de rei vind.* quia hoc eſt alterum hujus judicij fundamentum *l. unic. infr. de alienat. mut. jud.* Sic jure Canonico, & hodie in Camera imperiali, item alijs locis, fiunt ante litem conteſtatam poſitiones, quibus mediante juramento per ETIAM vel NON reus reſpondere cogitur. *c. 1. 2. de confeſſ. in 6.* Et in genere ubi æquitas ſuggerit (nam fit officio judicis implorato ex æquitate *gloſſ. in rub. de int rrog. act. Bald. l. ſi curatoris 9. infr. de jur. de lib.*) poteſt judex ad inſtantiam alterius, imò nonnunquam etiam ex officio ad ſui inſtructionem, partem interrogare *l. ubicunq. pr. & tot. tit. ff. de interrog act.* Octavum † ſatisdatio *de qua ſup. tit. de ſatiſd. & ff qui ſatiſd. cogant. Specul. tit. de ſatiſd.* Nonum † exceptio dilatoria, quod genus ante litem conteſtatam eſt proponendum *gloſſ. & dd. in l. exceptionem. 19 inf. de probat. l. Pomponius. 40. §. ratihabitione. 3. ff. de procurat. l. ita demum. 13. ſup. eod. tit. Felin. latè in c. exceptionem. 12. n. 7. cum mult. ſeqq. de except.* Etiam peremptoriæ, cum in vim dilatoriæ proponuntur, h. e. ad impediendum litis ingreſſum. *Felin. d. c. exceptionem n. 34. cum ſeqq.* ut tres illæ celebratæ, rei judicatæ,

catę,jurisjurandi,transactionis,quæ in-
vicem ſolent cōparari l. poſt rem. 56. ff.
de re jud. l. non minorem 20. ſup. de trans-
act. c. 1. de lit. conteſt in 6. & ſecundum
communem exceptio præſcriptionis.
Bart. l. final. n. 2. 3. ff. pro ſuo. per l. em-
ptor. infr. de præſcript. long temp. & in
l. fratris ſup. de transact. gloſſ. & dd. d.
c. 1. Socin. laud in c. 1 n. 19. ut lit. non con-
teſt. & conſil. 38. pro deciſione. n. 20. vol.
1. quod intellige ſecundum Bart. in l. fin.
n. 3. ff. pro ſuo. & l. 4. §. condemnatum ff.
de re jud. & l. nam & poſtea ff. de jureju-
rand. quando in continenti probari
poſſunt, h. e. intra triduum l. ult. ſup.
de error. advocat. aliæq; plures, quas cu-
mulant, Philipp. Franc. in d. c. 1 & Blan-
cus tract. de compromiſſ. quæſt. 4. Dila-
63 toriarum † porrò exceptionum aliæ ad
judicem attinent, aliæ ad litigatores, a-
liæ ad cauſam ipſam. Ad judicem eæ,
quæ vel forum ejus, ut incompetens,
declinant, eoq; declinatoriæ vocantur
l. ſi quis. 5. l. ſed etſi. 52. ff. de judic. l. ult.
inf. de except. & ante omnia ſunt pro-
ponendæ: niſi ex poſt facto ſuperveni-
unt, Mynſing. obſerv. 59. cent. 4. aut
cauſam ſucceſsivam habent, Felin. in d.
c. exceptionem. 12. n. 22. de except. vel per-
ſonam ut ſuſpectam recuſant, unde re-
cuſatoriæ dictæ, quibus etiam in foro
competente, judicis tamen perſona, ut
ſuſpecta, recuſatur, l. apertiſſimi. 16 h tit.
c. cum ſpeciali. 61. ubi Panor. n. 12. de ap-
pellat. c. quod ſuſpecti· 3 q. 5. c. judex de
offic. delegat. lib. 6. c. accedens. ut lit. non
conteſt. c. cum R. 35. de offic. delegat. Ad
64 litigatores † reſpicit exceptio legitima-
tionis perſonæ, vel agentis, vel rei tot.
tit. inf. qui legit. perſ. ſtand. in judic. hab.
l legitimos. 5. ff. de legit. tutor. l. ita de-
mum, 13. ſup. de procurat. Bart. in l. 2. n.
3. inf. de edict. Div. Adrian. Iaſ. in rubr.
infr. qui admitt. ad bon. poſſeſſ. n. 1. ubi
tradit regulam generalem, in quolibet
judicio, etiam ſummario, ante omnia
perſonas eſſe legitimandas. quod intel-
ligendum eſt parte opponente: cæteros
qui judex hanc exceptionem non ſup-
plet dd. in l. non ignorat. inf. qui accuſ.
poſſ. item exceptio ſatisdationis, de qua
ſup. de ſatisdat. gloſſ. artic. 65. n. 3. & 4.
lib. 1. Landr. excommunicationis, ban-
ni (quod enim eſt excommunicatio in
eccleſiaſtica, id bannum eſt in politica
diſciplina) d. c. exceptionem. 12. de ex-
cept. quæ tamen eſt anomala, quia in
quacunque parte litis opponi poteſt c.
1. de except. in 6. Chil. König. in proceſſ.
cap. 44. n. 9. Ad ipſam cauſam † per- 65
tinet exceptio inepti libelli, quanquam
& hæc in quacunque litis parte oppo-
ni poteſt, Iaſ. l. ſi patronus. 16. n. 2. ff. de
jurejur. Quia proceſſum retrò annihi-
lat, c. examinata. 15. de judic. Omnis au-
tem exceptio, quę reddit proceſſum re-
tro nullum, ſive dilatoria, ſive peremp-
toria ſit, in quacunq; litis parte ſemper
opponi poteſt. l. licet 24. ubi dd. ſup. de
procurat. Felin in d. c. exceptionem n. 28.
Sed quia plerunque initiò allegatur, i-
deò huc jure meritoq; refertur, ſicut et-
jam exceptio intentionis, & facti l. Pa-
pinianus. 8. § ſi quis impulerit 15. ff. de in-
off. teſtam. gloſſ. in l. qui ſe debere. 7. ad
verb. exceptione ff. de condict. cauſ. dat.
Azo. Panor. & Socin. in rub. de except.
n. 2. de qua plura dd. poſt gloſſ. ad verb.
transactio. in l. ubi pactum. 40. ſup. de
transact. l. 2. §. quod ſi actor. verb. rei.
inf. de jurejur. propt. Calum. Caſtrenſ.
conſ. 250. viſo. n. 1. & 2. vol. 2. per l. ſi
pupilli. 6. §. videamus. ult. ff. de negoc.
geſt. ac aliæ litis ingreſſum impedien-
tes,

tes, quæ cum ſint peremptoriæ, in vim
tamen dilatoriæ proponuntur, *c. l. de
lit. conteſt. in 6. Bart. in l. ult. n 2. & 3 ff.
pro ſuo. Felin. in d. c. exceptionem. nu. 24.
Socin. in c. 1. n. 19. ut lis non conteſtat. &
idem conſ. 38. pro deciſione n. 2. cum ſeqq.
vol. 1. Blanc in tract. de compromiſſ. quæſt.
4.* cujuſmodi etiã eſt exceptio litis pen-
dentiæ. *l. ubi acceptum. 30. ff. de jud Bald.
in l. peremptor. in fin. inf. ſentent. reſcind.
non poſſ. Felin. d. c. exceptionem. n 41. So-
cin. d. conſ. 38. pro deciſione. n. 7. vol. 1.*
96 Decimum † & poſtremum hujus pri-
mæ partis membrum eſt litis conteſta-
tio de qua paulò poſt *ad tit. 9. de lit. con-
teſt.* quæ etiam ad medium referri po-
terat, cujus initium eſt, ſed quoniam,
principiũ judicij putatur, primæ parti,
ſeu principijs annumerare malunt. Et
67 hæc † quidem noſtri membra primæ
partis conſtituunt, quibus addere poſ-
ſumus compromiſſum. quod regulari-
ter judicia antecedit *l. ſi quis rem. 30. ff.
de recept. arbitr.* Et hodie moribus no-
ſtris primus, aut certè ſecundus à cita-
tione actus eſſe ſolet judicij compro-
miſſum, quo veluti prætoria olim for-
mula, ita nunc judicis authoritate, par-
tiumque voluntate judicia conformã-
tur; item dilationem quæ initio ſtatim
poſt oblatum libellum reo datur *auth.
offeratur inf. de lit conteſt. l. 1. in princip.
ff de ed nd* etiam jure Sax. Et terminũ
ſeu comparationem in termino *de qua
Specul. tit. de comparit.* Iuramentum
† calumniæ ſciens hic omitto: Nam
quamvis initio interdum exigatur *au-
thent. hoc ſacramentum ubi Bart. ſup. de
juram. propter calum.* tamen regulariter
poſt litem demum conteſtatam locum
habere ſolet *c. dudum. 54 de elect.* Me-
dia † partis judiciorum actus ſeu mem-
bra hæc enumerantur à Maranta *in
Specul. aur. 6 part. princ. in memb. 2.* Pri-
mum juramentum calumniæ quod
† regulariter poſt litem ſtatim conte- 70
ſtatam ab utraque parte præſtari dixi-
mus *c. cum cauſam. 6. in fin. de juram.
calum c. dudum. 54. de elect. l. 1. verb. non
aliter probationes præſtare. ſup. de jurejur.
propter calum. Specul. eod tit. de iur. ca-
lumn. in princ. n. 1.* & adeò eſt ſubſtan-
tiale, ut non poſſit remitti expreſsè *l. 2.
§. Sed quia veremur. 4 ſup. de jurejur. prop.
calumn. dand.* ſed tantum tacitè *c. 1.
eod. in 6.* quia olim fuit pœna temerè li-
tigantium *Inſt. de pœn tem. litig.* ideò
non potuit à parte remitti, cum pœna
infligatur à judice, maximè quæ non
eſt pecuniaria, nec parti debetur *l. pen.
l. ult. ff. de in jus vocand.* Secundum
† ponunt compromiſſum quod recti- 71
us ad primam judicij partem principa-
lem pro ſtylo curiarum jam uſitato re-
ferri poſſe ſuperius oſtendimus, (ubi o-
biter notandum † aliud eſſe ſtylum, qui 72
reſpicit ordinationem judicij, aliud cõ-
ſuetudinem, quæ pertinet ad merita
cauſæ; In ordinando judicio inſpici-
mus ſtylum ubi agitur, in definiendo
non conſuetudinem illius loci, ſed
contractus vel ubi res eſt,) quanquam
& in medio locus illi eſſe poſſit *c. expo-
ſita. 11. de arbitr. Blanc. de comprom.
quæſt. 5. n. 3. & 4.* & nunc circa proba-
tiones compromiſſa ſæpè fiunt, & ſu-
per forma examinum ac diſputatio-
num. Tertium † membrum noſtris 73
eſt terminus ad probandum *de quo l. 1.
inf de dilat. l. ult. ff. de fer. ubi gloſſ. Bart.
Alex. & communiter dd.* Quartum,
† poſitiones & articulorum productio- 74
nes, *de quibus c. 1. 2. de confeſſ. in 6. Spe-
cul. de poſit. §. 1. Bald. l. 2. §. quod obſer-
vari.*

vari ſup de jur. propt. calumn. Cardinal. clement. ſæpè. §. & quia de verb. ſignif. gloſſ. & dd in c. præſentium. de teſtib. lib. 6. Marant. part. 6. act. 4. per totum. Ubi
71 obſervanda eſt † differentia inter poſitiones, articulos, & capitula. Poſitio eſt pars intentionis, continens id, ſuper quo petit quis ab adverſario reſponderi *Bald. l. generaliter. §. ſed juramento. inf de reb. cred.* Articulus eſt pars intentionis, continens id, quod quis probare intendit *Bald. ibid. Specul. de poſit.* Differunt itaque forma, fine & effectu. Poſitio fit per verbum PONIT, etjam negativè, cui pars cogitur reſpondere, & reſpicit confeſsionem partis eo fine, ut ponens relevetur ab onere probandi, ſi pars confiteatur, *c. ſtatuimus. de confeſſ. in 6.* Articulus fit per verbum PROBAT, (eoque negativè concipi nequit, quia negativæ non eſt probatio niſi tempore & loco coarctetur *l. actor. 23. inf. de probat. l. optimam 14 inf. de contrah. ſtipulat*) ad eum finem, ut quæ confeſſa non ſunt, ea ſuper articulis per inſtrumentum, vel teſtes probentur. Differunt etiam effectu, quia is, qui ponit, cenſetur fateri id, quod ponit *Alex. conſ. 71. vol. 3. Specul. de poſition. §. 10.* is, qui articulat non cenſetur fateri *Panor c. cum venerabilis. de except.* Dicat aliquis, ergo poſitiones præcedunt litem conteſtatam, quia ad eas debet reſpondere reus? Nequaquam, nam ſicut aliud eſt libellus, qui habet concluſionem, & petitionem, aliud poſitio, quæ nihil concludit: ita aliud eſt reſpondere libello, aliud poſitioni: Qui libello reſpondet toti intentioni reſpondet, & litem conteſtatur; qui poſitioni, parti tantum intentionis, neque conteſtatur, *Bald. l. 2. §. quod obſervari. in fin. ſup. de jureiur propt. calumn.* Ordo hic eſt ut prius reſpondeatur toti intentioni, deinde actor ponit negocium, & diſtribuit in certas poſitiones, quibus reus dato termino, mediante juramento, reſpondere cogitur, ut ſupra: quo facto datur alius terminus ad producendos articulos ſuper his, quæ in poſitionibus non ſunt confeſſata; hæc de articulis & poſitionibus. Capitulum utroque generalicus eſt; nam compræhendit articulum, & poſitionem; quare terminus datus ad capitulandum intelligitur datus tam ad ponendum, quam ad articulandum. Sic in criminalibus dantur capitula inquiſitionis reo, quæ ſunt loco tam poſitionum, quam articulorum *vide Panor. in c. per tuas. in fin. de teſtibus c. qualiter. 2. de accuſat.* 76
Quintum † confeſsio quæ poſitiones ſequi ſolet *cap. 1. & 2. de confeſſ. lib. 6.* & ab onere probandi relevat *l. cum qui. 30. ff de iureiur. ubi dd. l. unic. infr. de confeſſ. tot. tit. ff. eod. Ioan. And. & dd. ext. de probat. Alciat. de præſumpt. in pr. part. 2. num. 6.* Ideo probationes antecedit, cum nemo non neceſſarijs ſit gravandus, *l. ſive. 16. inf. de probat. Spec. de teſt. §. nunc videndum ubi Bald.* imò quæ non poſſunt probari, recipiunt probationem indirectam per confeſsionem *l. antiquæ 23. inf. Ad Velleia. l. ult. inf. arbi tutel. l. final. infr. ad Macedon. l. à divo. §. ſi pignora. ff. de re Iudic.* hinc apparet confeſsionem propriè non eſſe probationem, cum excluſa per ſtatutum, vel legem probatione, confeſsio recipiatur *Hippol. de Marſil in repetit. rubr. inf. de probat. n. 75.*

Sextum

77 Sextum † teſtium nominatio & pro-
ductio, *de qua infra ff. & ext. de teſtib. in*
authen. at qui ſemel. inf. de probat. Nam
cum articulis ſimul etiam teſtes nomi-
78 nandi ſunt. Septimum † interrogato-
riorum præſentatio, quæ pars adverſa
articulis opponit contra teſtes ad in-
ſtructionem judicis, ut veritas tanto re-
ctius examinetur *c. præſentium. 31. de te-*
ſtibus. in 6. Specul. de teſte §. Iam de inter-
79 *rogatorijs, per totum.* Nam articuli, † ut
actus probatorius judicij, communi-
cantur parti, quo contra interrogare
poſsit. Interrogatoria quia fiunt ad ju-
dicis tantum inſtructionem, ut diligen-
tius examinet, non communicantur,
ſicut nec altercationes juris. *Panor. c.*
per tuas. de teſtib. Iaſ. lib. 1. §. ult. num.
9. de edend. Marant in aurea prax. part.
80 *6. actu 10. n. 57. & ſeq.* Octavum † in-
ſtrumentorum productio, *de qua infra*
de fid. inſtrum. ff. & ext. eod. Specul. eod.
81 *tit. de inſtrum. editione.* Nonum † juris
jurandi præſtatio, videlicet, deciſorij,
de qua dd. in l. admonendi. 31. ff. de ju-
rejur. l. in bonæ fidei. 3. de reb. cred. c. ult.
de jurejur. & jurisjurandi calumniæ ſpe-
cialis (nam generale initio litis, ut ſu-
pra dictum, exigitur) quod ab eo ſolet
exigi, qui jusjurandum deciſivum de-
fert: & præſtandum, etiamſi generale
82 ſit præſtitum. Decimum † actorum e-
ditio *de qua in l. 2. ſup. de edendo.* Un-
83 decimum † proceſſus h. e. probatio-
num publicatio, *de qua in authent. at*
qui ſemel. inf. de probationibus c. cum di-
lectus 9. ext. de fid. inſtrument. CC. in c.
cauſam. 11. de teſtib. Bald. & dd in l. ult.
inf. de re judic. Bart. l. ſolam. 3. inf. de te-
ſtib. citatis partibus, etiamſi non com-
84 pareant: cujus † publicationis finis, &
effectus eſt, quod amplius teſtes non
poſsint produci, ſed tantum de eorum
dictis diſputari. *Mynſing. Cent. 1. obſer.*
41. exceptis caſibus, qui ponũtur *in au-*
thent. at qui ſemel. inf. de probat. c. fra-
ternitatis. de teſtib. Hippolyt. de Marſil. in
practic. crim. §. occurrunt. n. 3. Duode-
cimum † incidentis falſi quæſtio, *ut in* 8
l. pen. inf. de probationibus. l. nullum. 14.
inf. de teſtib l. penult. & ult. ubi dd inf.
de fid. inſt. Aliud autem eſt incidenter,
aliud principaliter, *l. 3. h. t.* incidenter.
enim teſtis convictus non punitur de
falſo. *l. Lucius. 21. ff. de his qui not. in-*
fam. primò quia ſuper exceptione ſen-
tentia non fertur, ſed libello. *l. ut fun-*
dus. 18. ff. commun. divid. Deinde quia
ad condemnandum de falſo, publico
judicio opus eſt, & ordinaria cognitio-
ne, *l. ubi. inf. de fal. l. fin inf. de probat.*
tertio quoniam hoc à fine rei adhor-
reret, quia proponitur exceptio, non
ut teſtes puniantur, ſed ut fides detra-
hatur; Non igitur debet actus operari
ultra intentionem *l. non omnis. 19. ff. ſi* 86
cert. pet. Decimum tertium † teſtium
reprobatio ſeu repulſio, *de qua auth. ſi*
teſtis. l ſi quis. 17. inf. de teſtib. Bar. ſecu-
liari tract. ad reprobat. teſti. c. præſenti-
um. 31. de teſtib. Decimum quartum, 87
† tortura in criminalibus *de qua infr.*
lib 9. & tit. ff de quæſt. Decimũ quintum 88
† concluſio in cauſa *l. judices 9. h. tit.*
qua renunciatur omnibus probationi-
bus, defenſionibus, non tamen allega-
tionibus. *auth. jubemus. ubi Bald. hoc*
tit. clement. Sæpe §. & quia. de verb. ſi-
gnif. cui ſubjungere debebant inrotu- 89
lationem † actorum, ad quam partes
citandæ, & vel præcipua pars eſt, ne quid
inſcia parte alterutra, actis vel addatur, 90
vel detrahatur. Ultimum † quod non
ad litigatores, ſed judicem pertinet, eſt
allega-

allegationes, & diſputationes juris, *de*
quibus Specul. in tit. de diſputationib. Ma-
rant. partis 6. part. 2. actu 16. Innoc. &
Dd ext. in c per tuas de teſtib. Iaſ n. 6. & 7.
cum ſeqq. in l. 2. ſupra de edend. quæ et-
iam poſt concluſionem in cauſa judici
ad ſui inſtructionem rectè offeruntur,
cum probationibus præſumptivis, nec
parti communicantur, *Marant part.*
6. act. 10. n. 58. Si enim communicaren-
tur, jam ex lite lis in infinitū oriretur.

91 Finis † ſeu poſtremæ partis judiciorũ
tria uſitatè tantum membra ponuntur,
ſed ea omnium præcipua videlicet ſen-
tentia, *de qua infra lib. 7. de ſententijs cũ*
multis tit. ſeqq. & ff. de re judic. & ext. eo.
appellatio *tot. tit. inf. de appellat. cum*
multis ſeqq latè Marant. partis jud. 6.
parte. ult. act. 2. & poſtremò executio
de qua infra de execut. rei judic. l. à Di-
vo pio. 15. ff. de re judic. & Marant. pra.
all. loc. actu ult.

92 Species † judiciorum peti poſſunt ab
ipſa materia, quæ in judiciis verſatur,
quomodo Ulp. judicia dividit, in cau-
ſas privatas, publicas, & fiſcales *L. 1. § 2.*
de calumn. Sed quia pro infinitate ma-
teriæ cauſarum, h. eſt, litium, quæ in
judiciis volvitur, penè infinita eſt judi-
ciorum varietas; ideò ordinis, diſtin-
ctionisque gratia ſecundum cauſarum
ſeriem dialecticam uſitatam genera, &
ſpecies judiciorum diſtribuemus. Phi-
loſophi quidem à fine, & forma auſpi-
cantur, ſed in populari argumento reti-
neamus uſitatam, & popularem metho-
dum, dividendo judicia primum à cau-
ſa efficiente, deinde à materia, exinde
à forma, poſtremò à fine & effectu. A
cauſa † efficiente, aliud eſt judicium ju-
93 risgentium, in quo ex æquitate juris-
gentiũ de ſimplici, & plano, omni juris
civilis, non etiam naturalis ſolennitate
circumſcripta procedit[ur]: *c dilecti. 6.*
ubi Panorm num. 1. cum. ſeq. ext. de ju-
dic. clem. ſæpe. de verbor ſigni. aliud ci-
vile, quod legibus, & jure poſitivo or-
dinatum eſt *tot. h. tit. ff. & ext. eod. l. 2.*
§. 2. de O. I. l. prolatam 4. ubi Bald. nu. 3.
4. cum ſeqq inf. de ſentent. Marant. in
Spec part. 3. n. 135. Hoc † rurſum, aut 94
eccleſiaſticum, quod de rebus ſpiritu-
alibus, coram eccleſiaſticis perſonis *c.*
1. de conſtit. verb. iudicijs eccleſiaſticis.
exercetur: *auth. ſtatuimus ſup. de epiſc.*
& cler. tot. tit. ſupr. de epiſc. audient.
c. & ſi 4. de judiciis. c. ſi diligens
ti. 12. & tot. tit. de for. compet. aut ſecula-
re, in quo iudex laicus judicat. *c. 5. cum*
ſeq. c. licet, 10. de for. compet. d. c. & ſi 4.
de iudic. de quorum utroq. Marant. par.
4. diſtinct. 11. per tot. Quod † iterum aut
civile, mero jure civili inductum: *l. 2.* 95
§. his Legibus de O. I. l. 1. & tot. tit. de
publ. judic. aut prætorium, quod ex ju-
risdictione prætoris deſcendit. *l. 1. ſi*
menſ. falſ mod. dix. l. 1. commod. tot. tit.
de interdict. cum multis ſeqq. l cum præ-
tor. 12. de iudic. § alia Inſt. de action. t.
t de publ. in rem act. atque ita Civile hîc,
dum prætorio opponitur, aliter accipi-
tur, quam ſupra, ubi juri naturæ. U-
trumque † tam eccleſiaſticum, quam
civile, aut eſt ordinarium, *Marant.* 96
part 4. diſtinct. 5. in princ. n 2. & per to-
tum quod coram ordinario agitur, *tot.*
tit. ext. & in 6. & clem. de offic. ordin. h.
e. eo, qui ſuo iure magiſtratus juriſdi-
ctionem exercet. *l. 1. §. 1. de offic. præf.*
urb. l. 5. cum ſeq. l. prætor. 17. ubi Alex.
de iuriſd. Innocent. in c. ult. nu. 6 de for.
comp. Specul. de offic. ordin. in princip.
n. 1. non ſolum cum territorio, ut ſunt
nobiles, & alij, qui de juriſdictione cum

territorio infeudātur: Verū etiā ſine ter
ritorio, ut omnes præfecti in civitatib⁹:
Felin. in c. poſt ceſſionem 7. n. 1. de probat.
per c. ordinarium. 3. de offic. ord. in 6. aut
delegatum *Marant d. part. 4. diſtinct. 5.*
quod exercet judex delegatus à princi-
pe, vel ordinario, non ſuo nomine, ſed
aliena vice mandatis. *l. 1. § qui mandatā.*
3. de off. eius cui mand. eſt juriſd c. 1. ext.
in 6. & clem. de offic. & pot. iud. deleg.
97 *Spec. §. 1. de off. deleg.* Quanquam in du-
bio † cui univerſitas cauſarū commit-
titur præſumitur eſſe ordinarius *d. l. 1.*
in § cum urbem. 1. de offic. præfect urb. Cui
verò una, vel plures cauſæ ſpeciales, in-
telligitur eſſe delegatus *Bart. in l. more:*
5. n. 3. de juriſd. Sic in judicio curiæ, Im
Hoffgricht, ſumus ordinarii, quia uni-
verſæ cauſæ nobis commiſſæ ſunt: Sed
in conſiſtoriis, delegati; quia ad unam
tantum ſpeciem ſumus conſtituti.) A-
liud eſt ſubdelegatum; *Marant. part. 4.*
diſt. 15. n. 1. quod coram eo qui à dele-
gato ſubſtituitur, ventilatur, *l. à judice.*
5. ubi Dd. h. t. l. 1. inf qui pro ſua juriſd.
c. venerabili 37 ubi CC. de offic. deleg. Præ-
98 terea † aliud competens, *c. 1. ext. de foro*
compet. quod coram ordinario, aut de-
legato, idoneo tamen, tractatur: *Maran.*
part. 4 diſt. 8. aliud incompetens, quod
ex variis fit cauſis non tantum ex ju-
riſdictionis defectu. *clem. 2. ubi Card.*
Zabar. quæſt 3. ut lit. pend &c. Marant.
diſt. 8. part. 4. Et his interjectum pro-
rogatum judicium, quo non apud pri-
vatum aliquem: *l. privatum inf. de ju-*
riſd (nam munus publicum, non ſub-
jicet pacto *l. ius 38. de pact.* nec datur
niſi lege. *l. 1. de off. eius l. 3. cum l. ſeq.*
d. iuriſd) ſed apud judicem alias in-
competentem ex partium voluntate,
diſceptatur, *l. 1. & 2. de judic. c. ſignifi-*
caſti. 18. de for compet. c. P. & G. 40. de
offic. & pot. iud. deleg. l ſi convenerit.
18. ubi Dd. de juriſd. Præterea † aliud 99
juriſdictionale, quod coram judice. a-
liud arbitrarium, quod apud arbitrum
peragitur *Marant. part. 4. diſt. 14.*
quanquam hoc judicium propriè non
eſt, ſed huic ſimile *l. 1. de recept. ar-*
bitr.

Illud † rurſum aut neceſſarium, ſeu 100
contentioſum, quod etiam contradi-
ctum judicium dicitur, *l. cum de con-*
ſuetudine. 34. de LL. redditurque in in-
vitum: *l. inter. 83. §. 1. ff. de verb. obli-*
gat. aut voluntarium, quod ab unius
voluntate proficiſcitur, & interdum
non habet adverſarium contradicen-
tem, ut in actibus voluntariæ juriſdi-
ctionis, veluti eſt adoptio, emancipa-
tio, manumiſſio *l. 1. de offic. conſ. l. 2. de*
offic. procon. l. ult. inf. de adopt. l. 1. 2 ſup.
de his qui in eccleſ manum. l. ult de eman-
cipa. donationis ſupra 500 aureos *l. pen.*
ubi gl. & Dd. inf. de donat. quæ cauſæ co-
gnitione non habet opus ſecundum
com. *in d. l. pen. & in §. alia. inſtit. de*
donat. ubi dixi, ut proinde nec citatio-
ne, & judicio: *l. fin. infr. ſi per vim. l.*
nequicquam. 9 §. ubi decretum. de off.
proconſ. l. nam ita. 39. de adopt. l. de uno-
quoq. 47. de re judic. teſtamenti inſinu-
atio, *l. omnium. 19. inf. de teſtam.* vel pu-
blicatio, *l. 1. cum ibi not. inf. quemadmo-*
dum teſt. aperi. l. publicati. 2. inf. de te-
ſtam bonorum poſſeſſionis petitio, et ſi
quæ ſunt ſimilia *l. ult. ubi Iaſ. & Dd. inf.*
qui admitt. ad bon. poſſeſſ. Quibus acti-
bus cum occurrit cōtradictor, ut quan-
doq; donationi, poſſeſſioni bonorum
contradicitur, fit judicium contentio-
ſum, & neceſſarium: ſecus ſi tantum
proteſtetur, aut contradicat ſine judi-

co, de-

ce, declarans tantum ſuum diſſenſum.

101 At † materia, aliud civile eſt judicium, aliud criminale, *gloſſ. c. 1. verb. vel judicia de conſtituit.* aliud miſtum. Civile eſt, quo agitur ad commodum privatum, ſive ex contractu, ſive ex delicto, vel quaſi. *§. 1. Inſtit. de action. l. 1. 2. 5. l. obligamur. 52. l. obligationum. 44. de O. & act.* Criminale, quo petitur aliquid, & præcipuè pœna non parti, ſed fiſco applicari, aut reo infligi, ut eſt communis diſtinctio *gloſſ. ad verb. centum. Bart. num. 1. Alex. & Dd. in l. prætor ait. in princ. de ſepulch. viol. & in l. ult. ubi Bart. nu. 4. de priv. delict. Felin. Bald. Franc. Aretin reprobata Panor. aliter ſentientis ſententia in rubr. de iudiciis ext. circa fin. & in c. tua 5. de procur.*

102 Quæ diſtinctio † ad multa ſervit, præſertim ad ſpecies judiciorum rectè diſtinguendas: Nam ex omni delicto duplex oritur actio, civilis & criminalis *l. qui nomine 25. l. hodie 32. §. 1. de falſ. l. fin de privat. delict. l. nec quicquam 56. pro ſoc.* Neceſſe igitur eſt, ut diſcernas, quæ actio ſit intentata, quia aliter in criminali proceditur, ubi concluſio non eſt neceſſaria, nec petitio *Iaſ. & Dd. l. 3. ſup. de edend.* & probationes requiruntur liquidiores: *l. ult. inf. de probat. l. ubi 21. num. 1. de falſ. Dec. conſ. 175. in cauſa num. 6* id quod hoc exemplo declaratur: injuriarum actione nihil eſt hodie frequentius, ſicuti certè nec quicquam uſitatius, hoc improbo ſeculo, quam alienam lædere exiſtimationem: hæc vel civiliter, vel criminaliter poteſt intentari, *l. ult. de injur.* quæ tamen in hoc differt à cæteris, quod in utraque ſit pœna, non intereſſe, quia exiſtimatio, ſtatus, & vita, eſt inæſtimabilis: *l. liber. 13. ad L. Aquil. l. libertas. 106. de R. I.* Utrovis modo ſit intentata ex forma concluſionis æſtimabis, & diſcernes; ſi concludit actor ita, ut æſtimet injuriam certa quantitate, vel incerta, de qua ſibi petit ſatisfieri, civilis eſt actio: ſin petat ærario pauperum, aut puniri reum arbitrariè, criminalis.

Sed hic rurſum quæritur † ſi poſtulet adigi reum ad palinodiam, utra videatur intentata, diſputat *Marant. part. 4. diſtinct. 1. num. 17.* & inclinat in eam ſententiam, videri criminaliter actum, quod Scabini quidam ſecuti, ſed in Camera ſervatur contrarium, quia effectu, qui potiſſimum conſiderandus eſt, *l. 1. in fin. ff. quod quisque iur.* non fiſco, ſed ſibi actor petit ſatisfieri de læſione exiſtimationis *Mynſing. obſerv. 98. cent. 2. Andr. Gail. lib. 1. obſervat. cap. 65.* ut cum agitur ex *l. diffamari. inſr. de ingen. manumiſſ.* quæ procul dubio civilis eſt actio. *Blarer. in rep. l. diffamari. infr. de ingen. man. per l. licitatio §. quod illicitè. de publ. can. §. in ſumma. Inſtitut. de iniur. l. ult. de privat. delict. c. tua. 5. de procurat.* ubi ſi agatur ad thori ſeparationem, & non ordinariam pœnam, eſt cauſa civilis, & admittitur procurator, qui in criminalibus non recipitur. *l. penult. §. ad crimen ff de public. iudic.* 103

Miſtũ † eſt ꝙ de utroq; ut loquuntur, 104

 parti-

participat, ſeu in quo tam de delicto, quam re pecuniaria agitur, *c. tua. 5. ubi gloſ. verb. mixta. de procurat* ut partim fiſco, partim agenti aliquid tribuatur, ut quando ita pœna exigitur, ut partim fiſco cedat, partim actori *Bart. in l. Senatus 15. § ſenatus 4. n. 2 cũ ſeq. de jur. fiſci.* Hoc aũt caſu integra pœna fiſco petẽda eſt, qui poſtea dividit, ut revera videatur potius criminale hoc totum eſſe judicium, quam mixtum. Nam diviſio, quæ poſtea ſequitur, non pertinet ad judicium, ſed conſequitur executionẽ, *l. 1. inf. de vendit. rer. fiſc lib. 10 Angel. in §. pœnales, n. 15. inſtit. de action.* Eſt & mixtum cum civiliter quidem agitur, ſed pœnam ſecum actio trahit tacitè, *ut in d. c. tua c. 5. de procur. Marant part. 4. diſtinct. 1. n. 92 & ſeq. l. pen & ult. de in jus vocand.* Sed & hîc reipſa judicium civile eſt, etiamſi poſt executionẽ ſequi corporalis pœna poſſit. *Bald. in d. l. ult. de in ju. vocand.* Sic cum criminaliter ad pœnam agitur, civiliter ad intereſſe, ut in capitali judicio, quo vita, aut bona periclitantur, æquè principaliter agi poteſt *Bald in l. 1. n 2. inf. de appell. Alex. 2. §. 1. ad Bart. de vi bon. rap. Marant. prædi. loc. n. 9.* in reliquis principaliter accuſando, incidenter peſt officium judicis reſtitutionem damni petendo *Bart. in l interdum. 6. § 1 n. 3. de furt Marant. n. 8.* Nam alias cum utilari æquè nequeunt, *l. interdum 4. ubi Bart. n. 1. de pub jud & in l. 2 § 1 n 1. & 2 cum ſeq. de vi bon rapt.* atque cum nec in terminis vult Maranta judicium eſſe mixtum *in præal loc. part. 4. diſtinct. 1 n. 8.* Sed verius eſt, hoc caſu duplex eſſe judicium, nõ unum, criminali & civili cumulato: Quamobrem nos potius teneamus diviſionẽ juriſconſulti à materia ſumptam, ut aliud ſit criminale judicium, aliud civile *l. ult. de injur. l ult. de furt. l. 1. de priv. t. delict. cum ſimilib.*

Criminale † rurſum aut eſt capitale, 105
aut nõ capitale *l. 2. l. capitaliũ. 28. de pœn. l. 2. ubi Bart de publ. jud. l. ſed etſi quis 4. §. 1. ſi quis caut.* Non omne criminale eſt capitale, ſed omne capitale eſt criminale, criminale habet ſe ut genus, capitale ut ſpecies *Marant. nu 4 part. 4. diſtinct. 2.* genus de qualibet ſpecie poteſt prædicari, ſed non contra Sic judicium fractæ pacis eſt non tantum criminale, ſed & capitale *Mynſing. obſer. 52. cent 3.*

Capitale eſt ex quo unum ex tribus capitibus amitti poteſt *Bald. in l reos, n. 2 cum ſeq. inf. de accuſat.* vel naturale vitæ *l. 2. de pœn.* vel juris gentium libertatis *d. l 2.* (cui & hodie damnatio ad perpetuũ carcerem annumeratur *Bart. l. 2. n. 9 de publ judic. ex doctrina Innocent in c qualiter 24. §. ad corrigendos, de accuſationibus, ubi Felin n. 26.* quia hæc pœna jure civili quidem improbatur *l. aut. dam. num. 8. § ſolent 9 de pœn. l incredibile. 6. inf. eod* ſed Canonibus & moribus recepta. *c. 3. de pœn in 6* par eſt damnationi in metallum, & certè perpetuo libertatẽ adimit, ſi nõ jure, at facto *Bart d l. 2. n. 9.* quæ jure Canonico repudiata eſt, & eius in locum hæc ſucceſſit *Feli. d. §. ad corrigendos n. 20. & 27.* neq; huc pertinet incarceratio temporalis, quia libertas ad diem non auffertur) aut civitatis, *d. l. 2. Anan. in c qualiter. 24. §. ad corrigendos, de accuſat. Marant. part. 4. diſt. 2. n. 1.* Et hæc † quidem 106
actu ſunt capitalia, aptitudine verò ea, quibus pœna arbitraria poſtulatur. *Fal. in L. eos. 6. § ſuper his. n. 1. inf. de appellat.*

& in

& in l. reos.3. n 5 inf. de accuſat. quia ex- tendi ad mortem poteſt *gl.& Dd in § in ſumma inſtit de injur. Bald. in c 1. § in- jurio. n. 3. 4. de pac. tenend. & hanc dicit com. Marant. part. 4. diſt. 1. n. 19. cũ ſeqq. & in ſeparatis diſputationibus diſput. 3. per tot.* quæ notãda ſunt, quia latiſſime † pa- tent pœnæ arbitrariæ, primo cũ nulla pœna lege expreſſa eſt: *gl. l. 3. ſup. de S. S. eccleſ.* Secundo in caſibus, de quib. lex nõ loquitur principaliter, ut in homi- cidio latæ culpæ *l. 3 & 7. ad L. Cornel de*
107 *Sicar.* Vtrum autẽ † fuſtigatio, abſciſ- ſio manus, & ſimiles pœnæ corpora- les, itẽ relegatio, quæ eis annumeratur, *Boſſ. in trac pract crim. tit. de carceratorũ fidejuſſoribus. n. 7.* cõſtituant capitale ju- dicium nec ne, diſputat Bart. *in l. 2 n. 1. 2. & 10. de publ. iudic. Bald. in l. reos. 3. n. 3. cũ multis ſequentibus, inf. de accuſ. Felin in c meminimus. n 10. & c. qualiter. 24. § ad corrigendos. n. 23. de accuſat.* qui inclinant eò, ut exiſtiment nõ eſſe. cum caput minimè adimant; quod tamẽ ita verũ eſt, ſi nõ accedat relegatio, ſive de- portatio, quæ jus civitatis auferat, quo- rũ alterutrum plerunq; fuſtigatione ſo-
108 let conjungi. Sunt igitur † ejuſmodi ju- dicia, & in quib. de tẽporali tantũ incar- ceratione quæritur, nõ capitalia, utpo- te quibus nõ petatur caput, *Bart. & Dd. d l. 2. d. publ. iudic.* ſed aut pœna aliqua corpori dolorem inferens, *l. veluti 7 de pœnis.* aut fama, *l. aut damnũ 8. de pœnis & l. 1. de his qui not. infam.* aut bona *d. l. aut damnũ. 8. l moris 9 de pœn. l. ſi in duab 104.*
109 *de R. I.* Civile † porro, aut reale eſt, aut perſonale, *§ 1. Inſt de actio.* aut inter hæc interjectũ, miſtũ. *§. quadã ubi Iaſ. & dd. inſt de actionib. l. itẽ 22. § familia. famil.*
110 *erciſc.* Horũ quodvis † iterũ aut eſt peti- torium, in quo de proprietate, & domi- nio [illegible] poſſeſſoriũ, in quo de [illegible] *l. [illegible] cauſa [illegible] & proprietatis l. un [illegible] jud l. ord[illegible]- rij. 13. inf. de R. V. l. ſi [illegible] Dd late in l. naturaliter 12. §. nihil commune de a[illegible]* Quorũ utrumvis etiã in [illegible] uſu venit· *c. 3. 4. & paſſim. de cau[illegible] poſ[illegible]* tamen etiã perſonalia judicia aut peti- toria ſunt, quibus proprietas rei pot[illegible] jure obligationis, nõ dominii, ut in ca- ſibus, quæ condictiones appppellantur *§. appellamus. Inſt. de action. Ita Bal conſ. 349 ſuper n 2 vol. 3. Maran: part. 4. diſt. 7 n 1.* aut poſſeſſoria, quæ alias, ut loqui- tur Bald. realitatem, alias perſonali- tatem retinent. *Bald. in l. ultim. n.* 111
29. inf de edict. D. Adr. toll. Sunt † item aut univerſalia, quibus univerſitas mul- torũ juriũ petitur, ut in hereditaris pe- titione: *l. 1. in pr. de R. V. gloſſ. mag in l. 1. in princip. de edend. Spec de action. ſeu petit: § ſequitur n. 45. & de judicijs. §. univerſalia. n 1 cum ſeq Iaſ poſt. alios in Rubr. infr. de inoff. teſtam.* aut alterius ſucceſsionis, veluti feudalis, *Imol. poſt Bart. in l. ſi patroni. verſ. & ex iſta ad Treb. Bal. in c. 1. n 5. de ſucceſſ feu. in l cum vi- rum. n. 21 inf. de fideicommiſſ.* item feudi univerſalis, videlicet extra cauſã hære- ditatis, *Panor. in c. cum ſeculum 13. n. 1. ext. de iure patron.* etiam in perſonalib. ut eſt iudiciũ dotis, *Bart. & Dd. in Rubr. ſolut. matr. gl. l. quod dicitur, 4 de impenſ. in reb. dot.* item cum juriſdictio, pecu- lium, ius patronatus, aut alia univerſitas ex obligatione aliqua petitur. *gl in d. l. 1 & in l. in modicis. 24. verb acceſſ t. de ẽ- trah. empt. d. l. quod dicitur 4 de imp in res. dot fact. Panor. in c. 1. & 2. de jure pat tron. Bald. & Dd. in c. 1. de capitan qui cu- riam vendidit.* aut generalia, in quo uniũ quidem jus unius obligationis, diver-

ſi rum tamen ſpiritum deducitur, ut eſt judicium tutelæ, pro ſocio, *l. 2. ubi Dd. h.t. l.1.& t.t. de tut.ac rat.diſt. gl. in d.l 1.* denique omne judiciū, in quo de rationib⁹ quæritur *Bar.in l.2 n 2 de negot.geſt. Spec.de actione § ſequitur in pr.n.45. & de iud.§.generaliter.n.1.& 11.cum multis ſeq.* aut particulare, ſeu ſingulare, in quo de una tantum re quæritur, ut rei vendicatio, *l 1. in pr de R V.* ex empto actio, *Spec.*
112 *in d.§.ſequitur.* Eſt † & judicium vel cōventionale, in quo prima cōventio deducitur; vel reconventionale, in quo ex adverſo ab agente petitur: *L. cum Papin. 14.& auth.conſequenter inf. de ſenten t.t. ext. de mut petition Maran.part. 4.diſt.6.* huic jure Saxonico nō eſt locus, *art.12. 87 lib.3.Landtr.* Denique † aut ſpirituale, in
113 quo de re ſpirituali agitur apud quemvis judicem. *Bar.in l.Titia.34 n 5.& 6. ſolu mat. & in l.quotiens 3. n.1.h.t l.2.n. 4.de juriſd.omnium iud. Abb c tuā.de ord. cogn c.lator. Qui fil ſint legit.* aut temporale, in quo de re profana, & temporali agitur, etiam in curia eccleſiaſtica. *Maran part. 4 diſt.13.* Poſtremo † aliud
114 principale, aliud incidens *l 3. h.t. Bar.d. l. Titia ſolut matr.d.l.2. de iuriſd.* Aliud appellationis, nā principale utrique opponitur, diverſis tamen ſignificationibus, ſcilicet incidenti in prima inſtantia, principali in ſecunda. *Mar.part 4.*
115 *diſt.4.* A forma, † Iudicium aliud ordinarium, aliud extraordinarium *tot. tit.de ord. et extraord cognit.* ICtis † ordinaria
116 dicuntur in quib. vetus judiciorū ritus, & ſolemnitas ſervatur; extraordinariū in quo ſine iis ſolennib⁹ proceditur, *§ ult. inſt. de interd.l.ordo 8 de pub.iud l. ſi pupilli bona 13.de pen. l antep. de neg. geſt.* Noſtri vero bifariam hæc diſtinguunt; primū enim vocant ordinariū, quo ordinaria, ac civili actione certa res petitur, aut quum certa lege contraſpe[illegible] debet: extraordinariū vero, in quo abſque actione per viā [illegible], vel officiū judicis, nō ad certū, ſed arbitrariū procceditur. *Mars par.4.diſt 9.* Alio modo reſpectu formæ ordinariū dicunt, in quo juris poſitivi ſervatur ordo, ut libelli oblatio, litis conteſtatio &c. *l. 1. cum auth ſeq.inſ.de litis conteſt.Bar.Bal & dd. in d.l prolatam.inf.de ſentent c.quoniā de prob.* extraordinariū, in quo nō juris poſitivi, ſed tantum naturalis uſitata ratio, ſine ſtrepitu & figura judicij tenetur, ut in cauſis ſummariis *d. clem ſæpè de V. S. Bar.in l. Aemilius.38.in fin. de mino.& in conſtitut extravag. ad reprimendū verb. videbitur. & verb.ſine ſtrepitu.& verb figura. quomodo in laſa maieſtatis reos procedatur. Bal in c.1. § inveſtitura in fin. de no:form fidel clem paſtoralis 2 ubi CC. de re iud. Mar. d. part.4.diſt 9.Mynſ. obſ. 70. cent.3.*

Item † aliud ſimplex, in quo alter 117
litigatorū actor, alter reus eſt: aliud duplex; in quo uterque utramque perſonam ſuſtinet, *§. duplicia.inſt.de interd. l. 2. in pr.ff eod. tit.l. in trib. 13.de iudic l. ſi duo. 3.§.1.ff uti poſſidetis§.quadā.inſt de.actio.* ab utroque probationes exiguntur. In quibus actor intelligitur, qui primū ad judicium provocat, *d. l.in trib.l duo 28. de re jud.* nō tantum quo ad ordinationem judicii, *ut volunt gl in d.l duo judices & ibidem Angel.ac Caſtr.atque idē Angel, quamvis dubitanter in §.3.n 1. Inſt. de interd.* ſed etiam quo ad cauſæ deciſionem, *c. ex literis 3. in verbis poſſeſſoris teſtes præferentur, ubi Panor. h. notat. n. 10. de probationibus,* ut in dubio pro reo judicetur, *ſecundum Ang. l. favorabiliores. ff. de R. l.* & hanc partem dicit

vario-

veriorem *Bald. in d. l. in trib. in prin. c. licet. 9. nu. 28. deprobat quem ibi communiter dd ſequuntur Iaſ. in d. l. duo nu. 4. Faber. in d. §. tertia in fin. inſtit. de interdict. Mathes ſingul. 109. n. 1. & 2 addens communiter ſic teneri.*

118 Præterea † alii judicii ſpecies hoc reſpectu dicitur cognitio ſeu κατ᾽ διάγνωσιν, in qua utraq; parte præſente cognoſcitur: *l. ult. §. illud inf. de tempor. & reparat. appell. l. 4 inf. de accuſat. l. ult. ſup. de LL. l. 3. inf. de quæſtion.* alia μονομερὴς (id eſt, unius partis) ſeu κατ᾽ μίαν μοῖραν, quando videlicet una tantummodo parte præſente, altera cõtumaciter abſente, proceditur. *d. l. ult. §. illud. inf. de tempor. & reparat. appellat. l. ult. ad SC. Trebell. novell. 53. & 90. cum aliis, quæ ad hoc adducit Cuiac. lib. obſer. 4. c. 32. l. properandũ. §. ſin autem. h. t.*

119 Item † quoddam ſtricti juris *l. unica. §. ſed etſi. inf. de rei ux. act. l. 5. de in lit. iurand.* ut pleraq; omnia: *l. 1. ubi dd. inf. de conſort. eiuſd. lit. Alex. conſ. 18. n. 42. vol. 1.* quoddã bonæ fidei. *§. fuerat. 25. §. in bona 26. inſtit. de act. l. cum duob. 52. §. 1. ff. pro ſocio l. 1. inf. de reb. cred. l. 2. de oblig. & ſimilib.* nonnullum arbitrium, *§. præterea 27. Inſt. de actionib.*

120 A fine † & effectu, aliud judiciũ eſt privatum, quod ad privatam utilitatem refertur: *l. 1. 2. ubi Bart. de privat. delict.* aliud publicũ, quod ad publicam utilitatem collimat. *l. unica. ubi Dd. ſi quis ſuedit non obtemp. & in l. 2. tot. tit. ne quid in loco pub. l. 1. de pub. iud. l. ſi quis. 7 cum*

121 *ſeq. de juriſd.* Item † quoddam principale, quoddam præparatorium, quod cauſa principalis, eiuſque præparandi gratia inſtituitur, non propter ſeſe: *l. 1. & 2. ubi glo. ad exhibend.* & quod eſt his ſimile, aliud præjudiciale, quod alteri præjudicium facere poteſt. Aliud non præjudiciale. *§. præiudiciales 13. ubi Dd. inſt. de act. l. 1. & 2. fam. her. l. fundũ 16. l.*

122 *fundi. 18 ubi Caſtr. de excep.* Deinde † aliud eſt rei perſecutoriũ, *§. ſequens 16. inſt. de actio.* quo vel ſolidũ, vel quantũ fieri poteſt, conſequimur: *§ ult. Inſt. eod.* aliud pœnæ, *§. ſequens. Inſt. actionib.* Et hoc

123 † vel in ſimplũ, vel in duplũ, vel in triplum, vel in quadruplum inſtituitur *§. omnes 19. Inſt. de act.* Ultra quadruplum autẽ regulariter non extenditur pœna pecuniaria, ſed corporalis pœna obtinet: *ut latè Meno. de arbit. iudic. quæſt. lib. 2. Cent. 3. caſ. 260 n. 4. cum ſeqq.* De lege quidem Moſis pœnæ pecuniariæ ultra quadruplum extenduntur.

124 Quod † ad cauſam attinet, iudiciũ origine eſt juris naturalis: *Spec. in proœm. 1. part. n. 1. Archid. ſuper decret. in pr. Maran. part. 3. n. 133.* forma, iuris civilis *l. 2. §. 1. ubi Dd. de orig. juris. l. quippe 78. l. cum prætor 12. de judi. d. l. prolata ubi Bal. inf. de ſent.* & quidem publici *l. nullus. 14. ſup. de Iudæis l. 2. ſup. & quia veremur de iurej. propter calu.* ubi additur ratio, quia nõ pro commodo privatorũ, ſed pro communi utilitate eiuſmodi ſtatuuntur. Cauſa

125 ergò remota † ſtatuatur jus civile, ſeu poſitivũ, ut Lex, *l. 1. de offi. eius cui mand. eſt iur.* conſuetudo, quæ & ipſa dat juriſdictionẽ, *l. 6. ubi gloſſ. ad verb. conſuetudine inf. de emanc. liber. l. more. 5. ubi gl. Iaſ. & dd. de iuriſd. om. iud. l. ult. de aq. plu. arcend. l. viros. 8. inf. de divers. officiis, lib. 12.* & qui legis vice eſt, magiſtratus *l. nã & ipſum 8 ff. de iuſti. & iure. §. 1. Inſtit. de bonor. poſſeſſ.* aut ordinariam dans jurisdictionem, ut princeps, *d. l. 1. de offic. eius cui & c. l. 1. §. 1. de off. præfect. urb. l. 1. in fin. ad L. Iul. de ambit.* aut delegatam, ut magiſtratus inferior or-

or ordinarius *d. l. cum prætor 12. d. l. more 5. de juriſdict.*
126 Propinqua eſt, † judex, actor, & Reus, *d. c. forum de verb. ſignif.* de his dicetur inf. ſuis titulis, nempe de judice *ad tit. Qui dar. jud.* de litigationibus vero *ad tit. qui legit. perſonā ſtand.*
127 *in jud.* Impulſiva † univerſalis humanarum rerum neceſſitas, *c. ad hoc 63. in pr. 16. quæſt. 1. c. niſi bella. 23. q. 1. §. jus autē in verbis uſu & neceſſitatib. inſt. de jur. nat. gent. & civilis gloſ. in §. 1. ad verbum neceſſitate inſt. de oblig. Iaſ. in §. ſupereſt. n. 41. inſt. de actionib. Marant part. 3. n. 136.* Vbi etiam pluribus adſtruunt, quod ſup. dictum eſt, judicium origine naturale eſſe, formâ civile. *προκαταρκτικὴ* particularis † eſt reorum fruſtratio, *Dd. in §. ſic itaq; verſ. appellamus inſtit. de action. ubi Faber n. 5. & 6. Platea. n. 6. Iaſ. n. 41. cum ſeq. gloſ. latin. Zobel. lib. 2. Sachſſr. art. 2.* quam in libello ſolet actor accuſare narrans quod idem petierit amicabiliter, in der güte, ſed nihil potuerit obtinere, adeò ut hoc quidam putent neceſſariū, cum reorum propriè ſit fugere, & ſine mora vix fit, ut quiſquam [illegible] perveniat, *ut dicitur l. 3. in princ. de uſur.* Sed nō eſt neceſſariū ut Zaſius & alii notant, *§. 1. Inſt. de act.*

Materia † ſunt cauſæ tam civiles, quā
128 criminales, *l. 1 §. pen. de calum.* etiam minimæ. nam & pro uno nummo † eſt [illegible] & judiciū: *§ gallinarum. ubi gl. ad verb. qui lucrandi Inſtit. de rer. div. [illegible] propter arſus, 22. de dam. infect. [illegible] illud. de conjung. cum emanc. lib. 1.* [illegible] ordinarium, & præcipuè [illegible] de re minima, ut quæ ſit [illegible] aureos, concedi ſolet. *l. 4 de [illegible] int. l. ſi quis 9. § ult. cū ll. ſeq. de dol. mal.* [illegible] judiciis inferioribus. Cæte-
129 rum † in ſupremis quandoq; rerū mini- marū cauſæ nō recipiuntur, ut hodie in Camera imperii, ubi cauſa minor aureis [illegible] nō recipitur, *Myning obſ. 4. cent. 4.* quæ ſumma deinde in Comitiis Imperii anno 1570. Spiræ habitis ad 150 florenos aucta fuit, *Myning. cent. 6. obſ. 15.* Ac ut olim † ita & nunc certæ 130
ſunt juriſdictiones, in quib⁹ cauſæ duntaxat certi generis tractari poſſunt, ut verbi gratia, ſpirituales in conſiſtoriis, temporales in foro ſeculari, civiles apud magiſtratus municipales, criminales apud criminalium rerū præfectos, *l. ſolemus. 61. §. ult. de judic.* item certæ quātitatis *l. ſi idē. 11. l. pen. de juriſd.* Itē
† tam cauſæ facti, quam juris. Etſi enim 131
ſuper jure probationes nō recipiuntur *Bald. in addit. ad Specul. § nunc videndum in prin.* tamē rectè inſtituuntur judicia de quæſtionibus juris, *l. 5. de probat.* niſi jus certum ſit, aut confeſsū *l. unica ubi Dd. ſup. ut quæ deſ. advoc.* Nā & cū factū in confeſſo eſt, nullæ ſunt partes judicantis, *l. poſt rē judicatā. de re jud. l. unica. inf. de confeſſ. l. 1. & 2. ff. de confeſſ.* Sed dādus eſt potius reo terminus ad ſolvendum, *l. debitori 21. ff. eod. l. ſi reus 73. de procur.* In judi-
ciū † autē venit omne, q actione, & libello 132
comprehenſum eſt, ante litem conteſtatā, *d. l. ſolemus. 61. ff. de judic.* non etiam quod poſt accidit, *l. non poteſt 23 ff. eod.* aut tum temporis adhuc dubium, vel non debitū fuit, *l. ſed etſi 28 §. ult. ff. eod.* at non in obligationē deductū *l. nec quemadmodum 35. ff. eod.* Nam quod acceſſiones puta fructus, expenſæ, uſuræ, quæ poſt litem conteſtatā accedunt, etiam in judiciū venire ſolent, *l. 1. 2. inf. de fruct. & lit. expen. l. lite conteſtata. 35. l. videamus. 1 & 2. de uſur.* id non fit jure actionis, cujus cauſa judiciū comparatū eſt, ſed ex officio judicis mercenarioq; judicio, & actionem deſervit & a lite conteſtata incipit *l. ædiles 25. § itē. 4. de ædil. edict. Marant part. 2 n. 27. Bart. l. ex diverſo 35. §. 1. de rei vind.*

For-

133 Forma † eſt ipſa ordo, & ſolennitas judicij quæ alio nomine ſtrepitus, & figura judicij dicitur. *d. Clem ſæpe. de v. S. Bart. in extravag. ad reprimendū. quomodo in læſa majeſtatis reos procedatur. Bald. in l. nequicquam 9. § de plano. n. 1. 2 cum ſeqq. de offic. procon Marant. part. 2. n. 26.* inter formā, & ſubſtantiam hoc putat intereſſe, quod ſubſtantia ſint partes, & actus judicij, ex quibus conſtat, ut citatio, litis conteſt. &c. Forma autem ipſorū actuū ſeries, ordo, & figura: quare judicio ſine figura cōmiſſo, ordo intelligitur remiſſus, non etiā ſubſtantia. *Bart. in d. extravag. ad reprim. verb. & figura Marant. d. loc. n. 26. Cardin. & dd. in d. clem. ſæpè. ad verb. & figura.*

Forma judiciorū etſi hodie reſpectu veterū ſolennium extraordinaria eſt, *§. ult. inſtit. de interd. l. antepenult. de neg. geſt.* tamen retinent ſuā quandā ſolennitatem civilem, à jure novo attributā, ut quod alter litigatorum actor, alter reus conſtituendus ſit, *l inter. 62 ff. eod.* ut cognitio à citatione incipiat *§. ult. inſt. de pœn. tem. litigant.* adverſario citato libellus offeratur, dato ad delibe-
134 randū, & reſpondendum ſpacio *l. 1. in princ de ed. nd. Auth. offeratur ubi dd. inf. de litis conteſt. Auth qui ſemel inf. quomo. & quando jud.* lis per reſponſionem cōteſtetur *l. 1 inf. de litis conteſt.* exceptiones, replicationes, audiantur *l. except. 19. inf. de probat. l. ſiquidem 9. inf. de except. l. 2. ff. eod.* termini ad probandum dentur primum actori ad actionē demonſtrādam *l actor. 23 inf. de probat. l. 1. inf. de dilation.* deinde reo ad exceptionem *d. l. ſiquidem* in qua eſt actor *l. in exception. 14 de probat.* diſputationes admittantur *Specul de diſp.* Utraq; deniq; pars plenè audiatur, cauſa integrè cognoſcatur, ac tandem concludatur *l. judices. 9 h. tit.* & ne qua fraus hic fiat *l. ult. inf. de fideicōmiſſ.* judicii acta omnia in publicā ſcripturam redigantur *d. c. quoniam 11. de probat.* quod ſi judex nō fecerit, tenetur parti ad expenſas. *Mynſing. cent. 1. obſ. 11.* Ubi opus eſt ſententijs interlocutorijs incidentes controverſiæ decidantur *l. quod juſſit. 14. de re jud. l. 1. inf. de ord. iud. d l nec quicquā. 9 § 1. & 3. de off. procouſ. §. ad excludendas. in auth. de litig. c. ſignif. 38. de offic. deleg. c. ſignificaverunt 36. de teſtib. clem. 1. ubi gl' eſſ. ad verb. definitivā. de ſequ. ſt. poſſ* tota vero lis ſententia tandem definitiva terminetur *l. 1. & tot. tit. de re iudic.* citatis ſemper litigatoribus tum ad hunc ſententiæ actum, *l 6. inf. quomod. & quand. iud. l. 1. §. pen. quæ ſententiæ ſine appellat. c. 1. de cau. poſ. & propriet.* tum ad quēlibet aliū judicij actum *l. de unoquoq. 47. de re iudic. & d. clem. eod. tit.* Quomodo verò iudicari debeat nō eſt hujus loci exponere, ſed dicetur *inf. tit. de ſentent. cum multis ſequent.* Utrum autē ſecundum conſcientiam an ex actis allegatis, & probatis judex iudicare debeat, nec illud quidē eſt hujus loci *de quo dd in l. illicitas 6. §. 1. de offic. præſid. Felin. latè in c. paſtoralis. n. 23. de offic. de leg. latiſſ. verò & exactiſſ. Didac. Covar lib. reſol. 1. c. 1. & in repet. c. Rainutius §. 11. in princ. de teſtam* Ac ut rem in pauca contrahā: ut ex ijs de quibus ante dictū eſt, partib. earumq; legitima ſerie. & cōſequutione quaſi coagmentetur iudiciū, opus eſt. Cæteroqui earū omiſsio, aut confuſio reddit judicium retro nullū *l. 4. ubi Bald. & dd. inf. de ſentent.* niſi id de partium voluntate fiat *l ſi convenit. 26. de re iudic. c. tuus 39. de teſtib. c. 1. §. 1. de jura. cal. in 6. l. pen ubi dd. ſup. de pact.* Quod ſi cui de his plura ſcire

animus eſt, diſcere poterit quomodo in judicio partib præſentibus omnia ſint peragẽda *ex l.properandũ 13. h. tit.d l.1.cum auth.ſeq. inf.de litu cõteſt.d.auth.qui ſemel.d.c quonia 11.ubi Lanf.de prob.& Specul.de judiciis ac aliis locis multis.* Quomodo verò utraq. vel alterutra parte abſente judiciũ exerceatur patet *ex d.l.properandum § fin autẽ. cum ſeqq.l. conſentaneum. 8. & tot.tit.inf.quomodo & quando judex.l 5.ubi dd. l.hæres.19.§.1.d.de eo.26. & paßim tot.tit. de jud.c. 1 & tot tit.de dol.& contum.& tit. de eo qui mitt. in poſ.l.ult inf ubi in rem act.* Illud in ſumma

134 teneatur non tantũ ſententiã † judicii ſcripto eſſe cõpræhendendam. *l.1 inf de ſent ex brev.* Sed omnia acta judicij,omnes partes in ſcripturã redigi, & de his acta confici oporteret.*quoniam de probat.* unde poteſt dici ſcripturã iudiciũ conſtare.nã etſi partes viva interdum voce perorant, tamen eorum dicta excepta ad acta in ſcriptum rediguntur,vom munde in die feder.niſi fortè in cauſis ſummariis. Vnde non niſi per ſcripturã actorum, iudicium probatur,niſi cõſtet ea

135 d[illegible] perdita incendio,aut aliis modis At † ubi peragenda ſunt iudicia? Corã iudice cõpetente *l.5.de jud.l.2 ſi quis in jus. tot. tit. ext. de f[illegible] o comp.* in loco honeſto. *l quid tamen. 21. §. ple[illegible]um 6.verſ. nõ debent,& § ſed ſi in aliquẽ.1?. de [illegible] arbitr.* Ordinaria verò in loco uſitato, & [illegible] *l.pen.de juſt.& jur.*puta in aula principis,aut in alio loco à principe deſignato. *l.4.in [illegible] ubi gl[illegible] ad verbum in aula ſup.de arbitr.* nemo enim poteſt in alterius porta iudicare. *Bald.l.teſtamenta 18.n 23. [illegible] inſ de teſtam* reliquos etiam alibi pro more cuiusq, loci. *dd. in d l nequis juam § 1 & § de plano. 3. ubi Bald ff. d[illegible] on.c.venientes.19 ubi glo.verb.conſuetn-*

136 *d[illegible] jurand* At † quando? Intra tempora cuique actioni præſtituta. ita tamen [illegible] index copia ſui facit,*l 1.l.ſed etſi 26. [illegible] tẽ* cum citat ad judicium *d[illegible] de judic.tot.tit in jus vocati ut eat* cum a[illegible]rius fruſtratur *Iaſ.n.41 ubi cæteri dd, in § [illegible] itaq;. inſtit. de action.* quia ut contumax poteſt [illegible]cuſari *Chil König in proceſſu cap 35. & [illegible]* paratus ſit ſolvere *l.ſi reus.73.de pr[illegible] de[illegible]itori. 21 ff.de judic.l 5 de pu[illegible].l. ult. [illegible] in fraud.cred §.fin. Inſt.de perpet.* judicandũ

interdiu ex neceſsitate [illegible] ex [illegible]ate, *glo[illegible].verb.in matutino.N.82.c 3* Ea pr[illegible]ced[illegible] hora cogrua intelligitur ex [illegible] ante noctis tenebras per[illegible] *c conſuluit. 24.de off.& pot[illegible] judi[illegible]* At

† quamdiu? Generaliter civilia intra tri[illegible] 137
nium,criminalia intra bie[illegible], *ut d,c[illegible] ex. properandum 13 h.tit.l ult.inf.ut intr.cert tep.N.[illegible] § ſi tamen.* At † quoties de re una non ni[illegible] 138
ſemel,ſi ſententia tranſeat in rẽ judicatã. *l 4.& tot.tit.inf.de re iud.l.4.5.c [illegible] multis ſeqq.de except.rei judic.* Sin appellatione ſuſpendatur nõ niſi ter,cum de eadẽ re plus quã bis prohibitum ſit provocare. *l.unica inf ne lic in una ead.* Vitanda eſt enim infinitas *c 2.de reſcript. in 6.*alioquin nullus eſſet litium finis *ut dicitur in l.fratris 10.ſup.de tranſact.* Sed hæc † ac- 139
cipienda ſunt de judicio earundẽ perſonarũ,& rerum.*l ſi cui.7.§ iiſdem.de accuſat.* Nam quia res inter alios judicata aliis non præjudicat *l ſæpe,63.de re judic.l.1.de excep .rei jud.* ideo nõ prohibetur tertius,qui in lite non fuit,eandẽ eadem de re movere actionem, *l.1.& tot.tit de except.rei judic l. divi fratres 27. de lib cauſ.l ſi te.7. inf. de ingen manum.* niſi quandoq; in cauſa ſtatus,quando quis ingenuus, nobilis,legitimus,&c. pronunciatus eſt, *l. penult.de ſtat hom* aut in criminali abſolutus eſt. *d.§.iiſdẽ.* ejuſmodi enim ſententiæ jus faciunt inter omnes *d l penult.*eoq; difficulter de eadem re judicata licet amplius agere *d.§ iiſdem.* Forma † probandi acta judi- 140
ciorum,ſingulaſq; ejus partes,& actus, cõſiſtit in ſcriptũra, qua & conſtare, & probari debent. *c quoniam.11.ubi Panor n 19.de probat.l.ult ubi Bald.Salyc.& dd inf. de ſeruis & inf. de ſe[illegible]tent. ex brevic. recitan. Marant. de citat nu 51. Schurf.conſ.38 n 3 cent.1.* Sic † contractus ma- 141
joris momenti,ut alienationes rerũ eccleſiæ, & civitatum ſcriptura debent conſtare *c 1 de cenſib. lib 6. & videatur Alex de Nevo conſil, matrimon.39.n 14 & ſeq.& in authent, de alienat, & emphyt & locat.& not n l. contractus inf. de fid.inſtrument.* Etſi enim præſumitur † pro 142
judice, *Dyn.c. in judiciis 12.de R I.in 6.* reſpectu juſtitiæ in iis,quæ ſunt ſui officij.*l 2.ſup. de off civil Iud. gloſ.ad verb.præſumatur in d.c quoniam,Iaſ. in l.ſti[illegible]ndum.n.21. de V. O. Alciat. in tra[illegible] præſu n[illegible]*

pſum pt reg.3.præſumpt.9 ... , quæ non ſunt officii, nam in his pro privato habetur: *l. factum a judice 170. ubi Dec. de R.I.l. non videntur 167 §. qui juſſu judicis cod. tit.* nõ tamen reſpectu proceſſus, præſumitur ſervatum eſſe ordinẽ *c. cum à nobis. 25. de teſtibus*, niſi quatenus ex ſcriptis demonſtretur publicis *d. c. quoniã ubi Panor. n. 19. Cravet. conſ. 265. n. 4. & conſ. 48 n. 2.* Quibus ſcripturis ita
143 † tamen creditur, ut admittatur probatio in contrariũ *d. c. cum à nobis 28 c. poſt ceſſionem 7 de prob. gl. ult. in d. c. quoniã.* Faciunt ergo præſumptionẽ juris, nõ de jure, ut quodlibet publicũ inſtrumentum, cui contradici poteſt. *l. cũ precibus. 15. inf. de probationib. c. cũ Ioann. 10. de fid. inſtr.* cõtradicere enim actis litigatores poſſunt *l. 1 inf. de dilation. gloſ. in d. c. quoniam 11. in fin. per c. biduũ. verſ. rurſus illud verendum. 2. quæſt. 6.* Sicubi ſuſpicio ſit, elogia nõ ex bona fide conſcribi, *l. Divus. 6. de cuſtod. reor. gloſſ. in d. c. quoniã; in fine per c. cũ dilectus 20. de accuſation.* dũmodo per plures, & meliores teſtes probetur cõtrarium, *ut inquit gloſ. in d. c. quoniam in fin. & eſt comm. theorica in c. cum Iohannes 10. de fid. inſtrum. & l. in*
144 *exercendis 4 §. inf. eodem.* Quare verendum † eſt, ut verũ ſit, quod *Mynſing. deſinit obſervat. 39. cent. 4.* monumenta publica & libros civitatũ non poſſe impugnari *per l. cenſus 10. de probat. l. ult. inf. arbitr. tutel.* Nã ſi verum dicere volum⁹ *d. l. ult. inf. arb. tutel.* loquitur de caſu inventarii ſpeciali *ut dd. ibi omnes fatẽtur,* qui nõ eſt producẽdus ad cõſequentias. *l. quod verò 14. de ll.* Cæterũ *d. l. cenſus. 10.* jus vetus redolet; quo jure teſtes cõtra ſcripturã publicã interrogari non poterant, cum de fide tabularum nihil diceretur *ut ait Paul. lib. 5. ſentent. c. 15.* h. e. cum falſitas inſtrumenti non argueretur: verum hæc aliter nunc uſu habentur ex interpretation. *dd. in d. c. cum Io-*

hannes 10. d. c. quoniã. Ex quo ſequitur eſt, ejuſmodi publica monimenta cõtrariis probationib⁹ impugnari poſſe. Illud † ſane extra dubiũ eſt, quin deper- 145
ditis actis incẽdio, aut alio caſu, qui tamẽ probari debet, *l. 6 §. pen. in verb. perdidiſſe ſe probet. de edendo.* alia ſuper ijſdẽ probatio per teſtes recipiatur. *c. Albericus. 43. de teſtib. c. ſicut. 16. de ſentent. & re jud. c. cum olim. 12. de privileg. l. 2. inf. de teſtam. ex reg. l. 4. & ſeqq. inf. de fid. inſtru.* De fine † judiciorũ Cicero pro Cecin- 146
Dividit † eandem Triphoninus *d. l. bona fides.* in univerſalem, & particularem: univerſalem vocat, quæ in tribuendo jure expendit quicquid omnino ad rem quoque modo facit, ſic ut jus ſuum cuique abſque juſtiore alterius querela tribuatur: particularem quæ tantummodo conſiderat id, quod actum eſt, & perſonas contrahentium, ac bonam fidem ipſius contractus, non admiſſa æquitatis interpretatione aliunde ſumpta. Utraque in judicijs ſuum locum habet, id quod iudicis eſt æſtimare: hujus tamen potiſsimus uſus eſt in ſtrictis judicijs. *l. 4. in princ. cum ibi not. de eo quod certo loc. &c. & in l. 3. inf. de reb. cred. in §. præterea. Inſtit. de act.* Illius verò in his, quæ ſunt bonæ fidei *d. l. bona fides.* 4

des. §. *actionum cum ſeqq. Inſtit. de act.* Item & in criminalibus, ut elegantiſsimo exemplo oſtendit *l. perſpiciendum.* 11. *l. aut facta.* 16. *de pen.*

5 Cauſa † eſt ratio, ratiocinatio, & *προαίρεσις. l.* 9. 10. *& pen. de juſt. & iur.* Materia, perſonæ, & res, earumque circumſtantiæ. Forma, ipſa diſtributionis æquabilitas. Finis ut cuique ſuum ſine juſta cujusque querela tribuatur; ut hæc omnia innuit I. C. *in d. l. bona fides. depoſiti, ubi Alciat. & Dd.*

6 *Aequitatis.*) æquitas † ab æquo ſeu æqualitate eſt, unde noſtris etiam æqua lanx dicitur. *l. maximum.* 4. *inf. de liber. præter. l. non tantum* 20. *ff. de re judic. l. cum quis.* 10. *inf. de natural. liber.* Significat autem propriè naturalem æquitatem, ſeu rationem. §. *quod vero. Inſt. de iur. nat. l. omnes.* 9. *l. pen. de juſt. & iur.* §. *theſauros.* §. *per traditionem. Inſt. de rerum diviſ. l.* 1. *de pact.* & bonum & æquum. *l. pen. de juſt. & jur.*

7 Ea porro † à ſcripto jure eſt ſecreta. *l.* 1. *ſup. de ll. l.* 2. *de aq. plu. arc.* Unde perperam hic in vulgaribus exemplaribus adjectum eſt epitheton, Scriptæ. Etſi enim quædam eſt æquitas ſcripta; tamen de ea hîc non agitur, ubi æquitas ſcripto juri oppoſita eſt: æquitas porro ſcripta iuri non opponitur, ſed ipſum ius eſt. *Decius n.* 7. *Cagnol. n.* 5. *&* 6 *d. l. in omnibus.* 91. *de R. I. per c. conſuetudo. diſt.* 1. *cum ſimilib.*

8 Aequitatem † Salomonius *in l.* 1. *de iuſtic. & jur.* ita definit, ut ſit perfecta ratio, quæ leges, & omne ſcriptum, dictumque interpretatur, emendat, ex qua jus manat, quod bonum, & æquum dicitur, nullo ſcripto comprehenſum, ſed in ſola vera ratione conſiſtens. Speculator, *de diſpenſat.* §. 1. *n.* 4.
Aequitas † inquit eſt motus 9
rationabilis regens miſericordiam, & rigorem.
Accurſius † *hic verbo ſtricti.* 10
Aequitas (inquit) eſt convenientia, quæ in paribus cauſis paria jura deſiderat. Rectè, ſed non ſatis ad hunc locum aptè: hic enim æquitas deſignat benignam juris interpretationem, quæ ſcripto compræhenſa non ſit.
Baldus † *in* 11
l. ſi defunctus. 9. *nu.* 3. *inf. de ſuis & legiti.* vult eſſe vivam, & evidentem rationem juris temperatricem, & rectè:
Exiſtimo tamen juſticiam † & æ- 12
quitatem hîc copulari, ut cauſam, & effectum. Iuſticia actione prior eſt, æquitas ratione, hæc perſpicit, quid cuique conveniat: illa diſtribuit, *de qua Bald. in c. paſtoralis.* 5. *in fin. de cauſ poſſ. & propriet.* ubi conjunctim idcirco æquitatem naturalis iuſticiæ appellat.
Partes † huius æquitatis Sa- 13
lomonius duas facit, interpretationem iuris æquam, & emendationem. *in d. l.* 1. *verbo. Boni & æqui. de juſt. & jur.* Ego diſtinctionis causà addo ſuppletionem, ut in edictis prætorijs §. *Inſt. de bon. poſſ.* Interpretatio circa jus eſt: Suppletio præter ius: emendatio cõtra ius.
Interpretatio † iu- 14
ris omnis generatim ex æquitate facienda eſt, quæ ejus fundamentũ eſt, ut loquitur Baldus, nec ulla argumentatio, aut interpretatio recipienda eſt, niſi in ſolum æquitatis, ut eius verbo utar, radices egerit *Bald. in d. l. ſi defunctus.* 9. *n.* 8. *&* 4. *inf. de ſuis & legit.* Ea vertitur, tã in verbis legis, quã ſententiis. Primo in verbis ſine vitio interpretãdis, h. e. ſententiæ accõmodãdis. *l. in ambigua.* 19. *de ll.*

Deinde

Deinde ſi quid obſcuri ſit, in eo decla-
rando *l. & ideo. 11. de ll.* Nam ſententia
verbis legis anteponenda eſt. *l. ſcire. 13.*
de excuſat. tutor. Sed ubi aliter nihil ap-
paret, ex verbis ſumenda eſt *ut l. 1. §. li-*
cet. verſ. in re igitur dubia. de exercitor.
act. Tertio in applicando theſin legis
ad hypotheſin ex bono & æquo *l. nulla*
25. de ll. l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur de ver-
bor. obligat. Quarto in amplianda &
producenda lege ad caſus ſimiles *l. ne-*
que 10. cum ſeqq. de ll. l. oratio 16. de
Sponſal. juxta reg. ubi eadem ratio ſeu
æquitas, idem ſit jus *l. licet. 17 ubi gloſſ.*
pen. inf. de excuſ. tutor. l. ult. inf. ad L.
Falcid. l. illud 32. ff. ad L. Aquil. cum ſi-
mil. Quinto in reſtringenda lege, ubi
caſus occurrunt diſsimiles. *l. ut gradat-*
tim. 11. de muner. & honorib. l. 2. ne quis
eum qui in jus. l. adigere. 6. de iure pa-
tron. cum ſimilib. Sexto in dubiis legib.
aut contrarijs eligendo ſententiam,
quæ ſit æquior. *l. ſemper de R. I. l. pen.*
15 *de pœn.* Supplere † eſt, ubi jure defici-
mur, id ſequi quod æquitas ſuggerit. *l.*
2. §. item. 5. de aq. plur. arc. l. non tan-
tum. 20. de re iud. c. ult. ubi Panor. nu.
6. & 7. de tranſact. Dec. d. l. in omnib.
90. n. 8. c. paſtoralis 5. ubi Bald de cauſſ.
poſſ. & propriet. hoc eſt, quod deeſt
tum verbis, tum ſententiæ legis, ex pro
babili aliqua ratione præſenti negocio
cōſentanea, ſupplere *l. cum avus. 102. de*
cond. & demōſt d. l. 2. §. 4. quo pertinet re-
gula *ſpecul. tit. de teſtib. §. de interrogato-*
rijs n. 2. quod legis diſpoſitione omitti-
tur, id judicis religione ſuppletur: Ex
16 quo † intelligi licet nedum principem,
ſed & quoſvis judices ſupplendi juris
poteſtatem habere. *l. 5. 6. cum ſeqq. l. nā*
ut. 13. verb. iuriſdictione ſuppleri. ff. de ll.
17 Item † illa regula imbecillitatē eſſe in-
tellectus quęrere legem, ubi naturā ſen-
timus. *Iaſ. in auth ſi qua mulier. n. 11. ſup.*
de SS. eccleſiaſticis & quod eleganter
ſcribit Caſtr. *n. 7. in l. Clodius 96. de adq*
hered. Ego inquit, ſic conſului, & puto,
quod iſtud ita ſit verum, licet à nemine
hactenus tactū, ſicut Deus eſt, & æquiſ-
ſimum; mitigatq́; tantum rigorem ju-
ris, ac vidi multis placere, qui tamen
conſulere timuerunt: Sed pernitioſus
eſt talis timor, ubi adeſt tam bona ra-
tio, & miſerrimus eſt intellectus nolle
conſulere, niſi ubi reperitur determi-
natum à dd; qualiter enim noſtra ſci-
entia fuiſſet augmentata, ſi ita feciſſent
antiqui? Non autem rectè † putatur 18
ſuppleri, quando de ſimilibus ad ſimi-
lia proceditur, in quibus eadem eſt ra-
tio: hæc enim quando eadem eſt, non
decidit per extenſionem, ſed ut genus
omnes ſpecies *Bald. auth. poſt fratres.*
inf. de leg har. & l. de quib. 32. de ll & c.
quia 11. in fin. de judic. ubi tradit regulā,
quod quæ rationis nexus connectit ea
diſpoſitio juris non dirimit, nec id in-
quit contingit per interpretationis ex-
tenſionem, ſed tacitam juris diſpoſitio-
nem *& in l. his ſolis. 7. inf. de revocan.*
donat. Emendare † eſt in melius refor- 19
mare *Cyn. & dd. in l. 3. verb. emendare*
ſup. de edend. quod in legib. nemini ho-
die permittitur, prætterquam principi,
qua de æquitate accipiēda eſt. *l. 1 & . ult.*
ſup. de ll. l. Aemilius 38. ubi Bart. n. 5. de
minor. & cōſiſtorio principis, ut eſt ho-
die Camera imperij, in quo ex æquo &
bono judicatur, etiam cōtra leges *Dec.*
conſ. 200. in fin. Cravet. conſil. 198 n. 7. Port.
conſ 1 n. 20. ex notatis in l. non ambigitur.
9. ff. de ll. l. 1. inf. de ſentent. præfect. præ-
tor. Iaſ. in l. quo minus. n. 2 de flumi. Guid.
Pap. decis. 50. & 198. Mynſing. obſer 99. cent.

Cæterum

Cæterum à lege † pro circumſtantiis propoſitæ rei judex recedere poteſt: nam hoc non eſt legem emendare, ſed interpretari *l. ita vulneratus. 51. ad L. Aquil. Cyn. Iaſ. & Dd. d. l. 1. inſ. de ll. & l. quicunq. ubi Bald. ſup. de ſervis fugitivis:* quæ tamen cauſa non præſumitur, niſi probetur; *c. quoniam. 1. in fin. de probat. Bart. l. item ſi ſuſpectus 19. de procurat. Iaſ. n. 60. & Pur. urat. n. 547. in l. 1. de offic. eius cui mand.* eoque ſententiæ inferenda eſt *Tiraquel. in tract. de pœn. in princ. Alciat. reg. 3. præſumpt. 9. & 10. Matthe. ſing. 19.*

21 Ut † autem jus naturale duplex eſt, unum rationis, *l. omnes. 9. l. pen. de juſtit. & iure.* alterum ratiocinationis: *§. jus autem. 4. Inſtit. de jure natural. gent. & civ. l. 4. & 5. de juſt. & iur.* ita & duplex eſt æquitas, una rationis, quæ omnibus nota eſt, qui recta ratione utuntur: *l. 1. de pact. l. poſtliminium. 19. de capt. & poſtlim. rever. c. 1. diſt. 1. l. omnes 9. l. pen. de juſtit. & iure,* altera ratiocinationis, quæ eſt tantum peritorum, & prudentium, unde & civilis appellari poteſt. *l. bona fides 31. in p. in. c. depoſ.* cuius meminit *l. . ſi quis teſtam. lib. &c.* & de qua accipienda *l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur 2. de verbor. obligat. l. pen. ad exhib. d. l. ſi ita 51. l. illud 32. ad L. Aquil. & Duaren. nonnulla in tract. de pact. in princ.* Hæc potior videtur eſſe diviſio, quàm illa noſtrorum, in æquitatem ſcriptam, & non ſcriptam, *Bald. Cyn. Iaſ. hic Felin. & Dd. in c. 2. de ſent. & re jud. Dec. & Cagnol. d. l. in omnibus 90. de R. I.* item in æquitatem à jure informatam. *c. ex parte. 13. ubi Panor. & Barbat. in 3. notab. de offic. deleg. c. ult. ubi Dd. de tranſact. Dec. d. l. in omnib. n. 7.* Si modo eam interpretem, ut noſtri de æquitate ſcripta *Cagnol. d. l. in omnib. n. 5.* Nam alii qui æquitatem a jure informatam, recte appellare arbitror eam, quam ſuprà ratiocinationis nominavimus, & æquitatem à jure non informatam, quam noſtri appellant naturalis juſtitiæ, *Dec. & Cagn. d. l. in omnib.* quæ eadem eſt, cum illa quam diximus eſſe rationis.

Strictis juris Quod † &, ſtricta ratio 22
dicitur, *l. ita vulneratus. 51. verſ. multa. ad L. Aquil. l. ſunt perſonæ. 43 de relig. & ſumpt. funer.* Stricta interpretatio. *l. ſervitutes. 20. §. 2. de ſervit. urb. prædior,* Stricta diſputandi ratio, *d. l. ita vulneratus. ad L. Aquil.* item rigor juris *c. 2. de ſentent. & re judic. c. ut conſtitueretur. 50. diſtinct. ubi gloſ. & in l. ult. §. Lucius. de ſervit. ruſtic. præd. & in l. proſpexit. 12. ff. qui & à quibus manum:* Significat autem proprie duram, aut malitioſam juris interpretationem, τῷ ῥητῷ nimis acerbe urgentem, non admiſſa ſententiæ, & voluntatis quæſtione, aut circumſtantiarum conſideratione & diverſitate *l. Pannonius. 86. de adquir. hæred. l. pen. de conſti. pecun.* quod ſignificanter expreſsit Baldus *in l. 1. n. 4. de juſtic. & iur.* cum ait, rigorem eſſe juris, quando generalis ordinatio applicatur univerſaliter caſibus promiſcue omnibus, qui verbis legis compræhendi poſſunt, & tamen ratione differunt. *d. l. proſpexit. 12.* quo in genere pernitioſe ſæpe errari monet Celſus *in l. ſi ſervum. 91. §. ſequitur 2. de verb. oblig.* & Cicero *in Orat. pro Cæcina.* ac in eandem ſententiam Paulus, *l. penult. ad exhibend.* jus (inquit) Civile calumniari non oportet, neque verba captari, ſed qua mente quid dicatur animadvertere convenit. Nam ſcire le-

gis non eſt verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem. *l ſcire 17 de l.* quod quatenus admitti debeat, & quib. caſib rigor æquitati præferendus ſit, oſtendit *hic Iaſ. in fin. Decius & Cagn. in d. l. in omnib.* Sed hæc non poſſunt certâ regulâ declarari, ſed ex circumſtantijs cujusque cauſæ ſunt ſumenda, ac meo judicio, perpetuò valere hujus legis regula debet, ut potior ſit æquitatis, quam ſtricti juris ratio.

L. JUDICES. IX.

1. *Iudex in omnibus cauſis debet adhibita plena cauſæ cognitione ferre ſententiam.*
2. *Cauſæ cognitio in quibus conſiſtat.*
   Iudex intra anguſtum tempus ſententiam ferens præſumitur acta non perlegiſſe, nedum ponderaſſe, ac proinde ejus ſententia ipſo jure nulla eſt.
3. *Iudex toties, quoties cauſæ qualitas exigit, partes interrogare debet, an aliquid de novo ſuperaddere velint.*
   Locutio pluralis in duobus verificatur
4. *Interrogationis ſpecies & quid illæ à ſe invicem differant & n. 5. 6. 7. 8.*
5. *Ad interrogatoria facta à parte de meritis cauſæ pars adverſa reſpondere non cogitur.*
9. *Iudex citra interrogationem partium jus poteſt ſupplere, non autem factum.*
10. *Quilibet judex de cauſis ſuæ iurisdictionis hodie ipſemet iudicare tenetur, nec eaſdem citra appellationis viam ad ſuperiorem remittere poteſt.*

CAuſa ita † plenè cognoſcenda eſt, antequam definiatur.

Plena inquiſitione.) quā † *Bald hic n. 4 &* [illegible] ſtatuit in tribus: Primò in
2 [illegible] judicij obſervatione, *l prolatam inf. de ſentent ubi Dd.* Secundò in [illegible] dilationibus dandis. *l. 1 inf. de dilationib* & vero adde, ad [illegible] cauſæ cognitionem ab ipſo judice aſſumendam. Nam ſententia lata in tam brevi tempore, ut acta non potuerint verisimiliter perlegi, & ponderari, ipſo jure nulla eſt. *Iaſ. hic n. 2.* Tertiò in allegationibus & probationibus idoneis admittendis. *l. argentarius. 10. §. 1. ubi gloſſ. & Dd. de edend.*

Rei qualitatem.) Accurſius negotij formam interpretatur: rectius Ioh. Andr. *ad Spec. tit de renunciat. §. 1.* ſtatum cauſſæ *per c. ſtatutum. 11. §. pen de reſcrip. in 6.* noſtri plerumque merita vel fata cauſarum *l properandum. 13. §. pen. verb. cauſæ merita h. t. l. advocati 14. Vbi gl. & Dd. ſup de advocat. & paſſim illo tit. & tit. de poſtul.*

Sæpius.) Arbitrarium † hoc eſt, ubicunque, & toties, quoties cauſæ qualitas exigit: *l. l. pen. de interrog. action.* quanquam pluralitas legis duabus vicibus ſit contenta. *l. 3. ubi gloſſ. ult. ſup de epiſc. aud.* 3

Interrogare.) Duplex † fit in judicijs interrogatio: Una à parte. altera à judice: Quæ differunt, primò cauſa efficiente, hæc à judice fit, illa à parte. Illius una cauſa impulſiva, litis præparatio: hujus verò duplex eſt, primò proprius judicis motus, & deinde partis rogatio, *Spec. de interrog. in prin. gloſſ. ad verb. interrogabit. Clem. ſæpe de Verb. ſignif.* Secundò † materiâ, judex interrogat ad merita cauſæ, litigator non item, ſed tantum ut actionem præparet. Nam interroganti de meritis cauſæ, adverſarius reſpondere non cogitur. *Caſtrens. & Iaſ. hic n. 6. Bart. in l. 1 in pri. de interrog. act. & l. unic. in fin. inf. de confeſſ.* 4 5

confeſſ. l. 1. §. quod obſervari ſup. de juramenti.calumn Pro quo tex. in l. cogi 11. inf. de petit. hered & in l. ult. inf. de rei. vind.

6 Tertio † forma, Iudex varie & arbitrariè interrogat. *d. l. penult. de interrog. act. l. 3. de teſtib. cum ſimilib.* litigator olim interrogatorijs quibuſdā actionib. hodie vero incidenter, ſed per modum tamen agendi interrogare poteſt, *l. 1. ubi gloſſ. Bart & Dd. de interrog. action.*

7 Quartò † tempore, quia pars ante, judex poſt litem conteſtatam plerunque interrogat, *d. l. 1 l pen. de inter. act. Spec. eod tit in princ. Iaſ. hic n. 8 per c. ex parte*

8 *2. de reſcriptis.* Quintò † fine, Nam judicis interrogatio fit ad præparandā ſententiā, partis, ad præparandā actionē.

9 *Novi.*) quo ad factum: † nā jus abſq; interrogatione judex ſupplet, *l. unica. ſup. ut quæ des. advoc. &c.*

Majorē poteſtatem.) puta principem vel præfectū prætorio. *l. 1 & 2. ſup. de off.*

10 *præf. prat.* qui olim † arbitrariè judicibus fuit permiſſum, *ut hic & Auth. ſeq. in fi. l. 1. inf. de relat.* Hodie prohibitum eſt: quia judex ipſe judicare debet, non remittere cauſam ad ſuperiorem, niſi per viam appellationis.

Auth. jubemus.

1. *Argumentum hujus Auth.*
2. *Concludere in cauſa, & renunciare allegationibus mutua vice fungi putantur.*
3. *Contrarium tamen eſt verius, quod multis modis differant, n. 5. licet alij id ipſum diſtinctionē involvant.*
4. *Renunciationis ſpecies & n 6.*
   Facta renunciatione ſemper quis præſumitur renunciaſſe allegationibus facti, non juris, niſi aliud fuerit expreſſum.
6. *Renunciationis proprium.*
7. *Renunciationis & concluſionis cauſa efficiens [illegible] proxima n 5 & 10. impulſiva. n 9 & 11. materia in qua. n. 12. circa quā. n. 13. & 14 forma n. [illegible] & 16. finis. n. 17.*
   Renunciatio ac concluſio an conſuetudine potius, an vero jure ſcripto ſint introducta.
8. *Renunciatione ab uno litigantium facta, alter quoq; invictus ad eandem a judice compelli, dato certo termino, intra quem renunciet n. 16. aut etiā eo invito in cauſa concludi poteſt.*
9. *Iudex ubi cauſam ſatis ventilatam, aut termino promiſſo ſuper producenda a partibus facto ſatisfactum eſſe videt, partibus invitis in cauſa concludere poteſt.*
12. *Renunciatio & cauſæ concluſio in quibus cauſis ſit neceſſaria, in quibus non.*
13. *Renuncians probationibus juramentum ſuppletorium parti adverſæ deferre, aut ſuam intentionem, vel per adverſarij confeſsionem, vel evidentem rei inſpectionem, vel inſtrumenta noviter reperta probare non prohibetur, ſecus autem pēr teſtes.*
   Iuramentum ſuppletorium ante cauſæ concluſionem parti eſt deferendum.
16. *Formula renunciandi allegationibus hodie uſitata, ac quando à judice in cauſa concluſum eſſe exiſtimetur.*
17. *Allegationibus cur renunciandum à partibus.*
18. *Effectus concluſionis, quid ſc. illa operetur. & n. 20.*
19. *Renunciatio allegationum & concluſio in cauſa omiſſæ an vitient proceſſum.*
20. *Probationes novæ an & quatenus poſt factam renunciationem, & cauſæ concluſionem ſint admittendæ.*
21. *Affine concluſioni.*
   Exceptiones, allegationes, & omnia quæ opponi poſſunt poſt latā ſententiam, opponi quoq; permittantur poſt factam renunciationem, & cauſæ concluſionē, & contra, quæ vetantur pōſt ſententiam opponi, nec poſt concluſionem opponi poſſunt.
22. *Contraria concluſionis.*
   Quamdiu partibus allegationes pro intentione ſua ſtabilienda neceſſariæ reſtant deducendæ, judex in cauſa concludere nequit.
   Exceptiones de novo poſt renunciationem, & cauſæ concluſionem natæ, poſt eam opponi non vetantur & n. 21.
   Iudex ex juſta cauſa concluſionem cauſa à ſe fa[illegible]

à ſe factã retractare poteſt vel expreſſe, vel tacite, admittendo ſcilicet poſt eam, parte adverſa non contradicente, novas productiones, & allegationes, aut alia, quæ aliàs poſt eam de jure admitti nequeunt.

23. *Renuntiatio & concluſio ſtrictè ſunt interpretandæ, & ſuper una re factæ ad aliam non porrigendæ.*

Renuntiatio vel concluſio in cauſa principali facta non extenduntur ad cauſam appellationis.

Generali renunciatione nõ intelligitur renunciatum fuiſſe privilegio, aut remedio aliquo extraordinario ſibi competenti.

1 ALterutra † parte allegationibus ulterioribus renunciante, ſi altera intendit ſe amplius allegare velle, danda eſt ei dilatio.

Renunciaverit. Atque ita in cauſa concluſerit, ut noſtri loquuntur, qui
2 † volunt concluſionem nihil aliud eſſe, quam defenſionis aut allegationis ulterioris renunciationem. *c. cum dilectus. 9. ubi gloſ. verb. concluſum. de fid. inſtr. Bald. hic n. 8. Specul. de renunciat. nu. 3. Alex. l. 1. §. ult. in fin. de quæſtion. Mynſing obſervat. 17. cent. 3. n. 6.* Quare eo ipſo quod renunciatur, volunt concluſum videri in cauſſa. *gloſ. verb. concluſerint. in Auth. de teſtib. Iaſ in rep. l. admonendi n. 51. de jurejur. Lanf. in c. quoniam. verb. exceptiones nu. 2. de probat.*
3 quæ † tamen ipſe textus diſtinguit; velut inter actus diverſos inter renunciationem & concluſionem; quod & animadvertit *Specul. de renunc. n. 3. Innoc. in c. paſtoralis. n. 2. de cauſſa poſſ. & propriet.* Nemo tamen hæc rectius diſtinguit, præter *Cardin. Zabarel. in clem. 1. quæſt. 11. de cauſ. poſſ.* ubi ſignificanter inquit, hæc non differre, quando renunciatur allegationibus non modo facti, ſed etiam juris; alias, inquit; ſi tantum, ut plerunq; fit, probationibus ſolis renunciaretur, aliud erit concluſio cauſæ, quia plenior eſt, quam renunciatio, omnem ulteriorem allegationem excludens. Quamobrem † teneatur di- 4
ſtinctio inter renunciationem plenam, & non plenam: plena eſt, qua omnibus allegationibus renunciatur. *Innoc. d. c. paſtoralis. n. 2. & 3. Zabar. d. clem. 1. n. 13. de cauſ. poſſ.* non plena, qua tantum allegationibus facti renunciatur, cujuſmodi ſemper fieri intelligitur, niſi aliud ſit expreſſum. Etſi † autem ple- 5
na renunciatio minus à concluſione diſtat, tamen textus ipſi inter hæc diſtinguunt. *in c. paſtoralis. 5. de cauſ. poſſ. & d. c. quoniam. 11. de probat.* Sumantur autem diſcrimina à cauſſis primum enim differunt cauſa efficiente; litigatores allegationibus renunciant; judex vero in cauſa concludit, *ut eleganter Panor. in d. c. paſtoralis n. 7. & 8. de cauſ. poſſ.* Secundò à materia, renunciatio verſatur potiſsimum circa allegationes facti, neque tamen omnes; Concluſio vero cauſæ, ut nomen indicat, ad omnia refertur, ſcilicet tam facta, quam jura. Tertio ordine, renunciatio præcedit, concluſio ſequitur, Quartò formâ, aliter partes renunciant, aliter judex concludit. Quintò fine, renunciatio fit, ne liceat probationes ac defenſiones amplius inducere; concluſio vero, ut liceat deinceps de cauſa judicare. Sexto effectu, quia plenior eſt concluſio cauſæ. *Zabar. d. clem. 1. nu. 17* Nam totam cauſam, ut nomen indicat, concludit renunciatio non item. Proprium † re- 6
nunciationis eſt, quod ſit ſtricti juris *Iaſ in l. poſtquam. 4. n. 10. & 11. ſup. de pact. Dec. conſ. 35. n. 7. & 179. n. 3. & 419. n. 9.*

n. 9. 452. nu. 21 & paſſim. coq; alia in re facta ad aliam non extenditur, *l. jubemus 21. inf. ad Vellei. n. Spec. de renunc. n. 22. Decius conſ. 4 0. n. 6. & 595. n. 10. & 551. n. 1. 683. n. 4.* Proprium etiam re-
6 nunciationis eſt, referri tantum ad ea, quæ ſunt facti, cum concluſio pateat latius, ut ante dictum eſt. Itaque & concluſio una eſt, renunciatio vero alia plena, alia non plena, ut dictum eſt. Et hæc iterum aut generalis de omnibus facti allegationibus, aut ſpecialis de certa aliqua allegationis ſpecie, puta productione teſtium, inſtrumentorum &c. *Bald hic n. 2. & in Margarita ad verb. concluſio. Innoc. in c. cum veniſſet. 25. verb renunciatum. de teſt. Card. in clem 2. quæſt 7. eod. tit.*

7 Cauſa † remota eſt conſuetudo, qua potius, quam certo aliquo jure renunciationes, & concluſiones putantur inductæ *Zab. d. clem. ſæpe. n. 53 cum ſeqq, Myning. obſervat. 17. cent. 3.* Neque tamen video, quamobrem non & juris eſſe, rectè putentur; cum de renunciationib hîc habeamus textum *& in d. c quoniam d. c. paſtoralis. d. clem. ſæpe:* de concluſione etiam diſertè in capitu-
8 lis modo allegatis. Proxima † renunciationis cauſa eſt, partium voluntas, alias ſponte conveniens, aliàs vero coacta. Nam alterutra renunciante, altera ad id vel invita cogitur, *Iaſ. in repet. l. admonendi, n 52. de jurejur.* Impul-
9 ſiva † judicis interrogatio, *l. judices. 9. h 1.* ad quam movetur ex plena cauſæ inquiſitione, aut compromiſsi cōven-
10 tione. Cauſa † cōcluſionis proxima, eſt judex ipſe. *Pano in d. c. paſtoralis n. 7.*
11 Impulſiva. † vel partium renunciatio, vel negligentia & contumacia in renunciando admiſſa, Nam cum judex animadvertit, causâ ſatis ventilatâ, utramque vel alterutram partem tergiverſari, & prætextu allegationum extrahere judicium; poteſt ex officio cauſam concludere, ſeu pro concluſa habere, ac ut nunc loquuntur, acceptare, *ut hic in fin. huius auth. in verb. cauſa cognitor nō amplius expectans, ſententiam proferat, Panor. d. c. paſtoralis n. 8. gloſ. in d. cl. in. ſæpe in fin. Iaſ. in d. repet. l. admonendi n. 52.* quod in Camera obſervari tradit Mynſing. *d. obſerva. 17. in fin. cent. 3.*

Materia † in qua, ſunt omnes cauſæ 12
civiles *gloſ. d. l. judices. verb. plena ſup. eod.* & quidē ordinariæ. *Dd. in d. l. iudices. 9.* nam etſi ſummariæ † renunciationem & concluſionem admittant; *d. clem. ſæpe. § & quia ubi poſt gloſ. Cardin n. 58.* tamen non neceſſario iſtiuſmodi deſiderant, *Bart. in extravag. ad reprimendum verb figura. in fin.* nec huius omiſſio vitiat proceſſum. *clem. 1. ubi Card n. 12. de cauſ. poſſ.* Ac poteſt etiam invitis partibus Iudex in his, abſque renunciatione, & concluſione procedere; *Cardin. ibid. quaſt. 19. n 13 cum ſeqq. Felin. in c. cum dil. ctus. n. 30. de fid. inſtru.* idem de cauſis criminalibus, & ſpiritualibus ſtatuatur Nam in criminalibus fieri non ſolet cauſæ renunciatio, aut concluſio. *Bald. in l. 1. quæſt. 4. nu. 9. inf. de condict. indeb. Iaſ. in d. l. admonendi n. 56. Panorm. d. c. cum dilectus. in fin. de fid. inſtrum.* & ſi fiat, non attenditur, *Iaſ. d l. admonendi n. 56. poſt Rom. n. ibi, & Bart in l. quid ergo 13 §. pœna gravior. n. 8 ff de his qui not. infam. & l libellorum. 3. n. 19. ff. de accuſat Bart. in l. Divi 16. n. 2. de pœn. l. 1. §. ſed an ultro n. 4. l. unicus. 15. §. cogniturum. n. 3. verb. quocunq; tempore. de quæſtion. Bald. in l. ult.*

in fin. inſ. de accuſat. Sic & in cauſis ſpiritualibus vel omitti hæc poſſunt, *Cardin in d. clem. ſæpe, & d. clem. 1. quæſt. 12. de cauſ. poſſ.* vel admitti ac fieri; & cum facta ſunt, nihil ulteriori productioni obſtant, *Card. d. clem. 1. de cauſſ poſſ.*

13 Materia † circa quam renunciatio verſatur, ſunt allegationes facti, *d. l. iudices cum hac auth. ſeq. ubi Dd. Specul. de renunc. num.* 3. puta defenſionum, exceptionum, productionum, ſeu probationum, *d. c. cum dilectus. ubi gloſſ. Bald. hic num. 1. & 2. Cardin. d. clem. 1. num. 13. Mynſing. d. obſerv. 17. cent. 3.* niſi eius † quæ fit per iuramentum ſuppletorium, dummodo ante concluſionem ſit petitum, *Iaſ. l. admonendi num. 55. de jurejurand. Mynſing. d. obſervat. 17. num. 9.* ſicut ſemper peti debet *Iaſ. d. l. admonendi num. 54.* aut per confeſſionem partis. *Bald. num. 5. Caſtrenſ. num. 9. inf. ad rubr. de probat. Mynſing. d. obſervat. 17.* aut per evidentiam & inſpectionem rei: *Bald. l. contra. num. 7. inf. ad L. Aquil. l. ſi quis teſtibus 13. in fin. inf. de teſtib. Mynſing. prædict. loc.* item per inſtrumēta recens inventa, *d. c. cum dilectus de fid. inſtrum. Iaſ. d. l. admonendi num. 50. & 51.* non etiam per teſtes propter timorē ſubornationis. *Iaſ. d. l admonendi. num 49. per auth. ut qui ſemel. inf. de probat.*

Denique verſantur circa omnia quæ cau æ cognitione opus habent, *Felin. in c. exceptionem num. 16 de except. per c. auditu. de procurat. d. c. cum dilectus. de fid. inſtrum.*

14 Cauſæ † verò concluſio, verſatur non modo circa eiuſmodi, ſed etiam circa omne id, quod allegari poteſt, ſive cauſæ cognitionem requirat, ſive non, ſive juris ſit, aut facti ſecundum veriorem ſententiam. *Bald. l. nec cauſas. 15. in princ. inf. de appell. Innoc. num. 3. Panorm. n 7. c. paſtoralis. de cauſſ. poſſ. Card. clem. 1. eod. tit. clem. ſæpe. de verb ſignif.*

Forma † renunciationis plerunque compromiſſo comparatur, videlicet ut duabus, vel tribus ſcripturis, aut productionibus partes concludant. 15 Quod ſi nihil ſit conventum, iudex finitis allegationibus, ac reſponſionibus quærere ex litigatorib. debet, an aliquid ulterius habeant, quod proponatur: *l. iudices 9 h. t. c. judicantem 30. q. 5.* & ſi nihil habent, jubet renunciare allegationibus, atque ita in cauſa concludit *gloſſ. § quia vero. verb concluſerint. auth. de teſtib. Chilian in proceſſ. c. 100. in princip.* Quæ omnia ſunt in ſcriptis ad acta referenda *Lanfran & Dd. c. quoniam. verb. renunciationes. de probat.* Quod etſi habeant aliquid dicere præterea, ſi tamen ſufficienter dictum ſit & probatum, debet nihilominus judex jubere renunciare, ut loquitur Speculator *de renunc. in princ. per hunc textum, & c. ſignificaverunt 36 cum ſeqq. de teſtib.* ſin altera parte renunciante, altera dicat, ſe habere quod inſuper proponat, judex ad hoc dilationes competentes indulgebit, intra quas niſi id fiat, cauſa habebitur pro concluſa; *ut hic & d. clem. ſæpe in fin. ubi gloſſ. Panorm. d. c. paſtoralis. num. 7. Mynſing. d. obſerv. 17* ut & tum quando propoſitus eſt, anteà terminus intra quem allegationes omnes ſunt producendæ *Felin. d. c. exceptionem. num. 8. cum ſeqq. & num. 13. de except.*

Moribus noſtris † regulariter ipſæ partes in noviſſimis ſcripturis concludunt & renunciant, hac ferè clau- 16

ſula:

ſula: Domit bis newes vom Gegentheil ein-
gebracht / wil er hiemit in Gottes namen
zum vrtheil beſchlieſſen. Deinde judex
cauſæ concluſionem plenam ſuperad-
dit citatis ad inrotulationem actorum
partibus: quanquam & abſque hoc
intelligitur renunciatum, & in cauſa
concluſum, quando judex volentibus
partibus, aut non contradicentibus
cauſam ad conſilium ſapientis, vel ſe-
dē, ut nunc loquuntur, ſcabinalē mittit.
Iaſ d. l. admonēdi n. 50. 51. 66. de jurejur.
17 Finem † oſtendit hic textus circa fi-
nem, in verbis: *ne litigatorib. male
tractantib. liceat cauſarum exitus ultra
protrahere*: quo pertinet & *l. non diſtin-
guemus. 32. §. quæſitum 15. in verb ne fi-
nis non ſit. & ne propagentur arbiria.
de recept. arbit.* alium finem indicat
Iaſ. in repet. d. l. admonendi, num. 50. quia
(inquit) aliàs non poteſt judex ferre
ſententiam certam: nam ante conclu-
ſionem ſemper novæ probationes in-
duci poſſunt.
18 Effectus † eſt, quod concluſio ſit de
proceſſu, ut loquuntur, ſive pars judi-
cij. *gloſſ Card. & Dd. d. clem. ſæpe. verb.
concluſione. de V. S. c. cum I. & A. 22. de
re judic.* ac adeò de ſubſtantia ſeu ordi-
ne ſubſtantiali, ut loquitur *Baldus in*
19 *Margarita verb. renunciatio.* Quæ res
† dedit diſputationi occaſionem: an o-
miſsio renunciationis vitiet proceſ-
ſum; in quo communius eam in ſen-
tentiam eſt itum, ut exiſtimetur nō vi-
tiare *Iohan. Andr. ad Specul. de renunc.
in pr. nc. Panorm. d. c. paſtoralis. num. 7.
de cauſ. poſſ. Bald. l. nec cauſas. 15. in prin.
inf. de appell. Felin. cum delictus. num. 33.
de fid. inſtrum. Mynſing. obſer. 17. cen. 3.*
Itaque rectius dicitur de juſticia ordi-
nis judiciarij eſſe, quàm de ſubſtantia
judicii. *Chilia. c. 100. ex I an. Andr præall.
loco.* Præcipuus † autē effectus eſt, quod 20
poſt renunciationem & concluſionem
nulla admittitur, ut dicit allegatio facti.
*Specul. de renunc n. 3 per l. ult inf. de com-
penſat. c. de teſtib. 29. de teſtib. c. cum dile-
ctus. 9. de fid. inſtru c. audītis 8. de procu.*
nō ſolum ad inducendū aliquid novi,
ſed ne quidem ad declarandum ea, quæ
prius ſunt pducta, *c. 3. de in inte. reſti. Iaſ.
d. l. admonendi, n 63* De quo tamen ma-
gis dubitari poterat, q̃a qui declarat ni-
hil novi inducit *l. hæredes. 21. §. 1. de teſta-
ment.* Quare intelligatur hoc reſpectu
litigatorū: nam quo ad judicem eſt ar-
bitrarium, quem renunciatio, vel con-
cluſio præcisè non obligat. *Iaſ. d. l ad-
monendi. n. 62.* itaq; poteſt probabili ra-
tione aliquid poſtea admittere. *c. paſto-
ralis. de cauſſ. poſſ. c. 1. de except. lib. 6. Spec.
præall loc.* Non ſolū ad declarandū du-
bium, *c. cum Ioan. 10 de fide inſtru*, ſed e-
tiam ad fundanda cauſæ merita, *Iaſ. d. l.
admonendi, n. 62. per l ubicunq. 21. de in-
terrogat. actio.* maximè ſi aliquid negli-
gentia judicis omiſſum *c per tuas 48. de
teſtib.* aut ambiguitas ſuper antè dedu-
ctis oriatur. *Bald. l. 4. in prin inf. de tem-
por. appellation.* aut agatur de defen-
ſione privilegiata, ut in criminalibus:
*Bar. in l. divi fratres 27 num. 1. de pœ-
nis. Hipp. in prac. criminali § occurrunt n.
3.* aut exceptiones demū poſt cōcluſio-
nem ſint natæ: *Fel d. c. exceptionem n. 17.
& 18 de excep. Iaſ. d l. admonendi num. 50.*
aut proponatur exceptio nullitatis: *c. 1.
de exceptionib. in 6 Chilian. Koning. d. c.
100. n. 2.* ſed ea quæ ſunt facti notorii ju-
dex facilius admittit. *Cardinalis d. clem.
1. n. 12.* ut & ea quæ ſunt juris *Bal & Dd.
hic & d. l. admonendi*: quæ puto faci-
lius locum habere poſt renunciationē.

quam poſt cauſæ concluſionem, ut an-
tè dixi, ex regula: quod judex non de-
beat ſupplere ultra tempus partibus
præſtitutum. *l. filius fam. 8. §. 2. de pro-
curat. Bald. & Dd. l. querela. 12. inf. de
falſis. Iaſon. d. l. admonendi. n. 63.* & ut u-
no verbo concludam, videtur duobus
tantum caſibus hæc admiſsio eſſe ju-
ſta: primum, cum ſit non ad favorem
partis, ſed ad inſtructionem judicis:
ſecundo ſi ad favorem partis, cum ſit
ex juſta cauſa, de qua ex actis apparere
debet. *Card. præalleg. loco d. clem. 1. n. 12.*
ubi tamẽ innuit hoc eſſe arbitrarium,
& moribus magis quam certo jure ju-
dicibus indulgeri.

21 Affinis † autem concluſioni eſt ſen-
tentia, quæ et illam proximè conſe-
quitur. *Iaſ. l. admonendi nu. 53. ex do-
ctrina Bart. in l. ſi mater. 11. §. eandem de
excep. rei iudic.* Quare exceptiones, alle-
gationes, & reliqua omnia, quæ poſſunt
opponi poſt ſententiam, recipiuntur
etiam poſt cauſæ concluſionem: con-
tra vero quæ à re judicata exclu-
duntur, ea ne quidem poſt concluſio-
nem admitti debent. *gloſſ. l. ſi rem 29.
§. ult. ff. de evictionibus Bart. d. l. ſi ma-
ter. 11. §. eandem. in fin. Iaſ in d. l. ad-
monendi. n. 56.*

22 Contraria † ſunt quæ vel impediunt
concluſionem, vel tollunt & revocant.
Impediunt allegationes litigatorum
neceſſariæ *ut in hac auth.* Tollunt &
revocant exceptiones, ac probationes
poſt ortæ. *de quibus Felin. in d. c. exce-
ptionem. n. 17. de except. Iaſ. in l. admo-
nendi n. 50. cum multis ſeqq.* Sed præ-
cipue judicis revocatio, quæ fit aut ex-
preſſè per interlocutoriam ſententiam,
aut tacitè aliquo facto renunciationi
contrario. *Panorm. in d. c. quoniam. 11.
n. 17. de probat. Ant. de Butr. & Imol.
in d. c. auditis. 8. de procurat.* quod ta-
men fieri non debet, niſi cum vel juſta
ſubeſt cauſa, vel pars adverſa non con-
tradicit, *ut recte Panorm. d. loc.* Quod
ad † interpretationem attinet, renun- 23
ciatio & concluſio cauſæ, ſunt ſtricti
juris, nec ultra verba & ſubjectum ex-
tenduntur, ut antea dictum eſt: Quare
renunciatio, & concluſio in prima in-
ſtantia facta, non porrigitur ad ſecun-
dam, id eſt, ad cauſam appellationis,
*l. eos. 6. §. 1. inf. de appellat. Innoc. in d.
c. cum dilectus. 9. ad verb. concluſum. de
fid. inſtrum. Bal. l. per hanc. 4. n. 3. in prin.
infr. de appell. Spec. de renunc. n. 4. Iaſ. in
repet. d. l. admonendi, n. 57.* nec ad ex-
traordinarium aliquod remedium,
puta reſtitutionis, *l. properandum. 113.
§. ultim. hoc tit. c. auditis. 3. de in
integr. reſtitut. Cardin. d. clem. 1.
queſtio. 14. Iaſ. in d. l. admonendi n. 56.
cum multis ſeqq. bonus tex. in l. decurio-
nibus. 3. inf. de ſilent. lib. 12. quem ad hoc
ponderat Iaſ. in l. poſtquã. 4. n. 16. ſup de
pact.* nec ad aliam cauſam, aut rem, de
qua principaliter non ſit actum: ide-
oque renunciatio & concluſio in cau-
ſa civili facta, non præjudicat in cri-
minali, vel contra. *Bald. in
l. ſi quis teſtib. 17. in fin.
inf. de teſtib.*

L. Nulli.

L. Nulli 10.

1. *Summa huius legis.*
2. *Continentia cauſæ qualis in caſu huius legis fuerit, & ea quid?*
3. *Continentium cauſarum proprium.*
4. *Continentia cauſæ quotuplex, ſeu quot modis cauſæ dicantur continentes.*
5. *Ejus cauſa efficiens remota & propinqua, item impulſiva. n. 6. materia circa quam n. 7. forma n. 8. finis. n. 9.*
6. *Cur legibus ſit prohibitum cauſæ continentiam dividere.*
7. *Omnes cauſæ continẽtes tam criminales, quam civiles, item feudales & ſpirituales non debent dividi, ſed in uno judicio, ac coràm uno judice terminari.*
9. *Quod poteſt fieri per pauciora, non debet fieri per plura.*
10. *Continentiam cauſæ dividenti non tantum exceptio continentiæ eiusdem cauſæ objici, ſed etiam pœna arbitraria irrogari poteſt. Exceptio continentiæ eiusdem cauſæ impedit litis ingreſſum, ubi ſimul ſubiungitur formulâ huius exceptionis.*
11. *Affin a continentia & n. 12. & 13.*
12. *Cauſæ conventionis & reconventionis coram uno eodemq; judice debent expediri, & finiri.*
13. *Doctorandus ibi, ubi Licentiæ gradum eſt adeptus, doctoratus quoq; cingulum petere debet, quod tamen limitatur n. 14. & 15.*

1 AUdiendus † non eſt, qui cauſa cõtinentiam dividi poſtulat.

Cauſæ continentiam.) quæ in
2 † hoc argumento qualis fuerit, multum noſtri diſputãt, ſed ex ultimis verbis apparet, de poſſeſsione, & principali quæſtione, h. e. de proprietate, ſeu petitorio judicio actum fuiſſe, ut & Cujatius oſtendit, *lib. 1. obſervat. c. 20.* Eſt autem cauſæ continentia, ut noſtri definiunt, cõnexitas rerum litigioſarum, & cohærentia, atq; æqualitas ejuſmodi, ut quod de uno judicatur, de altero judicari poſsit, & per finem unius habeatur plenior, aut ſaltem æqualis informatio in altero, *ita Bald. hic n. 2. Salyc. n. 1. Iaſ. n. 3. Caſtrens. in fin. Angel. Alex. & communiter Dd. Rom. conſ. 249. nu. 4. Marant. in 6. diſput. illuſtri. n. 30.* Sed hæc æqualitas ſola cauſæ continentiam non facit, neque ſemper. Denique prorſus aliud eſt cauſæ continentia, quam *ex hac Lege & l. 1. ac 2. ff. de quib. reb. ad eund. iud. eat.* ita definire poſſumus, ut ſit connexitas & cohærentia, qua aliqua ratione juris, qui in litem deducta ſunt, ſic junguntur, & cohærent, ut aut uno judicio, aut coram uno ſaltem judice debeant terminari. Nam & aliàs in jure continentia id dicitur, quod conjunctũ eſt, & cohærens, *l. urbis. 2. l. notionem. 99. §. 1. l. ædificia. 139. l. mille. 154. l. collegarum. 173. §. 1. de V. S.* Eſt igitur † proprium conti- 3
nentiæ, non poſſe in diverſa judicia, vel diverſos judices dividi. *l. ſi quis ſeparatim 10. §. ult. de appel. l. 1. in fin. inf. de aſſert. toll. & h. l. & d. l. 1. & 2. de quib rebus ad eund iud. gloſſ. 2. c. ult. de iudic. & c. 1. de cauſ. poſſ. & propr. Iaſ. l. ſi duo patroni. 13. n. 3. de iureiur. Alex. conſ. 65 in cauſſa. n. 8 vol. 7. Mynſing obſ. 77. cent. 1* Eſt autem † hæc continentia 4
vel perſonarum, vel rerum, vel actionum: unde alia perſonalis, alia realis, alia judicialis dici poteſt: Perſonalis inducitur vel ex perſona actoris, vel ex perſona rei. Ex perſona & reſpectu agentium, cum pluribus unus eadem obligatione tenetur, ut promiſſor pluribus reis ſtipulandi. *l. 1. ff. & Inſtitut. de duobus reis ſtip.* item quando [illegible] habent jura, aut res communi[illegible] ſocietate, vel alio modo, etiam [illegible]

cto. *Iaſon hic n. 3.* Nam ejuſmodi ad diverſos judices trahi non debent. *ut Caſtr. h. in fin.* Ratione rei conventi, vel cum eadem res à pluribus debetur: *Bald. in l. nemo 4. nu. 3. inf. de jurudict. Caſtr. hic in fin.* Realis eſt, cum idem debitor agenti plura debet, qui diverſis judicijs non eſt diſtrahendus: cum omnia uno exigi poſsint *c. ult. ubi gloſ. ad verb. perſonalib. & ad verb. per varias. Panor. n. 5 & Dd. ext. de reſcript. c. diſpendia. 3. ubi Gemin. eod. in 6.* Iudicialis ſeu actionum, quando plures actiones ad eandem rem competunt, *ut l. 1. 2. inf. commun. de leg. l. quod in herede 9. §. 1. de tribus. act. l. 1. ff. Vi bon. rapt. cum ſimilib.* vel plures res eadem actione continentur, ut petitione hæreditatis, tutelæ, & c. *l. 3. 4. cum ibi not. ſup. h. t.* vel quando altera actio in altera præjudicium facere poteſt: *l. 1. fam. herciſ. l. fundum. 16. cum ll. ſeqq. de except.* vel quando relationem ad invicem plures actiones habent, ut petitorium & poſſeſſorium, eoque nec dividi per diverſa judicia hæc debent, *ut hic & l. ordinarij. 13. ubi glo. ad verb. judice. inf. de rei vindic.* item judicium præparatorium, & præparatum *ut eleganter Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. de cenſibus. §. 1. gloſſ. 1. nu. 10. per d. l. ordinarij. cum alijs allegatis*: item petitio editionis, ſcripturarum, & actorum *Alex. conſ. 58. incip. circa primum quæſitum. in fin. vol. 1. Chaſſa. præalleg. loc. nu. 11.*

5 Cauſa † remota lex eſt, principum reſcriptis inducta, *l. 2. in fin. de quib. reb. ad eund. judic. eat.* Propinqua rerum vel actionum conjunctio *Caſtr. hic*
6 *n. 2.* jure, ut inquit, facta. Impulſiva † æquitas, ne in plura judicia diſtrahatur, quod uno definiri poteſt, *c. diſpendia. 3. de reſcript. in 6. c. ult. ext. eod.* Materia
† circa quam ſunt perſonæ, res, actiones quorumlibet judiciorum: nec n. 7
modo habet locum continentia in civilibus *ut hic.* Verumetiam in criminalibus ut ſi unus vel plures de plurib. vulnerib. aut homicidio inſecuto accuſentur. *l. ult. ad L. Cornel. de ſicar. l. item. 11. §. 1. & 2. l. ſi ita. 52. l. illud 32. ad L. Aquil.* Non enim in diverſa judicia diſtringendi ſunt, ſed omnes apud unum & eundem judicem conveniendi ſunt, *Iaſ. hic n. 3. Bald. in c. 1. n. 2. de controv. feud. apud par. term. per l. non ideo minus. 5. in fin. inf. de accuſat.* item & in feudalibus. *Bald. d. c. 1. n. 3. Alvarot. in c. 1. §. ult. n. 8. de prohib. feud. alien. per Frider.* item in eccleſiaſticis ac ſpiritualibus. *d. c. diſpendia 3. de reſcript. in 6. c. ult. ext. eod. de reſcript.* Forma † eſt ipſa 8
juris connexitas circa quam proprie non cadit diviſio. *Caſt. hic n. 2. & 3. Iaſ. n 3.* Nam quæ diviſa ſunt ipſo jure in his nec eſt continentia, nec diviſio inſtitui poteſt *l. ea quæ 6. inf. fam. herciſc.*
Finis † eſt, ne fiat per plura quod fieri 9
poteſt per pauciora *contra regulam l. 1. quod metus cauſ. l. ampliorem. 39. §. in reſutatorijs. inf. de appel.* néve pluribus judicijs ſine neceſsitate perſonæ graventur, vel res, vel actiones diſtrahantur, quod plurimum habet incommodi, *l. plane. 3. ff. famil. ercisc.* denique ut diſpendia litium æquitatis compendio coarctentur, *ut dicit tex. in d. c. diſpendia 3. de reſcr. in 6.* Effectus, † quod qui 10
cauſæ continentiam dividere parat, arbitraria pœna puniatur, *ut hac l. nulli. 10 in verbis, pœna ex officio judicis:* item eidem obſtat exceptio, litis impediens ingreſſum, quæ hac formula proponi ſolet: Tu dividis cauſæ continentiam, ideo

ideo non venis audiendus *Iaſ. hic n. 5. poſt. Caſt. ex verbis hujus text. nulli prorſus audientia prabeatur.*

11 Adfinia † ſunt, judicij mutatio, cui litis pendentia opponitur. *tot. tit. ext. ut lit. pend. nihil innovetur.* ut cum judicium coram alio judice cœptum ad alterum judicem retrahitur, exceptione declinatoria, aut ſimili petitione; *Caſtr. hic n. 2. per l. ubi acceptum 30. l. ſi quis poſteaquam. 7. de jud. l. penult. de*
12 *jurisd. om. jud.* item † conventio & reconventio. *c. diſpendia. 3. de reſcript. in 6.* Quæ etſi diverſum & ſeparatum petit ab eo, quod in conventionem eſt deductum, ut continentia cauſsæ: tamen inducit eam rerum conjunctionem, ut coram judice conventionis etiam reconventio uno plerunque judicio debeat terminari. *l. penult. cum auth. ſeq inf. de ſentent. l. 2. §. 5. verſ. ſed etſi agat. de judic. c. 1 & 2. de mut. petit. Innoc. in c final. ext. de reſcript. Si-*
13 *chard. n. 1. 2.* Sed & promotiones † ut vocant & examina ſcholaſtica ſimilitudinem cum hac cauſſæ continentia habere putantur à noſtris, nempe ut qui Magiſterii vel Licentiæ (ut vocant) gradum aut titulum aliquo loco ſuſcepit, non poſsit alibi doctor creari, ne, ut inquiunt, continentia cauſæ dividatur *Bald. l. qui indignus. 4. circa fin. in 2. notab. de ſenatorib. per l. 2. ubi Dd. inf. de execut. & exactorib. lib. 12.* Quod
14 † limitant alij, ſi ex eodem velit examine promoveri: nam ſi ex novo, permittitur alibi promotio, etiamſi jusiurandum interveniſſet, de titulo alibi non ſuſcipiendo *Iaſ. hic n. 9. Anton. de Butr. & Immol. in c. 2. de renunciat.* cui
15 † adde & aliam exceptionem periculi, & difficultatis ex nova cauſa, ut cum propter bellum, peſtem, perſecutionem &c. commodè ad priorem locum redire & gradus peti nequit *Bald. in c. debitores. n. 6. de jurejur. Anton. in d. c. 2. Natta in c. quamvis. n. 16. de pact. in 6. Boër. deciſ. 204. n. 24.* Nam omne jusjurandum intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus, non etiam cauſis rerum immutatis *l. cum quis. 38 de ſolution. l. ult. qui ſatiſd. cog. gloſ. & Dd in c. 2. de reſcript. & c. quemadmodum. 25. de iureiur. l. quod ſervus. 8. de condict. ob cauſ. Boër. praalleg. loco n. 21. 22. cum multis ſeqq. Hoſt. Card. & Dd. in c. 1. Qui matri. accuſ. poſſ.*

L. Properandum.

13.

1. *Inſtantia in cauſis civilibus durare debet de jure civili triennium, in cauſis criminalibus biennium, quod limitatur. n. 4.*
2. *Author horum fatalium cum cauſis impulſivis remiſſivè.*
3. *Ampliatur hujus textus regula, & in quibus cauſis hæc inſtantiæ fatalia currant, in quibus non. n. 4. docetur.*
   Per quod tempus præſcribitur actioni partis; per tantum temporis præſcribitur quoq; officio judicis.
4. *Cauſæ de jure Canonico non habent inſtantiam limitatam.*
5. *Ius partis, ac cauſa (quæ ab inſtantia differt) quamdiu duret tum in criminalibus, quam civilibus.*
6. *Tempus inſtantiæ hic præfinitum, eſt continuum, & in cauſis ordinarijs incipit currere à lite conteſtata, in ſummarijs verò & alijs; in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria; à primo actu meritorum cauſæ. n. 3.*
7. *Inſtantia reſcripto Principis definita currere incipit à die præſentationis reſcripti.*

8. *Litibus cur certum tempus ſit præfinitum, & an eidem renunciare liceat.*

9. *Inſtantiæ fatalia nō poſſunt à litigantibus quovis modo prorogari, etiamſi jurarunt, bene tamen abbreviari.*

10. *Tempus inſtantiæ continuatur in heredem*

11. *Tempore inſtantiæ effluxo omnia ejus acta corruunt, nec judex ex iis ſententiam ferre poteſt, quod limitatur. n.12.*

13. *Perempta inſtantia cauſarum civilium remanet nihilominus cauſa, & jus partis ſalvum, ut liceat litiganti litem reſtaurare.*

14. *Perempta inſtantia in cauſis criminalibus tota perimitur cauſa, quod limitatur n.15.*

16. *Cognata hujus inſtantiæ.*

17. *Contraria ejusdem, quæ ſcilicet eandem vel currere impediant, & n. 18. & ſeqq. vel eandem penitus tollant. n.23*

Inſtantiæ fatalia non currunt, quando judex, actor, vel reus legitimè eſt impeditus.

18. *Propter impedimenta occurrentia advocatis, quo minus litem proſequi poſſint, fatalia inſtantiæ prorogantur, extincta verò non reſuſcitantur.*

19. *Tempore belli & peſtis inducente juſticium, fatalia inſtantiæ non currunt, ſed dormiunt.*

20. *Magnitudo cauſæ, & exigentia multarum dilationum, ac difficultas probationum hæc quidem inſtantiæ fatalia ceſſare, ac dormire facit, non tamen interrumpit, quamvis aliqui diſſentiant. n 22*

21. *Interrumpere præſcriptionem, & eandem facere dormire quid differant.*

23. *Conſuetudine paſſim recepta, ut & jure Saxonico, hæc inſtantiæ fatalia ſunt ſublata.*

24. *Perempta inſtantia conſenſu partium reſtaurari poteſt, ſi communi ſuffragio omnia acta uno contextu, ac ictu ab iiſdem repetantur.*

1 CAuſæ † criminales biennio, civiles triennio ſunt terminandæ. Au-
2 thor † hujus regulę eſt Iuſtin. *hic & in l. ult. inf. ut intra cert. temp.* Impulſivas tres recitat ipſe legislator *in pr. h. l.* id *quod & gl. animadvertit.* Materia † ſunt 3 cauſæ qualescunque, etiam inquiſitiones: *Bald. hic n. 7. Panor. in c. venerabilis. pen. n. 13. de judic. Mynſing. obſer. 44. cent. 3.* quia per idem tempus præſcribitur judicis officio, quod actioni partis *l. ſicut. 3 ubi gloſſ. ad verb perſe. u. 10 ne inf. de præſcript. 30. annorum. l. filiusfam 8. §. Veterani. 2. ubi glo. ad verb. prætermiſſum & Dd. de procurat. Iaſ. repet. l. admonendi. n. 64. de jureiur Bald. & Dd. l. querela. 12. inf. de falſ. Boër. deciſ. 26. n. 1. 2. cum mult. ſeqq.* itē ſummariæ *Panor. d. c. pen. in fin. n. 20. de judic. Alex. conſ. 50. viſis actis cauſæ. n. 1. vol. 2. Iaſ. hic, n 9. 10. 11. 12. per hunc textum ad verb. poſſeſſione. item ex verbis, exceptis cauſis, quæ ad jus fiſcale pertinent.* item & quæ habent executionem paratam. *Iaſ. hic, n. 8 Alex. d. conſ. 50 n. 7. & 8.* & adeo in quibus ſine litis conteſtatione proceditur. *Iaſ. hic n. 7. poſt Cyn. Bald. Caſtr. Alex. d. conſ. 50. n 7.* Nam in his, primus actus merita cauſæ reſpiciens, pro conteſtatione litis habetur *l nulla. 23 ubi Bart. Iaſ. & Dd ſup de procuratoribus.* Deniq; que & ad arbitria hanc regulam pertinere putandū. *eſt Spec. de arbitr. & arbitrator. § differt. n. 14. Panor. d. c. pen. n. 21. de judic. Iaſ. hic in 7. notab. n. 13. Mynſing obſ. 44. cent 3.*

Non † etiam arbitramenta: quia 4 nulla in his inſtantia currit, *Specul. Panor. Iaſ. Mynſing præall. loco* neq; cauſæ fiſcales, vel quæ publicas functiones reſpiciunt; *ut hic in tex.* nec ſpirituales, *c pen. & c. ult. de iudic. Iaſ. hic n. 27. in verſ. nam ſumus in materia peccati vel ſpirituali.* neque quarum merita propter magnitudinem, & varietatem non poſſunt

poſſunt tam brevi tempore cogno-
ſci. *Iaſ. hic num.* 26. aliæque pluri-
mæ quæ vel brevioribus vel longio-
ribus ſpaciis concluduntur, *de qui-
bus hic gloſſ ad verb. functiones. & ad
verb. triennium.* Sed nec in conſiſtorio
principis obtinet *Bald. conſ. 217. n. 5. in
fin. vol. 3. Mynſ. obſer. 48. cent. 2. bonus
tex. in auth. ſed & lis. inf. de temp. appel.*
nec in foro Canonico, ubi cauſæ in-
ſtantiam non habent limitatam *d. c.
pen. & ult. de judic. gloſſ. hic verb. fun-
ctiones*, nec ad ſecundam inſtantiam
porrigitur. *Iaſ hic nu. 22. per auth ſi ta-
men inf. de temp. appel. Mynſing. obſ.
49. cent. 3.* neque litem finit hæc regula,
ſed tantum inſtantiam, §. *ult. in hac le-
ge, ubi gl. ad verb. vigorem*: excepta a-
ctione doli, & ſimilibus quibuſdam *l.
5 ult. ubi glo. ſup de dol. mal.* Cauſa autem
† ſeu lis, hoc eſt, actio & jus agēdi, ſeu ut
loquuntur jus partis, durat triginta an-
nos regulariter ante litis conteſtatio-
nem in civilibus *l. 3. l. 4. l. 8. inf. de præ-
ſcript. 30. ann.* in criminalibus viginti
l. querela. 12. inf. de fals. Quanquam hæc
præſcripta inſtantia quadantenus præ-
ſcribatur, ut poſtea dicetur: poſt vero
litem conteſtatam 40. annis *l. ult. inf.
6 de præſcript. 30. annorum.* Forma † eſt,
ut hoc tempus continuo currat, nō u-
tiliter. §. *antep. penult. & ult. in hac lege.
latè Socin. conſ l. 31. Proſequendo ordinem.
n. 11. vol. 1.* Incipit autem currere à lite
demum conteſtata, *ut hic in text. verb.
poſt litem demum conteſtatam. & Iaſ. hic
n. 11. facit l. 2. inf. ubi in rem actio* Quare
& in ſtatutis, quæ certo ſpacio lites vo-
lunt finiri, tempus illud etiam à litis
cōteſtatione erit inchoandū. *Iaſ. hic n.
5. Bald. in auth. clericus. n. 3 ſup. de epiſc.
7 & cleric.* etiamſi inſtantia † reſcripto
definita, à tempore ejuſdem præſentati
incipiat, & computetur *Mynſing. obſer.
46. cent. 3. pro quo c. diſpendia. 3. de re-
ſcript. in 6. c. ult. ext. eod.* Finis, † ut n- 8
lites ſint immortales, *ut text hic* [illegible]
& vitam ipſorum litigātium exced[illegible],
ſed ut intra juſta ſpacia terminentur, *ut
hic in princ. §. 1. 2. antepen. & penult. l.
1. & ult. inf. ut intr. cert. temp. d. c. diſpen-
dia. 3. de reſcript. in 6. cum ſimilib.* eoq;
ob bonum potius publicum, quam pri-
vatam litigatorum utilitatem putatur
hæc regula inducta, ſic ut ei renunciari
non poſſit, *ut tradit Bart. in l. Seius. 27.
n. 3. & 5. ad L. Falcid.*

Effectus † ergo primus eſt, quod non 9
liceat hoc tempus compromiſſo, pa-
cto, jurejurando, aut alio quovis modo
prorogare, *l. ult. inf. ut int. cert. temp.
Iaſ. hic poſt alios n. 5 cum multis ſeq Fe-
lin. d. c. penult n. 9 Mynſing. obſerv.
43 cent 3.* quamvis quod ad jusjurādum
pertinet, dubitari poſſit de jure Cano-
nico, ubi ſervandum eſt, quod non ver-
git in detrimentum ſalutis æternæ *c.
cum contingat. ext. de jurejur.* Verum
iſtud eſt contra publicam utilitatem
breviandarum litium: *arg. c. ſi dili-
genti. 12. ext. de for. compet.* cum publi-
ce interſit, non extrahi lites *l. qui-
dam exiſtimaverunt. 21. in fin ff. ſi
cert. pet.* Licet tempus hoc, pacto
breviari poſſit, cum ſit publicæ uti-
litati conſentaneum, *l. ult. §. ult. infr.
de temp. appellat. Iaſ. hic num. 23. bonus
text. in l. Attilicinus. 17. de pact. dot.*
cum ſit inductum favore eorum: qua-
re ſuo favori renunciare poſſunt, vel-
ut debitor anticipare diem ſolutio-
nis, non prolongare, invito credito-
re.

Ad effectum † etiam pertinet, quod 10

 hoc

hoc tempus nedum continuo currat, ſed in heredem cum inſtantia cōtinuetur. *Bald. d. conſ. 217. num 4 vol. 3. Socin. d. conſ. 31. num. 8 vol. 1 per c. quia 11. ubi Innoc. & Dd. de judic. l. ſi petitor. 31. l. ſi is qui Romæ. 34. l. hæres. 19. de judic. l. 1. inf. ſi pend. appellat.*

31 Tertius † effectus eſt, quod effluxo eiuſmodi tempore, inſtantia perimatur, & omnia judicii hactenus exerciti acta corruant. *l. 2. judic. Solui. Iaſ. hic n. 26. poſt Bart. Panorm. d. c penult n 14.* adeo ut ſi judex ulterius procedat, eius proceſſus, & ſententia ipſo jure ſit nulla *gl. hic. ad verb functiones. Iaſ. nu 26.* Nam ſine actis ſententia ferri nequit, *l. prolatam. 5. ubi Dd. inf. de ſentent. Iaſ. hic num. 25. & l. judices. ſup. eod.* Acta autem judicii finita inſtantia pereunt, quod perinde habetur, ac ſi nunquam fuiſſent, & pro non ſcriptis habentur; ſequens igitur eſt, ad ſententiam non
32 poſſe perveniri † ſcilicet definitivam; nam ab obſervatione judicii permiſſum judici eſt hic abſolvere; ut ſit quoties proceſſus non tenet, & finitam inſtantiam eſſe pronunciare, cumq́; cujus culpa terminus inſtantiæ effluxit, in expenſas condemnare, *l. 2. inf. ut intra cert. temp. Bart. Iaſ. & Dd. hic num. 26.*

33 Quia tamen † inſtantiam tantū hac præſcriptione finiri diximus, non litem, ideò quamlibet extinctis inſtantiæ actis, non tamen ipſa perit cauſa, *l. ult. inf de præſcript. 30. annorum.* quæ eſt ab illis ſeparata: quamobrem acta cauſæ non pereunt inſtantia ſublata *d. l. ultim. gloſſ. clement. ſæpè. verb. defenſiones. de verb. ſignif.* eoque licet alia inſtantia litem cum meritis cauſæ, puta probationibus, inſtaurare; non tamen aliter, quam refuſis parti adverſæ expenſis *Mynſing. obſervat. 50. cent. 3.* Quod obtinet † in materia civili; nam in 14
criminalibus elapſo biennio, atque ita præſcripta inſtantia, accuſator amplius non auditur, etiamſi expenſas offerat, *Mynſing d. obſerv 50.* quemadmodum & aliàs reo abſoluto non licet cum eiuſdem criminis reum facere. Atque ita nedum inſtantia, ſed & ius agendi præſcribitur, niſi † per ipſum accuſato- 15
rem non ſteterit, quo minus cauſa perageretur *l. in Senatusconſultum. 15. §. penult. ad S C. Turpil* quod ita intelligendum puto, ut in privatis: ſecus verò in publicis, & popularibus, quæ illis comparantur, quadantenus & ſecundum quid, non ſimpliciter. Ius enim publicum accuſatoris negligentiâ perire non debet, ut nec alii alterius facto iniqua conditio inferri: cumque ne quidem pacto fieri poſſit *l jus publicum. 38 de pact.* nedum omiſſione, quæ minus operari ſolet. Nihil igitur hoc oberit, quin alii repetere reum ſit integrum. *l. abolitionem. 16. ubi Bald. hoc notat in princip. infr. de adulter. l. 2. ad S. C. Turpil. l. ſi is. 4. l. ult. infr. eod. tit. ad SC. Turpil. Salic. in l 1. infr. ut intra cert. temp. & in §. ult. huius legis.*

Affines † ſunt præſcriptiones actionum *de quibus l. 3. 4. 7. 8. infr. de præſcript. 30. annor. l. item. 21. cum multis ſeqq. ex quibus cauſ. maior. tot. tit ff. de diverſ. & temp. præſcript.* Nam hæ aliàs inſtantiæ præſcribunt, aliàs verò actioni, hoc eſt, cauſæ, aliàs utrique. *ut traditur in c. 1. ad verb. finita. de lit. conteſt. in 6. & latiſſ. à Socin. in c. 1, ut lite non conteſt.* 16

Contra-

17 Contraria † ſunt impedimenta legitima, quæ occurrunt vel perſonis, vel rebus, vel actionibus. Perſonis, ut judicis *l. item.* 21. *l. ſed ſi per prætorem.* 26 *ex quibus cauſ. maior.* actoris, *l. 2. ſi quis cautíon.* & rei *d. l. in SCtum.* 15. §. *penult. ad Turpil. d. l. item.* 21. *ex quibus cauſ. maior. l. 5. de adminiſtrat. tutor. l. ſi cum ipſe.* 39. *de excuſ. tutor.* Hæ enim perſonæ præcipuè judicium ſuſtinent, *c. form. de V. S.*

18 Quo † referuntur impedimenta, quæ occurrunt advocato durante adhuc lite: licet hoc velamento finita inſtantia, vel cauſa non inſtauretur *l. 4. ſup. de poſtul.* Facilius enim aliquid prorogatur adhuc durans, quam extinctum reſuſcitetur.

19 Rerum † impedimentum eſt hoſtilitatis, peſtis *c. ex tranſmiſſa.* 10 *ubi Dd. de præſcript.* & alia *de quibus Panorm. in c. penult. num.* 10. *de iudic.* dummodo tanta ſint, ut jus non dicatur, quo tempore dormit præſcriptio *Panorm. num.* 4 13. *in d. c. ex tranſmiſſa Bart. l. naturaliter.* 5. *num.* 22. *de uſucap. Dd. l. cum notiſſimi.* 8. §. *imo. infr. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annor. Guid. Pap. deciſ* 416. Quod ſi tale impedimentum non inducat juſticium, quo minus jus dicatur, nihil cauſæ eſt, cur hæc inſtantiæ præſcriptio non currat.

20 Actionum † ac judicii obſtaculum legitimum eſt varietas cauſæ tanta; ut intra legitimum ſpacium abſolvi, commodeque diſceptari non poſſit. *Iaſ. hic num.* 26. quo etiam referatur difficultas probationum, examinationis, præſertim teſtib aliis alio loco commorantibus, diſſitis, abſentibus, item varietas multiplex explicandarum, conferendarumque rationum, *de quibus Panorm. præalleg. loc.* inſpiciendorum finium *l. ſi irruptione.* 8. *fin. reg.* Quæ omnia hujus præſcriptionis curſum impediunt *Iaſ. hic & Dd. præallegat. loc.*

Sic tamen † ut per impedimentum non interrumpatur inchoata præſcriptio, ſed ceſſet tantum, ac velut dormiat, *d. c. ex tranſmiſſa. ubi Panorm. num.* 4. 13. ut in ætate pupillari, donec impedimentum amoveatur; quo ſublato rurſus currit prior præſcriptio, tempusque præteritum cum ſequente conjungitur: quod ſecus eſt præſcriptione interrupta, quoniam tunc omne prius tempus tollitur, ac pro nihilo habetur, ut de integro præſcriptio ſit ordienda, nec in his opus eſt reſtitutione, ſicut præſcriptione completa: illa igitur contraria impediendo, hæc contraria reſcindendo propter ætatem, cui tamen non indiſtinctè hoc indulgetur §. *ult. hic* Multo minus majoribus, niſi ex juſtiſsima cauſa *l. SCto.* 16. *ubi Dd. de offic. præſid.* 21

Non tamen † deſunt qui opinentur, illis, de quibus hactenus dictum, impedimentis non interpellari curſum temporis hujus, cũ ſit continuũ, quo minus decurrat, & ꝑinde reſtitutione ſemper opus eſſe, *Socin. d. conſil.* 31. *nu.* 11. *vol.* 1. *per l. 1.* §. *ſi quis propter. ff. de itin. act. priv. l. ſed ſi per prætorem* 25. *ex quibus cauſ. maior. l 2 ff. ſi quis caut.* excepto tamẽ hoſtilitatis, & peſtis, aut ſimilis mali teporis, quo omnis præſcriptio dormit *d. c. ex tranſmiſſa. ubi Panor nu.* 13. *Bart. d. l. naturaliter.* 5. *n.* 22. *de uſucap.* 22

Contraria † etiam ſunt quæ te [illegible] 23

E 2 hoc

hoc jus præſcribendæ inſtantiæ tollunt, ut conſuetudo paſsim recepta, reſcriptum principis, ſtatutum, *Dd. hic & Iaſ. n. 23.* velut jus Saxonicum *lib. 2. art. 8. & 24. ubi gloſſ.* & conſenſus par-
24 tium hactenus, ut liceat † eis uno ictu, ut loquuntur, omnia prioris judicii acta revocare, & in his procedere ad exitum, *Iaſ. hic poſt Bart. num. 23. per gloſſ. l. mutari. 24. de procurat. Felin. c. penult. num. 12. de judic. Socin. conſ. 31. num. 8. cum ſeqq.* verius tamen videtur hoc modo non priorem inſtantiam renovari, ſed tantum oriri novam, quæ ex iiſdem actis juſtificetur, *ut animadvertit Fulgoſ. hic, Imol. in c. de cauſis. 4. de off. delegat. & faciunt tradita à Mynſ. obſerv. 49. centur. 3.* cum in illorum poteſtate ſit præſcribere modum procedendi vel etiam judicandi *l. ſi convenerit 26. de re judic.*

---

§. cenſemus 1. & §. §. ſeqq.

1. *Summa horum § §.*
2. *Contumacia unde dicta.*
3. *Contumacia quid? & quis dicatur contumax? num. 4. 5.*
4. *Paria ſunt non comparere, & comparere quidem, ſed non legitimè.*
5. *Iudici iniuſte, aut extra juriſdictionem ſuam quid jubenti impunè non paretur.*
6. *Contumaciæ proprium.*
7. *Contumacia quotuplex? num. 8. 9.*
8. *Contumaciæ tàm vera, quàm ficta cauſa efficiens remota, & propinqua, ſeu προηγου-μένη num. 11. item προκαταρκτικὴ num. 12. & 13. cauſa ſine qua non. num. 15. materia in qua, & circa quam, num. 16. forma, num. 17. & ſeqq. uſque ad num. 22.*
11. *Contumacia vera ſine vero dolo per fruſtrationem, aut emanſionem in actum erum ente non committitur, ſicut nec ficta, ſine dolo ficto.*
12. *Ad cauſandam veram contumaciam tria ſecundum comm. opinionem ſunt neceſſaria, quæ tamen Bartol. contrahit ad duo, num. 13 ad inducendam verò fictam contumaciam duo ſufficiunt. num. 14.*

   Citatio invalida citatum non arctat, nec eundem, ſi emanet, contumaciæ reum facit. & num. 40.
14. *Eo, qui latitat, aut abſens eſt, citato, & ad citationem emanente, ad arguendam eius contumaciam non neceſſe eſt probari, citationem ipſi fuiſſe inſinuatam, ſed idipſum præſumitur, donec contrarium probetur.*
15. *Nemo pro contumace habetur, aut de contumacia condemnatur, niſi parte adverſa contumaciam eius accuſante, quod tamen limitatur in fine, & quando accuſatio contumaciæ inſtituenda ſit, docetur.*
17. *Contumacia non committitur verbis, ſed factis.*
18. *Facta, quibus contumacia committitur, quæ?*
19. *Facta præmiſſa quatenus contumaciam inducant.*

   Sicut à dolo, & pœna, ita & à contumacia quælibet cauſa, etiam minus juſta, levis, ac fatua excuſat, & num 44.

   Cauſam iſtiuſmodi allegans quando, & quomodo eandem probare teneatur, num. 20. & 44.
21. *Contumacia tàm vera, quàm ficta quomodo probetur.*
23. *Contumaciæ effectus, ac pœnæ num. 24. & ſeqq.*

   Iudex parte adverſa invita contumaci pœnam ſine juſta cauſa remittere nequit.
24. *Pœnæ in contumaces proditæ ſunt variæ, quæ tamen*

tamen hic ad certa genera revocantur, & n. 25. 26. & ſeqq. explicantur.

25. *Contumax in perſona poteſt ita puniri, ut vel excommunicetur, ab officio ſuſpendatur, aut etiã removeatur perſonaliter capiatur & incarceretur, quin immò in criminalibus torturæ ſubjiciatur.*

26. *Contumax quomodo ſoleat in bonis puniri? Vaſallus de contumacia convictus feudo privari poteſt.*

27. *Contumax actor quomodo in ipſa actione, & judicij proceſſu puniri poſſit.*

28. *Reus contumax qua ratione in ipſa cauſa, ac lite plectatur.*

29. *Pœnæ tàm reo, quàm actori contumaci communes, quæ utriq; ratione litis irrogari poſſunt. & n. 36.*

30. *Eremodicium quid? ejusq; effectus.*

31. *Eremodicium contrahere, & vadimonium deſerere non ſunt ſynonyma, ſed differunt quadrifariam n. 32. 33. 34. 35.*

36. *Prædictarum pœnarum una non proficiente, plures infligi poſſunt, quod limitatur num. 38.*

37. *Iudice ſub comminatione plurium pœnarum quid jubente an omnes ſimul à contumace poſſint exigi remiſſive?*

39. *Contumacia cognata.*

40. *Ejusdem contraria, quæ trium ſunt generum n. 42. 44. 46.*

41. *Probabilis citati abſentia & peregrinatio an contumaciam contrahi impediat, an vero eandem contractam ſaltem excuſet.*

42. *Iuſta impedimenta contumaciam excuſantia quæ? n. 45.*

43. *Fictus non modo contumax, ſed & verus, veniens die illo, qui citatorio inſertus fuit, etiam poſt finitum judicij actum, à contumacia excuſatur.*

44. *Allegatio cauſæ, ob quam venire non oporteat, ſive juſta ſive injuſta ſit, modo ſpeciem juſtæ habeat, à contumacia excuſat.*

45. *Contumacia judicio adhuc durante purgatur ope exceptionis, ſeu allegatione juſti impedimenti, vel cauſæ, eo autem finito non niſi reſtitutione.*

46. *Contumacia quot modis tollatur.*

HIc † quoniam de cõtumacia cùm actoris, tum rei tractatur, & quomodo ſibi ea coincidente procedendum oſtenditur, idcirco non erit alienum de hac generatim proponere ad viam explicationi commodius muniendam. 1

Contumacia † à con & tumeo rectè deducunt noſtri *Card. Zabarell. in clem. 1. in princ. de dol. & contum. Marant. in Specul. aur. part. 6. §. contumacia num. 7.* Quod autem addunt quaſi à contumefacto & inflato, hoc eſt, ſuperbo ac refractario animo deducatur, non ſatis rectè; Nec enim ſola ſuperbia contumaciæ cauſa (quanquam hæc etiam eſſe poſsit) ſed judicis contemtus, qui nõ tantum ex ſuperbia fluere poteſt, verũ etiã aliunde, ut judicii fruſtratio, met⁹, fuga, unde rei fugientes dicantur. Equidem & ejus compoſitum contumere latinis inflatum eſſe propriè ſignificat: figuratè per metaphoram, cujus illa ſunt indicia, ſuperbire, deſpicere, contemnere, atque ita accipio quod ait Vlpianus *in l. 1. in princip. de iniur.* contumeliam à contemnendo eſſe dictam, dicitur enim contumelia à contumeo, ſed eo ſenſu figurato, quo contemnere ſignificat. Eſt igitur & contumacia hinc dicta. 2

Contumacia † inquit I. C. eſt jus dicenti non obtemperare *l. contumacia. 53. de re jud.* non modo in executione, quomodo capiatur in edicto pœnali *l. un. ubi verba reſtringuntur. ſi quis ius dicent.* Sed in qualibet iudicii parte, etiam præparatoria & initio, poſt copioſius exponetur, Contumax † inquit Ulpianus eſt, 3

nus, eſt, qui tribus edictis, id eſt, citationibus (Edicta enim noſtris, & literæ, prætoris ſcilicet, vocantur citatiònes, quia ſcriptis fieri ſolent, aliud autem eſt edictum prætoris perpetuæ juriſdictionis cauſa propoſitum, *de quo in l. ſi quis id quod. 7. de juriſdict* aliud monitorium, quod privatas ſingulorum cauſſas concernit, ut ibidem diſtinguitur, de quo hîc) propoſitis (prout ſcripto proponi publico, vel ad domum ejus, qui non invenitur ſolent) vel uno pro tribus, quod vulgo peremptorium vocant, literis evocatus præſentiam ſui facere contemnit *d. l. contumacia §. 1.* Seu qui cognitis tribus edictis ad diem præſtitutum non reſpondet *l ex conſenſu. 23. §. ult. de appellat.* ſed & is qui latitat, vel procurat, ne citatio cum apprehendere poſsit, contumax eſt; quemadmodum & is, qui copiam ſui facit, ſed non debito modo, ut armatus tanto ſatellitio, ut judicio ſit formidabilis, cum paria ſint non comparere, & non legitimè comparere *gloſ. l. 1. verb. inhabilis. ff. Quod cujusq. univerſ.* ut & ſatisdare *l. quoties 6 ff. qui ſatisdat. cog.* Sed & paria ſunt non venire, aut non inſtructum venire *Iaſ in §. 1. n. 5. 6. 7. per hunc textum à contrario ſenſu, verb. inſtructum.* Ex quo ſequens eſt etiam præſentem eſſe contumacem, ſi non facit quod facere debet *ut l Fulcinius 7. §. quid ſit 4. & §. illud. 13. quib. ex cauſ. in poſ. eat. l. de ætate. 11. §. 4. de interrog. act. c. ult. de juramen. calum. c. 2. & 4.*
5 *ut lit. non conteſt.* Quamobrem † contumax is putetur, qui ſive præſens, ſive abſens ſit citanti, vel præcipienti quid judici non obtemperat, cum obtemperare deberet *d. l. contumacia. 53. in fin. de re jud.* non tamen ſi injuſtum quid, vel nulliter præcipiat, quia tum pro privato eſt, item ſi extra ſuam juriſdictionem *l. ult. de juriſdict.* Speculator *tit. de contumac. in princ.* ita mavult definire, ut ſit contumax, qui tribus edictis, vel uno peremptorio citatus non venit, vel venit, ſed non obedit (addendum) aut orat non debito modo, nec inſtructus venit, *ut hîc verb. inſtructus* vel ſine venia, & ut ipſe loquitur, illicentiatus recedit *c. certum. 11. quæſt. 3. c. ex literis. 10. de exceſs. prælat. c. cauſam. 3. de dol. & contum. l. tres denunciationes. 3. infr. quomod. & quand. jud. l. 31. de rebus auth. Iud. poſs. c. conſtitutus. 12. de procurat.*

Proprium † ergò contumaciæ eſt, 6
judici non parere *d. l. contumacia. l. unica. ſi quis ius dic.* item fruſtrare, decipere, ſubterfugere judicium *d. l. Fulcinius. 7. c. 2. 3. & 4 de dol. & contum.* quæ tamen debet eſſe fraudulenta, *tot. tit de dolo & contumac.* hoc eſt, doloſa contumacia, non enim ibi agitur generatim de dolo, ut *in tit. ff & C. de dolo. item de except. dol. mal.*

Contumacia † noſtris aut eſt vera, 7
quam & evidentem dicere poſſumus, ut cum certum eſt ad citati noticiam perveniſſe citationem, vel præceptum judicis *Bart. l. ult. nu. 14. de in integ. reſtitut. Hoſt. de dol. & contum. in princip.* aut ficta, præſumpta, ſeu, ut loquuntur, interpretativa, ut cum citatio non apprehendit citatum, neque conſtat utrum ad noticiam ejus pervenerit, *ita communiter diſtinguunt Dd. Specul. §. 1. num. 2. & 3 de contum.*

contum. gloſſ. ult. Bart. & communiter Dd. in l. divus. penult. de in integ. reſtit. Bart. d. l. ex conſenſu. 23. §. ult. ubi latiſſimè Imol de appellat.

8 Quanquam † autem has ſpecies rurſum noſtri ſubdiſtinguunt, ut veram, in notoriam, evidentem veram, veriſsimam: fictam verò in præſumptivam, interpretativam, propriè fictam, &c. tamen quia hæc tantum gradibus ſecundum majus, & minus differunt potius, quam ſpeciebus; ideo non eſt opus in hæc inquirere ſubtilius.

9 Dividit † etiam *Ioannes Andr. ad Speculat. §. 1. num. 2.* in contumaciam non veniendi *d. l. contumacia.* & non exhibendi *l. unic. ſi quis ius dicent.* Sed nec objecti, ſeu materiæ varietas hîc ſpecies conſtituit diverſas. alioquin in infinitum erit progreſsio, quod vitandum eſt, ut alia ſit contumacia non comparendi, alia non reſpondendi, vel non ad rem reſpondendi *l. de ætate. 11. §. quod autem ait. ff. de interrog. act.* non ſatisdandi, vel malè non jurandi, non probandi (quanquam hic propriè non ſit contumax, ſed utilitatem probationis, & termini amittat; quia judex hic non præcipit. ſed tantum permittit, ideo licet huic, ſuo favori renunciare *c. tuis, de teſtib.* item ut ſupr. ex Specul. dictum eſt illicitè recedendi; quare illâ communi diviſione contenti, ad cauſas pergamus.

10 Quod †] ad efficientem attinet, contumacia vera putatur ab homine induci, ficta verò à lege *Specul. d. §. 1. num. 7. per c. ſtatuimus. de elect.* Quanquam & hanc jus ex hominis facto, hoc eſt, emanſione, & inobedientia præſumat. *d. l. penult. ubi Dd. de in integ. reſtit. d. l. ex conſenſu.*

Sit ergò remota † cauſa jus, lex, conſuetudo, ſtatutum: propinqua, ſeu interna προηγουμένη, † eſt contem- 11
tus judicis, quem noſtri appellant malitiam *cap. 4. cum ſeq. de dol. & contumac.* fraudem emanendi, & quidem excogitatam de induſtria. *cap. 5. ext. eod.* ſeu malitioſam *cap. quoniam. 5. §. 1. ut lit. con. conteſt.* Rectè etiam dolum appellabis, verum quidem in vera, præſumptum in ficta contumacia, *ut oſtendit titulus de dol. & contumac.* Ut autem aliàs propoſitum in mente retentum nihil operatur; Sic nec hic fraus ſufficit, niſi in actum deducta per fruſtrationem, & emanſionem.

Externa προκαταρκτικὴ † veræ qui- 12
dem contumaciæ triplex eſt. Prima citatio judicis non una, ſed triplex, aut peremptoria. *d. l. contumacia.* Nam ad convincendam verè maliciam lex trino actu, qui difficulter rumpitur *cap. 1. extr. de treug. & pac.* putavit eſſe opus *Auth. jubemus. h. tit. l. ea quæ 7. inf. quomod. & quand. jud. c. cum dilecti. 6. c. cum olim. 7. ext. de dol. & contum. Bald & Feudiſtæ in cap. 1. de milit. Vaſall. qui contum. & l. diffamari, ubi Cagn. C. de ingenu. manumiſſ. Schurff. conſ 58. num. 4. centur. 1.* quod accipiendum de citatione valida; (nam invalidæ nullius eſt effectus) & preciſè coarctante, Nam alia ad cauſandum contumaciam non ſufficit, ut cito te, ſi putes tua intereſſe, aut ſentis te gravatum *Bald in cap. 1. num. 4. de milit. vaſall. qui contum. eſt. Caſtrenſ. & Alex.*

& Alex in l. teſtamenta. 18. inf. de teſtament. Afflict. deciſ. Neapolit. 224. Altera eſt inſinuatio citationis, citato facta. Tertia ejuſdem emanſio, quam conſequi neceſſe eſt ad contumaciam inducendam. *d. l. contumacia 53. d. l. ex conſenſu. §. ult. de appellat.* Has autem
13 † tres cauſas Bart. contrahit ad duas, qui ad hoc, ut quis verè dicatur contumax, duo requirit *in d. l. ex conſenſu. §. ult. de appellat.* primo quod cognoverit legitimè, ſe eſſe citatum, ſecundo quod potuerit venire, nec venerit, *l. item veniunt 20. §. petitam. 9 verſ. ex quo. de petit. hæredit.* Fictæ contuma-
14 ciæ † externa duplex eſt, ſola citatio, & emanſio, etiamſi neſciatur an citatio inſinuata ſit, nec ne, ut cum perſona non apparente, vel abſente, citatio fit ad domum, vel publicè proponitur. Nam ubi aliud non apparet, præſumitur ad ejus noticiam veniſſe, & ideo præſumptivè fit contumax emanendo, donec contra probetur *l. de pupillo. 5. §. ſi quis fortè 4. ubi Bart. & Dd. de oper. nov. nunciat.* Cauſa σύνεργος vel po-
15 tius ſine qua non † in utraque eſt accuſatio contumaciæ, hoc eſt, petitio adverſæ partis, qua poſtulat emanentem declarari contumacem, ſeu pro contumace haberi, *ut hac l. properandum. §. & ſi quidem. ubi hoc notat Iaſ. n. 7. poſt Bald. Bart. in l. conſentaneum. 8. inf. quomod. & quand. judex.* in peremptorio ſcilicet termino, nam antè fruſtrà accuſatur. *Marant. de contum. n. 1. & ibi allegat.* Nam niſi tum compareat adverſa pars, & accuſet, circumducitur citatio, hoc eſt, pro nulla habetur, quaſi facta non ſit *l. & poſt edictum 73. §. 1. de judicijs Bart. l. ex quacunque. 2. n. 14. Si quis in jus vocat.* nec judex ſuper ea procedit *Specul. de contum. §. ſequitur n. 13.* Nam in univerſum nunquam proceditur contra contumacem ad aliquem actum, niſi parte inſtante *Bart. in Authen. ei qui appellat. in fin inf de temper. appellat. & d. l. 2. n. 14. per hanc l. properandum cum aliis allegatis Marant. de contumac part. 6. n.* 15. ubi ſcilicet de privato tantum intereſſe agitur: ſecus in publico, ut homicidio, ubi declaratur in die Acht / etiam nullo inſtante, præſertim ſi Reſpubl. accuſarit.

Materiam † in qua ſit contumacia, 16
diximus à Specul. poni in non veniendo, non obediendo, & abſque venia recedendo in *d. §. 1. in princ.* Materia circa quam propriè eſt judicis præceptum, quod contemnitur *l. unic. ſi quis jus dicent. non obtemp d. l. contumacia.* Et hæc, de qua hic agitur, propriè pertinet ad materiam judicio ſiſti. *d. l. contumacia d. l. ad peremptorium,* ſeu ut nunc loquimur, ad comparitionem in termino *de quo Specul. in tit. de comparit.* Unde & contumacia de non veniendo appellatur, quæ differt à cõtumacia de non exhibendo, quæ circa executionem iudicij, & rei reſtitutionem verſatur, *Ioann. And. ad Specul. §. 1. n. 2. verb pœna. in 5. quæſtion. per d. l. unic. ſi quis jus dicent. non obtemp.*

Quod † ad formam attinet, contu- 17
macia non committitur verbis, ut in judicijs tralatitium eſt, ſed facto ipſo *d. l. unic.* nam plus eſt aliquid facto facere, quam verbo dicere *l. ſi tamen. 48 §. ei qui 3. de ædilit. edict. c. dilecti. 2. de appellat.* & ubi facto opus eſt verba non ſufficiunt *l. non omnes. 5. §. ult. de re milit. l. 4. §. 1. de pecul. Hippol. latè in l. qui falſam. n. 27. de falſ.* Quare ſi citatus

citatus dicat, ſe non comparaturum, ex
eo tamen ſolo non fit contumax, ſi-
quidem poſtmodum compareat, aut
de juſto doceat impedimento, quo
minus comparuerit *Ioan. And. ad Spe-
cul. n.2. verſ. pœna.* Atque ita interpre-
tor quod tradunt *gloſ. & Dd in l. penul.
de in integ. reſtitut. & d. l. ex conſenſu. §.
ult.* eum, qui citatus præ ſe ferat, ſe nõ
obtemperaturum, in vera contumacia
eſſe, vel veram contumaciam admit-
tere, ſcilicet ex facto inſecuto, & con-
gruente verbis, ita ut ſi non veniat,
neque impedimento juſto excuſetur,
tum ex eiuſmodi verbis non quidem
inſurgit, & exiſtit contumacia, ſed ea
quæ conſecuta eſt per emanſionem à
parte probata eſt, ac, ut noſtri aiunt, ex
illis qualificatur, & notoria redditur,
Ioan. And. praall. loc. E contrario autem
etiamſi eiuſmodi verba abſint, tamen
qui emanet facto ipſo teſtatur, & quo-
dammodo loquitur, ſe nolle venire,
eoq; & contumax efficitur *Ioan. And.
ad Specul. §. 1. verſ. pœna. q. 6.* Porrò
18 † variis factorum modis contumacia
committitur, ut ſi latitans citatus non
compareat *d. l. contumacia. d. l. ad perem-
ptorium.* aut per indirectum impediat,
ne poſſit citatione apprehendi *c. 5. §.
1. ut lit. non cont. ſt.* ſi veniat, ſed ſe jus
dici non præſentet *l. Fulcinius 7. §. 3. &
§. illud. 6. ex quib. cau. in poſſeſſion.* ſi
non inſtructus veniat *ut hac l. §. 1 verb.
inſtructus.* aut inidoneum, vel minus in-
ſtructũ procuratorẽ mittat *Iaſ. hic § 1
n. 12 & in l. ſancimus. 16. num. 6. inf. hoc
tit.* ſi non faciat id, cuius cauſa vocatus
eſt, *c. 2. ut lit. non con. eſt c. ult. de jura-
ment. calum. d. l. de ætate. 11 §. 3. & 6.
de interrogat. action.* vel juſſus quid fa-
cere non obtemperat *d. l. unic. ſi quis jus
dicen.* Quæ † omnia accipienda ſunt, 19
ſi nulla juſta cauſa allegetur, quare ob
temperare non debeat *d. l. contumacia.
in fin.* Nam quælibet etiam minus juſta
excuſat à dolo *l. igitur. 12. de lib. ral.
cauſ. l. ſi quis. 7. ubi Dd. de juriſd. l. penul.
de jur. & fact. igno.* atque ita à contu-
macia, *gloſſ. circa fin. in d. l. unic. ſi quis
jus dicent. non obtemp.* cuiuſmodi quidẽ
ſi in termino allegetur, excuſat quoad
causâ cognitâ fuerit reiecta, *ut in ſimili
Hoſt. de recuſat. n. 2. & 3. 5. & 8.* ſin poſt,
non aliter excuſat, quam ſi probetur *l.
in exceptionibus. 14. in fin. de probationib.
l. ait 7 § ultim. in verb. doceatur ex juſta
cauſſa abfuiſſe. de minorib. Pariſ. conſ. 9.
num 10. vol. 4. & in textu juris ſax. art.
38 ubi gloſſ. ſub litera C. lib. 1.* Nunquam
enim talis cauſſa ſubeſſe præſumitur,
niſi probetur, *Bart. l. inter. 43. § recte.
num. 3. 4 de furt. & in l. ſed et ſi. 5 §.
ſcire. 4. ubi Angel. de petit. hæred. &
idem Angel. Imol. Fulg. d. l. ex conſen-
ſu. §. ult. Alex. conſ. 103. videtur. in fin.
lib. 1. Corn. conſ. 180. laborioſa. num. 4.
lib. 4. quod pro ſingulari celebrant Are-
tin. conſ. 80 ſicut num. 2. & 3. Tiraquell.
de pœn. cauſ. 43 nu. 9.* Probatur autem
† cum aliis modis, ut teſtibus, inſtru- 20
mentis, tum etiam in defectum alia-
rum probationum jurejurando alle-
gantis, ſi perſona non ſit ſuſpecta *l. 5.
§. ult. de re milit. Mynſ. obſ. 92. centur.
3. & obſervat. 57. cent 4.* faciunt notata
*Bart. in l. litibus. 11. num. 8. inf. de agri-
col. & cenſit. lib 11 & regula ab Accur-
ſio tradita. in l. ſi cum 7. §. 1. de accuſat.
Iaſ. in rep. l. admonendi num. 109. de ju-
rejurando & in l. penult. num. 13. de ju-
riſdict.*

Ipſa porrò † contumacia probatur,
facta quidem ex ſola citatione, & 21

emiſſione, quorum utrumque ex actis probari poteſt. Vera porro contumacia probatur ex verbis, aut confeſſione contumacis, ſi non eat infitias, ſibi citationem fuiſſe cognitam *d. l. ex conſenſu § ult. Specul §. 1. de contumac. num 2 & 3.* aut etiam probatur per nuncij relationem, qui ad acta referat perſonali citatione contumacem fuiſſe apprehenſum, quod etſi impugnet *Ioan. And. ad Specul. præallegat. loc.* tamen verius eſt hic nuncio credi jurato, cum referre citationem. prout inſinuata eſt pars ſit officij eius publici, in quo merito fides ei eſt adhibenda *l. 2. ubi Bald. hoc notat inf. tit. 1. c. quoniam. 11. verbo duos. de probationib. c. cum à nobis. 6. de teſtib. Socin. de citat. art. 13. num. 17. & art. 16. Schurff. conſ. 38 num. 6. cent. 1.*

22 Finis † contumaciæ eſt fugere, & fruſtrari judicium *c. 3. & 4. de dol & contum. hac l. properandum. 13. §. 2.*

23 Quod † ad effectum attinet, contumacia eſt delictum *Iaſ in l. ſancimus. 15. num. 20. hoc tit.* & aut commiſſionis, aut omiſſionis. *ut ibid. Iaſ num. 22.* & ideo punitur arbitrariè. *c. 4. & 5. de off. iudi. delegat.* nec poteſt judex in præjudicium alterius partis contumaci parcere, niſi ex cauſa, *ut rectè inquit Specul. de contumac § nunc dicamus. num. 18 & tit. de expenſ. § poſtremo. num. 16. per c. conſuluit. de off. delegat.* Contumacia tamen, ut & reliqua delicta, non nocet aliis, *l. ſi pro luſorio. 14. § ult. de appellat. l. ſancimus. 22. infr. de pœn.* Ipſa vero contumaci prodeſſe, aut patrocinari non debet, ſed obeſſe *c. 2. in fin. de dol & contum.*

Ex quo variæ ad coërcendam contumacium pœnæ ſunt proditæ, quæ litigatorum vel perſonis, vel rebus, vel actionibus. 24

Perſonis † ut excommunicatio *Can. abſit. can. cæterum. 11. q. 3. c. 2. de maior. & obedientia. c. per venerabilem. 3. § penult. qui filij ſint legitim.* Suſpenſio ab officio, quæ eſt temporalis & pœnitentiæ veniā relinquit, vel etiam amotio, quæ eſt perpetua, & veniam præcidit *c. veritatis. 8. de dol & contum. & hac l. §. antepen* incarceratio, ac appræhenſio perſonalis *§. ſi verò. in Authen. de exhib. reis. l. conſentaneum. 8. in fin inf. quomod. & quando iudex.* In criminalibus verò non modo incarceratio, ſed etiam tortura *Bald in l. accuſationem. 6. num 6 inf. de ijs qui accuſ poſſ. Marant. d p. 6. §. contumacia. num. 29.* 25

In rebus † punitur contumacia per exactionem mulctæ *l. unic. ſi quis jus dicenti.* ſequeſtrationem rei litigioſæ immobilis *c. 2 de dol. & contum c. olim. 25. ubi Panorm. & Felin de reſcript.* Hodie arreſtationem in mobilibus, pignorum captionem, etiam in non litigioſis *l. 1. in princip. ubi gloſſ de adminiſtr. tutor. l. ſi quis. 5. de agnoſcend. liber l. 1. §. 1. de vent. inſpiciend.* Immiſſionem in poſſeſſionem ex primo & ſecundo decreto *d. l. Fulcinius. ex quibus cauſ. in poſſeſſion. eat l. ſi finita. 15. § Iulianus. 6 de damn. infect.* mulctam Landr. *art. 7. lib. 2. & art. 67. lib. 1. d l. unic. ſi quis ius dic.* Item prohibitionem ne debitores, coloni, aut alii contumaci aliquid diſſolvant, donec iudici pareant *c. gravem. 52. ubi Panorm. de ſent. excommunicat.* In feudalibus etiam feudi amiſſio eſt contumaciæ convictæ pœna *c. 1. de milit. vaſall qui contumax* 26

tumax eſt. Marant. d. loc. num. 24.

In actionibus & iudiciis perſonalibus pu-
27 niebatur olim contumacia in utroque caſu actor ... & hodie quod abſolvitur reus ab inſtantia, ſi contumax ſit actor ante litem conteſtatam, *ut hac l. properandum §. primo. l. ſancimus. decima quinta hoc tit.* nec enim ad ſententiam definitivam iri poteſt lite nõ conteſtata, idq; ſervatur etiam jure Saxonum *art. ſeptimo & octavo, libro ſecundo, & gloſſ. art. 67. libro primo,* cum refuſione expenſarum *d. l. ſancimus. §. primo & ſecundo hoc tit. Mynſing. obſervat. ſexageſima quinta cent. 4. Marant. de contum. numero 3*, & denegantur in poſterum petitiones actori *l. mutus 42. §. pœna. 4. de procurat.* donec expenſas refundat *d. l. ſancimus.* Poſt litis vero conteſtationem termini utilitas amittitur actori, *ut hac l. §. primo. capite quarto. de dol. & contum.* & ad ſententiam uſque fit progreſſio, quaſi præſente actore *d. §. primo. hoc titulo. Authen. qui ſemel. inf. quom. & quand. jud.* niſi de cauſa liquere nequeat, quo caſu reus cum expenſis eadem ratione abſolvitur, qua ante litem conteſtatam. ut in *hoc paragrapho primo.* & iure Saxon. inſuper mulcta iudici debetur. *d. artic. ſeptimo, libro ſecundo gloſſ. artic. ſexageſimo ſeptimo, libro primo.*

Sin reus † ſit contumax in reſpon-
28 dendo, aut iurando habetur pro confeſſo. *l. de ætate. undecima, de interrogator. action. c. ſi poſt. de confeſſ. in ſexto. l. ſecunda §. actor quod ſi 6. ſup. de juramenti. propter calum.* Si in non veniendo, olim quidem damno litis coercebatur hoc eſt, cauſa cadebat *l. contumacia. quinquageſima tertia de re iudicata. l. Divus penult. de in integr. reſtitut. l. libero trigeſima prima. §. item. ſecundo de negotiis geſtis.*

Iure vero recentiore, ante litis conteſtationem, contumace reo actor mittitur in poſſeſſionem bonorum eius *l. ſatisq. decimanona. de in ius vocand. l. ſi quis. octava §. penult. infr. de præſcript. triginta annorum. d. l. conſentaneum infr. quomodo & quand. iudex.* Poſt litis vero conteſtationem amittit tantum utilitatem termini contumax reus, ut actor, eoque proceditur inſtante actore uſque ad ſententiam. ut *h. l. §. ſecundo.* niſi & hic de cauſa liquere nequeat, quo caſu in poſſeſſionem bonorum mittitur actor, ut ante litem conteſtatam. *c. 4 de dolo & contum. c. quoniam. §. in aliis, ut lite non conteſtata. c. ultim. de eo, qui mittitur in poſſeſſ.* Iure Saxon. quod attinet ad tempus præcedens conteſtationem, reditum eſt ad ius vetus, & in tertio termino condemnatur in actionem reus cum exceptione impedimẽti, in quarto ſimpliciter *art. 9 lib. 2. art. 39. lib. 3.* poſt vero litis conteſtationem tantummodo termini utilitatem amittit, aut patitur bonorum immiſſionem, ut jure civili. Et hæc quidem in civilibus. In criminalibus verò non eadem obtinent jure civili, *de quo tot. tit. de requirend. vel abſent. damnand.* Iure Saxon. prorſus eadem videlicet, ut & hic damno litis coherceatur contumax reus, & banno publico, ut loquuntur, feriatur, emanente vero accuſatore abſolvatur reus, *de quo opportunius dicetur inf. de exhibendis reis, & de abolitionibus.*

Communes † utrinque pœnæ quod o-
lim utriuſque contumacia damno litis 29

ſit coercita, ut intelligi poteſt ex *d. l. cõ-*
tumac junct. l. pen. de in integr. reſt. Nunc
etiam pro litis conteſtatione habetur.
Iaſ. l. 1. num. 7. ſup. quando libellus
principi oblatus, pro confeſſione vel
probatione. *d. l. de ætate.* pro præſentia.
§. ſi verò in Authen. ut omnes obediant.
§. ult. ubi gl. verb. præſente. in Authen.
de teſtib. c. 4. de dolo & contum. in in-
commodum videlicet contumacis,
non verò in commodum *Authen. quæ*
in provincia inf. ubi de criminibus. c. 3.
& 4. ext. de dolo & contum. Bald. in l. cum
fratrem. in fin. inf. de his quib. ut ind.
amittit item contumax beneficium.
l. ſciendum 15. de his qui ſatisdare cogan-
tur. Nã etiamſi immobilia poſſideat, ſa-
tisdare cogitur. *Authen. et qui jurat.*
inf. de bonis authorit. judic. poſſid. Iaſ. &
Dd. in d. l. ſciendum. item beneficium
juratoriæ cautionis *gloſſ. Bald. & DD.*
in d. Auth. et qui inf. de bonis autor.
jud. poſſ. Iaſ. in l. 1. in fin & l. ult. qui ſa-
tisdare coguntur. item exceptionem li-
tis pendentiæ *ex l. ubi 30. de judiciis.*
Item declinatoriam, & ſi quæ ſunt ſi-
miles, *de quibus Marantha de contuma-*
cia. n. 23 & 24. Eremodicium quoque
contrahitur ex contumacia tàm acto-
ris *l. ait 7. in fin. de minoribus. Ravard.*
in l. non videtur. 52. de R. I. quàm rei.
ut hac l. §. cum autem. l. cum quæreba-
tur 14. Iudicatum ſolui. Mynſing. obſer.
46. cent. 4.

30 Eremodicium † autem nihil a-
liud eſt, quam deſertio cauſæ, ſeu deſer-
tum ab alterutra parte judicium poſt
litem conteſtatam; cujus ea vis eſt, ut
judex ex contumacia & Eremodicio
cauſam definiat, & ſententiam ferat in
contumacem. olim abſque cauſæ co-
gnitione *d. l. Divus. pen. d. l. contumacia.*
hodie ... de ea liquere poteſt. *ut hac l.*
§. cum autem Eremodicium ... qui
abſolvit reum ex contumacia actoris,
actorem mittit in poſſeſſionem ex con-
tumacia rei, deſerto judicio pronun-
ciato, & contumace ſemper in expen-
ſas condemnato. ut hac *l. §. 1. & 2. l. ſan-*
cimus. 15. hoc. tit. Ac male † noſtri pu- 31
tant idem eſſe Eremodicium contra-
here, quod deſerere vadimonium, *ut*
& Govean. obſerv. lib. 1. cap. 39. annota-
vit. Nam vadimonium † deſerere eſt 32
fallere promiſsionem ſiſtendi judicio,
cum fidejuſſoribus factam. Eremodi-
cium autem eſt litis deſertio: Illud † de- 33
ſeritur potiſſimum ante litem conte-
ſtatam; Eremodicium contrahitur in
exitu, aut certè poſt conteſtationem.
Illud † deſerit reus tantum, qui non ſi- 34
ſtit, *tot. tit. ſi quis caution.* hoc uterque
litigator contrahit. *§. cum autem. hic.*
Vadimonium † deſertum excuſatur o- 35
pe exceptionis. *l. 2. & toto titulo. Si quis*
caution. Contra eremodicium non
eſt locus exceptioni, ſed tantum aut
beneficio ordinario appellationis *l. &*
poſt 73. §. ult. de iudicijs. l. ex conſenſu.
§. ult. de appellat. aut extraordinario re-
ſtitutionis. *l. ait. 7. §. ult. de minorib.*
Sunt † & aliæ pœnæ, quibus contra cõ- 36
tumaces judex procedere poteſt, de
quibus in *l. unica. ſi quis jus dicenti. ubi*
Bart. & DD. ac una non ſufficiente, a-
lia uti poteſt, donec pareatur. *Bart. d. l.*
unica. num. 3. In quo uſu ſæpe venit quæ-
rere † an judice ſub plurib. pœnis idem 37
præcipiẽte omnes exigi poſſint, de quo
videnda eſt diſtinctio *Speculatoris de con-*
tumacia. §. nunc dicamus. nu. 5. Sed his
† puto locum eſſe in materia execu- 38
tionis, quod extremum juriſdictionis
vocat *d. l. unica.* ubi neceſſum eſt
puri-

p[illegible]bus pœnis ad obedientium præciſè co[illegible] contumaces, ut jus reddi & a[illegible]ctori ſatisfieri poſsit, *l. qui reſtituere. 68. de rei vend* cæterum hîc agitur de contumacia non veniendi ad judicium, adverſus quam ſufficiunt pœnæ Eremodicij, de quibus dictum eſt.

39 Affinia † ſunt litigatorum negligentia vel culpa, præſertim lata, *l. ſi pro luſorio 14. in fin. de appellat.* Item iniuriæ & deceptiones, quibus vel adverſarium ludificant, vel judicem ipſum. *l. jus dici. 42. de injurijs. l. ſi prætor. ff. de judiciis, cum ſimilib.* Item negligentia ipſorum judicum. §. 3. *hic* advocatorum, & procuratorum. §. *pen. hac l*, item tutorum. §. *ult. hac l.*

40 Contraria † ſunt, quæ vel impediunt contumaciam fieri, vel factam excuſant, & purgant, vel omninò tollunt. Impediunt contumaciam omnes cauſæ, ex quibus judicium deficit, ut incompetentia jurisdictionis. *l. ult. de jurisdictione.* Nullitas citationis, ſi quis die feriato citetur. *l. 1. 2. ne quis eum, qui in jus vocatus eſt. &c.* Inutilitas. *l. 2. ſi quis in Ius vocatus. l. ſi eum. 10. Si quis cautionibus*, & ſi quæ ſunt ſimilia An ve-
41 rô † probabilis abſentia, & peregrinatio eius, qui citatur, huc ſit referenda, variè diſputatur. *l. 1. §. 1. inf. quæ ſent. ſine appellat:* Sed receptius videtur, non impedire contumaciam, ſed tantum excuſare. *Spec. de contum. §. 1. n. 2. in fin. per c. cum Bertold. de re judic. Iaſ. in l. 1. § ult. ſi quis ius dicenti. Marant. præallegato loco. n. 17.* qui tamen fatentur, iuſtam abſentiam impedire veram contumaciam, excuſare autem à præſumta, ac ficta.

42 Excuſant † ergo contumaciam admiſſam iuſta impedimenta, ut caſus fortuiti, & improviſi. *l. 2. & paſſim toto tit. ff. ſi quis cautionib.* Qui tamen tardius arripit iter, aut ſeipſum impedit, non excuſatur, quia ſe ipſum, ut loquuntur noſtri, coarctavit. *l. cum postulaſſem. 44. de damno infecto. l. 2. in fine. ſi quis caution. gloſſ. c. cum in veteri. ad verbum imputari de elect.* idem & de alijs cauſis ſtatuatur, ut abſentia, de qua dictum eſt, non modo principalis, ſed & advocati ſui, vel procuratoris. *c. 1. ubi gloſſ. ad verbum advocati. ut lite non conteſta. c. 4. de dolo & contum.* item morbus, invaletudo. *l. quæſitum 60. ubi Bart. & Dd. de re judic.* item aliæ plurimæ, de quibus *in l. 2. §. 2. 3 4. 5. 6. 7. l. 4. l. 6. & paſſim tot. tit. ſi quis cautio n. l. 2. & 4. de in jus vocando. l 20. cum multis ſeqq. ex quibus cauſis majores.* Quin & injuſta † aliquan-
do excuſat, ut ruſticitas, imperitia, &c. 43
(non in abſtracto, ſed in concreto, & cōſideratione perſonarum) *l. 2. ſi quis in jus vocatus.* Amplius exiſtimat. *Accurſ. in d. l. ex conſenſu. §. pen. de appellat.* excuſare etiam oblivionem, ut ſi quis oblitus ſit, ſe citatum eſſe, item opinionem, & credulitatem, puta ſi credat judicem non nimium feſtinare, Utrunque *Bart. ibi refutat.* Nam nec oblivio præſumitur, nec juſta eſt, niſi ex tempore longo *l peregrè 44. de acquir. poſſ.* nec reſpiciendum eſt, inquit, quid quiſque credat, ſed quid credere debeat. *l. 5. ſi certum petatur. l. qui fundum. 7. §. ſervus. 2. ff. pro emptore.* quæ ſententia in genere verior eſt, quanquam uſu venire poteſt, ut habeat locum & altera, ut cum excuſabilis eſt aut oblivio propter varietatem occupationum. *Iaſ. l. quod juſſu. 14. n. 51. de re jud. per c. olim ext. eod. tit. de re judic.* aut credulitas ex brevitate termini, vel alia juſta cauſa.

Bart. & Alex. d. l. ex conſenſu. §. ult.
Purgatur etiam contumacia, ſi quis e-
odem die veniat, quantumvis actu judi-
cij abſoluto. *c. conſuluit. 24. de off. deleg.*
(Ut enim alias totus dies eſt debitoris,
ita & hic) vel poſt tres etiam, aut plu-
res dies, quando alterius jus non eſt fa-
ctum deterius. *l etſi. 8. ff. ſi quis cautio-*
43 *nib.* Quod an obtineat † non ſolùm in
ficto contumace, ſed etiam vero, & de
hoc quoque accipienda ſit *l. Divus pen.*
de in integ. reſtit. variè Dd ibi diſpu-
tant, ac obtinere etiam concludunt.
Item *Specul. §. 1. de contum. ubi Ioan.*
Andr. n. 2. maxime ſi cauſa aliqua pro-
babilis cunctandi allegetur. Item ſi ul-
timo præcepto, vel pœnæ contumaciæ
parcatur. *Specul. de contumacia. §. nunc*
44 *dicamus. n. 7. &* 8. Excuſat etiam † ju-
ſtæ cauſæ allegatio, quam ob rem ob-
temperari non debeat *d. l. contumacia,*
in fin hæc enim excuſat à dolo *l. igitur.*
12. de lib. cauſ. l. ſi quis. 7. ubi Iaſ n. 35. de
Iurisdict. l penult. de juris & fact. ig. &
conſequenter à contumacia. *gloſſ. cir-*
ca fin. d. l. unic. ſi quis jus dicent. ubi vel
in ullam ſufficere cauſam, dummodo
coloratam, arbitrantur; *facit l. 1. §. fin.*
ubi gloſſ. de abige. Ejuſmodi autem cau-
ſa excuſat, ſi intra terminum, aut in
termino allegetur, quoad fuerit reje-
cta, ut in ſimili *Hoſt. de recuſ. n. 1. 2. 3. 8.*
Sin poſt, non aliter excuſat, quam ſi
probetur. *l. in exceptionibus. 14. in fin de*
probat. l. ait 7. § ult. verb. doceatur ex juſta
cauſa abfuiſſe. de minor. Pariſ. conſ. 99. n.
12. 13. volum. 4. Landr. *lib 38 ubi gloſſ.*
lati ſub litera. C. lib. 1. Nunquã enim
rata cauſa ſubeſſe præſumitur, niſi pro-
betur *Bart. l. inter. 43. § rectè. 4. n. 2. &*
4 de furt & l ſed etſi. 25. §. ſi tre. 4 ubi An-
gel. de petit. hæreditat. Idem Angel. Imol.
Fulg d. l. ex conſenſu §. ult de appel. A-
lex conſ. 103. videtur [illegible] *Cor-*
na. conſil. 280. laborioſa. n. 4. lib 4. Quod
pro ſingulari celebrat Aretin. conſil. 80.
ſi quid n. 2. & 3. Tiraq. de pen. cauſ. 4
n 9. Probatur autem talis, teſtibus, in-
ſtrumentis, indicijs, etiam juramento
allegãtis, nec enim res pertinet ad me-
rita cauſæ, ubi momentoſior probatio
requiritur, ſed ad defenſionem, & ex-
cuſandum à pœna contumaciæ, quæ
probatio ſolet eſſe privilegiata, & præ-
ſertim in his, quæ dependent ab ani-
mo, velut contumacia à dolo quæ eſt
animi machinatio. *l. fin C de litig.* cre-
datur juramento ejus, cujus de animo
quæritur *l. ſi cui. 17. §. 1. de accuſat. Iaſ.*
repet. l. admonendi. n. 309. de jureju-
rand & l. penult. n. 13. de iurisdict dum
tamen perſona non ſit ſuſpecta. *l. 5. §.*
ult. de re milit. Nam ſuſpectis deferri
juramentum non ſolet *l. 5. § ult. de re*
milit. Mynſing obſer. 92. centur. 3. & ob-
ſer. 57. centur. 4. per Bart. l. litibus. 11. n.
8. C de agric. & cenſit. lib 11.

Sed hac in parte † excuſationum, il- 45
lud admonendi ſumus ejuſmodi alle-
gationibus moram purgari ope exce-
ptionis, quamdiu excipi poteſt, hoc eſt,
durante judicio. *in l 2. & toto tit ſi quis*
cantion. l. 2. ſi quis in jus vocatus non je-
rit. Eremodicio vero contracto, h. e.
ſiu ta per contumaciam inſtantia, aut
cauſa, ope tantum reſtitutionis. *ut §. ult.*
hac l. l. ait 7. in fin. de minor. l. pen. de in
integr. reſt. quia amplius excipi nequit.
l. 2 inf. ſententiam reſcindi non poſſe. l ſi-
quidem. 9. inf. de except. c. 1. de ordine co-
gnit. gloſſ. & Dd. l exceptionem. 19. inf.
de probat. Tollitur ergo † contumacia 46
duplici ratione, aut ordinaria, ut ſen-
tentia judicis interlocutoria. *l. qui juſ-*
ſi ubi

ſit. ubi Dd. de re jud item per appellationis beneficium judicium finitur. *l. & poſt edictum 73. §. ult. de judiciis d. l. ex conſenſu. §. ult.* quanquam appellatio non tam videtur extinguere, quam ſuſpendere contumaciam, ut & totũ proceſſum, de quo *Dd in l. furti 6. de his qui not. infam.* Extraordinaria, ut beneficio reſtitutionis, quod datur minoribus, & quidem ratione ætatis. *§. ult. hac l.* Majoribus verò ex juſta aliqua cauſſa, *ut in l. ait. 7. §. ult. de minorib & in d. l. penult. de in integ. reſtit.*

L. ſancimus 15. cum Auth. ſeqq.

1. *Summa hujus l. & Auth. ſeq.*
2 *Taxare, & expenſarum taxatio quid?*
3. *Proprium taxationis impenſarum reſpectu judicis.*
   Iudex expenſas ab alterutro litigantium petitas, ac taxatas minuere quidem, non vero ampliare poteſt.
4. *Taxatio impenſarum quotuplex.*
5. *Impenſarũ cauſa efficiens remota, & propinquã. n. 6. impulſiva. n. 7. προκαταρκτικὴ n. 11. materia. n. 16. forma eaſdem taxandi n. 17. finis taxationis n. 22.*
7. *Damnum dediſſe putatur, qui cauſam, vel occaſionem damni dedit.*
8. *Expenſæ in litem factæ quibus ex cauſis debeantur. & n. 9.*
10. *Expenſæ ad petitionem partis adverſæ in ſententia definitiva à judice non adjudicatæ, quatenus ab eodem videantur eſſe abjudicatæ, ut amplius peti nequeant. & n. 6.*
11. *Expenſæ à parte adverſa explicitè, vel implicitè non petitæ non præſtantur, quod fallit nu. 13.*
12. *Expenſæ implicitè petitæ eſſe putantur, ubi clauſula aliqua ſalutaris adjecta reperitur.*
13 *Iudex an citra adverſarij petitionem expenſas præſtari jubere poſſit?*
14. *Expenſæ qualiter ac quibus juris auxilijs peti poſſint.*
15. *Expenſas quis poſſit taxare, & taxatio an fiat officio judicis nobili, an mercenario?*
16. *Expenſæ quæ poſſint peti?*
   Illegitimæ, exceſſivæ, & inutiles expenſæ peti nequeunt, & illæ quæ?
   De expenſis in itinere factis deducitur id, quod quis domi fuiſſet impenſurus.
   Adverſarius ipſemet cauſam propriam agens non poteſt peti expenſas in advocatos aliàs faciendas.
17. *Expenſæ litis hodiè prius à judice taxantur, at poſtea ſuper iiſdem à parte juratur.*
18. *Iuramentum ſuper expenſarum moderatione à parte adverſa præſtandum, an & quando poſſit remitti.*
19. *Ad taxationem impenſarum quæ neceſſaria? & n. ſeq.*
20. *Pars adverſa ad taxationem expenſarum eſt citanda.*
21. *Forma procedendi in taxatione impenſarum.*
22. *Expenſæ cur non modo ordinario ſint probandæ, ſed juramento partis taxandæ, ac à judice moderandæ.*
23 *Taxationis expenſarum effectus.*
   Sicut moderationem expenſarum à judice factam pars adverſa juramento ſuo non poteſt ſuperare, ita nec judex expenſas juramento partis confirmatas imminuere.
24. *Iudice ad petitionem victoris victum in expenſas non condemnante permiſſa victori eſt appellatio, ſicut & tunc, quando eaſdem nimium diminuit, eadem quoque licita eſt victo, ubi judex taxationem expenſarum nimis laxavit.*
25. *Taxationis impenſarum affine.*
26. *Ejuſdem contraria; ubi recenſentur cauſæ in quibus expenſæ non præſtentur.*

Quis

1 QUia † in hac lege & Authentica
ſequenti agitur de taxatione expē-
ſarum, quas contumaces, vel victi ad-
verſario debent, idcirco non abs re e-
rit hic aliquid, de taxatione expenſa-
rum annotare: Nam de expenſis ipſis
opportunior erit dicendi locus *ad tit.*
inf. de fructibus & litium expenſis.

2 Taxare † idem eſt, quod reſtringere
aliquid aut temperare. *l. ſi ſervus. 24. §.*
ult. de actionib. emti. item limitare *clem.*
dudum. §. verum. ubi Zabarella de ſepul-
turis, & latinis propriè certo precio æ-
ſtimare, *ut apud Plinium & Feſtum.* Un-
de in judicijs taxare judex, vel litigator
dicitur, cum aliquid certa quantitate
moderatur, & æſtimat *l. 4. §. jurare 3.*
de in litem jurando l. qui reſtituere 68. de
rei vend l arbitrio 18. de dolo. malo.
Eſt ergo taxatio expenſarū, judicialis
æſtimatio, qua expenſæ factæ certa
quantitate æſtimantur quam judex ſen-
tentia alterutrum litigatorum alteri
debere pronunciat. *§. ut autem in Au-*
thent. de judicijs Novel. 82. ſeu brevius,
eſt æſtimata quantitas expenſarū, quam
judex facit, & alterum alteri debere
pronunciat. *ut hac l. ubi gloſſ. ad ver-*
3 *bum æſtimationem.* Ejus proprium † eſt
reſtringere, & minuere expenſas, non
etiam laxare vel ampliare (reſpectu ſci-
licet judicis, non verò petentis: Nam
ut vulgo dicitur, iniquum petitur, ut
æquum auferatur) *Specul. de expenſis. §.*
poſtremo in pri. pro quo l. ult. de prat ſtip.
4 Taxatio † autem alia à noſtris perhibe-
tur eſſe legis, quæ non fit regulariter. *d.*
l. qui reſtituere. 68. de rei vend. alia ve-
rò hominis, *ut gloſſ. hic ad verbum æſti-*
matione. & Salic. et. n. 4. Sed cum taxa-
tio ſit facti; facta autem hominis, non
legis, verius eſt taxationem non legis,
ſed hominis tantum eſſe, vel judicis,
quæ appellatur veritatis, *ut hac Auth.*
poſt jusjurandum. Alia verò eſt partis,
quæ appellatur affectionis, de qua pro-
priè loquitur *d. l. qui reſtituere. l. 4. 5. &*
toto tit. de in litem jurando. Utraque in
hac taxatione noſtra judiciali con-
currit. Nam litigator, cui expenſæ ex
ſententia debentur eas primum ratio-
nibus, & libello explicat, ac pro ſuo
arbitrio taxat, pòſt judex cauſa ſum-
mariè cognita eam partis taxationem,
ex affectione factam, ad veritatem, at-
que æquitatem revocat, & ſententia
ſua moderatur, *ut hac l. ſancimus cum*
Auth. ſeq. Non igitur ſpecies † taxatio- 5
nis lex eſt, aut ejus diſpoſitio, ſed cauſa
potius ex qua vel judex, vel litigator,
taxare poteſt, remota, *ut d. l. qui reſti-*
tuere. Proxima autem † cauſa eſt debi- 6
tio expenſarum, ex ſententia, vel in-
terlocutoria, *ut hic in l ſancimus. l eum.*
79 de judicijs, vel definitiva, *ut in l. pro-*
perandum. 13. §. ſive autem. ſup. eod Niſi
enim judex condemnet in expenſas, nō
debentur ex petitione, ſed hanc intel-
ligitur tacitè judex rejeciſſe, nulla ex-
penſarum mentione facta, eoque am-
plius peti non poſſunt. *l. 3. ubi Bald. &*
Dd. inf. de fructib. & litium expenſis.
Quod accipiendum eſt de ijs, quæ ju-
dicis officio debentur, ut ſunt judicia-
les. *Bart. in l. à Divo Pio. 15 §. ſententi-*
am. de re judicata. Lanfrancus in c. quo-
niam. verbo expenſa. n 7. de probat. Cynus
& Dd. in d. l. 3. Chilianus d. c. 130. nu. 3.
quanquam interdum etiam ex diſpoſi-
tione legis, vel ſtatuti debentur, aut ex
compromiſſo, aut conventione, aut a-
lia obligatione. *Lanfrancus praall. loc. n.*
7 & 3.

Impulſiva † eſt juſta cauſa aliqua, ſeu 7
æquitas.

[illegible] *Lanfrancus d. verb. ex proſe. n. 1.* propterea quod non [illegible] alterum ab altero ſine juſta cauſa damnum pati *l. non debet. 75. de R. I. l. unica. ſi quis jus dicenti.* Damnum autem dediſſe intelligitur, qui cauſam & occaſionem damni dedit. *l. qui occidit. 30. §. 3. ad L.*
8 *Aquil.* Ea autem æquitas, † quæ hic pro lege eſt, *ut l. 2. de ll. l. 2. de aqua plu. arcen.* aut incidit pendente adhuc judicio, aut in eius exitu: pendente judicio, ut ob temerariam citationem *l. eum. 79. de iudiciis. Lanfrancus præalleg. loco. num. 15. Myns. obſerv. 55. centur. 4.* aut aliud quid, quod fieri; vel non fieri debuit, antequam ad judicium iretur, *Bart. in d. l. properandum, §. ſin autem, n. 1. & 2. Lanfran. præalleg. lo. o. num. 3.* item ob retardatum proceſſum. *l. non ignorat. 4. inf. de fruct. bus & litium expenſ. Bart. bi. Chilianus in practica cap. 132. num. 1. & 2.* denique ob contumaciam, ut *hac l. ſancimus. Chilianus d. c. 132. n. 2. per c. calumniam. de judiciis cum aliis allegatis*: cujuſmodi per interlocutoriam adjudicantur. *Chilian præalle. loco. Lanfranc. num 12.* Nam in qualibet parte litis, particulares expenſæ adjudicantur per interlocutoriam, prout contumacia, aut aliud incidens requirit, *ut hac l. ſancimus. Lanfranc. præalleg. loco.*
9 *num. 23.* In exitu litis † debentur expenſæ, vel ex contumacia totali, puta Eremodicii *d. l. properandum. §. 1. & 2. Lanfran. præalleg. loco. nu. 18 & 19 item num. 23.* tam vera quam ficta *Lanfran. num. 19.* deinde ex regula univerſali, quod victus victori in expenſas ſit condemnandus. *d. l. properandum 13. § ſive autem ſup. eod. d. c. finem litib. de dolo & contumacia.* cuius quoque cauſa eſt damnum & intereſſe, alterius temeraria

[illegible] erit *Lanfr. præalleg. [illegible]* [illegible] totalem condemnationem [illegible] ex [illegible] fluere cauſis. Nam [illegible] contumaciæ debentur, [illegible] victoriæ ex regula modo data. [illegible]
tem † hæc condemnatio expreſſim [illegible] 10
ſententia facienda: nec enim reſervari in poſterum poteſt *d. l. 3. inf. de fruct. & lit. expen.* quanquam taxatio reſervari poſſit. *Dd. d. l. 3. in c. ſignificaverunt. nu. 6 de except. Lanfranc. præalleg. loco. n. 12.* Quod verum eſt in ſententia definitiva. Nam per interlocutoriam, utpote durante adhuc judicis officio, reſervari poſſunt, aut etiam prorſus omiſſæ in alia interlocutoria, vel definitiva adjudicari. *Innocent. d. c. finem litibus. Lanfran. præalleg. loco. num. 12.*
προκαταρκτικὴ † eſt petitio pa[illegible] 11
quia niſi expenſæ, vel adjudicari, vel adjudicatæ taxari petantur, judex officium non impertit. *Panorm. c. 1. num. 21. de prohib. ſequeſt. Bart. & Dd. in l. 4. §. hoc autem. de damno infecto. Bald. & Dd. in d. l. properandum. §. ſive autem. Maranc. de judiciis. part. 6. in 3. memb. verb. libelli oblatio. num 12. Chilian. d. c. 132. num. 4.* pro petitis tamen † haberi 12
debent, quoties clauſula, ut loquuntur, ſalutaris adjecta eſt, Petens ius & juſtitiam adminiſtrari, juſtum & æquum pronunciari, aut alia ſimilis. *Mynſing. d. obſerv. 15. cent. 4. Chilian. d. c. 132. num 4. Lanfranc. d. c. quoniam verb. expenſæ. num 11. ex Iaſone d. l. properandum. §. ſin autem. num. 30. Ferrarienſis in forma actionis realis. verb. & expenſis. num. 7.*
Quanquam † & illud ſanè admonendi ſumus, nulla eiuſmodi petitione vel explicitè vel implicitè facta, eſſe 13

tamen in arbitrio judicis, utrum in expenſas eſ condemnare velit, an non. Debentur enim ex officio eius, & ideo ſunt in eius poteſtate, qua uti poteſt, etiam non rogatus, quanquam non cogitur, *ita Bartol. in d. l. properandum. §. ſin autem. num. 4. Ang. in §. hac omnia. Inſtitut. de pœna temerè litig. Dd. in d. c. finem litibus. de dolo & cont. c. ſi debitus. de appell. c. ſignificaverunt. ubi late Felin numer. 12. cum multis ſeqq. Mynſing. obſerv. 22. centur. 2.* Verum ego quidem nunquam impenſas adjudicari memini, aut vidi, niſi petitas;
14 Petuntur autem † ſicuti debentur, non jure actionis, ſed officio judicis *Bartol. in l. à Divo 15. § ſententia. num. 2. de re iudic. Lanfranc. num. 7. Cyn. & Dd. in l. 3. inf. de fructib. & lit. expenſ.* niſi ex re judicata. *l. actori. 8. inf. de rebus cred.* aut cum ex ſtatuto victus victori expenſas debet, quo caſu nec hoc ſit ſuperfluum, intelliguntur deberi à victo victori etiam abſque condemnatione, ut condictione ex lege per ſe peti poſsint, *Ang. in d. l. tertia. num. 4. inf. de fructibus & litium expenſ. Bart. in l. 3. § ſi rem de leg. 3. Lanfranc. num. 7.* aut ex compromiſſo. *Alex. conſ. 32. in fin. volum. 4.* aut alia vel hominis conventione, vel legis diſpoſitione, *l. ult. inf. de pact. convent.* Poteſt
15 autem † taxare expenſas is, qui judicavit vel eius ſucceſſor, dummodo ſit ordinarius. *Lanfranc. n. 6.* Nam ſi delegatus, aut arbiter judicavit, ordinarius taxat, cum illorum officium per ſententiam ſit finitum. *Bald. d. l. 3. num. 4. inf. de fruct. & lit. exp. Lanfranc. n. 6.* quemadmodum & exequitur *l. à Divo 15. de re judicat.* Ex quo inferri poteſt, cum executio fiat nobili officio, etiam taxationem ex eodem officio fieri, quod videtur voluiſſe *Bartol. d. l. à Divo pio. §. ſententiam. n. 2.* quanquam contra diſputari poteſt, & putare non eſſe ſolum officium mercenarium condemnatione expenſarum facta, & taxatione tantum reſervata, ut fieri ſolet & debet. Nam ea taxatio tantum quædam eſt declaratio, ſeu interpretatio ſententiæ, quæ nihil novi inducit, eoq; ab eodem judice fieri poteſt. *l. actorum. 46 ubi gl. & Dd. de re judic. per l. haredes. 21 §. quod verò. de teſtam: & traditur in l. 4. de appellat.* nec hactenus obtinet regula *l. judex. 55. de re judic.* Nam talis eſt effectus, qualis eſt cauſa, Expenſæ autem debentur ex officio judicis. Ergo etiam officio judicis mercenario taxantur.

Materia † ſunt expenſæ cuiuſq; generis, & quacunque ex cauſa, *ſecundum Dd. hic Chilian. Lanfranc. praalleg. loco.* 16
Sed hic potiſsimum agitur de expenſis in litem factis. *l. ſancimus cum Auth. n. ſeq. hoc tit.* & quidem de eiuſmodi, quæ ſolùm per partis juramētum probari poſsint. Nam quæ aliter, non taxantur, cum ſtandum ſit probationi, *ut rectè Caſtrenſ. in Auth. poſt juſjurandum in fin. hoc tit.* niſi quatenus ſunt exceſsivè, vel illegitimè factæ, *ut loquitur Caſtrenſ.* (illegititimæ autem expenſæ ſunt, quæ fieri non debuerunt, Exceſsivæ, quæ fieri quidē debuerunt, ſed non eadem quantitate) *l. 1. §. pen. l. 3. in pr. & §. 1. l. ult. de cont. tutel. act. Bart. in l. 1. § ſi pupillus. num. 2. de tutel & rationib. diſtrah.* Expenſæ enim neceſſariæ in procuratores, advocatos, itinera profectionum reputantur, *l. 4. infr de fructibus* deducto tamen eo, quod quis domi conſumpturus erat. *Lanfranc. num. 18. per l. ſed ſi. §. quod autem.*

ff. de

ff de pet her. l. ſed etſi. 11. §. 1. ad exh. (Quã-[illegible] moribus noſtris nomine eiuſmodi con[illegible]orum nihil reputari ſolet) non autem inutiles, vel ſupervacaneæ, & nequidem utiles, ſi non neceſſariæ. *l. ſi ſervos 25. in fin. de pignor. act.*

Sed nec eæ, quæ factæ non ſunt revera, ut ſi advocatus ſuam ipſius cauſam egit, nomine ſui honorarii nihil ei debetur, *Lanfranc. praallegat. loco. num. 15.*

Nam hæc accipienda ſunt, de impenſis factis non de faciendis, vel nunquam factis. *Angel. d. l. 3. infr. de fructibus & lit. expen. per doctrinam Innocentij in c. cum veniſſet. de eo qui mittitur in poſſeſſionem. Lanfranc. num. 16.*

17 Forma † olim fuit, ut expenſas litigator, cui eſſent adjudicatæ, jurejurando taxaret, pòſt judex moderaretur, *ut hac l. ſancimus. & l. qui reſtituere. de rei vendic.* Sed cum per hoc contra jusjurandum iretur, & ſic de perjurio tacitè notaretur, qui juraſſet, id quod grave eſt. *l. ultim. de in litem jurando. l. quod ſi. 21. in. fin. de dolo malo.* magis ſubinde placuit, ut judex prius taxet impenſas ex communi uſurpatione, & pro circumſtantiis perſonarum, rerum, locorum, temporum, ſecundùm id quod expendi ſolet, *l. etſi quis, 14. §. hac actio. 5. verſ. aequum. de relig. & ſumtib. fun. l. precia. trigeſima tertia. ad L. Falcid. l. ſi ſervum. 33. ad L. Aquil. Chilian. d. c. 132. num. 5. in fin. per doctrinam Angel. d. l. 3. infr. de fructibus. Speculat. de ſepulturis. §. 1.* quod tralatitium eſt in omni juramento veritatis, q[illegible] affectionis, ut [illegible] tacet, poſt litigator juret, *ut hic [illegible] in l. ſi quando 9. inf unde vi. c. ultim extr. de ys qua vi metuve cauſa.* Secus e[illegible] juramento affectionis, poſt qu[illegible] æſtimatione præſtiti licet judici e[illegible]ſa moderari, & taxare, quia n[illegible] de religione jurisjurandi, ſed affectione nimia ſtatuere intelligitur, eamq[illegible] cohercere. *l. 4. §. penult. de in litem jurando.* Sed ut ad noſtram veritatis taxationem redeamus, poſt hanc à judice factam pars jurat, ſe non minus occaſione litis expendiſſe, quam quantum à judice eſt taxatum, *ut hac l. cum Authen. ſeq. d. l. properandum. §. & ſi quidem. & §. ſin autem. ſupr. eod. l. ſi quando. 9. infr. Vnde vi.*

Etſi autem Sichardus hic aſſeveret, communi Germaniæ more jusjurandum hoc remitti, & abſque eo taxationi judicis ſtari, idemque ſentire videatur, *Chilian. praallegat. loco, num. 5.* tamen in his ſaltem regionibus idem jusjurandum exigi, quotidianus uſus oſtendit, niſi expenſæ ſint modicæ, *Bartol. in l. 1. §. officio. num. 1. de tutelæ & ration. diſtr. Iaſon. repetit. l. admonendi. num. 126. de jurejur. Caſtrenſ. l. cum ſervus. octuageſima tertia. & l. antepenult. num. ſecundo. de condit. & demonſtrat. Corneus conſ. 320. circa. num. 13. vol. 3.* Quia ob modicam ſummam non eſt jusjurandum deferendum. *c. etſi. 25. cum ibi notat. de jurejur.* vel perſona valde ſit honeſta, & digna, cui etiam abſq; jurejurando credatur, ac de iudicialibus tantum impenſis agatur, atque ita ex uſu interpretandum exiſtimo, quod Chilianus nimis 18

generaliter præall. loco ponit, judicia-
les expenſas abſque jurejurando pro
judicis arbitrio taxari. Poſt jusjurandũ
19 † porro judex, in eam, quæ jurata eſt,
quantitatem juranti alteram partem
condemnat. *Authen. poſt jusjurandum*
d. l. ſi quando. 9. inf. unde vi. Quamob-
rem non abſurde dixit Lanfranc. *d. c.*
quoniam verò expenſæ, num. 7. in hac æ-
ſtimatione tria concurrere. Primo ta-
xationem judicis. 2. juramentum par-
tis. 3. adjudicationem, & condemna-
tionem, quæ fit per ſententiam poſt jus-
20 jurandum præſtitum, ſed in † his quoq;
aliis ſolennibus opus eſt, ac in primis
citatione partis adverſæ, & ſummaria
cauſæ cognitione, in quo etſi noſtri
varie diſtinguunt, *ut Iaſ. in l. nequic-*
quam. 9. §. 1. num. 46. cum ſeqq. de offi-
cio proconſ. Bald. & Dd. in d. l. 3. inf. de
fructibus. Lanfranc. præall. loco. num. 6.
tamen tutius & verius eſt, id quod & u-
ſu ſervatur, ſemper hic adverſarium
eſſe citandum, cum de ipſius præjudi-
cio agatur *l. de uno quoq; 47. de re jud.*
l. non ita. 39. de adopt. Nec in abſentem
non citatum ſententia ferenda ſit. *l. u-*
nica §. item. 3 quæ ſentent. ſine appellat.
Et cum cauſæ hic cognitione ſaltem
ſummaria opus eſſe diximus, ſequens
eſt etiam citatione partium opus eſſe,
abſque qua ea cognitio expediri non po-
teſt. *l. jubemus 9. ſup. hoc tit. Iaſ. in d. l.*
21 *nequicquam. §. 1.* Itaque ſic eſt nunc †
quidem uſitatum, ut petente eo, cui
expenſæ adjudicatæ ſunt, ad certum
terminum hoc nomine litigatores vo-
centur, eoque tempore, pars, cui ex-
penſæ debentur, & adjudicatæ ſunt, eas
libello deſcriptas, & computatas judici
offerat. *Specul. §. 1. de expenſ. in princip.*

cum libello reſpondere, & nihil vale-
tur opponere altera pars debet, aut ſi
imparata ſit, exemplum libelli petere,
eoque accepto ſpacium ad exceptio-
nem contra opponendam ſummatim, id
quod & indulgeri ſolet: quia reus non
poteſt ſcire, qua fide rationes expenſa-
rum ſint digeſtæ. Quibus exceptio-
nibus adductis, & diſputationibus
utrinque factis, vel altera parte con-
tumaciter emanente, atque ita expen-
ſarum ratione ſummariè examinata
judex ſententia interlocutoria ad cer-
tam quantitatem expenſas taxat, & re-
ducit, & ſi pars, cui debentur, jurare
velit, non minus ſe expendiſſe, quam
taxatum eſt, una eademque illa ſen-
tentia in eam quantitatem adverſari-
um condemnat. Itaque tria illa mem-
bra juris communis ad duo ex uſu re-
ducuntur. Nam eadem interlocutoria,
qua expenſæ taxãtur, etiam adjudican-
tur, addita hac conditione, ſi litigator ſuper eo jurare paratus eſt.

Finis † eſt, ne in re ſummaria & 22
incidenti, quam ex re judicata planum
eſt deberi, opus ſit ordinaria proba-
tione, quæ in eiuſmodi damnis, & im-
penſis eſt difficilis. *l. ultim. de prætor.*
ſtipul. Chilian. d. c. 132. num. 4. nec
poſt rem judicatam admitti facile de-
bet. *l. ſub ſpecie. inf. de re judicata,* ſed
taxatione judicis, ac jurejurando
partis hæ rei judicatæ conſequentiæ
ſummariò definiuntur. *Caſtr. n. 2. & DD.*
hic. Effectus eſt, quod taxationem à ju- 23
dice factam pars, cui expenſæ deben-
tur, non poſſit impugnare, nec jure-
jurando ſuo ſuperare, ſed tantum ad-
æquare, vel imminuere, *l. ſi quãdo 9. inf.*
unde vi. d. c. ult. ubi Dd. de ÿs, quæ vi
metus

[illegible] Sed [illegible] poſt juſjurandum, [illegible] quam juſtum eſt adjudicare *Authent. poſt jusjurandum hoc tit. Lanfranc praall. g loco. n. 5.* [illegible] in juramentu affectionis, *ut ſup. dictum e. t. d. l. qui reſtituere. de R. V. d. l. 4. §. pen. de in litem jurando.* Neque ta-

24 men † per hæc putetur remedium appellationis excludi, ſi vel omiſſæ ſint impenſæ in ſententia, vel compenſatæ *Spec. de appellat. §. in quibus. num. 25. cum ſeq. per l. ult. inf. quando provoc. non eſt neceſſ.* Nam judex niſi ex juſta cauſa omittere expenſarum adjudicationem non debet. *d. Auth poſt jusjurandum*, alioqui litem factúrus ſuam *Guido. Papa deciſ. 436 num 63. Lanfranc. cap. quoniam. verbo. expenſa. num. 12. Mynſing. obſer. 22. centur. 2.* Niſi expreſſa cauſa omiſsionis, vel compenſationis expenſarum, aut in ſpecie. *d. Authe. poſt jusiurandum hoc tit.* aut ſaltem in genere *Lanfranc. praealleg. loco num 6.* Id quod nunc tralatitium eſt propemodũ hac clauſula: Vnd werden die Gerichtskoſten aus erheblichen vnd beweglichen vrſachen gegen einander auffgehoben vnd vorglichen.

Poteſt etiam adiudicatis expenſis pars appellare, ſi putet iniuſta, & nimis parva quantitate expenſas eſſe taxatas. *Felin. in d. c. exceptionem. num. 11. cum multis ſeqq. de except.* quemadmodum & adverſa. ſi taxationem accuſet, ut nimis intenſam. *Felin. praall. loco. Lanfranc. in d. c. quoniam. verbo Expenſæ. num. 5.* quod maximè verum eſt Iure Canonico, quo licet à quolibet gravamine appellare. *c. 1. & 3. de appellat. in 6. clem 5. eod. tit.*

25 Alius † eſt taxatio partis, quæ fit per [illegible] vel litem, [illegible] veritate, ſed [illegible] niarũ, ſed rerum æ [illegible] *d. l. qui reſtituere. de rei vend. l. 4. & toto tit. de [illegible] jurando.*

Contraria † ſunt, quæ vel impediunt adjudicationem expe[illegible], [illegible] ſta litigandi cauſa, & ſimiles, *de quibus Iaſ. ac Dd. in d. l. properandum. 13. § ſive autem alteruter hoc tit. Bald. in l. unica. inf. de plus. petit. Lanfr. praall. loco* vel taxationem, ut ſi nihil de impenſis ſit judicatum, aut à ſententia appellatum, aut ſi taxari non petantur, aut ſi non ordine per libellum expenſæ quaſi per ratiocinium petentur, id eſt, redigantur in ſummam ſummarum, ut ex his, quæ ante dicta ſunt, intelligi poteſt: vel juramentum ob vilitatem vel perſonæ (non enim niſi ab honeſtis, & fide dignis iusjurandum recipiendum eſt. *l. non omnes. 5. §. à barbaris 6. de re militari. Lanfranc. d. c. quoniam. verbo dilatione. num. 3.*) vel rei, ſuper qua [illegible] dum eſt, ut paulo ante diximus *ex c. & ſi Chriſtus. de jurejur. Bart. in l. 1. §. officium. de tutel. & rationib. diſtrahend.* 26

L. apertiſsimi 16.

1. *Ratio cur Dd. hanc legem in h. t. ultimam fecerint. & quid in ea ac l. ult. tractetur.*
2. *Recuſare in genere, & ſpecie quo ad ſubjectam materiam quid?*
3. *Recuſatio judicis quid?*
4. *Propriũ recuſat onis judicis eſt, ut ſaltem afficiat ejus perſonam.*
5. *Recuſatio judicis quotuplex?*
6. *Recuſationis cauſa efficiens, impulſiva n. 17. materia nu. 18. forma n. 20. & ſeqq. finis num. 29.*

Iudex propter ſuſpicionem poteſt re[illegible]

7. *Suſpic[illegible] a ſuſpicio quid? ac quid diſtet ab opinione ac præſumptione.*
8. *Suſpicionis ſpecies.*
9. *Suſpicionis cauſæ, ex quibus judex removeri poſſit quæ?*
10. *Iudex an poßit ideo recuſari, quod alteri parti ſit conterraneus?*
11. *Ex quibus cauſis recuſari poteſt teſtis à teſtificando, ex iis multo magis removeri poteſt judex a judicando.*
12. *Ex quibus cauſis recuſari poteſt ordinarius, ex iiſdem multo magis delegatus.*
13. *Si cauſa ſuſpicionis in judice militat reſpectu utriusq; litigatoris æqualiter, ex ea non poteſt removeri.*
14. *Cauſa ſuſpicionis juſta, ac notoria citra ullam probationem removet judicem, notoriè vero injuſta nihil operatur, dubia autem ſemper admittitur.*
15. *Recuſatio judicis non niſi ex juſta, veraq; cauſa inſtituenda.*
16. *Iudices delegati poſſunt recuſari.*
17. *Iudex delegatus an poßit recuſari ab eo, qui eum ſibi dari petiit.*
18. *Iudex ordinarius an recuſari poßit.*
19. *Ex cauſis ſuſpicionis poſſunt etiam recuſari auditor cauſæ, examinator teſtium. Notarius, executor mixtus, non autem merus, & arbitrator.*
20. *Recuſatio in ſcriptis eſt facienda, & vel per viam actionis, aut exceptionis inſtituenda.*
21. *Libellus recuſationis qualiter formandus, & cui nu. 24. ac quando offerendus. nu 25. & 26.*
22. *De cauſis ſuſpicionis quis debeat cognoſcere, & intra quod tempus?*
23. *Modus cognoſcendi de cauſa ſuſpecti.*
27. *Iudex toties ſuſpectus argui poteſt, quoties in eo ſuſpicionis cauſa emergit.*
28. *Suſpicionis cauſa quomodo probanda?*
29. *Iudicem ſuſpectum cur recuſare permiſſum.*
30. *Recuſationis effectus. & n. 31.*
Non admiſſa recuſatione, appellare licet.
31. *Recuſatio admiſſa ſuſpendit ſuſpecti judicis juriſdictionem, ut in cauſa ulterius procedere nequeat.*
32. *Recuſationis affinia.*
Recuſatio & appellatio an poßint cumulari.
33. *Recuſationi contraria.*

HAnc † legem poſtremo [illegible] hoc in titulo exponunt [illegible] duæ ſequuntur non [illegible], ut [illegible], in uſu. Nos alia ratione idẽ tenebimus, 1
quia l. inſequens pertinet ad *tit. inf. de pedaneis iudicibus, & qui iudices dari vel dare poſſunt.* Lex verò ultima ad hujus legis argumentum pertinet, in qua de judicis recuſatione tractatur.

Recuſare † eſt rejicere aliquid, aut repudiare. *l. recuſari. 95. de acquir. hæred. l. recuſare. 6. ad Trebell. l. filiam. 6. de auro & argento legato. l. tutor. 7. §. ſi deponi 7 de adminiſtrat. tutor.* In hoc argumento recuſare † eodem ſenſu ſignificat judicem rejicere, & recuſare, non quidem ut incompetentem, ſed ut ſuſpectum *Ioan. Andr. ad Spec. de recuſatione. §. 1. verbo. recuſatio.* 2

Eſt ergo † recuſatio exceptio perſonæ judicis oppoſita qua ob aliquam ſuſpitionem probabilem cognitio, ſeu ut noſtri loquuntur, audientia eius recuſatur, *ita ferè Spec. eodem de recuſatione. §. 1 per c. ſuſpitionis. 39. de off. deleg. Can. quia 3. q. 5.* Ioan. Andr. *ibidem ex Tan.* *credo.* eſt inquit audientiæ, vel juriſdictionis declinatio, per exceptionem ſuſpitionis oppoſita. Et brevius; Eſt cognitionis judicis refutatio. Hoſtienſ. *de officio judicis deleg. rubr. de recuſatione. n. 1.* Recuſatio, inquit, eſt ob juſtã ſuſpitionis cauſam cõtra judicem propoſitam audientiæ, vel cognitionis ejuſdem declinatio *per d. c. ſuſpitionis. 39. de off. dele. c. cum ſpeciali. 61. ubi Dd. de appellat.* 3

Proprium † eius eſt afficere perſonam, non juriſdictionẽ, unde & perſonalis habetur, nec perſonã judicis egreditur *Hoſt. de recuſ. n. 6.* Eſt autem † genus recuſatio, cuius ſpecies Ioan. Andr præallego- 4

eo ponit, recuſationem juſtam & iniuſtam. Iuſta eſt, quæ ſi vera probetur, ad remotionem judicis ſufficit. Iniuſta, quæ etſi vera eſſet, non tamen eſt probabilis. Illa recipitur, hæc nõ item. Vera an falſa ſit recuſatio non ſtatim apparet, quia facti eſt, ſed probatione dilucidatur. Itaq; aut juſta, aut iniuſta eſt recuſatio, quod ex jure ſumitur: & harum utralibet aut vera, aut falſa, quod ex facto probationis. Vera operatur effectum in juſtis, non in injuſtis. Falſa neutro in genere aliquid efficit, quia paria ſunt non eſſe, vel non apparere. *l. in lege 27. de contrah. emtion* aut non probari. *l. duo ſunt Titij. de teſtam. tutel.* Item alia eſt certa, quæ certam oſtendit recuſationis cauſam, alia vaga, incerta, obſcura, quæ cauſæ deſignationem non habet. *Spec. §. 1. n. 4.*

6 Cauſa † recuſationis generatim una eſt, *ut inquit Spec. de recuſatione. §. cauſa.*
7 *in princ.* videlicet ſuſpitio, quæ eſt † Baldo paſsio animi non elicientis firmam concluſionem. *Bald. inf. in rub. de prob. n. 4. & in l. ea quidem. in princ. inf. de accuſat. Bart. in d. l. admonendi. n. 21. de jureiur.* ait levem eſſe animi motum, qui ad aliquid credendum movet, ſed non permovet. Itaq; ſuſpitionem ponit in primo notitiæ gradu, opinionem in ſecundo, præſumptionem in tertio. Sed hæc reſpectivè dicuntur rectè, cum videlicet ſuſpitio habet relationẽ ad ſcientiam rei, item præſumptiones, cõjecturas, dubitationes, &c. Sed in hac materia, ubi abſolutè de ſuſpitione agitur, aliud quiddam ſignificat ex ipſa verbi proprietate. Nam ſuſpicari à ſuſpiciendo eſt, & ſignificat aliquid cum timore aſpicere, nec ex aſpectu ſatis certo conſequi, quid hoc ipſum ſit, quod timemus, ut cum viator eminus conſpicit, quid quod ſit non ſatis conſiderare poteſt, & tamẽ formidat. Itaq; propriè ſignificat aliquid ſiniſtri, & mali de altero timere. Eſt igitur ſuſpicio hoc in loco conjectura ſeu ſcrupulus, vel metus de judicis fraude, & machinatione ex iuſta aliqua, aut probabili cauſa conceptus, *ut hac l. apertiſsime. d. c. inſinuante. 25. de off. deleg. c. poſtremò. 36. de appell. cum ſimil.* quomodo & ſuſpecti tutores dicuntur, *tt. de ſuſpect. tutor.* Suſpecti procuratores. *l. quæ omnia. 25. de procurat.* Aſſeſſores. *l. ult. ſup. de aſſeſſor.* Coniuges. *§. ult. in Authen. ut liceat matri vel aviæ. &c.* Ea autẽ † eſt vel notoria. *c. 2. ubi Dd. ut lite nõ conteſtata. clem. paſtoralis. de re judic.* ut quæ juris dicitur. *l. eos. 6 in princ. ubi Bald. n. 1. & 2. inf. de appell. Iaſ. in l. qui jurisdictioni. 10. n. 6. & 7. de jurisdictione,* vel eſt vehemens, ſeu violenta, ut loquuntur, cuius plures quoque ſunt gradus. *c. 2. c. illud. 11. cum ſeqq. de præſumpt. §. ult. in Authen. ut liceat matri vel aviæ* vel probabilis. *c. 1. 3. 4. cum ſeqq. de præſumpt.* Vel eſt temeraria, ut has ſpecies recenſet. *gloſſ. in c. dixit dominus. 32. q. 1. Fel. in c. quanto. n. 1. & 3. de præſumtionib.* quarum unaquæque ex ſuis cauſis colligitur & judicatur. 8
Cauſæ † autem aliæ juſtæ ſunt, aliæ iniuſtæ, *c. poſtremo. 36. de appellat.* De iniuſtis dici non eſt neceſſe, cum repudientur. Iuſtæ etiam plures ſunt, ut magna judicis cũ adverſario familiaritas *c. inſinuante 25. de off. deleg. c. 1. de offic. jud. dele.* Item ſocietas, cohabitatio, convictus, conſanguinitas. *c. poſtremò 36. de appellat. c. accedens. 4. ut lite non conteſtata:* Affinitas *Marant. par. 6. Spec. aur. de appell. n. 29. per d. c. poſtremo & d. c. accedens. Bart. & Dd. in d. l. qui jurisdictioni* 9

deju-

ui juriſdictione. Non modo cum adverſario litigante, ſed etiam cum alio quovis recuſantis inimico contracta *Marant. d. loco. n. 36.* Item odium, inimicitia in recuſantem, *l. unica inf. ſi quacunq. præditus poteſtate d. c. accedens. 4. ut lite non conteſtata.* etiam non capitalis *Decius in d. c. poſtremo. n. 7. de appellat. Marant. part. 6. act. 2. n. 35.* Etiamſi nunc non ſit inimicus, *Marant. præalleg. loco. n. 64.* Item corruptio, gratia, ut quia quid judex ab altera parte accepit. *Marant. præall. loco. num. 61.* aut injuſticia & inæqualitas alicunde apparens, ut quia judex injuſtè contra alteram partem procedit. *Pan. c. conquerente. n. 3 de reſtit. ſpoliat. & c. cum venisſent in 5. notab. de in integ. reſtit.* aut cum alteri ſe magis dat, atque offert, alteram verò partem deprimit, & averſatur. *Pan. Fel. in d. c. accedens. ut lite non conteſtata. Decius in d. c. poſtremò de appellat. Marant. præall. loco. n. 43. & 45.* item ſecretæ cũ altera parte collocutiones, & commeſſationes. *Pan. d. c. accedens. Lanfranc. d. c. quoniam verſ. recuſationes in fin. de prob. Marant. n. 44.* item minæ, contumeliæ, atroces increpationes judicis in alteram partem effuſæ. *Marant. n. 49. per doctrinã Bart. in l. de pupillo. 5. §. ſi quis ipſi prætori. 7. de oper. no. nunc.* item ſi judex habeat cauſam conſimilẽ. *c. cauſam 18. de judic. ys. c. perſonas 20. de teſtib.* vel ex cauſa, quæ jã movetur, lucrum aliquod ſperet. *l. unica. inf. ne quis in ſua cauſa & l. prætor. 17 l. qui juriſdict. 11. ubi Dd. de iuriſdict. omnia l. 1. in propria quando & intra quæ tẽpora*, item ſi litẽ cum altera parte aliquã judex habeat, *Marant. n. 47.* ſi patronus in eadem cauſa fuit, aut procurator, aut conſultor, aut executor *l. 2. de teſtib. Pan. & Dd. d. c. acced. ut lite non conteſtata.* Item ſi ſub… conſanguineus alterius partis, vel alter…, qui recuſanti ſit inimicus. *Pan. & Dd. d. c. accedens. Marant. n. 40. & 41.* ſi ad petitionem alterius datus ſit judex *Marant. n. 43* ſi ipſe judex ſe ingeſſit. *Marant. n. 60 per l. quæ omnia. 25. de procurator.* ſi ab ipſo ſit appellatum. *Marant. n. 61.* Quanquam hæc cauſa non eſt idonea in aliis litibus, unde provocatio non ſit inſtituta. *l. 1. & 2. ff. cum qui appellavit. l. unica, apud eum à quo appellatur:* Sed tantum in ijs valet, unde provocatum eſt. *d. l. eos 6. inf. de appellat. l. præfectis. 17. de minorib. c. 1. de conſuetud. in 6.*

19 An etiam † qui alteri parti conterraneus eſt, ut loquuntur, velut ſuſpectus recuſari poſsit, quæſtionis eſt? in qua ita noſtri diſtinguunt. In patria hanc ſuſpitionem non eſſe juſtam, ſed tantummodo extra patriam, quia hic ſe conterranei ut fratres diligere ſolent. *Felin. Pan. & Dd. d. c. accedens Hoſtienſ. de officio judicis delegati. n. 3. cum ſeqq. Marant. n. 39.* Sed infinitum fuerit cauſas ejuſmodi perſequi, quare illud in genere teneatur, quamlibet ſingularem affectionem erga alterutram partem inducere probabilem ſuſpitionem *Marant. n. 59.* quia quælibet affectio, veritatis judicium impedit *can. quia ſuſpectum can. accuſatoris. 3. q. 5. can. quatuor. 11. q. 4.*

15 Item generatim † leviorem cauſam repellere judicem ut ſuſpectum à judicando, quam teſtem à teſtificando. *gloſſ. in d. accedens. 4. ut lit. non conteſt. Lanfr. d. c. quoniam. verb. recuſationes. n. 5* item omnem cauſam quæ ſit ſufficiens ad removendum procuratorem de quo genere tractatur *in l. filiusfam. §. ult. cum multis ſeqq. de procurat.* vel ad repudiandum arbitrum *à quo in l. licet 15. de*

15. *de recept. arb.* valere etiam ad judicem removendum *Panor. Dec. & Dd in c. poſtremo. de appellat. Marant. num. 73.*

12 Præterea omnes cauſas, † quæ repellunt judicem ordinarium, multo facilius removere delegatum, nõ vice verſa. quoniam hic qui nihil proprii habet facilius illo removetur, cuius ordinaria & radicata eſt juriſdictio, *Spec de recuſat. §. 2. nu. 2. Hoſtienſ. eod. de off. jud. deleg. c. de recuſat. n. 3. per c. ut debitus de*
13 *appellat.* item cum cauſa † ſuſpicionis utrinque par eſt, ceſſare ſuſpitionem, ac neutram partem poſſe judicem arguere velut ſuſpectum, ut quia utriq; pariter conjunctus eſt ſanguine, amicitia, affinitate, quoniam æqualitas ſuſpicionem diluit *Specul. de recuſat d. §. cauſa. in princ. per l. non ſolum. 67. §. de uno. 1. de rit. nupt.* ubi traditur regula, parem affectionem tollere utrinque ſuſpicio-
14 nem. Denique † cauſam notoriè legitimam reijcere judicem abſque probatione, notoriè verò frivolam reijci abſque cognitione non admiſſa probatione: dubiam verò ſemper admitti *c. paſtoralis. 53. ubi Dd. de appellat. & d. c.*
15 *ut debitus. eod. tit.* Poſtremo † abſque juſta & vera cauſa, & quam approbare poſsit, recuſationem judicis non eſſe inſtituendam, alioqui rejecta recuſatione manſurum nihilominus judicem, quam ea re experiere deinceps infenſum *ut ait Speculat. §. qualiter. num. 5.*
16 *& 6. de recuſationib.* Impulſiva † quod naturale ſit, ſuſpectorum declinare inſidias, & inimicorum poteſtatem, ac exa-
17 men ſugere. *Hoſtienſ. nu. 5.* Recuſari † porrò ex his cauſis poſſunt judices delegati *l. apertiſſimi. & l. ult. hoc tit.* Non tamen ab eo, ad cuius preces dati ſunt, *Marant num. 76 & 77 per c. cum olim. de cauſ. poſſeſſ. c. cum olim. 2. de off. delegat. can. offeratur. 3. q. 3.* vel poſtquam in eos eſt conſenſum. *Specul d. §. ſit autem n. 3. ex regula l. ſi quis teſtib infr. de teſtib. l. Pomponius. 9. de negot. geſt.* niſi ex nova cauſa *c. inſinuante. 25. de offic. delegat. d. l. licet. de recept. arb.* quæ enim de novo emergunt, novo auxilio indigent. *l. de ætate. de interrog. act.* aut niſi ita datus ſit à principe, ut recuſari non poſſit, idq́; ex certa ſcientia *Specul. § 1. num 5. per l. 1. §. ult. à quib. appell. non lic.* quo tamen ipſo caſu ex juſta cauſa, non tamen illa, quæ reſcripto expreſſa ſit, verius eſt, judicem recuſari poſſe, aut ſaltem alterum illi adhibere, ut *Specul. præall. loc. oſtendit.*

De ordinario † major eſt quæſtio, 18
ſed jure civili receptum eſt, non poſſe in totum cum recuſari, ſed eatenus, ut alius ei adjungatur, *Authen. ſi vero. hoc tit. Dd. hic.* At jure Canon. ordinarius, atque adeo quilibet iudex in totum recuſari poteſt, *c. 4. c. licet. 15. de for. compet c. cum ſpecialis. 61. de appellat. c. ſuſpitionis. 39. de offic. delegat.* Cæterum ut ſtatuta ſic ſunt interpretanda, ut quod minimum lædant ius commune, ſi quando illi derogant *Dd. in l. ſi cum dotem. 22. & l. ſi vero. 69. §. de viro. 3. ff. ſolut. matrim.* Sic arbitror hoc ius quoq; pontificium ita accipiendum eſſe, ut quam minimum deroget iuri civili, itaque regulariter ordinarium non omnino removeri, ſed alium ei potius adiungi, niſi aliud iuſtiſſima cauſa poſtulat. *§. ſi verò in Authen. ut diff. iud. Marant. part. 4. diſtinct. 5. num. 40.*

Eadem ratione etiam † recuſari 19
poſſunt, q́ui partibus iudicis vel per omnia, vel aliquo in actu funguntur

H tur

dent, ſeque eius cadē ratione, tertiũ, aut plures collegas adhibere: hi ab electis eligantur, non à partibus: quia hæ ſuum diſceptandi jus ipſis conceſſerunt, quò res exitũ reperire poſsit *d. c. ſuſpicionis.*
24 §. 1. At ubi † recuſationis libellus eſt offerendus? coram eo qui recuſatur, ſi ſit præſens, *l ult. hoc t.* quanquã is de iis cognoſcere nequeat *Spec. §. generaliter n 5.* ſin abſens, aut formidoloſus, corã præſide, aut ſi præſes non ſit præſens, apud defenſorẽ civitatis, vel duumviros, aut alium ordinariũ loci, ubi cauſa tractatur *d. l. ult. hoc tit. Spec. §. 1 n. 7 & §. qualiter. 9. & 10.*
25 At quando † offerendus? quidam volunt intra 20 dies, qui ad deliberandũ initio dantur *Auth. offeratur. inf. de lit. conteſt. ut videtur innuere tex. in §. ſancimus. in auth de exhib. reis.* Verius eſt quandocunq; poſſe ante litem cõteſtatam. *l. ult. inf. de ſentent. & hac l. apertiſſimi. in verb antequam. lis inchoetur l. ſed et ſi. 52. de jud* etiam poſt ſatisdationem *d. authen. offeratur.* aut petitionẽ editionis libelli *l. non videtur, 33. de judic* non tamen poſt alias exceptiones dilatorias, vel peremptorias propoſitas, unde vult *Marant. part. 6 de appell. n. 25* exceptionem recuſationis primam eſſe oportere, quia ſi alia dilatoria præponatur, intelligitur appellari judex, ut ſuper ea pronunciet, *d. l. ſed & ſi. de iudic.* & ſic inducitur conſenſus in judicem, quare poſtea non poteſt recuſari *c inter monaſterium. 20. de re iudic. Bar. l. quidam. 57 n. 9. de re iudic. Lanfr. d. c. quoniam. verb. recuſationes. in pr. Maran part. 6. n. 25. Bald. l. ult. hic. n. 5.* ubi addit, quod eſt notandum, ſi plures uno termino, unaq; vice exceptiones proponantur, & hæc poſt alias, etiamſi ordo literæ ſit perverſus, tamen ordine juris intelligi hanc primo propoſitam, *Everhard loco ab ordine.* ſed hæc † ita accipienda ſunt, niſi de novo iuſta cauſa orta ſit, *Marant. præall. loco n. 76. l de ætate. de interrog act.* nam etiam poſt litem conteſtatam hæc cauſa admittitur *Hoſt. de recuſa, n. 3. Felin d. c exceptionem n. 17. de except per l nõ diſtinguemus. 32. §. cum quidam. 13. de arbit.* imo etiam poſt concluſionem in cauſa. Nam tunc maximè intereſt partis, ſuſpectos removeri, cum jam ſit judicandum. *Panor. & Felin c. paſtoralis. 4. de excep. Gemin. c. iudex. de off. delegat in 6. Marant. de appell. n. 64.* 26

27 At quoties † ſcilicet quotiescunq; iuſta ſubeſt ſuſpicionis cauſa *d. c. paſtoralis.* ut tamen non licet teſtes tertium reprobari *c licet. 49. de teſtib* nec tertio appellare *c. 1. inf. ne liceat in una eademq.* ita nec facilè poſt duas recuſationes ulterior recuſatio eſt admittẽda *Hoſt. eod. hic. n 6. Spec. n. 7.*
28 At quomodo recuſationis probatio facienda? Equidẽ abſq; probatione recipitur, niſi appareat eſſe friuolam *l. ult. hoc tit.* ne poſt quidem probatio exigitur in notoriis *Hoſtien. n. 6. per c bona 23. de elect.* quia ſufficit ea allegare *c. 3. de teſtib. cogend. c. evidentia. c. qualiter 25. de accuſat. l. emptorem. 13. ubi Bart. num. 3. & 4 ſeu ut eſt in florentino l. ex empto. 11. §. idem 6. de actionib. empt.* dum conſtet tamen eſſe notoriam *c. 4. ubi Panorm. num. 1. de divort.* alioqui hoc ipſum demonſtrandum eſt, cum multa dicantur notoria, quæ non ſunt, *c. conſuluit. 14. de appellat.* in reliquis cauſæ probandæ ſunt, cum nõ præſumantur *l. ab ea 5. de probation d. c. quoniam. 11. in fin. de probat. Tiraquell. de pœn. cauſ 43 num. 9.* Probantur vero iure civili iureiurando *Dd. hic & in l. 4. ubi Alex. dicit eſſe communem. ad Trebell. Lanfr. verb. recuſationes num. 2.* Iure

Canonico ordinariis tantum probationibus, puta teſtibus, ſcripturis, *Lanfr. praalleg. loc. cum ibi allegatis*, qui tamen ſubdit, ſummariam eſſe probationem, ideo ut partis adverſæ citatione nõ ſit opus: quod verum non puto, cum etiam ſummaria citationem exigant *clement. ſæpe. de V.S.* & alioqui ubi de partis incommodo agitur, & interrogationes, & diſputationes admittendæ ſunt, *Specul. §. generaliter, num. 4. & 6.* Quare citandus ſaltem, ut videat iurare, & communicandi ei articuli, ut interrogationes facere poſſit, etiamſi ſecreto fiat, ut alia examinatio teſtium, quæ poſt publicata illi communicanda, ut contrà diſputet. Suſpicionum autem cauſſæ variis ex indiciis probantur: nec enim aliter poſſunt, *Marant. praalleg. loc. n. 48. 49. 57. & diximus ad tit. Inſtit. de ſuſp. tut.*

29 Finis † eſt quamobrem recuſationes admittantur, quoniam res periculoſa eſt, & triſtiſsimus ſolet conſequi eventus, qui ſub ſuſpecto iudice cogitur litigare *ut ait Hoſtienſ. num. 4.* quia affectio pervertit judicium, & reddit inæquale *Can. quia. Can. accuſatore. 3. quæſt. 5.* item naturale eſt ſuſpectorum inſidias declinare, & inimicorum manum, & examen refugere *Hoſtienſ. num. 5.* Naturalia autem, rationi conſentanea, nulli prohibenda ſunt *§. penult. Inſtitut. de iur. nat. gent. & civil. l. 4. 5. l. ſcientia. 45. §. 1. ad L. Aquil.* Denique aliter juriſdictio expediri nequit *d. c. ſuſpicionis de offic. deleg. d. c. cum ſpeciali de appellation.* Et atque hoc verendum, ut injuriæ inde naſcantur, unde jura naſci debent contra *l. meminerint. 6. infr. unde vi.*

30 Effectus † eſt, quod ſi judex recuſationem non admittat, appellari poſſit *Speculat. eod. §. generaliter. num. 5. & 10. Hoſtienſ. num. 6.* velut ab alio quovis gravamine *c. 1. 2. de appellat. in 6 c. ut* [illegible] *eod.* aut non admiſſa alia quavis exceptione *c. dilecto. 63. c. ſignificantibus. 4. De appellationib. l. 1 §. ſi quis tutor. Quand. appellan. ſit.* Admiſſa autem † recuſatione ſuſpenditur judicis juriſdictio *d. c. ſuſpitionis c. paſtoralis de off. delegat. c. ſecundo requiris. de appell.* ita ut ad nullum actum procedere in illa cauſa poſsit, &; ſi procedat, proceſſus ſit nullus, tanquam ab incompetente exercitus, *Bart. & Dd d. l. 4. ad Trebell. Marant. part. 4. diſt. 16. n. 4. & parte 6. de appell. n. 2. Gemin. & Dd. in d. c. judex. de off. delegat. in 6.* quam ob rem nec de cauſa ſuſpitionis cognoſcere poteſt *Specul. d. §. generaliter. n. 2.* ſed ea cognitio arbitris relinquenda, ut *hac l. apertiſsimè. & d. c. ſuſpicionis.* qui ſe improbent cauſas, continuat judex juriſdictionem, tanquam ſi ſuſpectus factus nõ eſſet *Spec. § ult. n. 7.* Sin probent, ipſi de cauſa principali deinceps cognoſcũt *d. c. ſecundo requirn. de apell. & c. licet de for. competent.* ſiquidem judex ſit delegatus, cuius omnis juriſdictio tum evaneſcit *Spec. §. ult. n. 3. per c. cum ſuper. de offic. deleg.* Nam ordinarius ita repudiatus cauſſam nihilominus alii non ſuſpecto cognoſcendam delegare poteſt, *Spec. §. ult. n. 2. per c. cum ſpeciali & d. c. ſuper.* In utrumq; autem eventũ ſi pars alterutrà ſe hac arbitri ſententia gravatam putet, appellari poteſt *l. arbitrio 9. cum l. ſeq. qui ſatisd. cog. l. ult. à quib. appell. non licet.* Affinis † 32 eſt maximè recuſationi appellatio *l. ult. inf. de ſenten. d. c. cum ſpeciali. de appell.* nam ubi non locus appellationi, ibi nec recuſationi *c. ſuper eo. §. 1. de appell.* niſi in caſu *l. ult. inf. de ſent.* cumulari tamen hæc remedia nequeunt, *Hoſt. n. 6.* niſi conditionaliter, & alternativè, ut recuſo te, aut, ſi nihilominus procedas, appello *d. c. cum ſuper de off. deleg. c. 1. 2. & 3. ut lit. non conteſt. Hoſt. n. 6.* Affines † etiã ſunt exceptiones dilatoriæ, de quibus *l. penul. inf. de except. l. exceptio. inf. de probat. n. l. 2 ff. de excep.* præſertim declinatoriæ de quib. *l. ult. inf. ſi a non comp. iudic. & paſſim ext. de for. compet.*

31 (margin, beside "Admiſſa autem † recuſatione")

Con-

33 Contraria † eſt renunciatio vel cōſenſus in judicem, ſive id expreſſim declaretur, ſive tacite aliquo facto, ut cum hæc exceptio initio omiſſa alijs propoſitis proceditur, aut cum ea propoſita nihilominus recuſans pergit coram eodem judice litigare *Marant. part. 6. n. 75. & num. 330. de appell.* aut ſi poſtea à rejectione recuſationis, vel cauſarum ejus non appelletur. *Specul. §. generaliter. n. 9. & 10. per l. ult. ſup. ut lit. pend l. penult. ſup. de recept. arb.* item tenuitas, abſurditas, injuſticia cauſarum recuſationis, defectus probationum earundem & ſimilia *de quibus ſup. diximus.*

TITULUS II.

De Sportulis & ſumptibus in diverſis judicijs faciendis, & de executoribus litium.

1. *Continuatio, ubi de neceſſario executorum & Sportularum uſu.*
2. *Sportularum ſignificatio tàm propria, quàm translata n. 3. & 8.*
3. *Stipendia militaria unde dicta fuerint obſonia, item ſalaria n. 5. annona. nu. 6. capitus militaris n. 7.*
8. *Stipendia verò togata cur appellata fuerint Sportulæ, & quid illæ in hoc juriſdictionis argumento. & n. 10.*
9. *Sumtus quid, ac quid à ſportulis differant. numer. 10.*
11. *Sportularum diviſiones & n. 15. 16.*
12. *Sportulæ certæ quæ? & quod earum certus ſit modus in qualibet Curia hodie definitus.*
13. *Sportularum conventionalium quantitas extra judicium eſt arbitraria, in judicio verò le[illegible] quidem [illegible] eſt æqualis, aut minor, ſed non an[illegible]r.*
14. *Sportulæ incertæ quæ?*
16. *Sportulæ ordinariæ ac extraordinariæ quæ?*
17. *Sportulæ, quæ ex locatione a[illegible] ſ[illegible]entiæ liberalis debentur, pro earum diverſitate poſſunt vel ordinario jure per viam a[illegible], vel extra ordinem per officium judicis [illegible].*
18. *Sumtuum ac impenſarum varia genera. & n. 19. 20. 21.*
21. *Illæ ſaltem expenſæ, quæ propter litem in actu aliquo judiciali factæ ſunt, præſtandæ veniunt.*
22. *Cauſæ ſportularum efficientes. & n. 40. item impulſiva n. 24. inſtrumentalis n. 26. cauſa ſine qua non. n. 28. materia circa quam nu. 30 in qua n. 35 forma de iiſdem paciſcendi n. 39. easq; petendi n. 41. & cauſa finalis. n. 43*
23. *Sportulæ an jure Canonico debeantur.*
24. *Sportularum & ſumtuum præſtandorum æquitas.*
25. *Sportulæ debentur forenſibus pro navata opera, etiamſi nihil de iis convenerit & n. 31.*
26. *Sportulæ quibus actionibus, ac medijs exigi n. 17. n. 42. 44. & ſumtus repeti poſſint. n. 27.*
28. *Sumtus non poſſunt repeti, ſicut nec ſportulæ exigi, niſi bona fide opera navata, & expenſæ factæ fuerint.*
29. *Sumtus debentur quibuslibet rei alienæ adminiſtratoribus.*
Sumtus in litem communem facti æqualiter à partibus litigantibus ſunt refundendi.
30. *Sportulas exigere quibus ſit permiſſum & n. ſeqq.*
Iudices ordinarij non ita, ut judices pedanei, de jure communi ſalariū exigere poſſunt., ſecus autem de conſuetudine.
31. *Advocatis pro juſto ſaltem patrocinio debetur ſalarium.*
32. *Limitatio: Pauperibus enim gratis debent impartiri operam, aut iiſdem hoc in caſu ſalarium de publico eſt conſtituendum.*
33. *Executores litium quantum in qualibet cauſa Sportularum nomine olim acceperint.*
34. *Perſonæ quæ ſunt à ſportularū onere immunes.*

35. *Sportularum ac ſumtuum quantitas certò definiri nequit, ſed pendet ab arbitrio boni viri, qui tamen ſumtus ſaltem moderatos præſtari jubebit, ubi ſimul explicatur, qui ſumtus ſint moderati.*

36. *Clientes an advocatis, aut alijs, quorum opera in foro utuntur, illos ſumtus præſtare, aut damna reſarcire teneantur, quos, quæve, propter caſus fortuitos fecerũt, paſſive ſunt.*
Caſus fortuiti expenſarum nomine non continentur.
Regula hæc; qui cauſam damni dedit, ipſum damnum dediſſe putatur, *quomodo intelligenda.*
Caſus fortuiti nullo ex contractu regulariter præſtantur.
Res regulariter perit ſuo domino.

37. *Nonmodo illi ſumtus, quos tempore officij præſtiti, ſed etiam illi, quos in itinere forenſes faciunt, ipſis à clientibus ſunt refundẽdi.*

38. *Sportulæ, quæ vel conventione, vel legum diſpoſitione non ſunt definitæ, à judice veniunt definiendæ.*

39. *De Sportulis ante litem cæptam, aut ea finita paciſci licet, promiſſio vero earum lite pendente facta non tenet. qua[...] illæ, quæ ex diſpoſitione legum citra conventionem debeantur, poſſint quocunq; tempore, etiam durante lite peti, & oblatæ accipi. n. ſeq.*

4[...]. *Unde & medicus durante morbo de certa mercede cum ægroto paciſci prohibetur.*

42. *Sportulæ coram quo judice petendæ.*

43. *Sportulas exigere cur ſit permiſſum.*

44. *Effectus ſportularum*

45. *Sportularum nomine, quæ citra conventionem ex legum diſpoſitione debentur, cur non detur condictio legis, ſed ſaltẽ officiũ judicis,*
Quoties verba legis diriguntur ad magiſtratum, toties inde non oritur aliqua actio, ſed ſaltem officij judicis imploratio permittitur.

46. *A[...]ia ſportularum.*

47. *Earundem contraria.*
Iudex nulla, cujuscunq; etiã ſint generis, dona, ne quidẽ edulia, à litigantibus accipere debet.

48 *E[xe]cutores unde, & exequi quid?*

49. *Executores in genere, ac in ſpecie quid n. 51. & qu[...] alij [...]*

50. *Apparitores ac viat[...]*

52. *Executorum officium quod, & an in [...] do habeant aliqua cauſæ cogniti[o]nem [...] tenus exceptiones admittere debeant [...] ſive n. 66.*

53. *Executorum varia genera.*

54. *Executorum, ſicut Notariorum certa o[li]m fuit matricula, ac ſchola.*

55. *Executorum cauſa efficiens; item impulſiva n. 60 materialis n 58. formalis, n. 59. & ſeq. finalis n. 63.*
Executores quis poſſit eligere.

57. *Executores qui eſſe poſſint, & qui prohibeantur.*

58. *Executores circa quæ judicia, & circa quas eorum partes ſint occupati.*

59. *Executores, poſt habitã inquiſitionẽ in vitam & mores eorum, debent jurare, & immatricularī.*

60. *Executores quomodo officium ſuum probare debeant*

61. *Executores quomodo officium ſuum ritè debeant exequi.*

62. *Quomodo iiſdem executionem ab ipſis eſſe factam probari poſſit.*

63. *Executorum officium quod, & quale. n. 52.*

64. *Executorum effectus.*

65. *Executores an reſiſtentibus vim poſſint jure inferre, & an iiſdem vim inferentibus impunè reſiſtere liceat.*

67. *Injuria vel vis facta executori, an videatur facta judici remiſſivè.*

68. *Executorum adjacentia.*
Executoribus inſignia quædam, unde dinoſci poſſint, danda.

69. *Eorundem affinia.*

70. *Contraria.*

POſtquam † in genere de judicijs dictum eſt, de partibus, & adjacentibus eorundem ſigillatim tractatur. 1
In quibus principem locum tenent ſportulæ, & executores, non dignitate, ſed uſu, cum per omnes judiciorum actus diffundantur. Etenim per executores citationes & juſſa judicum peraguntur. §. *tripli. 24. Inſtit. de actio. l, omnes. 33. § executoribus. 5. ſup. de epiſ. & cleric.*

& cleric. unde [illegible] §. *ult. Inſtit. de pœn. temer. litig.* & [illegible] tur- ſium definit *toto tit. inf. de execut. rei. jud.* & abſque ſportulis, h. e. ſalario neque executores, neque judices, multo verò minus advocati, aut procuratores operam navant, & officio funguntur ſuo. *Bald. c. quoniam. 5. §. ſin autem. n. 1. ut lit. non conteſt.* ut rectè dictum ſit, impoſsibile eſſe judicium duci ſine expenſis. *Bart. de chartis conſ. matrimon. 63. nu. 11. vol. 1.* atq; ad iſtum ſanè uſum à litigatoribus ſtatim in ipſo litis aditu penes judicē pecuniæ olim deponebantur, ut inde ſportulæ, damno tamen, & periculo illius, qui cauſa caderet, ſolverentur. *Alciat. diſpunct. lib. 3. c. 17.* Sportulæ

2 † ſunt utenſilia ſpartea capiendis obſonijs apta, hinc per Synecdochen ſpor-

3 tulæ † ipſa dicuntur obſonia, quæ divites Romani ſalutatoribus, & clientibus ſuis loco rectæ cœnæ, qua excipere hos ſolebant, tum diſpertiebantur, cū abſq; his ſoli cœnare vellent. *Alciat. præall. lo.*

4 quæ quia dabantur † velut in mercedē & honorarium officij, ac miniſterii, eo factum eſt, ut quælibet ſtipendia ac ſalaria, quæ officij ac miniſterii nomine debentur, obſonia dicerentur foris & militiæ ut in Evangelio *Lucæ. 3.* Eſtote contenti obſonijs veſtris. *Plin. lib. 10. epiſtolar. epiſt. 122. & ſeq. Alcia. l. inter 194.*

5 *de V. S.* aut ſalaria † à ſale. *Plin. lib. 31. cap. 7.* quia militibus foris non tantum pecunia, ſed etiam ſal, reliquaq; cibaria &

6 obſonia præſtabantur, quæ † in iure noſtro, quod annuatim ſolverentur, an-

7 nona, quod in ſingula capita, † capitus militaris appellantur, *tot. tit. inf. de erog.*

8 *milit. annon. lib. 12.* Domi † verò & in toga ſportulæ nominantur, præſertim in argumento jurisdictionis, & fori, *ut hic,* [illegible] præſtentur magiſtratib. ac judicibus eorumq; miniſtris, ut notarijs. *l. ſpurij 6. § 1. ff. de decurion. l. in ſacris. 12. §. 1. de proxim. ſacro ſcrinior. lib. 12.* advocatis *l. ſi ſponſus 5. §. 17. ff. de don. inter vir. & uxor.* executoribus. *l. omnes 33. §. executor. inf. de epiſ. & cler. l. ult. inf. de fructib. & lit. expenſ. § tripli. 24. Inſtit. de actionib.* Cetera † quę non officij nomi- 9

ne pro honorario penduntur, ſed velut damna, expēſæ, ac intereſſe iiſdē perſonis reſarciuntur, ſumtus hîc appellātur, qui reſpectu litigatorū, & quatenus his debentur, expenſæ uſitatius dici ſolent. *in l. properādū. 13. § antepē. ſup. tit. 1. l. ult. inf. de fruct. b. & lit. expenſ.* itē damna. *l. ſarcimus. 15. ſup. tit. 1.* & cōiunctim damna & impenſæ *§ antep. Inſt. de pœn. temp. litig.* rectè ergo hic inſcriptio facta de ſumptibus & ſportulis: quia hæ nō litigatori, ſed officio publico fungentibus in judicio præſtātur, ac utrunq; rectè jungitur, quia utrunq; talibus perſonis ſuppeditari ſolet. Sumtus ergo † generale nomē eſt ſignificans 10

quicquid in litē reſpectu publici officij inſumitur, ſportulæ vero, quod eodem nomine, velut honorariū, præſtatur. neq; n. aliud ſunt quā merces, ſtipendiū, ſalariū ſeu honorarium, quod forenſes miniſterio officij ſui merētur, & à litigatorib. accipiunt Hæ autē † ſunt vel cer- 11

tæ, vel incertæ. *Spec. de ſalar. procurat. in princ. n. 1.* Sunt igitur † certæ, vel diſpoſitione legis, 12

ut l. 1. de var. & extraord. cog. N. 82. c. 9. de judicib. l. in ſacru. 12. inf. de prox. ſacror. ſcrin. lib. 12. l. ſtatutū. 11 §. inſuper. & §. aſſeſſ. cum ſeq. de reſcript. in 6. (quemadmodum & hodie ordinationibus ſingularū curiarū modus ſportulis certus eſt definitus. *Guido Pape deciſ. 68. Spec. de ſalar. §. 1. n. 2.*) vel conventione hominum. *l. 1. ubi gloſſ. verb. ſalario certo inf. mand. & l. ſalarium. 7. eod. tit.* quæ † extra judicium ar- 13

bitraria eſt, in noſtro autem argumento de minore, aut pari ſumma

fier

fieri poteſt, quæ lege ſit taxata, de ma-
jore non item. *l. quiſquis. 6. ſup. de poſtul. l. 1. §. ſi cui. 12. de var. & extraord. cog. c. ſtatutum. 11. §. inſuper. de reſcript. in 6. c. cum ab omni 10. de vita & honeſt. cler.*
14 Incertæ † vel ex promiſsione, ſeu cō-
ventione hominis incerta, ut cum ſa-
larium abſq; certa quantitate promit-
titur. *l. ſalarium 7. in fin. l. qui mutuam. 56. §. ſalarium. pen. ff. mand.* vel abſque
promiſsione ex rei conſuetudine, &
natura, quando ſcilicet abſque promiſ-
ſione ſalarium debetur arbitrarium,
iis perſonis, quæ pro officio publico a-
liquid accipere ſolent. *l. 1. & 4. de var. & extraord cog.* ex qualitate perſona-
rum, ac rerum, arbitrio judicis æſtima-
tur. *d. l. inf. mand. Spec. de ſalar. advo-
cat. in princ. num 1.* & traditur. *in d. l.*
15 *ſalarium. 17. inſ. mandat.* Item † aliæ,
quæ judici debentur. *§. ne autem. Novel. 82. de judic.* aliæ quæ arbitro. *l. 12. inſ. de proxim. ſacror. ſcrin.* aliæ quæ execu-
toribus, *ut hic & in §. tripli. Inſtit. de actio.* aliæ quæ notario, atque aliis judi-
ciorum miniſtris *de quo Spec. tit. de ſa-*
16 *lar.* Poſſunt & † aliæ ſportulæ perhibe-
ri ordinariæ quæ ordinario jure, vel a-
ctione † debentur, ac petuntur; aliæ ve-
ro extraordinariæ, de quibus, cum nul-
la obligatione nominata, & ordinaria
debeantur, extra ordinem cognoſci-
tur. *d. l. 1 de var. & extraord. cog.* quod
genus hoc in argumento patet latius.
17 Nam quicquid † ex miniſterio aut offi-
cio ſcientiæ alicujus debetur, non pe-
titur jure actionis, ſed tantum officio
judicis. *Iaſ. l. diem. 4. num 24. de off. aſ-
ſeſ.* quod verum arbitror in ijs, quæ ju-
re non ſunt definita. *d. l. 1. de var & extraord. cog.* Nam quæ certa lege, mo-
re, ſtatuto definita ſunt ſtipendia, &
ſportulæ, aut de quibus eſt conven-
tum, hæ ordinario jure peti, & proin-
de ordinarias eſſe verius eſt, *ut l. 1. inf.*
mandat. Sumtus † vero, & impenſæ di- 18
vidi cōmuniter ſolent in neceſſarias. *l. 1. 2. 3. 4. §. ult. l. 5. de impenſ. in res dotal. fact. l. ſin autem. 27. §. in rem 5. cum ll. ſeq. l. Iulianus. 37. l. ſumtus. 48 de rei vend. l. ſi neceſſarias 8. l. ſi ſervos. 25. de pig. actio. l. ſi verò. 12. §. ult. mandat. l. actio-
ne. 23. depoſ.* utiles, *d. l. 1. 2. 3. 4. 8. de impenſ in res dot. fact. d. l. Iulianus. d. l. ſumptus.* & voluptarias *l. 7. l. 11. de im-*
penſ. in res dotal. fact. Contra † aliæ non 19
neceſſariæ, aliæ inutiles. Item † aliæ 20
modicæ. *l. omnino. 12. de impenſ in res dotal. fact. l. in rebus. 18. §. ult. commod.*
aliæ mediocres. *l ſi ſervos. 25. de pig. act. l. 1 §. pen. l 3. de contrar tutela act.*
aliæ majores. *d. l. in rebus. §. ult* aliæ
nimiæ ſeu excedentes. *d. l. ſi ſervos. l. 1. § ſi pupillus. de tutel. & rationib. diſtrah.*
Item † in hoc argumento aliæ ſunt ju- 21
diciales, quæ immediatè in litem im-
penduntur, aliæ extrajudiciales, quæ
occaſione quidem litis, ſed tamen non
in actum aliquem judiciarium: quod
genus non æquè reputari ſolet. de qui-
bus *Spec. §. poſtremò n. 7. tit. de expenſ. Lanfranc. in c. quoniam. verb. expenſis. de probat.* Sed de expenſis *inf. ad tit. de fructib. & litium. expenſ.* oportunius
dicetur, quamobrem ad ſportulas re-
deamus. Cauſa igitur † ex qua hæ de- 22
bentur eſt aut conventio, vel expreſſa.
l. ſi remunerandi. 6. ff. mand l. 1. inf. mandat. vel tacita. *§. ult. Inſtit. mandat. l 5. §. 2. de præſcript. verb. & tradunt Dd. in l unic. per illum tex. inf. de ſuffrag.*
vel eſt lex, conſuetudo, ſtylus curiæ, ſe-
cundum quem ſalaria debentur, &
præſtantur. *Spec. de ſalar. §. 1. num. 13.*

per

per §. *hoc autem. Nov.* 8. *ut judic ſine*
23 *quoquo ſuffrag.* Quanquam autem † jure canonico ſportulas non deberi Panormit *ait c. unic. n. 9. de plus petit. per c. cum ab omni 10. de vit. & honeſt. cler.* tamen hoc accipiendum eſt ſecundum *d. c.* ſubiectum quo loco agitur de ſportulis, quæ à judice indebitè, & per modum concuſsionis, aut conventionis exiguntur. Nam definitas lege ſportulas, etiam judicibus, jure Canonico cōceſſas eſſe oſtendit textus *in c. ſtatutum. 11. de reſcript. in 6.*

24 Cauſa impulſiva † eſt æquitas ob officium præſtitum, vel præſtādum, quod remunerari æquum eſt. *Spec.* §. *1. de ſalar. procur. in fin* ex obligatione naturali, τῶν ἀντιδώρων, quod permutationis quoddam genus vocat Ulpianus *in l. ſed etſi. 25.* § *conſu'uit. 11 de petit. hered.* Nemini enim officium ſuum debet eſſe damnoſum. *l. ſed ſi quis. 7 quemadmod. t. ſt. aper l ſancimus. ult. inf. de adminiſtr. tutor.* præſertim publicum. *l vis delic. 1. 29. ex quib. cauſ. maior.* (Ex quo æquitatis fonte etiam reſtitutio ſumtuum & impenſarum manat, *l. ſumptus 48. de rei vind.* ut ſervetur indemnis is, qui officium præſtitit, *l. 5. ff. in princip. depoſit. l. 4. inf. de oblig. & actio.*) quin potius lucroſum, ſeu quæſtuoſum eſſe debet, cum nemo contra ſuam utilitatem teneatur alteri providere *gloſſ. & Dd l quicquid. 7. inf. arbit. tutel. per l. videamus, 4. verſ. ſed nec tutorem de in lit. jur.* & pro ſervitio debeatur præmium *c. eccl ſiaſticis. 12. q. 2.* nec de ſuo quiſquam beneficium facere cogitur. *c. precariæ 10 q 2.* neque ſuis militare ſtipendiis, *latè Specul. de ſalar. procur. in princ num 1. 6. & 10* neque laborem ſine lucro eſſe conveniat. *Guido pap. deciſ. 68. in fin* cum quo congruit lex divina, Non obligabis os bovi trituranti, quam explanat *D. Paulus* 1. *Cor.* 9 *& Luca* 3. Eſtote contenti ſtipendiis veſtris, ex quo æquitatis capite ſportulæ & honoraria debentur, quæ eo jam ſunt juſtiora, quod moribus ubivis receptum eſt, ut forenſibus pro opera merces debeatur *d. l. 1. de var. & extraord. cog.* eoq; de hac † ſemper actum intelligatur *l. 5.* 25
§ *2. de præſcript. verb.* quia in contrahendo id cōventum puratur, quod agi conſuetum eſt. *l quod ſi nolit 3* §. *quia, 20 de ædil. edic. l ex emto 11. de act. emt. l. ſi fundus. 6. de evict. l. ſemper. 35. de reg. jur.* Inſtrumentalis cauſa † per quam 26
exigitur ſalarium, eſt actio ordinaria ex conventione, puta mandati. *l. unica* §. *3. inf. de rei uxor. act. l. 1 l. ſalarium. 17. inf. mand.* locati ex facto, quod locari ſolet *l. 5* §. *2. de præſcript. verb.* pro ſocio, tutelæ, *l. 1.* § *ſi pupillus. de tutel. & ratio. diſtrah.* ex ſtipulatu *l. 1 verb. promiſit. inf. mandat.* § *ult. verb. promiſſa. Inſt. eod. tit.* ex conventione verò innominata præſcriptis verbis. *l. ſi tibi. 13 de præſcript. verb. l. ſi ſocietatem. 6. pro ſoc.* Extra verò conventionem implorato officii judicis, mercenarii quidem, durante lite. *l properandum. 13. ſup. de judic.* nobilis verò extra judicium. *l. 1. l. ſalarium. 17. inf. manda.* ſcilicet cum pro more, & ex cōſueto hæc debētur. *d. l. 1. 2. 3. & tot. tit. de var. & extr. ord. cognit* non etiam ex iis operis, quæ debent, & ſolent eſſe gratuitæ, ut in mandato. *l. 1. in fi. mandat.* cuius nomine idcirco ſalarium nō debetur, ſi vel promiſſum nō ſit, vel incerta pollicitatione promiſſum. *d. l ſalarium. 17 inf. mandat.* adeo ut nec extra ordinē peti poſſit *l. qui mutuā. 56. § præ ff mandat.* (ex-

 totum

terum ſportulas, quæ legibus ſunt ordinatæ, puto condictione ex lege deberi, & exigi per *d. l. unicā. de condict. ex leg.* aut officio judicis implorato, ut *d.l. properandum & d.l. 1 inf mandat.* Sumtuū
37 † cauſa eſt ferè eadem. Nam debentur & repetuntur in cōtractib⁹ actione cōtractus, & potiſſimū contraria *l ſi neceſſariæ 8 de pignor. actio. l. 1. 2. 3. de contrar. tutel. d. l. unica. §. 3 inf de rei uxor. act.* Extra cōventionem verò officio judicis, nō tamen nobili, quemadmodū ut plurimū honoraria, & ſportulæ, quia lege non æquè debentur, ſed mercenario. *l. ſumptus. 48. l. ſin autem. 27. §. 4. l. forte 28. de rei vend.* & ex æquitate, qua ceſſante ceſſat ſumtuū exactio, ut rectè ait *gloſſa. verbo. indulgendū. d. l in fundo. 38 de rei vend.* quamobrē regulariter extra cōtractus non tam petuntur jure actionis, quam retinentur jure, & ope exceptionis doli mali. *l. ſin autē. 27. § 4. l. aut ſi. 30. l. Julian. 37. de rei ven.* compēſationis *l quodſi. 32. l. ſumptus 48. de rei vend.* retentionis *l 5. de impenſ. in res dotal fact l planè. 38. de petit. hered* vel etiam auferēdo, quæ impenſa ſunt. *d. l. ſin autē 27. d l. Julianus. 37.* ſine diſpendio domini, & cum utilitate ſua *d. l. Juliano.* nec enim malitiis eſt indulgendum *d l in fundo. 38. de rei vind.* unde poteſt dominus retinere ſemper impenſa, præſtando tantū, quantū habiturus eſſet, qui impendit, iis ablatis *d. l. fundo 38.* Cæterū hoc in argumento ſi quid judex, executor, aut alius, qui in foro operam præſtat, litigatorum cauſa impendit, exiſtimo hoc exigi non tantū jure retentionis, ſed etiam petitionis, ſicut & ſalariū officio judicis implorato *l unica inf. de ſuffrag. ubi Bald. & Dd. & in l. 1. de contraria tutelæ.* Cauſa ſine
28 qua nō † eſt bona fides *l. ſumptus. 48. verbo bonæ fidei. de rei vend.* Nec enim quæ malâ fide, aut fraudulēter impenſa ſunt ſumptum, aut mercedem, ſed pœnā [illegible] merentur. *d l in fundo de rei vendic. d. l. planè. de petit. hered* ne dolus cuiquam lucro ſit, & alteri incommodo *l. 1. §. 1. de dol. mal. c. ſedes. 15. de reſcript.* Ac ſumptus † quidē debentur quibuslibet rei alienæ adminiſtratorib⁹ publicis, & 29 privatis. *Guido Papa d. deciſ. 68* ne, ut dixi, officium illi ſuum ſit damnoſum, & pro alienis commodis procuratis ſuas inveniant difficultates, ut dicitur *in l. ſi quando. 19. inf. de teſtib.* Quamobrem & in foro generatim omnibus judicibus, executorib., advocatis, ſumptus & expenſæ debentur, *l. plebiſcito. 18. de offic. præſid. d. c. cum ab omni 10. de vit. & honeſt. cler. d. c. ſtatutum. 11. § inſuper. de reſcript. in 6. c. judices. 1. q. 6.* & quidem viritim, ac æqualib. portionibus ab utroq; litigatorum, quando in communem litem aliquid impēditur, vel ſuæ rei negligitur. *Spec eod. §. 1. n. 2. & 3.* Ab altera verò parte in ſolidū, cum hujus ſolius gratia impenſum eſt *Spec. præall. loc. per l. prætor. 4. in fin. de eden. c. nonnulli. de reſcript. ubi gloſſ c. olim de except.*

Salarium † porrò judex quidē à partibus 30 exigere non debet. *d c. cum ab omni. d. c. ſtatutum.* Nam de publico accipit *Spec. n. 5, & 8.* Quamobrem partibus onerosus eſſe nō debet. *Guid. Pap. deciſ. 68.* ſed gratis officium judicandi præſtare. *l ult. de condict. ob turp. cauſ. c. nō ſanè. 14. q. 5. d. Guid. d. dec. 68. n. 5.* alioquī de concuſſione tenetur, & reddere, quod acceptum eſt, debet, etiamſi pars nō petat. *Spec. ibid n. 5. ubi Ioan Andr.* Alia tamen eſt ſportularum cauſa, quæ ll. ſunt ordinatæ, ut pedaneis judicibus, & delegatis, qui non ſunt in publico magiſtratu, & ſalario, duorū aureorum ſportulæ initio litis & tantundem in fine præſtandū eſt, *d § ne autem. Nov. 82. de jud. d. l. in ſacru. 12. inf. de prox. ſacror. ſcrin. li. 12. c. offeratur. 3. q 3* quod poſtea interpretatione porrectū eſt, ac nedū ad aſſeſſores. *d c. ſtatutum,* quibus alioqui ſalaria debentur. *l. velut. 3. l. non minus. 11. ſup. de aſſeſſor.* ſed etiam ad ordi-

ordinarios, *Spec. eod. tit. n. 5. 10. 12. & 13.* quanquã hi de publico aliàs ſalarium accipiant. *Spec. d. §. 1. n. 5.* Sed plerunq; morib. & ſtatutis hæc aliter, atq; aliter definita ſunt, quæ ſi quando habentur, ſequenda ſunt. *§. hæc antẽ omnia. in Nov. 8. ut judic. ſine quoquo ſuffrag. pro quo l. unica §. ſi quæ verò. ſup. de Iuſtin Cod. confirm. Iaſ. l. 2. n. 2. ſup. ſi contra ius vel utilit. pub. & l. poſt dotem. 40. n. 101. ſolut. matr. ad idẽ Azo. hic in rub. n. 1. Spec. n. 10 Guid. Pap. deciſ. 68.* cum deſunt, jus commune ſervandũ eſt *Dd præall. loc.* ſecundũ regulam, *l. ſi extraneus 6. de condict. cauſ.*

31 *dat.* Advocatis † quoque ſalarium debetur pro ſuo. (Nam injuſta non debent ſuſcipere defendenda. *l. rem nõ novã 14. § patroni ſup. de judi.*) patrocinio *l. 1. § in honorariys. 4. de extraor. cognit. l. qui operas 38. loca. can. non licet. 11. q. 3. can. non ſane. 14 q. 5.* ſicut ICtis pro conſilio *d. c. non licet.* de quo vel cõvenitur expreſsè *d. l. 1. §. ſi cui. 5. de extraor. cog.* vel tacitè conventum intelligitur.

32 *d. l. 1. §. 2. & 3.* niſi pauper † ſit litigator, cui gratis ſerviendum eſt. *Spec. de ſalar. advoc. n. 1 cum ſeqq. per c. de ſalar cũ ſeq. 87. diſtin. c. conſtituit. de uſur.* aut ſaltem de publico opera hæc honoranda eſt. *l. 1. §. ait prætor 4. de poſtuland. l. mulier in opus 6 ubi Dd de captiv. & poſtlim. reverſ. l. Cornelia. 25. verſ. ex publico accipiat. de Sc. Syllania.* eoq́; etiam laudabilis mos eſt, ut advocati, & procuratores pauperum publico ſalario conſtituantur. *Bal. in l. 3. & 4. ſup. de advocat.* Eademq́; ra-

33 tione † ſalarium debetur procuratoribus, velut & expenſa. *c. cum pro cauſa. 6. de procurat. Spec. de ſalar. procurat. per tot.* Item Notariis *Spec. eod. tit. n. 4. & 5.* & de quib. hoc in titulo potiſsimũ agitur, executoribus, qui dimidiũ olim aureũ pro cauſa centum aureorum, aut minore capiebant, pro maioribus totidem dimidio amplius quot ſupereſſent centenarii *Theophilus in §. tripli Inſtit. de actio.* Ab hoc autem † onere ſportularum excipi- 34
ebantur Epiſcopi ob dignitatẽ, & pauperes ob fortunæ ſimplicitatem *§. ſit quoq; in auth. de mandat. princ.* quadantenus vero clerici *l. omnes. 31. § executorio. ſup. de epiſc. & cler.* item principes agentium in rebus *l. ult. de princ. agent. in reb lib 12.* de quibus plura intelligi poſſunt *ex auth. de executor. & conſtitut. græc. quæ hic deſiderantur.* Quan-

tum porro † pro ſumptibus, ſalario, & 35
ſportulis præſtandũ ſit, una regula ob perſonarũ, & rerũ, etiam regionum, ac judiciorum varietatẽ definiri nequit, itaq; viri boni arbitrio expenditur. *l. ſi tibi 27. de præſcrip. verb. l 6. pro ſocio.* h. e. ipſius judicis. *d l. 1. § 4. de extraord cogn. c. in noſtra. de iniur.* vel eorũ, quib. judex delegat. *l. arbitrio 9. cum ſeq qui ſatiſd. cog* Sumtus quidẽ † debentur moderati *l. inter. 39. § ult. cum l ſeq. de dam. infect. l. ſi ſervos. 25. in fin. de pignor. act. l. plebiſcito. 18 de offic. præſid.* quales pro ſe quiſq; facere cõſuevit *l. ſed etſi. 11. § 1. ad exhiben. l. ſed etſi. 25. §. quod autẽ. 16. de petit. hered: Lanfr in c. quoniam. 11. verbo expenſas. n. 15. de probat.* etiamſi minores fieri potuiſſent. *l. ſi quis. 27. §. impendia. 4. mand. Spec. de ſala. in princ.* Sed an † ca- 36
ſus fortuiti his includãtur, ut ſumpt9 in invaletudinem in itinere cõtractã facti deſpoliatio, item mors, caſus equorum aut ſimilia damna, quæ rem alienã tractãtib. domi & foris obvenire poſſunt? *Ioan. And. ad Spec. §. 1. n. 1. de ſalar. ad verbum omnia.* putat hæc non deberi, nec à litigatore reſarcienda eſſe, cum textus tantũ expẽſas refundi jubeat. *d. c. ſtatutũ. cum aliis ſup. allega.* expenſarũ autem nomine damna, caſus fortuiti nõ con-

tineantur *c. in noſtra. 8. de iniur.* Sed contra ſentit *Spec. ibidem*, quia inquit cauſa tali infortunio data eſt. *per. l. cum duob. 52. § damna. ff. pro ſoc. l. 1. de incen. ruin. nauf.* porrò qui cauſam damni dat, damnum dediſſe intelligitur, eoq; ad reſtitutionẽ tenetur. *l. qui occidit 30 §. pen. ad L. Aquil.* Verum hęc regula accipienda eſt de cauſa damni, quæ ex culpa venit. ut interpretatur IC. *in l. 5. ad L. Aquil.* Nam hæ reſpectu eius, qui reſarcire debet, pœna ſunt *l. penul. ſi quis cantion. cum ſimil.* pœnam autem luere nõ debet, qui dolo & culpa caruit, eoque nullo ex cõtractu fortuita damna præſtantur. *l. contractus. 23. in fin. in verbis, à nullo præſtantur. de reg. jur. l. 5 §. 4. commod.* ne quidem ex mandato. *l. ſi procuratorem. 8 §. ult & l. Ariſtoni. 39. mandati.* aut locatio. *l. ſed addes 19 §. 2. l. ex conducto. 15. §. 1. l. ſi merces. 25. §. vis maior. 6. ff. locat.* Quibus hæc operæ præſtatio [illegible]modum eſt affinis, *d. l. qui operas. 38. locat. l. 5. de præſcript. verb. §. ult. Inſtit. de mand.* Itaque ut aliàs res domino perit, *l. pignus 9. infr. de pignor. act.* aut creditori, cui ſpecies debetur. *§. cũ autem. Inſtit. de empt. & vend. l. ſi ex legati cauſa. 53. de verb. oblig.* qui pro domino eſt *l. id apud. 143. de verb. ſign.* ſic damna quoq; fortuita ad eorũ cladẽ pertinent, quos afficiũt, nec aliunde reſarciuntur. *d. l. cum duob. §. damna.* præſertim cũ detrimenta, quæ accidunt vi aliqua majore, quã græci θεοβίαν appellant. *l. ſi merces. 25. §. vis major. 6. ff. locat.* non habeant cauſam ex alicuius hominis facto, ſed ex fortuna, & caſu *d. §. vis maior.* quẽadmodũ & invaletudo præcipuã cauſam non habet externã ab opera, viaq; ſuſcepta, ſed aliquã internã, & ut loquũtur προηγουμένην. Quare horũ incommodorum præſtatio non magis ad clientẽ pertinere debet, quam ad commodatariũ, aut conductorẽ mors, vel alius caſus equi mercede, vel commodato ad viã accepti. *l. ſi ut certo. 5. §. ſed interdũ 5. commodati. §. 2. Inſt. quib. mod. recõ rah. oblig.*

37 Illud ſanè admittendũ eſt, ſumtus deberi nõ modo pro tẽpore officii, ſed etiã omnibꝰ diebus, quibꝰ perſona publica in via, & ꝓfectione officii cauſa fuit. *l. ſuo victu. 18. ubi Bar. n. 2. de oper. liber. Bal. in l. liberti 10. n. 15. inf. eo. t. de oper. lib. per l. qui mittũtur. 35. §. ult. ex quib. cau. maio.*

38 Sportulæ † porro & ſalaria aut jure definita ſunt *ut d. l. in ſacris.* aut pactione litigatorũ *d. l. 1. inf. mandat. l. 1. inf. de ſalar. ubi dd* aut cum hæc deſunt, à judice definiuntur ex legis diſpoſitione pro fori cõſuetudine, quãtitate, & qualitate cauſæ, laborũ, & perſonarũ. *d. l. 1. §. in honorariis. 4. de extraor. cogn. Spec. de ſalar. advo. n. 1. & 3. & de ſalar. procu. n. 5.* Nam ut inquit *Bal. l. 1. n. 3. inf. de ſuffrag & in l. 1 inf. mandat.* omnia his eiuſmodi debentur, aut promiſſione hominis, cũ conventũ eſt, quid quantumq; dandum ſit, aut proviſione hominis, & legis mixta, cũ quidẽ conventũ eſt, ſed abſq; certa quãtitate, *ut d. l. 1. l. ſalarium inf. mandat.* aut ꝓviſione legis ſola, quã judex interpretatur, cũ nihil omnino conventũ eſt, *ut l. 1. §. 2. 3. 4. de extraor. cog.*

39 Formas † porrò paciſcẽdi de ſalario, ſumptib. & ſportulis varias ponit *Spec. de ſalar. advoc. n. 3. et 5.* ſed eæ omnes aut ante litem, aut poſt eã finitam ſunt cõcipiendæ. Nã pendente ea eiuſmodi pacta improbãtur, ob metum concuſſionis. *l. 5. 6. ſup. de poſtulan.* Quidlibet enim exprimere circumvẽto litigatore judex poſſet. *l. unica. ſup. de contrac. iudi. l. ſolent. 6. de offic. procon.* aut advocatus. *d. l. quiſquis. 6 ſup. de poſtulan.*

quæ

quæ ratio † & in medicis valet, ne durante morbo cum ægroto paciſcantur. *l. antepen. ubi Bart. n. 2. inf. de profeſſor. & medic. lib. 11 l. 3 de var. cognit.* Quanquam ex legis diſpoſitione debeantur etiam lite pendente *d. l properandum. §. pen. Specul.* §. 1 *n.* 10, 13. *&* 14. & accipi poſſunt, ſi offerantur *Bart. in d. l. Archiatri. antep. num. 2. Bald. in authentica ad hac. in fin. inf. de uſur.* & niſi offerantur, etiam peti poſſunt. *d. l properandum. §. pen. de quo plura Bald. in l. 1. num. 6. inf. de ſuffrag. Bart. l. 1. §. Divus. num. 1. & 15. & 16. de var. & extraord. cognit. & in l. 4. ubi communiter Dd. de offic aſſeſſor.* etiamſi alias finito demum officio merces pro opera debeatur. *l. 3. ubi gl. & Dd. inf. de locat.* & etiam ſalaria, ut medicorum. *d l. Archiatri. ubi Bart.*

41 Formam † autem petendi, & libellos ejuſmodi petitionis varios requirere licet à *Specul. tot. tit. de magiſt.* Petuntur

42 antē † durāte lite implorato judicis officio mercenario apud eū, qui de cauſa cognoſcit. *d. l. properandum. §. penult. Spec. de ſalar. procurat. n. 5. & 6.* poſt litem verò, ſi conventum ſit, ex conventione etiam nuda. *l. unica. ubi Bald. nu. 2. inf. de ſuffrag.* Si extra conventionem implorato judicis officio nobili. *d. l. 1. §. in honoratÿs. 4. ubi Bart. num 1 de extraord cog.* Et quidem illius judicis, qui eſt reo convento ordinarius. *Spec. de ſalar. procur. num. 5. & 6.*

43 Finis † eſt, ne deſint, qui alienas cauſas defendant, tractent ac definiant, quod publicè intereſt. *l. ſervum. 33. §. 2. de procurat.* & quidem neceſſario. *l. antepen. ſup. de poſtulan. l. advocati 14 ſup. de advocat. diverſ. judiciorum.* Conſtat autem de fore ſæpius præciſa ſpe autoramenti *ut tradunt Dd. in l. 1. §. 1. de poſtulan. l. 4. de oblig. & alii.* neve per omiſsionem ſolutionis ſalarii, & ſportularum cauſæ merita protrahantur. *ut dixi d. l. properandum. 13. §. pen. ſup. de iudic.* Effectus

† eſt, ut officio judicis per executores 44
ad ejuſmodi præſtanda litigatores cogantur. *d. l. properandum. § illo.* quo nomine dixi præſto eſſe implorationem officij judicis mercenarii in lite, nobilis extra litem: ſed tum demum, cum deeſt actio ordinaria conventionis (id eſt, cum nihil eſt conventum) *l. quadam. 9. ubi Dd. de eden.* extra unum ſuffragij caſum, cujus nomine condictio ex lege datur. *l. unica. inf. de ſuffrag.*

Cæterum † cur ut condictio *ex lege unica inf. de ſuffrag.* datur, de ſuffragio 45
ita non eadem ratione pro ſalario detur. *ex d. l. properandum. §. pen.* ſed tantum imploratio judicis officij contra regulam. *l. unicæ. de condict. ex leg.* cauſa hæc eſt, quod *d. l. properandum* non præbeat jus agendi, ſed tantum jubeat judicem per executores ſalarium exigere. Quotieſcunque autem lex, vel ſtatutum ſe ad judicem refert, non oritur aliqua actio, ſed iudicis officium. *l. quod ſi minor. 24. §. ult. de minor. c. 1. de offic. jud. l. ſi ſoror. 8. ubi gloſ. & Iaſ. num. 4. inf. de collat.*

Affinia † ipſo facto & jure ſunt ſuffragia, de quibus *in* 46
l. unica. inf. de ſuffrag. l. laudabile. 4. l. reſtituendæ. 23. l. per hanc. 24. ſup. de advocat. diverſ. judicum.

Contraria † quod quidem ad judicem eiusque miniſtros, de quibus hic 47
agimus, attinet, munera, dona cuiuscunque generis, etiam eſculenta, & poculēta. *l. ſolent. 6. in fin. de offic. proconſ. l plebiſcito. 18. de offic. præſid. l. 1. 2. inf. de pæn. iud. l. venales. inf. quand. provoc. non eſt neceſſ. l. 1. inf. de aur. coronar. lib.*

11.§. pen. in verb. penitus nihil accipien-
tes. [illegible] *fine quoque ſu*[illegible]*g.*
Item contra[illegible] quæſtuoſi. *l. unica ſup.*
de contract. jud [illegible] d[illegible]tione[illegible],emptio-
nes. *d. l. unica. l. ſolent. in fin de off. pro-*
conſ. l illicitas. 6 de off præſid cautiones
metu extortæ. *d. l. illicitas* Item ædifi-
cationes *l unic ſup. de contract. jud &*
nuptiæ. *l. unic inf de rector. provinc. l.*
unic. ſi quacunq; prædit. poteſtat l.1. & 2.
inf ſi nupt. ex reſcript. petant. denique o-
mnes illicitæ exactiones. *d. l. illicitas. 6.*
omne iniquū lucrū & damnū. *d l. illicit.*
Abſoluta hunc ad modum prima tituli
parte, de altera quæ ad executores liti-
48 um pertinet agam⁹. Executor † ab exe-
quendo dictus eſt, id quod varia ſignifi-
cat. *l. executores. 8 ubi Bald. & in rub inf.*
de execut. rei iud. ſed inter alia pro nun-
ciare ponitur, ſeu uſurpatur. *l. de pupillo.*
5. in princ. de oper. nov nunc. & nuncian-
do juſſum alterius exequi, *ut ibid & d. l.*
executores. ubi Bald in princ. executorē
49 † ex hac ſignificatione ita definit. ut ſit
qui rem diſpoſitam, (id eſt, ordinatam,
conc[illegible] mandat effectui, aut qui
q[illegible] ex aliquo officio ſibi injuncto fa-
[illegible] *quiſeras. 49. famil. hercis.* verum
hæc definitio latè patet etiam extra ſi-
gnificationem verbi, cujus vi etiam in
hoc tractatu ſpecialius executoris dici-
tur, qui in judicijs apparet judici, ciusq;
i[illegible] partibus, teſtibus, aut alijs, quibus
opus eſt, denunciat, vel etiam exequi-
tur *l. ult. de teſt. l. ſi quando. 19. inf. eod.*
tit. l. cum clericus. 25 ſup. de epiſc. & cler.
50 *§. tripli Inſtit. de actio.* qui etiam † ap-
[illegible] apparendo, quod officij cau-
ſa [illegible] ſit. *l. 1. h. t. l. ſi pignora. 50. de*
[illegible] *toto tit. C. de apparitor proconſ. & le-*
gat. lib. 12. l. 1 inf de executorib. lib. 12. Cic.
pro C[illegible]*ent. Feſt. lib. 12*, & collectivè appa-
ritor[illegible] *l. 2 ſu*[illegible] *de*[illegible] *d. l.* [illegible]
apparito procon[illegible] *legat* [illegible]*b. 12 l.* [illegible]
quod mei cauſ. l. 1 inf [illegible] *at. præd. lib.* [illegible]
item viator. *l. ultima de judic l. 5. de reb.*
eor. l. 5. §. miſſus 25. ut in poſſeſſio leg § trip.
Inſtit. de actio. Quod olim degentibus
magnā partē temporis ruri hominibus,
potiſsimū horū uſus in vita eſſet, ut au-
tor eſt *Feſt. lib. 19.* item à nunciando,
Nuncius, nomine generis. *c prudentiā.*
21. de off deleg. c. cum parati. 19. de appell. [illegible]
ubi gloſ. & Dd verb nuncius, & mini[illegible]er
l. 3. §. tutor. de ſuſpect. tutor. & ab officio
officialis. *d. l. 5. §. miſſus. & l. 1. ac tot. tit.*
inf de filijs official. lib. 12. item officium.
l. illicitas 6. §. ne tenuis. 5. de off. præſid. l ea
quidem 7. inf. de accuſat. & à miſsione
miſſus *d. l. 5. §. miſſus. & c. 1. de immun.*
Eccleſ. quē ita † definit Speculator. *t. de* 51
executorib. in princ. ut ſit officialis per
quē litis executio, & cauſæ præparatio
iubente iudice expeditur. *l. antep. l. ult.*
ſup. de iud. l. 1. & 2. h. tit. c. 7. § His qui cau-
ſas præparant. in Novel. de iudic. Quan-
quā & ita licet, ut ſit perſona publica.
Spec. eod n. 1. in judicijs peragēdis iudici
adminiſtrans, *l. 2. hoc tit.* præcipuè ut ej⁹
citationes, ac juſſa partibus, teſtibus, a-
lijsq; , quibus opus eſt, denunciet. *§. tri-*
pli. Inſt. de act. & cū opus eſt, etiam exe-
quatur manu militari adverſus contu-
macē. *d. l. executores. & tot. tit. inf. de exe-*
cut. rei jud. l à Divo. 15. ff. de re iud. Pro-
priū † huius officiū eſt publicū. *Spec. in* 52
princ. n. 1 habens executionē tantū, non
etiā cognitionem. *c novit. 43. de appell. it.*
c. paſtoral. 28. §. quia 2, de off. deleg. quod
tamen diſtinctionē recipit. *Bart n. 3. &*
Dd. in l à Divo pio. 15. in princ. de re jud.
Nam ſi mandetur executio eius, de quo
eſt cognitum, hoc caſu regulariter nul-
la ei adhæret cauſæ cognitio. *l. ſi ut pro-*
poſit.

ponis. 6. inf. de execut. rei. jud. d. c. paſto-
ralis d. c. movit. Sin commi[illegible]atur exe-
cutio eius rei, quæ nōdum eſt cognita,
puta reſtituendæ ſpoliationis, videbitur
& cauſæ cognitio eſſe mandata, ſed hæc
non tam ad officium executorum, de
quibus hic, quam iudicum delegatorū
pertinet l. eiſ. 4. ſup. ſi contra jus vel uti-
53 lit. publ. Executorum † porro varia ſunt
genera, alij ultimarum voluntatum. l. id
quod. 24 ſup. de epiſ. & cler. l. alio. 9. de a-
liment. leg. et. & hi exemplo tutorum;
aut teſtamentarij l. nulli. 28. verſ. & ſi-
quidem teſtator deſignaverit ſup. de epiſc.
& Cler. aut legitimi d. l. nulli verſ. ſin au-
tem perſona non deſignata. Authent. omnes
inf. cōmun. de ſucceſſ. aut dativi. l. ſolent 3.
ubi Bart. de aliment. & cibar. legat. de qui-
bus plura Spec. de fid. inſtrum. §. Nunc ve-
rò aliqua. Bart. & commun. Dd in d. l. a-
lio. ff. de aliment. leg. & in l. ubi. præcipuè
Ang. de vulgat. & pupillar. alii gratiæ. c. ſi
cut. 36. ubi gloſſ. ult. de præbend. in 6. Spec.
de execut. n. 7. & de actione ſeu petitione. §.
ſuper. n. 18. aliæ juſticiæ, ut litis, & cauſæ
vel totius, veluti ſunt judices delegati.
c. ſi quis 4. de for. compet. vel certæ partis,
aut articuli cauſarum. c. ſuper. 27. de off.
deleg. ut citationum durante lite l. ult.
inf. de præſcrip. 30. anno. l. ſi quando. 15.
inf. de teſtib. §. tripli. Inſtit. de actio. cum ſi-
milib. vel rei judicatæ lite finita. l. à Di-
vo. 15. de re iud. & tot. tit. inf. de execut. rei
jud. Quod propriè eſt genus executorū,
de quo hic tractatur, qui plerunq; exe-
cutores abſolutè dicuntur, aut nudi, vel
veri. l. 6. inf. de execut. c. 5. de ſenten. & re
jud. ad differentiam eorum, qui mixti
habentur, ut ſunt ſæpe executores rei
judicatæ. Nam ipſi quoq; magiſtratus
exequuntur per ſeſe, aut exequēti man-
dant, ut de incidentibus cognoſcat. ut

d. l. à Divo pio § 1 & 2. Guido Papa deci-
ſio. 20. n. 3 & 4 Fuit autem olim † ſcho- 54
la quædam & certum corpus, ac matri-
cula executorum, qui præfectis præto-
rio apparerent. l. ult. & toto tit. inf. de
apparit. præfector. lib. 12. velut & Nota-
riorum, l. ult. inf. de primicerio. & ſecun-
dicer. & notar. lib. 12. quæ militia appel-
latur. l. 3. hoc tit. cuius ſcholæ primus ap-
pellabatur primicerius. l. 1. h. tit. d. l. ult.
inf. de apparitorib. ſicut notariorum pri-
micerius toto tit. de primicerio. Fuerunt
& minora ejusmodi corpora apud mi-
nores magiſtratus, ut præſides & præfe-
ctorum vicarius. Unde ejuſmodi præ-
ſidales & vicariani executores dicti
ſunt. l. ult. inf. de princ. agent. in reb. lib. 12.
Quod † ad cauſam attinet, eligitur jure 55
civili executor per Magiſtrum ſchola-
rium, vel ſacrorum ſcriniorum. §. is qui
cauſas in Nov. 8. de judic. ſeu primiſcri-
nium l. 1. hoc t. ubi gloſſ. ad verb. primiſcri-
nium Cuia in l. ult. inf. de apparit. In jure
Canonico quilibet judex eligere po-
teſt. c. cum parati. 19. ubi Dd. ad verb. ſuum
nuncium. de appell. c. prudentiā 21. in princ.
de off. deleg. ubi gloſſ. etiam delegatus.
d. c. prudentiam. l. 2. in princ. ubi gloſſ.
hoc tit. Non tamen arbiter, licet id ve-
lit Ioan. And. ad Spec. §. 1. præall. loc. per
l. ſed & interpellatur. 49. §. 1. de arbit.
Nam ea lex de privato non publico
nuncio eſt accipienda. ut l. 2. de pact.
l. 1. in fin. de contrah. empt. l. 1. de pro-
curat. jure conſuetudinario officiales
ſingularum civitatum. Spec. de execut.
§. 1 num. 2. & quarumlibet Curiarum,
ſeu juriſdictionum magiſtratus, & aſ-
ſeſſores, ut in Ordinationibus Came-
ræ eſt definitum parte. 1. cap. 36. cum
ſequent.

Impul-

56 Impulſiva † eſt bonum nomen, vi-
ta probata, fortuna mediocris, ut non
ſit veriſimile, cum. qui eligitur, aut ma-
licia, aut avaritia, ab officio deceſſu-
rum. *c. 7. §. his qui cauſas in Novel de*
judic. Spec. §. 1. num. 2. ordin. Cameræ d.
57 *c. 36.* Poteſt autem † ad hoc officij aſ-
ſumi, quiſquis non prohibetur *arg. l.*
nec mutus. 43. de procurat. l. 1. de teſtib. l.
1. de poſtul. cum ſimilib. Prohibentur
† autem alii ob ſtatum, ut ſervi. *Spec §.*
1. num. 1. per l. in omnibus. 175. l. quod
attinet. 32. l. 2. de reg. jur, l. qui teſtamen-
to. 20. §. mulier. 6. §. ſervus. 7. de teſtam.
alij ob profeſsionem vitæ, ut clerici. *l.*
conſulta. 23. inf. de teſtam. Spec. præall.
loc. num. 2. per c. 2. & 4. ext. ne cleric. vel
monach. alii ob ſexũ, ut fœminæ *Specul.*
ibid. num. 2. per l. ult. de tutel. l. 2. de
reg. jur. l. alienam. 18. ſup. de procur. l.
fœmina. 41. ff. eod Alii ob ætatem, ve-
luti minores viginti quinque annis, ut
quidam volunt, quia nec decuriones,
aut magiſtratus eſſe poſſunt. *l. ad Re-*
pub. 8. de muner. l. Spurij. 6. §. 1. l. non
tantum 11. de decurion, ut nec procura-
tores. *l. exigendi. 12. ubi Iaſ. dicit. hanc*
eſſe communem, ſup. de procurat. Cæte-
rum alii viginti annorum ætatem ſuf-
ficere exiſtimant, ut in judice. *l. quidã.*
57. de re iud. c. cum vigeſimum 41. de
offic. deleg. item in arbitro. *l. cum lege.*
41. de recep. arb. nonnulli etiam 14. an-
norum ætatem ſatis eſſe putant, idone-
am, ut in teſtatore. *l. à qua ætate 5. de*
teſtam. & teſte. *l. 3. §. lege Iulia. 5. de te-*
ſtib. & regulariter in adminiſtris *Spe-*
cul. hic § 1. num. 1. Sed teſtator priva-
tus eſt, & de re privata teſtatur, te-
ſtem vero admittit electio partium,
& rei explorandæ neceſsitas, nec valet
argumentum à miniſtris privatis ad
publicos: at executor ſe in judicio ii-
ctat à fine ad uſque exitum. *l. 1. h. t. §. is*
quoq. in Novell. 82. de iudicib. Conſtat
autem neminem legitimam perſonam
habere ſtandi in judicio per ſeſe ante
annum decimum octavum. *l. 1. §. 1. de*
poſtul. quare nec executorem mino-
rem admittimus, tolerari autem eum,
qui octodecim annis minor non ſit
exiſtimo, veluti iudicem. *d. l quidam.*
57 argumento à principali ad acceſſo-
rium ducto, etiamſi in ijs publicis mu-
neribus, quæ ſunt dignitatis, & magi-
ſtratus, juſta ætas requiratur. *d. l. ad*
Rempub. d. l. ſpurij. ut & in privato pro-
curatore. Nam quia dominus fit litis
reſtitui, velut in re ſua, ſi minor eſſet,
poſſet, Denique cum hoc officium ſit
publicum, putetur eo omnibus inter-
dictum eſſe, qui expertes ſunt iuris ci-
vitatis, ut paſsi maximam, & mediam
capitis diminutionem, ac conſimiles,
de quibus *in d. l. ſpurij de munerib.* De
infamibus magis addubites, cum pro-
curatores eſſe poſsint. *§ ult. Inſtit. de*
except. cum ibi notat. Sed hoc officium
privatum eſt: at executorum publi-
cum, à quo illos arcendos eſſe con-
ſentaneum, ut à reliquis publicis advo-
cationibus, &c. *l. 1. circa finem. ubi Dd.*
de poſtulan. & l. 2. inf. de dignit. lib. 12.
Materia † ſunt lites, & judicia tam cri- 58
minalia. *l. 1 h. tit* ubi verbum *exhibitus*
oſtendit de re criminali agi *toto tit. inf.*
de exhib. reis. & ff de cuſtod & exhib. reo
quam civilia. *l. 2. hoc tit.* tam ordina-
ria. *d. l 2.* quam delegata *gloſ. d. l. 2. in*
princ d. c paſtoralis. de off. deleg Tam
politica *d l 1. 2 hoc tit.* quam eccleſia-
ſtica. *d. c. paſtoralis.* Et in his verſantur
circa perſonas judicis. *l. 2 verbo offerre.*
h. t. litigatoris. *l. 1. hoc tit. §. Tripli. In-*
ſtit. de

ſtit. de actio. teſtis *l. pen. l. ult. ſup. tit.* 1. *l. ſi quando.* 15. *inf. de teſtib.* & aliorum, ad quos juſſum judicis pertinere poteſt. *l. ult. inf. de præſcrip. 30. annor. l. 5. ut in poſſeſſor. legator.* circa res, & cauſas in judiciū deductas. *d. l. 2. verb. cauſas offerant, h. t.* circa actiones h. e. judicii partes, ut *l. properandum 13. §. pen. ſup. de judic.* præcipuè verò circa citationes. *§. tripli. Inſtit. de action.* partium, & teſtium comparitiones. *Spec. §. 1. num.* 1. & circa ſententiæ executionē, *inf. de exec. rei iud. & l. à Divo pio 15. de re judic.*

59 Forma † ordinandi executorem, ut primum in vitam, mores, fortunam & alia, quæ ad officium opus ſunt, inquiratur. *d. §. his qui cauſas in Nov. 82. de iud.* ut perſona approbata & electa ante omnia juret, ſe officium benè, ac legaliter adminiſtraturum, *gloſſ. l. 2. in princ. hoc t. per c. cum parati. 19 de appellat.* & traditum eſt in ordinationibus Cameræ *part. 1. cap. 35. cum ſeqq.* deinceps ut immatriculetur. *l. ult. inf. de apparitor. l. 2. hoc t. §. his quoq. in Nov. 82. de judic.* coq; pertinet quod *Mynſing. ait obſerv. 78. centur. 1.* oportere executores eſſe qualificatos initio, hoc eſt, immatriculatos antequam citent, nec ſufficere, ſi poſt qualificentur.

60 Forma † probandi in genere officium, nempe quod quis ſit executor, apparere, & demonſtrari extra judicium poteſt, vel publicis judicum literis, quæ ſuper eo dari ſolent. *c. prudentiam 21. in verb. per nuncium vel excuſatorem. literatorie deſtinatum. de off. deleg. c. nobiliſſimus. cum ibi nota. 97. diſtinct.* vel atteſtatione teſtium *gl. & Dd. in d. c. prudentiam.* item aſſertione executoris, ſi fides, dignitas & alia concurrant. *d. c. nobiliſſimus.* In judicio verò probatur atteſtatione ipſius judicis, regiſtris actorum, & matricula ordinis *Spec. de citat. §. ſequitur. n. 7. & 8.* Cæterùm in ſingulis cauſis ne nova probatione ſemper ſit opus, neve hac ratione executiones ludificari, aut differri poſſint, receptum eſt ſatis probari officium ex ipſa commiſſione executionis, quæ per literas judicis docetur, ut tradunt *Dd. in d. c. prudentiam. Spec. d. §. ſequitur. n. 3. 5. 6. 7. cum mult. ſeqq.*

61 Forma exequendi † ut executor per ſe, non per alium exequatur. *l. 1. verb. ad eum, cui primum. hoc tit. Mynſing. obſer. 77. cent. 1.* bona fide. *§. hi quib. in Novel. 82. de iudi. c. 5. de re iud.* & abſq; ceſſatione *l. 2. h. t.* ſecundum præſcriptam à judice formam, & deſignatum modum, *c. venerabili. 37. de off. deleg. c. cum dilecta. 22. de reſcript. bonus textus. in l. ſed ſi communis 18. §. ult. de contrahen. empt.*

62 Forma probandi † executionem factā, conſiſtit in relatione executoris, quæ licet judici quocunq; loco fieri poteſt. *Bar. l. ſi finita. 15. §. Julianus. 6. num 3. de dam. infect. Socin latè tractat. de citatio. art. 13. num 4. cum ſeqq.* tamen deinceps ad acta referenda, & regiſtranda eſt. *c. quoniam. 11. ubi Lanfranc. ad verb. citationes num. 2. de probat.* cæteroqui non credetur, factam eſſe, ac proceſſus reddetur retro nullus. *Marant de citatio. part. 6. num. 56. & parte 4. diſtinct. 16. n. 9. Schurff. conſil. 38. n. 3. cent. 1. Chilian. in pract. cap. 24. in fin.*

63 Finis † officii hujus eſt, ut lites præparet (per citationē ſcilicet) *§. his quoq. in Nov 82. de iudicib.* denunciet *l. ult. inf. de præſcr. 30. anno.* inſtruat. *l. 2. verb. ſi ceſſaverint cauſas inſtructas offerre h. t.* hoc eſt, omnibus neceſſariis actis, & ſuggeſtionibus compleat, quod tamen hodie

nō magis eſt executoris, quam actuarij vel notarij, item ſalaria exigat. *l. properandum.13. §. pen. ſup. de iudic.* querelas litigatorū,& admonitiones ad petitiones iudici referat. *l.2. inf. de off. civilium iudic.* teſtes citet,& probationes procuret. *l. ſi quando 19. inf. de teſtib.* deniq; in omnem partem provideat, ne litigatorū, aut teſtium tergiverſatione,& negligentia cauſæ extrahantur. *l.2. in fin. h. t. d. l. properandum. §. pen.*

64 Effectus, † quod executori in officio, & ſuper officio plena fides habeatur, etiam non jurato. *c. cum parati 19. de appell. c. quoniam.11 ubi gloſ. ad verb. duos viros de probat. c. cum à nobis. 18 de teſtib. Bar. in l.1. §. cura. n.2. de offic. præfect. urb. Iaſ. in §. quadrupli. n. 19. Inſtit. de act.* & hanc ut communē laudat,& confirmat *Socin. d. art.13. n. 5. & 17. de citatio.* & ſequitur *ordin. Camer. part. 1. c.38.* item q ſola eius cōventio interrumpit præſcriptionem. *l. cum notiſſimi 7. in prin. & §. illud. l.3. l. ult. inf. de pr ſc.30. anno.* perpetuat judicis juriſdictionem. *c. gratū. 20. de off. iud deleg. c. ut debitus. 59. de appell.* litis pendentiam inducit *clement. 2. ut lit. pendent.* malam litigatorū fidē, præſertim poſſeſſorum arguit. *l. item 20. §. petitam 11. de petit. hered.* etiam contumaciam, ac pœnas contumaciæ attrahit, ut dictū eſt *ſupra ad d. l. properandū.* item q in his, quæ ei exequenda mandata ſunt, abſq; ordine juris, & de facto, ut loquantur, procedere poſſit. *Bal. in l. 1. in fin. ſup. de iur. & fac. ignor. & in l. ult. quæſt.3. infr. de contrah. empt.* atq; †

65 adeo vim inferre reſiſtētibus. *l. ult. inf. ſi per vim. l. qui reſtituere. 68. de rei vendic.* Quia reſiſtere ei non licet, eoq; licita eſt in reſiſtentes offenſio. *l.3. l. ul. ubi Salic. ſup. de his qui ad Eccleſ. confug.* quod accipiendū eſt ſecundū formam, & fines officii, ac præſcripti judicis. Nam abſq; hoc exequi non poteſt. *l. ult. ubi Bar n.1. Bal. n.2. inf. de exhib. reis. Fab. n.2. Iaſ. n.12. in § quadrupli. Inſt. de act.* multò minus arreſtare, aut pignori capere, *tot. tit. ſup. ut nemini liceat ſine iudicis auterit. ubi Iaſ. in rub. nu 3. & 4.* de quo etiam eſt elegans textus *cum gloſſ. iuris Sax. lib. 3. art. 56.* Quin & reſiſti ei poteſt, ſicut & judici extra, aut ſupra officium exequenti, *l. prohibitum 5. inf. de iur. fiſc. lib. 10. l. factū. 170. l. non videntur. 167. §. qui iuſſu. 1. ubi Decius n.4. cū ſeqq. de reg. iur.* aut certè appellare ab executore licet *l. 5 inf. quorum appell. non recip. l. 5. de appellat ubi Bar & Dd.* An autem † & quatenus in exeqnēdo cognoſcere debeat & poſsit alibi traditur, *in c. paſtoralis 28 de off deleg. c. novit. 43. de appellat l. ſi ut proponis. 6 inf. de execut. rei jud. l. à Divo pio in prin. ubi Bart. & Dd. de re iud.* quatenus verò exceptiones admittere debeant *in c. 5. de re iud. d. l. 1 ſup. de jur. & fac. ignor.* 66

An vero † vis, reſiſtentia, vel injuria huic facta ad judicē pertineat, & quomodo ab eo vindicari debeat, exponūt *Caſtrenſ. nu. 7. Alex n.14. in l quamvis. 11 de in ius vocan. Guid. Pap. deciſ. 557. per tot. Chaſſan. in conſuet. Burg. tit. de iuſtitia. § ſeptima. verbo. ſimplex. n.40. Iaco. tract. feud. de Royd. ſeu oper. nu 12. per l.1. §. uſq adeo de iniur.* 67

Adjacentia † ſunt bona fides *c 5. de re iud.* exemplo mandati *l ſi fundū. 35. l. cum ſervis. 54. l. ſi fideiuſſor. 29. §. quadam. 4. verſ de bona fide agitur. ff. mandat.* æquabilitas abſque προσωποληψίας eſt facienda, item diligentia *l. 2. h. tit. l. magiſtratus. 6. de adminiſt. rer. civit.* 68

perſe-

perſeverantia in munere ſuſcepto *l. 1. hoc tit. ubi Dd.* inſignia officij, ut olim faſces *l. antepen. ubi Bud. de off. proconſ.* hodie vindicta, ſcipiones, ſceptra, viatoria, quibus inſignia curiæ ſunt impreſſa, aut ipſa inſignia chlamydi aſſuta, quæ nunciis publicis, viatoribus curiarum ad fidem faciendam geſtanda dari ſolent. *ord. Camer. part. 1. cap. 37. & 38.* & ſalarium de quo *in l. ult. infr. de agen. in reb. lib. 12.* interdum & cognitio *l. 4. ſup. Si contra ius. c. 5. de re iud.* item ſatisdatio, qua etiam obſtringuntur, qui vel elegerunt executorem, vel nominarunt ad eligendum, quoniam ex horum delictis tenentur. *l. 3. h. tit.* ut reliqui nominatores & electores, *l. 2. l. 4. & tot. tit. de fideiuſſ. & nomin. tut. & de magiſtr. conven. & infr. tot. tit. de peric. nominat. lib 11.*

69 Affinia † ſunt procurator *c. cauſam. 19. de teſtib.* nuncius. *l. ſed etſi. 49. §. 1. de arbit. c. paſtoralis. 27. de off. deleg. c. cum parati 19. c. novit. 44. de appellat.* etiam privatus, quo in defectum juratorum judex uti poteſt *c. cum ſit Romana. 10. ubi Panorm. num 23. de appellat. Bald in l. ceſſante. 2. nu. 7 inf. quomod. & quand. jud.* item litigator, quo & ipſo interdũ vice executoris ſaltem citando judex uti poſsit *Bart. in l. cum. §. ſi epiſtola nu. 1. de furt. Panorm. d. c. cum ſit Romana. n. 24. & 25. Iaſ. in rub. ſup. ut nemin. lic. ſine iud. author. num. 4. Bald. num. 6. & 7. in l. ult. §. cum igitur. infr. de Iure delib.* quanquam his non putem credi abſque jurejurando, cum ſint privati, nec in officio publico, ſecundum regulam, *d. l. iurisiurandi. infr. de teſtib.* Funguntur etiam executorum munere in publicis præcones. *Bald. l. ult. §. cum igitur. nu. 6. Marant. de citat. n 98.* Item campana in citanda univerſitate *c. in cauſis. 30. verb. campanam pulſare. de elect. c. 1. & 2. & offic. cuſtod. c. 1. de conceſſ. prabend. in 6. Bartol. in l. aut facta. §. nonnunquam. nu 9. de pœn. & in l. omnes. 9. num. 16. de iuſt. & iur.* Item edictum publicè propoſitum, *l. ad peremptorium. 68. de iudic. l. ſi quis. 7. de iuriſdict.* quo potiſſimum utuntur adverſus profugos, latitantes, & impedientes, quo minus citatio ad eos perveniat *Blarer. L. diffamari. c. 6. C. de ingen. manumiſſ.* vel qui ubi degant, & conveniri poſſint ignoratur, item generale, ut loquuntur, proclama, cujus uſus eſt, cum multi citandi ſint, qui tamen quinam ſint ignorantur, ut plures creditores, debitores. *Authent. ſi omnes. ubi Dd. ſup. minor. ſe hered. abſt.* vel intereſſentes. *Blarer. d. l. diffamari.* in privatis literæ judicis vel arbitri. *l. ſed &. 49. §. 1 de recep. arb.*

Contraria † ſunt illegitimitas exe- 70
cutoris *Mynſinger. obſerv. 78. cent. 1. & d. art. 56. iuris Saxon lib. 3.* ut in Camera quando non eſt immatriculatus, item delicta vel omiſſionis, ut negligentia *l. 2. hoc tit.* vel commiſſionis, ut munus delegare. *l. 1. hoc tit.* item indebitè citare *l. 1. 2. ſup. de off. diverſ. iudic. exeq. c. novit. 44. de appellat. c. cum olim. 11. de privileg.* ſupra debitum ſalarii nomine exigere *§. tripli. inſtitut. de actionib. Specul. de execut. num. 5. per c. militare. 23. q. 1. l. 1. 2. de concuſſ.*

Denique quæcunque contra officium fiunt, omittendo vel committendo *l. 2. hoc tit.* propter quæ mulctari poſſunt, *l. 1. 2. hoc tit.* & ab officio removeri. *l. 2. hoc titulo.* ut eſt

tralatitium *tot. tit. de ſuſpect. tutor. l. mot riſ 9. de pœn. l. quos prohibet. cum ſeq. de poſtul.* atque etiam corporaliter puniri. *l. 2. hoc tit. l. omnes. 12. ſup. de offic. rector provinc.* fuſtigatione, quod olim magis obtinuit, cum magiſtratus lictoribus ſuis pro apparitoribus uteretur, ut oſtendunt *Verrin. Cicer. l. 4 l. anteben. cum ſimilibus. de off. proconſ.* quorum conditionem fuiſſe viliorem ex *Livio & Gell.* conſtat. At hodiè munus hoc dignius eſt, & digniores ad id eliguntur, præſertim in majoribus curiis, in quibus peculiaris eſt legatorum ordo. Itaque non memini eiuſmodi pœnam indici, niſi ex delicto, cui ordinariè debentur, ut eſt falſum, furtum, ac fortaſſe locum invenire poſſit in caſu regulæ *l. pen. & ult. de in jus vocand.* Cum qui non habet in ære luat in corpore, ſed ea regula de pœna leviori eſt accipienda, quam poſſimus dicere non fuſtigationem, ſeu relegationem, quæ & ipſa inter corporales refertur, ut pluribus confirmat *Boſſ. tit. de carcer. num. 4. cum ſeq.* unde mulctari tantum ſolent vel amoveri.

TITULUS III. De Pedaneis judicibus.

1. *Continuatio.*
2. *Judicis notatio & n. 8. eiusq; ſtricta n. 3. & la[illegible]catio. n. 7.*
3. *[illegible]tatus apud Romanos non judicabant, unde etiam non ſimpliciter ſed cum adjectione dicebantur judices n. 5.*
4. *[illegible] in genere quid? n. 8. & 9.*
6. *[illegible]*
1?. *[illegible] duo ſunt genera.*
11. *[illegible] ordinarii ſeu infeudati qui? ac quot eorum gradus? & n. 43.*
12. *Judices delegati qui [illegible] ac quibus a'ys nonu[illegible] ſoleant indigitari.*
13. *Judices Pedanei unde dicti?*
14. *Judex Pedaneus quid?*
15. *Præſidi cur, & quando, judices Pedaneos dare olim fuerit permiſſum, & Præſidis nomine qui intelligantur n. 14.*
16. *Judices pedanei fuerunt alij a delegatis*
17. *Delegatorum appellatione veniunt etiam ſubdelegati.*
18. *Judices ordinarij ijs in cauſis, quas præter juriſdictionem ſuam ex mandato ſuperioru, vel paru, cognoſcendas ſuſcipiunt, delegatorum jure cenſentur, ſecus autem in ijs cauſis, quæ ad ipſorū juriſdictionē ſpectant.*
19. *Quilibet judex, cui univerſitas cauſarum eſt commiſſa, in dubio præſumitur ordinarius, niſi ex circumſtantijs commiſſionis aliud appareat.*
20. *Judicum ordinariorum ac delegatorum differentia à cauſa efficiente, item à materia num. 21. à forma tàm dandi eoſdem. n. 22. quam cognoſcendi n. 23 ab effectu n. 24 & ſeqq. Judices ordinarij, ac delegati, à quibus dari poßint & conſtitui. & nu. 34.*
21. *Cauſæ meri & mixti imperij non niſi in caſu neceſſitatis poſſunt delegari.*
23. *Judices delegati ante litis conteſtationem realiter quem citare nequeunt, arreſtando, aut capiendo ipſum in perſona, ſed ſaltem in ſcriptis, & quidem non niſi inſerto tenore ſuæ commiſſionis citatorio, ſecus autē ordinarius.*
24. *Judices delegati juriſdictionem exercent alienam, & regulariter ſubdelegare nequeunt, easq; cauſas, in quibus ipſis ſubdelegare licet, (de quibus remiſsivè n. 17) totas, & quidem abſq; poteſtate ſubdelegandi demandare tenentur, aliàs nihil agunt, ſecus eſt in ordinarijs.*
25. *Judicis delegati iuriſdictio dicitur odioſa, ordinarij verò favorabilis.*
26. *Delegatus non venit appellatione magiſtratus, ſed tantum ordinarius.*
27. *Pluribus exiſtentibus delegatis, neuter condelegatorum ſine altero, [illegible] proceſſus nullitate, in cauſæ proce[illegible] quod tamen fallit in quibuſdam [illegible], ſecus autem ordinarij.*

28 Plu-

28. *Pluribus exiſtentib. delegatis, uno eorum, aut etiam delegante, re adhuc integra, mortuo, omnium juriſdictio expirat; in ordinarijs verò ſecus eſt.*
29. *Delegatus, condemnato victo victori in expenſas, earum taxationem ſibi reſervare nequit, ſicut nec ſententiam ſuam dubiam interpretari, nec revocare, nec executioni mãdare, quæ tamen omnia poteſt ordinarius.*
30. *Delegatus non ita, ut ordinarius, tempus, quod datur judicatis, arctare aut ampliare poteſt.*
31. *Delegatus mulctam jure definitam excedere nequit, ſecus verò ordinarius.*
32. *Vicarius medium agit inter ordinarium & delegatum.*
33. *Vicarius quando pro ordinario, vel delegato habeatur?*
34. *Iudicum tam ordinariorum, quam delegatorum n. 35. cauſa efficiens, item materia remiſſivè n. 37. forma eoſdem cum dandi. n. 38. tum procedendi n. 39. & eorum juriſdictionem probandi n. 40. finis tam generalis, quam ſpecialis. n. 41.*
Quinam habeant poteſtatem conferendi juriſdictionem ordinariam, qui delegatam? n. 35. & 26.
35. *Privatorum conſenſus privato juriſdictionem non tribuit, ſed ei, qui juriſdictionem jam antè habet, eandem prorogare poteſt.*
36. *Quæ requirantur, ut juriſdictio alicui delegari poſſit?*
38. *Delegatus non ſimpliciter, nec ſine adjectione temporis, ut ordinarius, ſed cum clauſulis extraordinarijs, & præfinitione certi temporis, intra quod litem debeat dirimere, dari ſolet.*
Si nullum tempus terminandæ litis judici delegato eſt præfinitum, intra tempus legale eandem finire debet.
Omnes judices tenentur jurare, ſe judicaturos ſecundum leges, & ſtatuta, quod tamen limitatur in judicibus majoribus. & n. 44.
39. *Omnes judices formam judiciorum uſitatam (de qua remiſſivè) in proceſſu obſervare coguntur.*
40. *Iuriſdictio tàm ordinaria, quàm delegata quibus modis probetur?*
42. *Iudicum e[illegible]us. & n. ſeqq.*
Pœna [illegible] ex [illegible] male judicantis.
43. *Non tantum ordinarij, ſed etiam delegati judices in dignitate ſunt conſtituti, fruſtra quibuſdam diſſentientibus, unde & infames hoc munere fungi nequeunt.*
44. *Iudex judicij potiſſima pars eſſe dicitur, ejusq; poteſtas quæ?*
Iudex invitis etiam jus dicit.
Iudicis juſſum excuſat à dolo, ac pœna.
45. *Iudicum poteſtas non eſt vaga, ſed ad naturam cuiusq; actionis adſtricta, eiq; inſervire tenetur.*
46. *Lege deficiente, & contractu judex poteſt, quod ſibi bonum & æquum videtur, judicare, ſecus autem alterutro horum extante, tunc enim legem, & contractum ſequi tenetur licet utrumq; ex æquo & bono interpretari poſſit.*
47. *Iudici ex cauſa à jure recedere, non tamen contra jus pronunciare licet.*
48. *Nullus judicum omiſſo juris ordine ſecundum ſuam conſcientiam procedere poteſt, quod tamen ibid. limitatur.*
49. *Non omne, quod permiſſum eſt judicis poteſtati, juris neceſſitati ſubijcitur.*
50. *Iudicis officium duplex, & utrumq; quid?*
51. *Nobile judicis officium quando, ac quibus in caſibus poſſit implorari.*
52. *Mercenarium judicis officium quando locum habeat, & circa quos judicij actus verſetur.*
53. *Iudex nulli litigantiũ præ altero poteſt indulgere privilegium.*
54. *Iudici quænam privilegia conceſſa?*
55. *Iudicum adjacentia & n. ſeqq.*
56. *Iudex ex doctrina Baldi duos debet habere ſales.*
57. *Iudicis cognitio ſine literarum, jurisq; ſcientia, eſt improvida.*
59. *Iudicis affines.*
60. *Ejuſdem contraria.*

Poſtquam † de Sportulis & execu- 1
toribus eſt dictum, quæ prima ferè in judicijs occurrit quæſtio, jam ad perſonas, quæ judicia ſuſtinent, eſt progrediendum: cujuſmodi ſunt iudex,

actor & reus. *c. form. 10. de verb. ſignif* Ac primum de judice, ut digniore. *tot. tit. ext. de maioritа. & obedien l. 1. § 5.*
2 *verſ. caſum de poſtaland* Iudex † à judicando dictus eſt *Varro. lib. 4. de ling.*
3 *latina.* & quia † olim Magiſtratus apud Romanos non judicabant, ut plurimum alijs publicis Reipublicæ occupationibus gravioribus diſtracti, ſed judices dabant, *l. 2. h. tit. l. 4. de offic. proconſul. l. eum. 13 cum ll ſeqq l ſolet. 16. cum l. ſequent. de iuriſdict. l. cum prætor. 12 de iud.* eò judicis nomen de delegato, ſeu dato tantum judice ſolet accipi. *l. judex 46 de iud. l. pen. iud. ſolvi. l. 3. §. 1. ne quis eum. l. prætor. 4. de tutorib. datis ab his* & à magiſtratu diſtingui. *l 1. §. ſecundo loco 5. verſic. quamvis de poſtul'a. l. 2. de regul. iur. l 4 §. 1. de inter. act. tot. tit inf ne quis in ſua cauſa.*
4 Quare † & Varro præallegato loco judicem ita definit, qui judicat accepta poteſtate: quo factum eſt, ut hic titulus non de judicibus in genere, ſed de pedaneis, ſit inſcriptus, ipſo nomine denotante, qui nam in jure judices proprié ſint, & appellentur.
5 Magiſtratus † verò non ſimpliciter judices ſolent appellari, ſed addito officij titulo, ut judex, qui tribunali præeſt, vel aliam juriſdictionem habet. *l. 1. de iud* aut penes quem eſt legis actio (ita autem vocatur quilibet actus ſolennis, ut legitimatio, adoptio, &c.) *l. nec adoptare. 3. de offic proconſul* qui juriſdictioni præeſt. *l. qui iuriſdictioni 10. de juriſd. 7. omn iud. l. ex quacunq. cauſa 2. [illegible] quis in ius voc.* aut juri dicundo. *ut [illegible] quoniam 1. inf. ut in poſſ. leg.*
6 [illegible] + & Cujacius *tit. de origin. iur.* Magiſtratum ita definit. ut ſit publica perſona, quæ juriſdictioni præeſt, vel pro tribunali cognoſcit, vel cum publice judicium, [illegible] dictio [illegible] eſt. Iureconſultus vero eum magiſtratum vocat, qui ſit in aliqua poteſtate, ſcilicet ordinaria. *l eum. 13. § 1. de iurisd. omn iudic.* Nam qui extraord nem poteſtatem habuerunt non dicebantur Magiſtratus, ut præfecti vigilum, & annonæ, *l. 2. § & hæc omnia. 33 de orig iur l. ſi in aliã. 7. in fin. de off. proconſul.* Etſi autem † & 7
hi quandoq. iudices abſolutè vocãtur, ſcilicet in materia, quæ propriè ad eorum jurisdictionem pertinet, *tot. tit. de reb. auth. iud. poſſid l. 1. de iudic. l. ſi cum dotem. 22. § nec non 6. ſolut. matri. l. 5. ſup. de iud* tamen hic propriè nomen judicis relatum eſt ad Pedaneos: præſertim cum tractatio inſtituta ſit de jure, & actionibus privatorum, de quib9 potiſsimum non magiſtratus, ſed delegati, eorum nomine judicarũt. Verum quia hæc temporibus, & moribus immutata ſunt, ideo rectius erit in genere diſſerere de judicibus, ſive ordinaria, ſive delegata poteſtate judicent, præſertim cũ nec hæc poteſtas ſine illa intelligi poſsit: & poſterioribus temporibus apparet etiam magiſtratus indiſtinctè dictos eſſe judices tam in foro Civili, *tot. tit. ſup. de off. div. iud.* quam in foro Canonico, *tot. tit. ext. de off. iud. ord.*

Iudex † ergo nobis ſit, qui jus dicit 8
l. 1. de juriſdict. vel judicat accepta poteſtate, ut eſt apud Varronem. hoc eſt, qui rem controverſam publica authoritate cognoſcit, & definit. *l. 1. l judex: 46 de iud. l. ſi cum dotem 22. § nec non illud 6. ff ſolut matr.* Iſidorus: Iudex inquit, dictus, quaſi jus dicens. *c. forma de verbor. ſignificat.* quia jus dictat, ſeu jure diſceptat, iure autem diſceptare eſt iuſtè iudicare: non enim eſt iudex, ſi non

ſi non ſit in eo juſtitia. *c. iuſtum. 23. quæſt. 2.* rectè quoad definitionem rei. *l. rem non novam. 14. §. 1. ſup. de iud.* non rectè, quo ad definitionem nominis, quia judex eſt ſive juſtè, ſive iniuſtè judicet, relatione facta ad id, quod fieri debet, non quod factum eſt. *l. penult. de iuſt. & iur.* Eſt igitur IVDEX
9 † perſona publica inter litigantes media, qui rem horum controverſam diſceptat, ſeu judicat, hoc eſt, cognoſcit & definit publica authoritate. *l. quippe. 78. de iud.* ſeu qui de re aliqua vel jure ſuo, vel jure magiſtratus, qui jubendi poteſtatem habet, cognoſcit, & judicat. *l. cum. 3 l. ſolet. 16. de iurisdict. omn. iud.* Differentia qua judex ab arbitro, & ſimilibus cognitoribus diſtinguitur, eſt autoritas publica, qua ordinarius à Pedaneo, quod ille ſuo, hic alieno iure iudicat. *l. 3 de offic. eius cui mandat. eſt iurisdict. l. 5. 6. 16. de jurisd.*

10 Iudices † alij ſunt ordinarij, alii delegati. *l. apertiſſimi 16. ſup. de iud. tot. tit.*
11 *ext. de off. ord.* Ordinarii † Iure Saxonico infeudati judices Beleheute Richter appellantur *artic. 55. Vbi Gloſſa. lib. 1.* hoc eſt, qui à lege, vel eo, qui legis ius habet, populo libero, aut principe creantur, ut univerſæ iurisdictioni alicuius provinciæ, civitatis, vel loci præſint. *Marant. part. 4. diſtinctio. 5.* & hi rurſum pro varietate iurisdictionum variant, illuſtres, ſpectabiles, maiores, minores. *l. properandum. 13. in princip. & §. penult. cum ll. ſequent. & authen. adhac. l. ult. ſup. de iud. l. 2. ſup. tit. prox. l. 1. ubi Alexand. & Dd. de offic. eius cui mandat. eſt jurisd.* Delega-
12 ti † vel à principe. *l. 2. ſup. tit. 1. l. ſi ut cut. 4 ſup. tit. 2.* vel ab ordinario. *l. 5. ſup. de iud.* ſunt qui non propriam iurisdictionem, ſed mandatam exercent. *l. 1. §. qui mandatam. 1. l. 3. de offic. eius cui mandat. eſt iurisd.* aut omnem, aut in una ſpecie, & quatenus mandata eſt. *l. ſolet. 16. de iurisdict. l. 8. de re iudicat.* & funguntur vice eius, qui mandavit iurisdictionem. *l. ſolet. 16. de jurisdict. omn. iudic.* Hi & arbitri dicuntur. *l. 1. h. tit. l. arbitro. 9. cum ll. ſequentib. qui ſatisd. cogan.* & Græco nomine διαιτηταὶ in conſtitut. græca. *h. tit. & §. ſedebunt in Novell. 82. de iudic.* quanquam hoc Alciat. in dubium vocet *cap. 41. παρέργ. lib. 1.* Pedanei etiam hoc in titulo nominantur. *l. 2. 3. 4. 5. hoc tit.* jure Saxon. entſcheyder oder erwehlter Richter. *artic. 55. ubi Gloſſ. num. 4. lib. 1.* ac reliquæ appellationes in aperto ſunt, de Pedaneo † nomine 13
multum litigatur: pedatij Senatores, qui pedibus in aliorum ſententiam irent, diſcere licet ex *Gell. lib. 3. cap. 18.* pedariorum Senatorum Cicero quoque *ad Atticum lib. 1.* & alibi meminit. Pedaneum nomen Gellius barbarum cenſet. *lib. 3. cap. 18.* & tamen Columella *lib. 5.* & paſſim noſtri utuntur, ducto ſine controverſia à pedibus nomine, quo appellati ſunt iudices à præſidibus delegati, vel quod pedib. nō curru, ut Magiſtratus, qui inde Curules dicti ſunt, ad forū irent, vel ut vult *Anian. ad Paulli lib. 5. ſententiar tit. 17.* quod judicarēt nō pro tribunali in edito loco, ut magiſtratus. *l. pen. de iuſtit. & iur. l. 1. de iud.* niſi in cauſis ſummarijs. *l. nec quicquam. § de plano 3 de offic. procons.* aut voluntariæ jurisdictionis. *l. 2. de offic. procō. iuncto. §. 2. verſ. ut vel in tranſitu. Inſtit. de libert.* ſed in minoribus ſubſellijs, hoc eſt, ad inferiores

gradus

gradus ſeu pedes tribunalis, vel inferioribus curiæ domunculis, ut dicitur in § *ſedebunt. in authent. de iudic* id quod magis probo, quam ut quidam, quod ſtantes pedibus iudicarint, contra *d. §. ſedebunt autem Pedanei iudices, in Authent. de iudic.* aut quod ad pedes tribunalis magiſtratui aſsiderent, conſilij ſuggerendi cauſa, ut aſſeſſores. *tot. tit. de offic. aſſeſſ.* qui inde conſiliarij dicti. *l. 5. de off. aſſeſſ. l. 1. 3. C. eod.* & in conſilium aſsidere. *l. 2. l. ult. de off. aſſeſſ.* & conſilium præbere, exercere. *l. 2. de offic. ejus cui mandata eſt jurisd. l. an apud. 5. de manu. vind. Alc. παρέργων lib. 1. cap. 41. & l. penult. verſic. omnes. ſup. de pact.* Nam pedaneos ab aſſeſſoribus diſertè diſtinguit. *§. 1. §. judices in authent de jud. & §. illud. in authent. ut defun. ſeu funeor.* indeque liquet, pedaneis totam jurisdictionem ſeu cauſam delegari ſolere, quod & probat *l. 3. hoc tit. §. appellationes. § ſedebunt. §. audient. in authent. de iud.* Conſiliarijs vero cognitionem tantum. *d. §. illud.* aut examinationem particularem, ut teſtium *d. §. judices in authent. de iud.* non deciſionem *l. 5. de re iud.* cum horum tantum fuerit conſilium, ut diximus, præbere. *l. ult. de offic. aſſeſſ.* non dijudicare *l. ult. ſup. de offic. aſſeſſ.*

14 Pedaneum † ſic definit *l. ult. h. tit.* ut ſit judex à præſide datus, qui humiliora negocia diſceptat. Verbo diſceptandi plenam cognitionem complectitur *§. 2. & 3. in authen. de iud.* præſidis nomine accipio omnes à Cæſare datos magiſtratus. *l. 1. 3. 4. h. tit. §. 1. & 2 in Authent. de iud.* cum ait Pedaneos non tantum à præſide poſſe removeri, ſed etiam à Curia qualibet, à qua ſcilicet dati ſint. Hi enim † olim utebantur legatis, veluti proconſules. 15 *l. 4. penult. & tot. tit. de off proconſ.* cum ipſi legati Cæſaris eſſent. *l. penult. de offic. præſid.* Itaque cum de omnibus non poſſent cognoſcere, neceſſe fuit jurisdictionem delegare pedaneis *l. 2. h. tit.* tanquam legatis. *l. generaliter 9. de offic præſid.* ubi legati nomen videtur pedaneis communicari. *l. 2. de offic. eius cui mandat. eſt jurisd.* quem textum unà cum tot tit. de pedaneo judice accipio, unde etiam magiſtratibus à principe datis, & titulis horum ſubijcitur, ac deinceps diſtinguitur à ſubſequente tit: aſſeſſorum tanquam diverſus. Ut autem Proconſules non ſuo arbitratu eligebant legatos, ſed accipiebant à ſenatu. *Cujacius obſer. lib. 7. cap 21.* quanquam arbitratu ſuo jurisdictionem his mandabant. *l. 6. de offic. proconſ.* ſic olim præſides non potuerunt ſuo arbitratu jurisdictionem mandare pedaneis, niſi propter occupationes publicas, vel cauſarum multitudinem *l 2. hoc tit.* vel etiam abſentiam. *l. 1. verb. abeſſe cæperit. de off. ejus. l. meminiſſe. 10. de offic. proconſ.* & de hoc caſu accipio. *l. ult h. tit. cum ait præſidi datam eſſe poteſtatem, judicem dandi, in ijs negocijs, in quibus ſuperfluum ſit eius præſentiam expectare:* Quæ verba indicant, ibi de abſente, vel de abfuturo præſide agi: poſtmodum Zeno, & deinde Iuſtinianus certos in quaſque præfectura conſtituit pedaneos judices, quibus præſides & magiſtri officiorum, ſi quas vellent, cauſas committerent *§ 1. cum ſequ nt. in Auth de iudic.* Quod ipſum oſtendit, nunquam ſuo delectu (ut perperam vult, *Cuiac. ad tit de offic. eius verſic. Sed & præſes, & c.*

&c. elegiſſe hos judices pedaneos, unum, vel plures, veluti & legati plures ſæpius dabantur *l. 2. verſic. legatus. Qui & à quo app. l. penult. ver. legatis. de offic. eius cui manda. eſt juriſdict.* ſed electis ad hoc à ſenatu, vel principe, ſuo deinceps arbitratu juriſdictionem mandaſſe, non tamen mandatam ademiſſe, ut in legatis, *l. ſolent 6 § 1. de offic. procons.* idque evidentiſſimè planum facit, *l. 2. ſup de offic. eius, qui vicem judicis vel præſidis obtinet. ver. eos qui præceptione principali ſeu veſtræ ſedis ampliſſimæ, hoc eſt, præfecti prætorio tueri locum rectorum provinciarum noſcuntur*: Qui totus etiam tit: de his pedaneis judicibus eſt accipiendus, quos oſtendit, fuiſſe vicarios non præſidum tantum, ſed etiam aliorum judicum, hoc eſt, magiſtratuum à principe datorum ut oſtendit *rubr. in ver. alicuius judicis vel præſidis. & l. 1. & tot. tit ſup de offic. civil. iud.* ac tantum cauſa neceſſitatis, vel publicæ utilitatis à præſide potuiſſe eligi. *l. 1. d. t. de offic. eius qui vicem alicuius iud. vel præſid. obtin.* quæ congruit cum *l. 2.*
16 *h t.* nec fuiſſe purè delegatos, ſed habuiſſe, quandam juriſdictionē propriam, & imperium mixtum. *l. 2. eod. tit. l. penul. & ult. de offic. eius.* Quod ipſum argumento eſt; illo loco de his agi, nō de reliquis legatis, quibus ea quæ mixti ſunt imperii, non competunt. *l. 4. l. eum, 13. de juriſdict. l. ea quæ 26. ad munic.* & quorum poteſtas tantum differt à Pedaneis, quantum à legatis.

17 Sunt ergo Pedanei judices quidam legati, quia mandatam habent juriſdictionem, ſed aliâ omnino poteſtate, quàm delegati cæteri ad ſingulas cauſas, eſſe ſolent. Hæc habui quæ de Pedaneis judicibus admonerem. Unde an non explicatio facilior *huius tituli.* & illius, qui de *offic. eius, cui mand. eſt juriſd. & ſup. de off. eius qui vicem alicuius iud. vel præſ. obtin.* inſcriptus eſt, deſumi poſſit, quam ex commentationibus, non dico veterum, quos hic prorſus ob ignorationem videlicet hiſtoriarum, & antiquitatis cæcutiiſſe ſubſequens ætas docuit, ſed etiam recentiorum, ut *Alc. præalleg. loc. & παραδόξων lib. 1. c. 2. cum ſeqq. Duar. diſputat. lib. 1. c 1. & 53. Baro. tract. de iuriſdict. & ad tit. de offic. eius. Govean. lib. 1. & 2. de iuriſd. Cuiac. præallegat. loc.* & aliorum, quos videre convenit, penes conferentes & expendentes judicium eſto.

Verum his ita explanatis, ad delegatos, de quibus dici cœptum fuit, revertamur. Horum ergo in numero, atque ordine etiam conſtituantur ab his ſubdelegati *l. un. inf. Qui pro ſua juriſd. c. paſtoralis. 28. c. venerabili. 37. de offic. delegat. c. ſi duo. 3 eod. in 6.* Quod quibus caſibus admittatur, (nam regulariter eſt prohibitum *l. ult. de off. eius. l. 6. ſup. de iud.*) exponunt Doctores, præſertim *Iaſon in d. l. à judice 6. ſup. de jud.* item † ordinarij in iis cauſis, quas 18
præter juriſdictionem ſuam ordinariam ex mandato ſuperioris, vel etiam paris cognoſcunt. *l. 1. h. tit in ver. vice præſidis. l. 3. de off. eius cui mand. eſt juriſd.* Nam ſecus eſt in iis, quæ ad eorum officium pertinent, & tamen à ſuperiore cognoſcenda injunguntur. Hic enim non delegata, ſed excitata juriſdictio putatur. *§. & hoc vero jubemus. in Authent. ut nulli iud. c. licet. 12. ubi Panorm. num. 3. Felin. num 2. de offic. ordina. Bar. & Dd. l. 5. de juriſdict. omn. judic.*

In dubio autem † quiſque potius 19

ordinarius præſumitur judex, quàm delegatus. c. penult. ubi Panor. de offi. vic. Alex. in Rubr C. de offic. eius cui mandat. eſt iuriſd num. 6 cum ſequentib. maximè cum univerſitas cauſarum committitur. l. 1. §. initio. 4 de offic. praefect urb. niſi clauſulæ adijciantur, quæ non ſpectant ad ordinarii juriſdictionem, ut clauſula: Appellatione remota, ex noſtra autoritate, d c. licet. 12. ubi Panorm. num. 2. & 3. de offic. ord. Aut una vel plures cauſæ diſtinctim delegentur l. 2. § ult. ubi Bar. de op. leg. Bar. & Alex l. more 5. ff de iuriſd. omn. iud.

20 Differentias † porro horum plures cumulat, Mar. cap. 4 diſtinction. 5. Nos præcipuas ſecundum cauſas & effectus diſtribuamus. Ac primum à cauſa efficiente.

Ordinarius conſtituitur à ſolo principe, lege, conſuetudine, populo, qui jus principis habet, ſeu non recognoſcit ſuperiorem (ſicut fuit populus Romanus) l. 1 l ult. inf. de emancip. liber. l. more 5. ff de juriſdict. l viros 8 infr. de diver. offic. lib. 12. l. n's de aquæ pluvia. arcen. l. 1. de offic. eius cui mandat. eſt juriſdict.

Delegatus à quolibet ordinario, l. & quia 6. ubi gloſſ. & Dd. de juriſdict. omn iud. vel etiam à principis delegato l. à iudice 5 ſup. de iud. d. c. paſtoralis. 28. & d. c. venerabili. 37. de offic. deleg.

21 A materia † Ordinarius tantū datur univerſitati cauſarū d. l 1. §. 1. de offic. præ. urb. l. 5 ubi Dd de juriſd om. iunc Delegatus etiam ſingulis. l ſolet 16. de iuriſdiction. Ille cauſis mixti & meri imperij. l. 4. de juriſdiction. hic non item. l. 1 de offic. eius qui vicem alic. l. 2. l. 4. iud. de juriſd. niſi in caſu neceſſitatis, vel publicæ utilitatis l. ult. hoc tit. l 1. ſupr. de offic. eius qui vicem alic. iud.

A forma dandi † ille datur genera- 22
tim, cum poteſtate juriſdictionis ordinariæ. Hic adjectis clauſulis extraordinariis. c. licet 12. de offic. ordina.

A forma cognoſcendi & proce- 23
dendi † ille citare poteſt propria authoritate abſque oſtenſione ſuæ poteſtatis non modo per edicta. Authent. Qui ſemel. C. Quomod. & quand. iud. ſed etiam realiter. l conſentaneum. 8. C. quomod. & quand. iud. §. ſi verò. in Authent. de exhiben. reis. Hic verò non ita uſquequaque procedere poteſt, ſed realiter ſaltem ante litem conteſtatam. ita Bartol. num. 1. Caſtrenſ. num. 6. l. 2. de iuriſdiction. gloſſ. l. conſentaneum ver. ad cogendum, & in Authent. Qui ſemel. inf. quomodo & quand. iudex. Ac citationi inſuper formulam ſuæ commiſſionis inſerere debet, c. cum in iure. 31. de offic. delegat. cap. 2. de dilat. Bartol. l. 2. num. 6. Si quis in ius vocan. non ierit.

Ab effectu & poteſtate † Or- 24
dinarius propriam habet juriſdictionem, l. more. 5. de iuriſdictio. omn. iud. Delegatus non habet propriam, ſed exercet alienam, d. l. 1. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict. l. 5. l. ſolet 16. de iuriſdiction Ille delegare poteſt, d. l. more. l. cognitio 4. de offic. eius cui mand. eſt. c. cum Epiſcopus 7. de offic. ordina. vel totam cauſam, vel partem. Authent. ad hæc. ſup. de iud. 5. de re iudica. & quidem cum poteſtate ſubdelegandi c. ſi is cui. 10 ubi gloſſ. de offic ac poteſt. iud. delegat. in 6. Hic non item, l. à iudice 5. ſup. de iud. l. un. inf. qui pro ſua iuriſdictio.

& cum

& cum poteſt, aut totam cauſam ſub-delegare, aut nihil debet *d Authent. aahæc.* nec cum poteſtate ſubdelegandi, *c. ſuper. 27. § Porro. de offic. delegat. Alexan. in rubr. de off. eius cui mand. eſt iuriſdict. num. 13.*

25 Ille † juriſdictionem habet favorabilem. Hic odioſam *c. 1. ubi gloſſ ad ver. odioſus proceſſus. de reſcrip. in 6.* Ille

26 † Magiſtratus nomen habet: hic non item *l. 2. §. 10. de orig. iur. Alexand. num. 2. & 3. Caſtrenſ. num. 2. in l. eum qui 13. de iuriſdict. omn. iud.* Et quamvis Delegatus principis digniorem, Ordinarius tamen firmiorem habet juriſdictionem, *Alexand. in rubric. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdiction. num. 5.*

27. Ordinarius † abſque collega procedere poteſt. *l. 1. de offic conſ. l. ſi uni. vulgò, l. Pomponius. 36 ubi Bartol. de re iud l. Imperator. 11. ad municip. & paſſim de administrat. rer. ad iud. pertinent.* Hic non item, *l. duo. 28 l. duo. 39. de re iudic. c. causam. 16. c. cum cauſa. 22. de offic. deleg.* niſi in commiſſione ſit expreſſum, *c. prudentiam. 21. de offic. delegat.* Aut delegatus ſit ad univerſitatem cauſarum, *Bart. num. 3. Alexand num. 7.* qui dicit hanc eſſe communem *in d. l. Pomponius*: licet contra ſtatuat *Panorm. in d. c. cauſam 16. num. 3. & 7. de offic delegat. per c. ut officium 11. de haret. in 6.*

28 Horum † uno mortuo omnium expirat officium *c. penult. de offic. delegat. Caſtrenſ. l. cum magiſtratus num. 2. 3. & 4. C. Quando provoca. non eſt neceſſe. & in l. ſi uni l. 2. 3. 5. & 6. de re iud.* ſicut & mortuo delegante re integra. *l. 6. de iuriſdict. l. gratum. 20. c. licet 30. de off. delegat. c. ult. de offic. leg in 6.*

Ille † poteſt condemnare victum victori in expenſis reſervata ſibi taxatione: Delegatus reſervare æquè non poteſt *l. terminato. 3. ubi Bart. num. 8. infr. de fruct. & lit. expen.* Ille ſententiam ſuam interpretari (ut fit in leuterationibus) *l. ab executore 5. de appellationib.* etiam revocare poteſt, nedum interlocutoriam *l. quod iuſſu 14 de re iudica.* ſed etiam definitivam. *l. ſi præſes 6. C. quom. & quā. iud. l. 1. inf. de ſen. l. 1. inf. ſent. reſc. non poſſ l. 1. inf. de ſent. ex brevi. recitat.* de quo plura *Bart. in l iudex 55. de re iudicat.* Item & exequi non modo ſuam, ſed & delegati. *l. à Divo pio. 15 de re iudicat. c. 4. de for. competen.* Ac tempus † procurationis, quod datur judicatis, ampliare, *l. 2. de re iudicat.* cum nihil horum poſſit delegatus. *l. 4 infr. quomodo & quando iud. l. à Divo Pio ubi Dd. Alexand. in rubric. de off. eius cui mand. eſt iuriſdict. num. 11. Panorm. in d. c. 4. de for. competen.* Ille † mulctare ſuo arbitratu poteſt. *l. 2. ſi quis in ius vocat. non ier. l. 4. ſup. de mod. mulctan. l. uni. ubi Bart. & Dd. ſi quis iudici non obtempera.* Hic ad certum tantum modum *l. eos 6. ſup de mod. mulct.* Quibus ex omnibus & ſimilibus, de quibus videre licet *Marant. part 4. diſtinct. 5.* non obſcurè intelligi poteſt, quantum inter utriuſq; juriſdictionem interſit.

29 30 31 32

Cæterum † inter ordinarium & Delegatum veluti intermedius eſt vicarius *tot. tit. ſupr. de offic. vicar. l. 1. & 2. de leg. 3. & extr. de offic. vicar.* Cum quo judices Pedanei magnam habent, ut dixi, affinitatem, excepto, quod hi in minoribus ſubſelliis judicarent, Vicarii

autem in tribunali illius judicarent, cuius vicem gerunt, *l.1. §.1. ubi Bar quis & à quo appell.*

33 Qui quidem † à ſuperiore, qui ordinariam juriſdictionem conferre poteſt, conſtitutus, pro ordinario in dubio habetur *c. penult. ubi Panorm. de offic. vicarior. c. 2. eod. in 6.* Ab inferiore vero datus pro delegato habetur. *Alexan. in rubr. de offic. eius cui mandat. eſt juriſdict. num.*13. niſi ex cauſa neceſſitatis, vel poteſtate eiuſmodi à ſuperiore accepta conſtituatur, nam tunc ab ipſa lege, vel principe conſtitui intelligitur, *l. 1. l. penul. de offic. eius cui mandat. eſt juriſdict. l. 1. 2. ſup. de offic. eius qui vicem alicuius judic. l. 1. 3. h tit.* de quo vide plura apud *Iaſon in l ſi eadem. 3. de offic. aſſeſſ. c. Romana. 3. de appellat. in 6.*

34 Cauſa † ordinariæ juriſdictionis eſt Lex *l 6. in verb. ipſa lex defert. de juriſdict omn. jud. l. 1. de offic eius. cui mand. eſt juriſd.* & conſuetudo *l. 1. l. ult. infr. de emancipa l viros. 8. infr. de diverſ. offic. & apparit. judic. lib. 12. l. 5. de juriſdict. omn. judic. c. 2. ubi gloſſ. 1. ne præla. vices ſuas.* vel qui legis vice eſt Imperator. *§. ult. in Authent. de inceſt. nupt. l. 1. de offic. eius cui mand eſt juriſd.* à quo omnis, velut a fonte, & capite, juriſdictio fluere perhibetur, *l. 1. ad L. Iul. de ambitu. l. 1. ubi Dd. de conſtitut. princip. c. 1. §. judices. ubi gloſſ. Bald & Dd. de pac. jur. firm. & in c. 1. quis dicatur dux. March. Bartol. l. 1. num 15. cum ſeqq. de juriſdict. & Angel. ibidem. in rubric. num. 1. & 2. gloſſ. c. 2. ver. ſtatuantur* : prælati, item duces, comites, marchiones, qui etiam ordinarios conſtituere poſſunt, *c. 1. ubi Bald. & Dd. de feu. March. Alexand. conſil. 25. num. 4 volum. 5. Deciſion. Neapol 77. num. 3.* ſicut & Epiſcopi. *d. c. 2. ubi glo. ve ſ. ſtatuuntur. ne præl. vices ſuas.* qui ducibus comparantur. *c. 1 ubi Gemin. nu. 4. & 5. c. cum Epiſcopus. c. ut litigantes. de offic. ordin. in 6.*

Inferiores ab his † non ordinarium judicem, ſed tantum delegatum dari poſſunt. *§. ad hæc prohibemus. in Authent. de collat. Marant. part. 4. diſtinct. 5. num. 12.* privatorum conſenſus, & electio judicem non facit, quia juriſdictionem dare non poſſunt, quam ipſi non habent *l. 3. infr. de juriſdict.* ex regula *l. 4. §. ult. de offic. proconſul.* ſed tantummodo prorogare. *l. 1. & 2. de judic. l. ſi convenerit 18. de juriſdiction.* Quare & jure Saxon. nemo judex eſt, niſi qui ad hoc munus publica autoritate electus, & ut loquuntur, infeudatus eſt, *artic. 78. ubi gloſſ. lib. 3. & artic. 55. lib 1.* 35

Sed præter hæc, † ut conſtet juriſdictio, præſertim delegata, duo requirit Accurſ. ut verò liceat jubere judicare, hoc eſt, ut invito imponi hoc muneris poſſit, tertium etiam deſiderat *in l. eum. 13. verb. magiſtratum. inf de juriſdict. inf.* 36

Primò ut ſit ordinarius, qui dat judicem. *l. 5. inf. de juriſdict.*

Secundò ut ſit eius cauſæ ordinarius, ſuper qua judicem dat. *l. 1. infr. tit. 1. qui pro ſua iuriſdictione. l. 3. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdict.*

Tertiò, quo poſſit jubere judicare, ut ſit ordinarius eius, cui delegatur. *l. ſancimus 6. verſic. in eodem duntaxat loco. ſup. de adv. diver. iud. §. ſi verò in Authent. de defen. civ. l 3. in ver. eiuſdem municipij de tutorib. & curatorib. dat.* Nam ſi deferatur non ſubiecto,

teneat

tenet quidem delegatio, ſed obſequi invitus non cogitur, cui delegatur. *l. ult. de juriſdict. l. non diſtinguemus. 32. §. ſacerdotio. 3. de arbit. Alexan. & Iaſon. in d. l. cum. ubi Caſtren n. 4.* & alia duo neceſſaria addit. Unum ut cauſſa per ſe ſit delegabilis. *l 1. de offic. eius. c. lator. 5. qui filij ſint legitim.* Alterum ut delegatus ſit capax illius juriſdictionis, *l. cum prætor. 12. §. 1. de iud.*

37 De Materia ‡ circa quam officium, & poteſtas judicis verſatur, oportunius dicemus. *inf. ad Titul. ne quis in ſua cauſa.*

38 De Forma ‡ creandi judicem plura *Barbat. conſ. 34. num. 2. volum. 4. gloſſ. artic. 55 num. 4. & 5. lib. 1.* Ordinarius generatim abſque clauſulis, & ſine præfinitione temporis dari ſolet, *c. licet. 12. ubi Panor de offic. ordinar.* Delegatus cum clauſulis, & expreſſo tempore, intra quod cognitio ſit terminanda. *clem ſæpe de verb. ſignif. l. 2. § 2. l. ſi judex. 32. de judic.* ubi & hoc notatur, quoties in delegatione non præfinitur certum tempus, eſſe tempus legale, *ut diximus in l. properandum. ſup. de judic.* Hoc autem habent commune, ut accipiant poteſtatem tam abſolvendi, quam condemnandi. *Revard. in l. nemo. 37. de reg. jur. per l. 1. de re iudicat.* & obligentur ad ordinem judicij obſervandum. *Bald. l. 2. num. 31. ſup. ſi contra jus vel utilitat. public.* eoq; ad jusjurandum initio officij, non in ſingulas cauſas: *§. quia verò. in Auth. de iud.* ut ſcilicet judicent ſecundum ordinem legum & diſpoſitionem *Auth. hodie ſup. de iudic. § 1. in Auth. de defenſ. civit.* ut refertur formula jurisjurandi in *c. un. in Auth. iusiurandũ quod præſtat. ab his qui admin. accip.* Quanquam majores hoc eſt præſides provinciarũ, & ſimiles, penes quos fuit imperium, & qui jure principis liberius judicarunt. *l. 1. l. pen. de offic. præſid.* juraſſe non in leges ſtrictè, ſed in id, quod æquius & melius videretur, apparet ex *d. c unic. in authent. jusjurandum. quod præſtatur ab his.* Vnde ſumpta eſt *Authent. hodie jurant. ſup. de iudic.* id quod & curiæ ſummorum principum hodie ſequuntur. *Guid. Pap. deciſion. 58. Dec. conſil. 200. in fine. latè And. ab Exc.cea. de pact. num 326. cum multis ſeqq.*

Forma procedendi ‡ poteſt intelligi 39
ex ordine judiciorum, *de quo ſup. diximus ad tit. de jud. & inf. ad tit. de ord. iud.* Nam hunc judex ſervare cogitur, *l. prolatam. 4. ubi Bald. num. 3. & 4. inf. de ſentent. & interlocut. omn. iud. & in l. 2. num. 31. ſup. ſi contra ius.*

Forma probandi ‡ aliquem eſſe ju- 40
dicem ordinarium nulla requiritur, cum res ſit publicè notoria *Bald. in l. ult. num. 42. inf. de edict. divi Adrian. tollen.* in ſingulis tamen partibus, & locis quandoque opus eſt, docere juriſdictionem eſſe, quo caſu ita probatur juriſdictio, ut reliqua jura incorporalia, poſſeſsionum, finium, territoriorũ. *c. cum cauſſam. de probat. c. 2. ubi Innoc. num. 3. de Capell. monach. l. monumentorum. 6. inf. de religioſ. & ſumptib. funer. Iaſon. poſt alios in l. 3. num. 22. 23. cum ſequent. de juriſdict. Bal. conſil. 161. nu. 3. & 4. volum. 3. Montan. in tract. fin. regun. cap. 77.* Delegatam verò juriſdictionem ex literis commiſsionis probari ſupra oſtenſum eſt. *l. un. ſup. de mand. princ. d. c. cum in jure. ubi Panor. & Felin. de offic. delegat. & c. præterea. de dilat. Bart. l. 2. num. 6. ſi quis in jus vocat.*

41 Finis † Generalis eſt jus & juſtitiam, quando petitur, adminiſtrare, ac reddere. §. *oportet. in Auth. de iudic. ubi gloſſa eleganter. articul. 55. iuris Sax. lib. 1 nu.* 3. ſpecialis & proximus ut finē controverſiæ ſententia ſua imponat *l. 1. l. in lex. 55. de re iudica.*

42 Effectus † multiplex, tam quo ad iudicem, quam quo ad litigatores. Quo ad iudicem, quod non magis iudicet, quam iudicetur, *l. rem non novam. 14. ſup. de iud.* & ſi perperam diſceptet, ſive in cognoſcendo. *l. argentarius. 10. §. 3. de edend.* ſive in definiendo. *l filiusfam. 15. de iud. l. ult. de var. & extraord. cogn.* obligetur tam parti leſæ ad intereſſe. *§. 1. Inſtit. de obliga. quæ ex quaſi del d l. argentarius. in fin d. l filiusfamil. 15. d. l. ult.* quam ſuperiori, & reipubl. ad pœnam, pro modo delicti. *l. ult. & tot. tit. inf. de pœn. iud. qui malè iud.*

43 Ad Effectum † etiam pertinent dignitas, poteſtas, officium, privilegia judicum. Dignitatem penes ordinarios eſſe dubium non eſt. *l. iudices. 12. inf. de dignitat lib. 12. l. 3. §. 1. Verb. jure honoris. quod met. cauſ. l. obſervandum. 19. verb. dignitatis. de offic. præſid l. ſi familia. 9 Ver. maieſtas prætoris. de jurisd.*

Ea porro dignitas variat, pro varietate Magiſtratuum, quorum alij illuſtres ſunt, alii ſuperilluſtres, alij ſpectabiles, alii clariſsimi. *l. 1. ubi gloſſ. & Dd. de offic. eius cui mandat. eſt iurisdict. l. 1. inf. de dignitat. l. properandum. 13. in princ. & §. pen. cum l. ſequent. & Authent. ad hæc. ſup. de indic. l. 2. ſup tit. 1.*

Delegatos non habere dignitatem, etſi quidam arbitrantur, magis tamen placet & huic muneri dignitatem ineſſe. *l. ult. inf quando provoca. non eſt neceſſ. c. ut debitus. de appellat.* cum ſit publicum. *l. quippe. 78. de indic* & infames eo arceantur. *l. cum prætor. 12. §. 2. verſic lege. de indic.* ſecundum regulam. *l. 2 inf. de dignitat. lib. 12. Latè Tiraq. de nobilit. cap. 28. n. 2. 3 cum ſequent.*

Poteſtas † in judicijs præcipua, unde & potiſsimam judicii partem, ac velut caput eſſe judicem. Bal. ait *in rubric inf. ſi à non comp. iud. num. 2.* itaque invitis ius dicere. *l. inter. 83. §. 1 de verbor. obligat.* & contumaces ad officium, atque obedientiam varijs modis cogere poteſt. *l. unic. ubi Bar. ſi quis jus dicenti non obtemperav. cap. 2. ubi Panor. num. 12. de dolo & contum. l. 1. §. ſi frater. de collat. bon. l unic § omnes. 2. verſ. ſcientes. inf. de aſſer. toll.* Quare & iuſſum eius excuſat à dolo & pœna. *in l. 6. §. 3. verſic. qui iuſſu. de his qui not. infam. l. 7. §. doli. 4. de iurisdict. c. quod quis mandato. 24. de regul iur. in 6* Quia ut inquit I. C. parere eſt neceſſe. *l. non videntur. 167. §. qui iuſſu de regul. iur.* & facit eſſe licitum, quod a- 44
lias eſt illicitum : Ea tamen poteſtas † in 45
judicandō legibus eſt reſtricta, olim quidem formulis *Cic. pro Roſcio. Commed.* & traditur, *in §. actionum. Inſtit. de actionib.* quæ etſi abrogatæ ſunt. *l. 1. & 2. inf. de form. & impet. ſub.* res tamen manet, nec judex poteſt hic naturam actionis excedere, ſed debet ei inſervire, & iudicium ſuum eidem accommodare. *l. 4. de eo quod cert. loc.* Arbitraria iudicia, & bonæ fidei, etſi magis arbitrij ſunt; tamen & hic iudicis arbitrium debet eſſe, ut loquuntur, legale, nec extendi ultra petitiones : *Specul. de actionib. §. ſuper. nu. 8 per l. ult. inf. de fideicom. libert.* aut ultra probationes. *l. argentarius 10. §. ult. ubi Dd de edend. l. 2. 5. inf. de rei vindi-*

46 *vendicat.* nec aliter † ex bono & æquo judicare, aut quid ſibi æquius melius videtur facere poteſt, quam cum deficit contractus, & lex, *Speculat. de offic. jud. in princip. num. 3. per. §. penul. Inſtit. de loc. & cond.* Quanquam & contractus, & leges ex bono & æquo interpretari poſſunt, ut dictum eſt. *ad l. placuit. 8. ſup. de iudic.* Ex cauſa tamen
47 † à iure recedere, *Salic. authen. hodie. ſup. de iudic. num. 3.* nam cauſa iuſta facit, ut contra jus agi nihil intelligatur, *Tiraq. in tractat. de pœn. in princ.* Contra jus vero nemo judicum agere, aut pronunciare poteſt, ne quidem præfectus prætorio. *l. 2. ſup. de offic. præfect. prætor. Curt. ſenior laũ conſil. 149. memoria. in fine. Andreas ab Exea. in tractat. de pac. num. 324.* Nec omiſſo
48 † iuris ordine procedere ſecundum conſcientiam, ſola veritate facti inſpecta, niſi ſummus princeps, aut *ut ſup. diximus*, conſiſtorium, conſilium ſeu ſenatus principis (qui principis nomine agunt,) *Alex. in l. nemo. 55 de lega. 2.* niſi ſpecialiter talis in judicando poteſtas ſit alicui data. *c. ult. ubi gloſſ. ad ver. Figura. de hæret. in 6.* neque tum adverſatur quod ſupra poſitum eſt, judices, & magiſtratus maiores non adigi ſacramento, ut ſecundum leges iudicent, ſed ſecundum id, quod juſtum & æquum ipſis videbitur, *d. §. penult. in Auth. jusiurand. quod præſt.* nec enim per hoc libera putetur conceſſa facultas contra leges pro ſuo arbitratu, & ſecundum conſcientiã decernendi, ut loquuntur, cum ipſæ leges in caſu ſuo juſtæ ſint, & æquum bonũ exhibeant. *l. penult. de juſt. & jur. l. 2. de legib.* & de ejuſmodi juſticia, ac æquitate, quæ ſit legalis eã formulã accipiendã oſtendunt verba ſequentia, ſecundum legem, & omnem juſticiã, item præter jus & fas; quare illa clauſula adiecta, æquitate cõmuni ex parte ſervata, & prout mihi iuſtum videbitur, accipiatur de opinione boni viri, æquitateq́; legũ ſententiæ cõſentanea, de qua dictũ eſt. *l. placuit. ſup. de iudic.* Concludendũ igitur cõtra jus & ſecundũ conſcientiam, & ſuper caſu, de quo Lex principaliter agit, nullũ iudicẽ aliter ſtatuendi poteſtatẽ habere, præter ſummũ principem. *l. 1. ſup. de legib.* & eius ſenatũ. *l non ambigitur de legib.* ut hæc latius perſequitur. *Purpur. n. 56. & alij in l. 1. cui mandat eſt iurud. Capoll. conſil. 17. viſo. And. ab Exea. de pact. n. 333.* Cæteros verò qualescunq; iudices nõ contra, ſed præter legẽ tantũ judicãdi poteſtatẽ habere. *§ oportet. in authent. de iudic.* nec aliter quàm ex iuſta cauſa à iure recedere poſſunt. *l 3. ubi Dd. ſup. ex quib cauſ. infam irrog* hic tamen laxiorẽ poteſtatẽ eſſe maiorũ magiſtratuum quàm iudicũ inferiorũ. *d §. pen in auth. iusiur quod præſtat. Salicet in authent. hodie iurant. ſup de iud.* Illud etiã † hic ad- 49
monẽdi ſumus, nõ quicquid iudicis poteſtati permittitur, id cõtinuo ſubijcitur iuris neceſſitati *l. nõ quicquid 40. de jud.*
Officiũ † iudicis duplex eſt; Nobile & 50
Mercenariũ, *c. 1 & 2. de offic. iud.* illud merũ, generale, & per ſe exiſtens. *Specul de offic. ind. § poteſt. n. 2.* pertinens ad ordinarium. *l. 1. de iuriſdict. l. à Divo pio. 15. de re judica. in princip.* quo liberè & abſque actionis miniſterio utitur. *l. 9. §. 3. de offic proconſul. l. quod ſi minor. 24. §. ult de minor.* hoc mercenarium, quod actioni deſervit, & abſque actione, & iudicio eſſe non poteſt *l. ædiles. 25. §. 8. de ædil. edict. l. 4. de eo quod cert. loc. l. iudex. 55. de re judica. Specul. præallega. loc.*

adde

addit officium Anomalon, & hoc rurſum dividit in plenarium, & ſummarium: ſed hæc quoque ad ſuperiorem diviſionem pertinent, nam aut incidunt in nobile officium, aut mercenarium. *ut l. 2. de fer.*

51 Nobile † præcipuè locum habet in tribus, aut extra litem, aut ante litem, aut poſt litem. Extra litem, cum abſque judicio officium judicis imploratur ut *l. 4. 6. l. obſervare. 9. de offic. proconſul. l. congruit. 13. de offic. præſ.* tam in contentioſa jurisdictione. *l. 1. & 5. de iurisdict.* quam voluntaria. *l. 1. de offic. conſ. l. 1. de offic. prætor.* Ante litem ut in tentanda reconciliatione, *c. ult. de transact. c. cum inter 16. de elect. auth. ſi vero ſup. de iud.* & providendo, ne ad arma & vim litigatores deveniant *l. ſi cuius. 13. §. 3. verſ. æquiſſimum. de uſufruct.* atque ita à laboribus, & ſumptibus partes, quoad fieri poteſt, relevando. *c. 1. de reſtit. ſpoliat. in 6. c. cum te conſulente. 18. de offic. delegat c. 5 de dol. & contum.* item in admittendo, aut repudiando libello. *Speculat. de offic. omn. iudic. §. deſeruit. num. 10. & 17. per doctrinam gloſſ. & Dd. in l. 1. de offic. aſſeſſ.* etiam parte non opponente, ut ibidem *Speculator. num. 17.* Item in decernendis citationibus, in dando advocatum, vel procuratorem non habentibus. *l. 1. §. 4. de poſtul.* & inter plures eligendo magis idoneum *l. ſi plures. 16. de accuſat. l. 2. de popul. act.* Poſt litem verò in exequendo. *l. unic. ſi quis ius dicenti non obtemper. l. à divo pio. 15. de re iudic. l. 1. inf. de plus petit.* & ex cauſa iudicati pignora diſtrahendo. *l. ſi ob cauſam 13. inf. de evictione.*

52 Mercenario autem † pendente lite, hoc eſt, ea conteſtata, demum locus eſt. *d. l. ædiles. 25. §. 8.* uſque ad ſententiam, incluſivè. *l. iudex. 55. de re iudicat.* Quod verſatur circa omnes actus judicij, qui litis conteſtationem ſequuntur, ut dilationes. *c. 1 de dilat.* exceptiones. *c. paſtoralis. de except.* probationes. *c. præſentium. 31. c. per tuas. 48. de teſtib.* denique circa omnia ea, ſine quibus judicium expediri non poteſt. *l. 2. de iurisd. l. ult. de offic. eius cui mand. eſt iurisd.* quorum ſumma eſt cauſæ cognitio, *l. iudices. 9. ſup. de iudic.* & definitio. *l. 1. d. l. iudex. 55. de re iudic.*

Privilegium † jus eſt ſingulare *c. privilegia. diſtinctio. 3* quo adverſus neminem judex uti poteſt, ſecundum antiquiſsimam regulam; Privilegia ne irrogantor. *Cic. lib. 3. de legib.* multo verò minus alterutri parti præ altera aliquid ſingulare concedere debet. *§. 1. & 2. in auth. ut iudic. quod præſt. l. 1. & tot. tit. quod quisque iur. c. accedens. ubi Panor. ut lite non conteſtat.* ſolo principe excepto *l. 1. de conſtitution. Nov. 159. cum ſimilib.* 53

Quædam tamen † competunt judici ſingularia, tanquam privilegia, utpote quod factum ejus habetur pro facto partis. *l. ſi ob cauſam. 13. inf. de evict.* quod pro eodem præſumatur. *c. quoniam. 11. ubi gloſſ. ad ver. præſumatur. de probat.* etiam contra tertium, ut pluribus confirmat. *Cravett. de antiquit. tempor. § 3. num. 29 & 23.* quod eidem etiam injurato credatur. *Dd in l. ne in arbitris. 4 ſup. de arbit. & l. quoties 18. §. ult. ubi gloſſa. de probat.* quod in jus vocari non poſsit. *l. 2. de in ius voca.* quod ſine traditione dominium transferat. *§. ult. de offic. iud. Dd. in l. traditionibus. 20. ubi Alciat. ſup. de pact.* & ſimilia, quæ infinitum eſſet perſequi. 54

Ad-

55 Adjacentia † & προσκείμενα quatuor tradit *gloſſ. lib 1 artic. 55. juris Saxo. num. 5.* juſticiam, ſapientiam, fortitudinem, & temperantiam. Quanquam alia adijci huiuſmodi multa poſſunt, ut inquiſitio veritatis, diligentia, moderatio. *ex Authen. de judicib. & c. un. Authen. jusjur. quod præſt. ab his, qui admin. accip. & in Auth de defenſorib. civitat. ex l. judices 9. l. properandum. 13. l. rem non novam. 14. ſup. de judic. l. 2. 3. de teſtib* cum ſimilibus

56 Baldus † illi attribuit duos ſales, alterum ſapientiæ, ne ſit, inquit, inſipidus: alterum conſcientiæ, ne ſit diabolus *Bald. l. 2 numer. 5. de ſentent. ex breuicul. recit. Iaſon in l. rem non novam 14. num. 1. ſup. de judic.* deinde conſcientiam tribuit duplicem, alteram legis, alteram propriam, quæ ſibi invicem congruere debent, aut ſi diſſonant, inquit, ſequenda eſt legis potius, quam propria conſcientia *Bald. l. certi. numer. 1. ſupr. de judic & in l. ultim. num. 2. infr. de pen jud. qui malè jud.*

57 Huc etiam † referatur ſcientia literarum, ac juris cognitio, ſine qua cauſæ cognitio non ſatis provida ſuſcipi poteſt. *l. penult. ubi Dd. ſupr. de judic. Felin. & Dd. in c. ſuſcitari, de reſcript.*

58 Huc etiam † pertinent ſalaria & ſportulæ, de quibus diximus *ſupra tit. de ſportul.* & tractatur amplius in *Authent de manda. princip. & de def. civit. de jud. ut jud. ſine quoquo ſuff. c. cum ab omni. de vit. & hon. cler.* Locus ad judicandum idoneus. *l. penult. de juſtic. & jur. l. quid tamen. 21. § ſi arbiter. 10. de arbitr.* tempus. *§ ſi debunt ubi gloſſ. ad ver. tempore matutino in Authent. de judic. l. non minorem. 20. ſup. de tranſ.* ſcriptura, & acta judiciorum *c. quoniam. 11. de probat. § 2. ubi gloſſ. ad ver. ex non ſcripto. in Authent de mandat. princip. Novell. 17. l. ult. inf. de re iudic. ubi Bald. & l. 2. inf de edin.* Item adminiſtri, ut aſſeſſores *l. 1. & tot. tit. ſupr. de offic aſſeſſor.* Viatores. *l. ult. ſup. de judic. & ſupra de ſportul. & exe. § 4. in Authent. de defen. civ 1.* notarii, qui & Exceptores dicuntur, de quibus *cap. 4. §. deinde quarto. ubi gloſſ. ad ver. exceptorem in authent. de defen. civitat. Novell. 15. d. c. quoniam. 11. de prebat.*

Affines † ſunt arbiter. *l. rem non novam 14 ſup. de iudic. l. penult. ſup. de arbit. l. 1. ff eod.* præſertim is qui juris arbiter dicitur *l arbitrio 9. cum l ſequent. qui ſatiſd cog n. l ſancimus 6 ſup de adv. diverſ judiciorum.* examinator *l. judices 18. inf. de fid. inſtrument.* cognitor. *l. 5 de re judic.* executor. *l. ſi ut propone 6. C. de rei vend. Bartol. in l a Divo Pio. 15. in princip. de re judicat* teſtator *l. non eſt mirum. 26. ibi eum nis Dd. de pignorat. act. l ſolent. 3. de alim. leg. l. ſervus 9. de manumiſſ. cum ſimilib.* 59

60 Contraria † quæ in aliquam cauſarum incurrunt, vel efficientem, ut *l. 1. 2. 3. hoc tit l. Cum prætor 12. l. 5. de judic. c. 5. qui fil. ſint legitim.* Vel materialem *l. in fin. h c tit l. 1 infr. tit. 1. qui pro ſua iuriſdict.* Vel formalem. *l prolatam. ubi Bald. infr. de ſentent. & interl. om. iud. § in quo. in Authent. de judic. & defenſ. civit.* Vel finalem, ut omnia, quæ cum officio pugnant, puta inæqualitas *c. accedens. ubi Innoc. ut lite non conteſtat. & in Authent. jusjur. quod præſt. §. penult. in Auth. de defenſ.*

M *civit.*

civit. Sordes *l. penales. 7. infr. quand. provoca. non eſt neceſ. l. 2. de cond. ob turp. cauſ. l. filiusfam. 15. de iudic.* Delegatio audientiæ *l. nequicquam 9. §. obſervare 4. verſ. omnino deſideria audiantur. de off. proconſul. l. 3. inf. de excuſ. tut.* juſtitia. *l. 2. ſup. de off. civ. iud. Clement. 1. Vbi latè Zabarella. num. 48. cum ſeqq. de excuſat. prælat. Ferrar. in actio. reali numero 21. Hoſtien. de offic. ordina. num. 4. Mynſing. obſervat. 88. centur. 1. obſerv. 24. & 74. centur. 2.* imperitia. *l. illicitas 6. §. ſicuti 7. de off. præſi. §. 1. Inſtit. de obligatio. quæ ex del.*

TITULUS IIII.

Qui pro ſua juriſdictione judices dare, darive poſſunt.

1. *Ratio ordinis.*
2. *Quinam judices dare poſſint remiſſivè.*
3. *Omnes poſſunt dari iudices, qui non reperiuntur prohibiti.*
4. *Quinam judices dari prohibeantur.*
5. *Naturâ prohibiti dari iudices conſenſu litigantium non poſſunt habilitari, & illi qui?*
6. *Minores an & quatenus judices eſſe nequeant. & num 8.*
7. *Pupilli & mulieres num. 11. iudices quidem creari nequeunt, ſi ipſis tamen iuriſdictio iure hereditario obvenit, per tutores, ac conſiliarios ſuos iudicandi munus expediunt*
9. *Lege prohibiti dari judices qui?*
10. *Moribus ad judicandi munus inhabiles qui?*
12. *Iudicum delegatorum cauſa efficiens ipro unqua, item impulſiva duplex, num 13 14. inſtrumentalis. num. 15. materialis remiſſivè num. 16. formalis. num. 17 finalis num. 18.*
13. *Iudices ordinarij vel ob iuſta impedimenta, vel propter ſuſpicionē, puta quod advocati ante in cauſa fuerint, cauſas vel ad ſuperiorem remittere, vel eaſdem alijs delegare poſſunt.*
17. *Plures, quam unum iudicem, & quidem impari numero dari præſtat. & num. 8.*
   Diſcordantibus ſententijs judicum, impari numero datorum, plurium concordantium ſententia recipitur, diſſentientibus vero iudicibus pari numero datis, ordinarius authoritatem ſuam interponere ſolet.
18. *Delegatio cauſarum cur permiſſa? & numer. 13.*
19. *Iudicium delegatorum effectus.*
   Sententia lata a judice delegato non ſecus valet, ac ſi fuiſſet ab ipſo delegante lata, eamq; hic exequi debet.
20. *Dationi judicum quænam ſint affinia.*
21. *Eiuſdem contraria.*

POſtquam † in genere de judicibus dictum eſt, conſequens eſt ſigillatim aliquid de cauſis dicere. Ac primum de cauſa efficiente, qui, quos judices dare poſſint. 1

Iudices † dare poſſe, quibus id lege vel more conceſſum eſt, ſupra expoſuimus. 2

Dari autem † poſſunt omnes, qui non prohibentur. *l. cum prætor. 12. cum ibi notat. ff. de iudic. facit l. mutus. 41. de procurat. l. 1. 2. 3. de teſtib.* non ſolum patres, ſed & filiifamilias. *d. l. cum prætor. 12. in fine. l. filiusfam. 15. l. in privatis 77. cum l. ſequent. de judic.* unus vel plures, quanquam plurium certius eſt judicium 3

um. *c. prudentiam. 21 de offic. delegat. c. 1. de arbitr* ſpectatæ fidei, opinionis, & prudentiæ. § 2. *& penult. in Authent. de defenſ. civitat.*

4 Prohibentur † autem quidam natura, quidam lege, quidam moribus *d. l. cum prætor* 12. *de iudic.* quod ita accipiendum eſt, quoſdam jure civili prohiberi · Quia autẽ hoc jus, cauſam trahit vel ex natura, vel ex legibus, vel moribus, (quo modo jus aliud dicitur eſſe naturale, aliud gentium, aliud civile, non quod non unicum ſit, videlicet Romanorum jus, quod libris noſtris comprehenſum eſt, ſed ut ait Imperat: quia collectum eſt, quâ ex præceptis naturalibus, quâ ex gentium, quâ ex civilibus. *in princip. & paſſim Inſtitut de iur natural. & l. 1. § ultim. de iuſtit. & iur*) ideo prohiberi quoſdam ob naturalem rationem, quoſdam ob rationem civilem. Eandem interpretationem habent quoque ſimilia ut *l. 1. de poſt. l. 5. de teſta. & Inſtit. quib. non eſt perm fac. teſt* cũ ſimilibus.

5 Natura † qui prohibentur, etiam ſi judices creentur adverſa parte nihil opponente, non tamen valet judicium, quia non eſt in arbitrio opponentis, aut negligentis huic vitio mederi, *Ioan. Andr. ad Speculat § excipi. num. 2. de offic delegat. per doctrinam Innocent. in c. ſuſcitatum.* ubi *latè Felin. num. 8. 9. 10. cum ſequen. de reſcript. & in rubric. de arbitr. facit l. ult. ſupr. de his qui ven. ætat. l. ultim. infr. de militar. teſtam.* Eiuſmodi ſunt ſurdus, *l. cum prætor.* 12. *de jud. gloſſ. articul. 55. lib. 1. num. 5. juris Saxonic.* Mutus. *d. l. cum prætor gloſſ. d. articul. 55. lib. 1. n. 5.* non item cæcus. *l. cæcus. 6. ff de iudic.* perpetuò furioſus. *d. l. cum prætor.* & conſequenter prodigus, qui illi comparatur *l. 1. de curat. furioſor. Bd. in d. cum prætor. & l. ſi cui bonis. de verbor. obligation.* item impubes. *d. l. cum prætor. l. 2. de reg iur. ubi Dec. num. 2. cum ſequentib.* Quia, inquit Iureconſultus, hi omnes judicio carent §. *pupillus Inſtitut. de inutil. ſtipulat.* Quare cum ex ratione legis etiam diſpoſitio eius extendatur. *l. non poſſunt 12. cum ſequentib. de Legib. l. illud. 32. ad L. Aquil.* putandum eſt, eam prohibitionem ad omnes, qui judicio carent, pertinere, ut fatuos, prodigos, non tamen † ad minores, qui 6
judicio jam ſunt firmiore, & ideo in ſuam veniant tutelam. *§. 1. Inſtitut. de pup ſubſt. l. 2. de teſta* eoque judices eſſe poſſunt, poſtquam decimum octavum attigerunt annum, *l. quidam. 57. de re iudicat.* licet non cogantur ante vigeſimum *l. cum lege 41. de recept. arbitr*: ſed & minor ætate judex erit, ſi magiſtratum gerat, *d. l. quidam.* Ad quem etſi ex legibus olim annalibus, non niſi juſta ætate aſpirare licebat. *Cic. Phil. 2.* tamen ſub Auguſtis, poſtquam principes cæpere Magiſtratum conferre. *l. 1. ad L. Iul. de amb.* & veniam ætatis facere. *tot. tit ſup de ÿs qui ven. at,* conſecutum eſt illud, ut & legibus annalibus ſolverent minores, ac ad magiſtratus quocunque pubertatis tempore admitterent, ut *Lampridius oſtendit, in vita commodi Plinius lib. 10. Epiſtolarum.* Itaque & hodie ordinarius etiam minor 18. annis eſſe poteſt. *Speculat. de offic. delegat, §. exequi. num. 3.* & judicare de cõſilio aſſeſſorum, *c. cum vigeſimum 41. de offic. delegat.*

7 Pupillis autem † & impuberibus etſi non defertur munus judicandi: tamen jurisdictionem, & ita judicandi munus quoque habent, & conſequuntur jure hereditario, ut cum pueris ducibus, comitibus, aut aliis cum territorio jurisdictio jure hereditario obvenit *c. 2. de ſuppl. negl. prælat. lib. 6. Bald. l. ult. num. 2. & 3. inf. de teſtamen. milit. Angel. d. l. cum prætor. §. 1. num. 2. de jud.* qui per Tutores & conſiliarios judicant. *Alexand. d. l. ultim. numer. 4. infr. de teſtam. milita. Dec. l. 2. num. 8. de reg. jur. Oldrad. conſil. quinquageſimo ſecundo.*

8 Delegatum † minorem viginti annis dari non poſſe, ſupra diximus. *d. c. cum vigeſimum de offic. deleg.* niſi ex conſenſu partium, aut principis reſcripto. *d. l. quidam.* Cæterum moribus Saxonum indiſtinctè ad maiorem ætatem hoc munus, ut & alia reſtrictum eſt *Artic. 55. ubi gloſſ. num. 5. lib. 1.* quæ ætas unius eſt & viginti annorum hoc jure *Artic. 42. 23. & 24. lib. 1.*

9 LEGE † Iudex dari prohibetur, qui ſenatu motus eſt, *l. cum prætor. 12 de jud.* & conſequenter quacunque juris infamia notatus, *l. 2. ff. de off. aſſ. §. l. 1. ad L. Iul. de vi. priv. Speculat. prææallegat. loc. §. excipi num. 2. de offic. de legat. Roman. conſil. 297. num. 2.* cuiuſmodi ſunt etiam perjurus, proſcriptus, ex communicatus, *gloſſ. d. artic. 55. nu. 5. lib. 1.* & ſimili proportione Iudæus, *l. ult. verb. ne iudicandi vel pronunciandi quamlibet habeant poteſtatem. l. ſi qua 15. l. Iudæi 8. ſup. de Iudæis gloſſ. d. artic. 55.* hæreticus, *l. 4. cum l. ſequen. l. ultim. l. ſi qua 10. ſup. de hæret.* Paganus, *l. 6. l. jubemus, 19. & paſſim ſup. de epiſcop. audi n. l. nemo. 8. ver. amiſſione militia vel dignitatis, ſub. de pagan.* & ad eundem numerum referri poſſunt, qui ob crimen, vel pœnam, aut infamiam notantur, aut alioqui, de quibus *tot. tit. ff. de his qui notant. infam* aut muneribus publicis arcentur, *de quibus tit. l. 2. inf. ne dignita. lib. 12. l. 3. cum ſequen. de muneri. & honor.*

MORIBUS † judices dari inuſitatum eſt fœminas, & ſervos, non quia judicio careant, ſed quoniam receptum eſt, ut publicis officiis, cuiuſmodi eſt judicare, *l. quippe 78. de iudic.* non fungantur. *d. l. cum prætor. 12. l. 2. de reg. iur.* & huc pertinet *l. in multis de ſtat. homin.* Servi quidem quia caput civitatis non habent. *l. 3. de cap. dic minut.* neque juris publici ſunt participes, *l. in omnibus 175. de reg. iur. l. ut teſtamento. 20. §. ſervus de teſtam.* Mulieres, quia ſexus pudore mores non permittunt, ut intercedant cauſis alienis, & virorum actibus in publico *l. alienam 18 ſup. de procurat. § nemo in Authen. ut nulli iudic.* præſertim ſi inde periculum eis creari poſſit, *l. 1. 2. ad S. C. Vellei:* quemadmodum judicare de re aliena periculo non caret, *l. rem non novam 14. ſup. de iud. l. filius fam. 15. ff. eod. l. ult. de var. & extr. cog. §. 1. Inſt. de obligat. quæ ex quaſ. delict. tot. tit. inf. de pœn. iud. qui mal ind.* 10

Admonendi † tamen ſumus mulieres eadem ratione ad jurisdictionem pervenire, qua impuberes, videlicet per ſucceſſiones. *c. ultim. de arbit. ubi Dd.* Quamobrem permittentur & illæ per ſuos cõſiliarios, & Curias ordinatas judicare *Dec. in d. l. 2. de reg. iur. & Dd. d. c. ult. de arbitr.* 11

Cauſa

12 Cauſa judicum delegatorum † præcipua eſt mandatum, & delegatio eius, qui judicis dandi poteſtatem habet. *d. l. cum prator l. 1. ſup. de pedan. iudic.* Nam ſi inefficax eſt jurisdictio delegantis etiam delegati non ſubſiſtit, tanquam cauſa deficiente. *l. 4. §. 4 de offic proconſul. ut ait. Hoſt. tit. de recuſ. in fin.* Cauſa impulſiva † iudicis dandi eſt neceſſitas, & utilitas. *l. 1. de offic eius, cui mād. eſt jurisd.* Nā ſæpe morbo abſentia, & alijs occupationibus impediti magiſtratus vacare ſingulis cauſis non poſſunt, quas cum iniquum ſit per iudicis impedimenta extrahi. *l. ſed etſi. 26. ex quib. cauſis maior. l. properandum. 13. §. antepenult. ſup. de judic.* eo inductum, ut in ſingulas cauſas judices dare poſsint. *l. 2 ver. ſi propter publicas occupationes, vel cauſarum multitudinem ſup. de pedan. iud. d. l. 1. de offic. eius. cui mand. eſt jurisdict. l. 1. ſup. de offic. eius qui vicem alicuius iud. l. ſolet. 16. l eſt receptum. 14. de iurisdict.* Eſt & cum ob ſuſpicionem, ut quod advocati ante in cauſa fuerint, aut aliam ob cauſam honeſtè judices eſſe non poſſunt, eoque alij potius dandi ſint. *l. prætor. 17. de jurisdict. l. apertiſſimi. 14. ſup. de iudic.* Quemadmodum & ordinarij magiſtratus, cum cauſa quoquo modo ad eos pertinet, aut ad ſuperiorem eam remittunt *cap. dilectus, 11. de pæn. ubi Dd.* aut alijs delegare ſolent. *Bartol. Caſt. & Dd. l. unic ſi quis ius dic: l. qui jurisdictioni. 10. de jurisdict. l. un. inf. tit. 1.*

14 Altera cauſa impulſiva † ſuggeſtio, admonitio, & petitio partium, vel utriuſque, vel alterutrius. *l. 4 §. hoc autem. ubi Bartol. de dam inf. ct.*

15 Inſtrumentalis † juſſum, coactio, quæ tamen valet ſaltem in ſubditis. *l. cum lege. 41. de arbitr.* non in alijs. *gloſſ. in l. eum. 13. de iurisdict. ubi Caſtr. n. 4.*

Materia † ſunt cauſæ, quæ ad jurisdictionem eius pertinēt, qui judices dat. *l. unic. hoc tit.* qua de re plura, *ad tit. ſequent.* dicetur. 16

Forma † in dando judice ea ſervari debet, ut non alia conditione detur, quam qua ipſe delegans judicaturus eſſet. *Bald. l. 2. n 31. ſup. ſi contra ius vel utilita. public.* ſolent autem duo potius quam unus. *c. prudentiam. 21. de offic. deleg.* Nam quod à pluribus quæritur, facilius invenitur. *c. de quibus. ult. diſtinct. 20.* Et per plurium conſcientiam melius falſitas & corruptio excluditur. *l. ult. inf. de fideicommiſſ.* Et tres magis quam duo. *d. c. prudentiam.* Atque ita conſequenter quinque potius, quam quatuor, ſeptem, quam ſex, numero impari, propter naturalem hominum ad diſſentiendum inclinationem, & facilitatem. *in l. item. 17. §. principaliter. 6. de recep. arbit.* ut diſcordantibus ſententijs plurium conſenſioni ſtetur. *c. 1. ubi gloſſ & Dd. de arbit.* quod ſi pari numero dati ſint, eveniente diſcrepantia, is qui dedit autoritatem interponit, aut unum pluresve addit. *c. ſuſpicionis. 39. ubi gloſſ. & Dd. de off. & pot. iud. deleg.* 17

Finis † ne per impedimenta magiſtratuum ordinariorum litigatorum jura impediantur, & exitus judiciorum differatur. *d. l. ſed etſi. 26. ex quib. cauſ. manumiſſ.* 18

Effectus, † ut geſta per delegatum datum judicem peræquè valeant, atque ſi delegans cognoviſſet. *in Auth. de iud per tot. Bart & Dd. in l. 1. & 2. quis à quo appell.* qui ideo exequi judicis dati ſententiam debet. *l. à. Divo. Pio. 15. in principio de re iudicat.* cum huius offici- 19

 um

um ſententia finiatur, *l. judex. 55. de re judic.* nec delegata iuriſdictione ius exequendi, quod eſt imperij, tranſeat; quod ita accipiendum eſt, niſi per appellationem executio ſuſpendatur. *tot. tit. nihil novand. pend. appell. ubi gloſſ. prima*, ſicut à judice dato appellari ad dantem poteſt. *l. 1. 2. 3. quis à quo appell.*

20 Affinia † ſunt datio vicarij, arbitrorum juris, examinatorum, de quibus *in d. c. ſuſpicionis. 39. de offic. deleg.*

21 Contraria, † quæ in aliquam cauſam incurrunt. *l. un. h. tit.* qua de re *ad tit. ſuperiorem diximus.*

TITULUS V.

Ne quis in ſua cauſa judicet, vel jus ſibi dicat.

1. *Continuatio.*
2. *Iurisdictionis tam ordinariæ, quam delegatæ. n. 5. materia circa quam, ſeu de quibus cauſarũ generibus judex tam ordinarius, quam delegatus judicare queat.*
   Iudex ordinarius de omnib. cauſis in territorio ejus emergentib. judicandi ius habet, niſi habeat jurisdictionem ad certum genus cauſarum limitatam n. 3 & 4.
4. *Iurisdictionum cauſæ non ſunt confundendæ, unde judex feudalis non poteſt ſibi judicium arrogare in cauſis ordinariæ jurisdictionis, nec Laicus in cauſis Eccleſiaſticis, & contra, quod tamen ibid. limitatur.*
5. *Iudici delegato de ijs ſaltem cauſis, quæ jurisdictionis eſſe perhibentur, non autem de ijs, quæ ſunt meri, vel mixti imperij, de jure civili cognoſcere licet, quia hæ cauſæ non poſſunt delegari, quod tamẽ fallit nonnunquã.*
6. *De jure autem Canon. & Saxon. n. 7. cauſæ etiam meri, mixtiq; imperij delegari poſſunt.*
8. *Quilibet judicum in loco ſuæ jurisdictionis de quacunq; cauſa, quæ non reperitur excepta, judicare poteſt.*
9. *Diviſio rubricæ huius tituli.*
   Iudicare, & jus dicere quid differant?
10. *Triplex ratio, cur nemo iudicum in propria cauſa judicare, aut ius dicere debeat.*
11. *Regula huius tituli in quolibet judice, non tamen ſummo Principe locum habet. & n. 48.*
12. *Eadem regula in omnibus cauſis contentioſæ jurisdictionis, non autem voluntariæ, vigorem obtinet.*
13. *Ampliationes huius regulæ. & n. 14. quarum tamen prima, quæ eſt Baldi, ab authore improbatur.*
14. *Iudex quoq; Eccleſiaſticus, cujuſmodi eſt Papa, vel alius quicunq; prælatus, non poteſt eſſe judex in cauſa propria, bene tamen in cauſis Eccleſiæ, eius utilitatem principaliter non concernentibus.*
15. *Propria cuiuſq; cauſa quæ & n. 19. & ſeqq.*
16. *Iudex injuriam ſibi, ut privato, factam, vindicare nequit, ſed eandẽ vel collegæ ſuo, ſi quem habet, vel ſuperiori vindicandam committere debet, de injuria vero ſibi, ut judici, illata ipſemet cognoſcere poteſt, licet alij hic diſtinguant. n. 18.*
17. *Iudicem de ſui competentia, vel incompetentia cognoſcere poſſe placet.*
19. *Iudici nec in cauſis liberorum, nec parentum. n. 20. nec uxoris n. 21. nec familiæ ſuæ tam publicæ, quam privatæ n. 22 judicare permiſſum, quod tamen limitatur n. 25. 26. & dilucidius explicatur. n 28. & ſeqq*
23. *Iudex familiam ſuam tam publicam, quam privatam, in officio delinquentem, modice caſtigare non prohibetur.*
24. *Iudex familiæ ſuæ mulctam irrogare poteſt.*
25. *Iudici in ſua ſuarumq; cauſa quandantenus judicare licet, ſi actiom interim, antequam officium ſuum deponeret, poſſet præſcribi.*
26. *Iudex de cauſis miniſtrorum ſuorum publicorum cognoſcere hodie non vetatur: ubi de intellectu. l. 16. de offic. præſ.*
27. *Suorum appellatione qui veniant, cum dicitur, judicem ſuis non poſſe jus dicere.*
28. *In ſua, & ſuorum cauſa jus dicere non ſunt plane eadem.*

29. Unde

29. *Vnde judice in ſua cauſa propria judicante judicium planè non tenet, etiam parte de judicu ſuſpicione & inhabilitate non opponente; Eo verò judicante in ſuorum cauſa judicium valet, niſi pars adverſa eum recuſet. & n. 45.*

30. *Quilibet in cauſis ſuorum, parte altera non reclamante, judex & arbiter eſſe poteſt, non vero in cauſa ſua propria, ubi explicantur, & conciliantur* l. in privatis. 77. ff. de iudic. & l. qui juriſdictioni 10. ff. de juriſd.

31. *Vitium judicu in ipſam judicij formam incurrens judicium ipſo jure, nemine etiam de vitio ejuſmodi opponente, annullat, reliqua autem judicu vitia nō aliter niſi parte adverſa opponente, judicium vitiant.*

32. *Tituli huius regula in quibus judiciis procedat.*

33. *Cur ſit ſancitum, ne quis in propria cauſa judicet?*

34. *Quid juris, ſi vel in, vel extra iudicium. n. 35. quis ſibi, ſuisq; ius dixerit?*

36. *Quenam habeat affinia iudicium in propria cauſa ſumtum n. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43.*

Iudex, ſi in rem litigioſam, de qua coram ipſo lis pēdet, quocunq; modo ſucceſſit, amplius de illa re iudicare nequit.

37. *Sicut quis non poteſt eſſe judex in cauſa propria, ita nec arbiter & n. 11. & 31. bene tamen in cauſa ſuorum, parte non opponente n. 30. 34. 45.*

38. *Nemini in propria cauſa teſtis officio fungi licet.*

39. *Conſuetudo, qua offendens committitur arbitrio inimici ſui offenſi, ut eum pro libitu puniat, an ſit improbabilis?*

40. *Pater offerens filium nocentem judici, aut cōtra hic illum, non præſumitur illum offerre pœnæ ordinariæ, ſed hujus mitigandæ cauſa.*

41. *Reus ſemetipſum ad pœnam offerens mitius puniendus.*

Traditiones in bello an ſint licitæ?

42. *Debitor, qui non eſt ſolvendo, traditur de jure Saxon: creditori ad manum.*

43. *Nemini cum ſemetipſo, aut ſuis lis eſſe poteſt.*

Nemo ſemetipſum ulciſci, aut propria authoritate extra judicium jus ſibi dicere debet.

44. *Propriam cauſam ſimplici, vel jurata confeſſione aſſerere quilibet poteſt*

45. *Contraria regulæ in h. tit. propoſitæ, quæ ſcilicet eam ceſſare faciant, ut quis in ſua, ſuorumq; cauſa judicare queat.*

46. *Conſuetudo, qua judici licet in ſua, ſuorumq; cauſa jus dicere, an & quatenus tolerabilis?*

Argumentum à pacto ad legem, ſtatutum ac conſuetudinem affirmativè, & negativè procedit.

47. *Iudici an ob integritatem, ſanctitatemq; vitæ, in propria cauſa juris dicundi poteſtas ſit conceſſa?*

49. *Iudici æqualiter erga utrunq; litigantem affecto jus dicere licet, etiamſi cauſa, quæ inter litigantes vertitur, judicis videatur eſſe propria.*

POſtquam † dictum eſt de cauſa efficiente, per quos, qui judices, ex qua 1
cauſa dari poſſint, vel non: proximum eſt, ut de materia agatur. Materia circa quam † ordinarius judex verſatur ſunt cauſæ non tantum civiles, 2
ſed & criminales, atque adeo omnes mixti, & meri imperij. *l. illicitas. 6. §. qui univerſas. 8. l. ex omnibus. 10. cum ll. ſeqq. de offic. præſid.* in loco tamen, & territorio, cui judices dati ſunt. *l. 1. de offic. proconſ. l. ult. de juriſdict. l. 1. de off. præfec. urb.* niſi † certæ 3
cauſarum univerſitati præponantur, ut procurator Cæſaris. *l. 1. ſu. de ped. iud.* Præfectus rerum criminalium, quem nunc latrunculatorem nominãt. *l. ſolemnis. 61. §. 1. de jud.* contra prætor cauſis civilibus *l. 3. in fin. de ſuſpect. tutor.* ut & Magiſtratus municipalis. *l. Magiſtratus. 12. de juriſdict. l. ea quæ 26. ad municip.* & defenſores civitatum cauſis pecuniarijs certæ quantitatis. *§. audient. in auth. de defenſ. civitat.*

Eadem

4 Eadem † hodie ratione nec judex feudalium de cauſis jurisdictionis ordinariæ, nec ordinarius de feudalibus cognoſcere poteſt. *c. ex transmiſſa. 6. cum ſequent. de for. compet. c. cæterum. 5. de jud. c. 1. apud quem vel quos controv. feud. cap. 1. an apud jud. vel cur. domini. quaſt. feud. deb. term. lib. 2. feudor.* ſic nec Eccleſiaſtici de temporalibus cognoſcere poſſunt. *l. addictos. 6 ſup. de Epiſcop. audient. c. 5. 6. c. licet. 10. de for. compet.* præſertim criminalibus. *l. ſi qui. 7. ubi gloſſ. ad ver. in civili. ſup. de Epiſcop. audien.* niſi in caſu denegatæ iuſticiæ *in Novel. 86. ut diff. iud. audire interp. alleg. cog. ab Epiſco. c. licet. 10. cum ſequentib. de for. compet.* aut in pia cauſa (alimentorum, ſcilicet vel incarcerationis) *l. ſi Lenones. 12. l. iudices. 9. ſup. de Epiſcop. aud.* vel miſerabilium perſonarum, puta viduæ, aut pupilli. *l. nemini. 24. ſup. eod. tit. c. ex tenore. 11. c. ex parte. 15. de for. compet.* vel ex prorogatione. *l. ſi qui 7. cum l. ſequen. ſup. de Epiſcop. audien.* nec contra Laicus de Eccleſiaſticis. *c. 1. 2. c. ſi diligenti. 12. de for. competen. c. per venerabilem. qui filij ſint legit. cum ſeqq.* ne quidem ex prorogatione. *c. ſignificaſti. 18. c. ſi diligenti 12. de for. competen.* niſi in cauſa poſſeſſoria. *l. 3. ubi dixi. ſup. de judic. Panor. & Canoniſt. in c. cum ſit generale. 8 de for. competen. Mynſing. obſervat. 67. centur. 2.*

5 Materia † circa quam delegata jurisdictio verſatur, ſunt ea quæ perhibentur jurisdictionis, non quæ imperij, præſertim meri. *l. 1. de offic. eius cui. mand. l. 5. de iuriſdict. l. 4. § ult. de off. proconſ. l. nemo poteſt. 70. de regul. iur.* niſi ex cauſa neceſſitatis *d. l. 1. ſup de pedan. judic. d. l. 1. de offic. eius. Ma'ant. part. 4. diſtinct. 5. num. 66.* tria cauſarum genera diſtinguit, ut leviora ſub jurisdictionem delegatam indiſtinctè cadant *l. ult. ſup. de pedan. iud.* Media non aliter, quam impedito ordinario. *l. 2. ſup. eod. tit.* Maxima verò non ob impedimentum, ſed tantum propter abſentiam ordinarij. *d. l. 1. cum ibi notatis, de offic. eius, cui mand. eſt iurid.* Cæterum jure Canonico † hæc non uſquequaque ſervantur. *c. quod ſedem. 10. de offic. iud. ordinar. clem. 1. de officio. deleg.* quod magis hodie frequentatur. *Alexan. conſil. 106. in fin. col. 2. Mar. praall. nu. 67. Cagnol. in d. l. nemo poteſt. n. 3. & 4. de regul. iur.* 6

Quare † & iure Saxon. qui tantum habent ſimplicem jurisdictionem, Erbgericht / etſi non poſſunt de capitalibus, ſeu corporalibus judicare, Haut vnd Haar. *artic. 13. ubi gloſſ. lib. 2. Reinhard. differen judicials. 30.* tamen exiſtimo ex delegatione etiam & hos de eiuſmodi cognoſcere poſſe. Cæterum † quia infinitum fuerit omnia perſequi, & hac in parte mores, & ſtatutum cujuſque jurisdictionis attendenda ſunt, quæ ut dant iurisdictionem. *l. 1. l. ult. inf. de emancipat.* Ita moderantur, ampliant, & reſtringunt. *c. cum contingat. 13. de for. compet. l. 5. de juriſdict.* Ideo & hic in genere teneatur regula, ut intelligatur, de qualibet cauſa in loco ſuæ jurisdictionis quemlibet judicem poſſe iudicare, quæ non inveniatur excepta, aut lege, ſtatuto, conſuetudine aut alia exceptione. *c. 2. de reſtit. ſpoliat. in 6. c. 1. & 2. de offic. ordina. eod. lib.* eoque in dubio præſumitur competere iuriſdictionem, donec contra probetur. *l. 2. ſi quis in jus. l. 5. de iudic. ubi Dd.* Quamobrem theſis huius tit. in 7 8

qua

qua unum cauſarum genus judicanti adimitur negativè eſt conceptum, ne quis in ſua cauſa judicet, vel jus ſibi dicat. Qua ex prohibitione intelligitur, quod hac aut ſimili comprehenſum non eſt, id permiſſum videri, *l. cum prætor. 12. de iudic. l. mutus 43. de procurat.*

9 Dividitur † autem huius tituli inſcriptio, in duo genera, nēpe judicare quód eſt mercenarii officii. *l. 4. §. 1 de inter. act.* & iusdicere, quod eſt officii nobilis, ac Magiſtratus ordinarii, *l. qui juriſdictioni. 10. de iuriſdict.*

10 Cauſa † & ratio traditur, hic in *l. un.* Quoniam iniquum admodum eſt in re propria alicui licentiam tribuere ſententiæ: ſic in *l. Iulianus 17. de iud.* quia iniquum inquit eſt, aliquem ſuæ rei judicem fieri: Iniquum verò propter affectionem ad cauſam propriam *l. nullus. 10. de teſtib. l. omnib. 10. inf. eod.* Iudicia autem ſine ſuſpicione procedere debent *c. inſinuante. 25. de offic. delegat. c. poſtremo 26. de appellat.* Ita ut medius ſit inter utramq; partem judex, id quod hîc abeſt. Aliam rationē tradit *ille. 13. §. pen. ad SC. Treb.* quia non poteſt in cognoſcendo fungi duplici officio, & judicis, & partis. Itaque *Bald. h. nu. 4. ait.* impoſſibile eſſe, ut quis fungatur ſimul officio judicis, & partis, quoniam eiuſmodi officia ſint incompatibilia *c. qualiter. 2. ubi Panor. num. 7. de accuſat.* Tertia ratio ſumi poteſt. *ex l. penult. de arbitr.* Ubi Marcianus tradit; de re ſua neminem ſententiam dicere poſſe: Ratio, quia ſe facere jubere, aut prohibere non poſſit, cum nemo ſibi ipſi invito imperet, nec, ut loquitur Dec: ſe ipſum ſibi, vel alteri condemnet. *l. 20. num. 4. de juriſdict.*

Obtinet ergo † hæc prohibitio in quo- 11
libet judice non tantum delegato, ut hac *l. un. ver. ſibi. iudicem eſſe,* ſed multo magis in ordinario, *d. l. 10. de iuriſdictio, l. Senatusconſulto 16. de offic. præſid.* etiam compromiſſario *d. l penult. de arbitr.* non tamen ſummo principe. *l. 3. de his quæ in teſt. del. l. & hoc Tiberius. 41. de hered. inſtitut.* cum non habeat ſuperiorem, qui adeatur. *Bald. hic. n. 2. in fin. l. ſancimus. l. 4. ubi gl. ad ver. propriam maieſtatē, & Bald. n. 4. & 5. inf. de donat.* Quanquā hic cauſam aliis committere debet, vel non ſubditis *c. 1. an apud eundem iudicem quæſtio. feud. deb: term: lib. 2. feu. ubi Dd* (quod in inferioribus Bartolus non admittit. *d. l. qui iuriſdictioni. num. 2.*) vel ſubditis remiſſo obedientiæ, ac fidelitatis juramento, etiam conſiliariis, ut nunc eſt uſitatum. *Zaſ. d l. qui iuriſdictioni. 10. num. 9. 21. & 22. de iuriſdict.* Materia † ſunt cauſæ ſci-
licet controverſæ, ſeu contentio- 12
ſæ iuriſdictionis, (non etiam voluntariæ *l. 3. de adopt. l. apud. 18. de manu vind.*) non tantum civiles, etiam modicæ quantitatis *Alexand. num. 3. Zaſ. num. 17. d. l. qui iuriſdictioni.* (id quod in teſtibus quoque receptum eſſe Cicero oſtendit *pro Sex Roſcio*: More, inquit, majorum comparatum eſt, ut minimis rebus homines ampliſsimi teſtimonium de re ſua non dicant) ſed & criminalis *l. lex Cornelia. 5. in prin. de iniur. c. dilectus. 11. de pœn. Iaſ. num. 10. Zaſ. num. 4. DD. ad d. l. qui iuriſdictioni. de iuriſdict.* ut ſunt & vindictæ *l. nullus. 14. ſup. de Iudæis. l. un. infr. quando lic. unic. ſine iud ſe vind. c. contingit 36. de ſent. excom.* excepta cauſa belli, *Zaſ. d. l. qui iuriſdictioni num. 6.*

Quod tamen † ad inquiſitionem 13

perperam extendit *Bald. hic nu. 4.* cum in hac judex non fungatur partis munere, ſed fama, & officium eius *c. qualiter. 2. ubi Panor. num. 2. & 3. de accuſ. Dd. l. 2. §. unde quæri 6. ad L. Iul. de adul. l. reſcripto. 6 §. ſi quis. 2. de mune. & honor. Chilian de inquiſ num. 2. & 3.*

14 Rectius extendas † ad cauſas ſpirituales *c. cum veniſſent 12. ubi præ reliquis Dec. num. 53. de judic. Bald. hic num 3. Angel. num. 2. per c. noſti. de elect.* Quamobrem nec prælatus judex erit competens de bonis Eccleſiæ, quæ ad eius menſam pertinent. *Panorm num. 6. d. c. cum veniſſent. Blanc. de compromiß. quæſtio. 2. num* 53. Quanquam in reliquis Eccleſiæ cauſis, quarum utilitas ad eum principaliter non ſpectat, judicare poteſt.

15 Propria autem cauſa † judicis dicitur: in pecuniariis quidē cuius utilitas quidem ad eum pertinet: *l. 1. §. in propria 11. quando appell. & intra qua temp.* In criminalibus cuius injuria vel vindicta ad eum ſpectat. *d. l. 5. de injur.* dū tamē judici facta ſit, ut privato, *c. ſi quis ab Epiſcopo. c. ſi quis erga. 2. q. 7. Iaſon. d. l. qui juriſdictioni num. 3. & 9.*

16 Quo caſu † aut ſocio committere cognitionem debet, ſi quem habet. *Bartol. num. 6. in d. l qui iuriſdictioni. c. ex parte 1. ubi Innoc. num. 1. & 2. de verbor. ſignificat.* alias ſuperiori. *d c. dilectus. 11. de pœn.* ſin verò ut judici injuria facta ſit, cognoſcere ipſe & vindicare poteſt. quia principaliter Reſpublica læditur. *c. 1. de pœn. in 6. l. un. ſi quis jus dicent. non obtemp.*

17 Quemadmodum † & illud, an judex ſit competens *l. 5. de jud. l. 2. ſi quis in jus vocat. non ier.* non enim hic aliqua eius utilitas vertitur. *Caſtren. hic num. 2. Angel. num. 2. & 3.* Alij diſtinguunt † ut de injuria perſonæ ſuæ illata non poſſit judex cognoſcere, niſi injuria ſit notoria, & certam habeat pœnam. Quia tum non tàm cognoſcit, quam exequitur. *Bald. hic num. 2. Iaſon. d. l. qui juriſdictioni. num. 3.* Quod tamen ſuperioribus adjungi rectè poteſt, nec aliter obtinere debet, quam cum & certa eſt ꝓbatio, ut in re notoria, & certa definitio, ut in pœna legitima, neque hic arbitratu judicis relinquatur. 18

Cæterum † & eorum, qui in poteſtate, vel affectione ſunt, cauſa propria habetur, ut liberorum. *d. l. qui juriſdictioni*, non modo qui ſunt in poteſtate, qui pro una perſona habentur. *l. 1. inf. de impu. ſub. §. quod ſi quis. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* ſed etiam emancipati, velut & à teſtimonio removentur. *l. 6. inf. de teſtib.* nam horum rebus non minus afficiuntur parentes, quam ſuis. *l. iſti 8. in fin. quod met. cauſa.* Etiam parentū † cauſæ huc referri poſſunt eadem ratione *d. l. qui juriſdictioni.* excepto caſu *l. in privatis. 77. de judic.* de quo poſtea dicemus. 19

Multo magis & uxoris † cauſæ eodem ſunt referendæ. *d. l. qui juriſdictioni.* non modo propter affectionem *l. 1. in fin. de injur.* ſed etiam conjunctionem. *l. 1. de ritu nupt.* idemq; etiam in ſpiritualibus obtinere receptum eſt. *c. omnes. 30. quæſt. 1. Zaſ. d. l. qui iuriſdictioni nu. 15.* Ad domeſticorum quoq; † puta libertorum & familiæ, tam privatæ, quam publicæ cauſas eadem prohibitio extenditur. *d. l. qui juriſdictioni. l. ſenatuſconſulto. 16. de offic præſid.* quanquam punire hos † in officio delinquentes poſſit, cum inde nec utilitas, nec 20

nec vindicta privata, ſed publicæ, privatæve diſciplinæ bonum quæratur. *l omnibus. 3. ſup. de ſport. l 3. infr. quorum appellat. c. 1. de pœn. in 6.* Quemadmodum & domi pater liberos. *l. 3. § 1. ff. de patr. poteſt.* propinquos. *l. unic. inf. de emend. propin.* ſervos. *l unic. inf. de emen. ſerv.* libertos. *Salicet. & Dd. d. l. un. infr. de emend. ſervor.* Magiſter diſcipulos. *l. 5. in fine ff. ad L. Aquil.* Maritus Vxorem, *§. quia verò. ubi gloſ. ad ver. ſufficere in Novell. 117. ut liceat mat. & avia c. quemadmodum 31. de jurejurand gloſ. l. 5. in fin. ad L. Aquil. Tiraquell. de ll. connub. in princip. num. 22.* Non tamen illiberaliter vulnerando, fuſtigando, flagellando. *§. mitiores. ubi gloſ. ad ver. flagellu. in Novella. 22. de nupt.* niſi ex cauſis quæ matrimonium diſſolvunt. *§. ſi quis autem. 13. in d. Novella. 117.* In his enim non vertitur, neque quæritur utilitas, aut vindicta punientis, ſed vel publica, vel privata, etiam eius, qui punitur, utilitas, puta emendatio.

24 Multò verò † id maximè obtinet, in mulctis, quia non judici, ſed fiſco debentur. *l. 2. § 1. ſi quis in jus vocat. c. 1. quæ ſint regal. in uſib. feudor. gloſ & Dd. in l. unic. ſi quis jus dicent. non obtemp. & in l. 5. ſup. de mod. mulct.*

25 Idemq; † in ſimilibus ſtatuatur, ut cum fines ſupra propoſiti ceſſant, ceſſet & diſpoſitio juxta *l quod dictum. 32 de pact. l. 6. §. 1. de jur. patronat.* Vt cum hactenus ita in ſua ſuorumq; cauſa jus dicitur, ut lis durante magiſtratu tantum conteſtetur, ne cauſæ præſertim annales mora pereant. *d. l. ſenatuſconſul-*
26 *to. 16. de offic. præſid.* ſed neque nunc † eadem eſt familiæ publicæ ratio, qualis olim comitum, qui præſidibus aderant, *d. l. ſenatuſconſulto.* Hos enim conſtat etiam privatim illis obnoxios fuiſſe, ac de iis ſaltem illud ſenatusconſultum accipiendum eſſe oſtendit verbum: *Libertini*: (ſic enim vocat Iureconſ: apparitores, Notarios, & alios, qui à Comitando dicti ſunt Comites.) At hodie miniſtri publici, qui non perſonis regentium, ſed Reipublicæ, & Magiſtratui ſunt obnoxij, non in eadem cauſa putentur, eoq; moribus his quoq; jus dicitur. Cæterū † quod *Z. ſ.* 27
in d l. qui juriſdictioni: n. 11. Iaſ. eod n. 6. hanc regulam extendunt ad cauſas omniū, qui intra ſeptimū, & decimū cognationis gradum, quàm latè patet ſpes ſucceſſionis, conjunguntur, vix eſt, ut admittendum putem. Ac quamvis † in 28
d. l qui juriſdictioni & d. l. ſenatuſconſulto. hæc æquiparentur ſibi, vel ſuis jus dicere, non tamen hæc prorſus eadem eſſe intelligi ex eo poteſt, quod cum ſuis jus dicitur, ceſſat ratio. *d. l. ille. 13. § penult. ad SC. Trebellian. & l penul. de arbit.* tantumq; relinquitur res inæqualitati, & ſuſpicionibus: Quæ ratio † etiā ſola militat, ſi ad advocatū cauſæ juriſdictio redeat, cōtra *l quiſquis. 6. in prin. ſup. de poſtul.* aut alium quemvis ab affectione aliqua, quam ad perſonā litigantis, vel cauſam habet, ſuſpectū. Qua de re diximus *ſup. ad l. aperiſſimi. 16. de jud.* Hac enim parte † non publicus judicij ordo, ſed privata res adverſarij vertitur, qui ſi exceptione ſuſpicionis non utatur, judicium procedit, cum liceat cuiq; ſuo favori renūciare. *l. penul. ſup. de pact.*

Quamobrem etiam † in privatis (nā 29
in publicis non prætor, ſed populus, & princeps judices dabat, *l. 1. de off. eius cui man. eſt juriſd.* nec hi ex certa formula

ſed de criminibus arbitrariè, ac ut loquitur Iureconſult. *in titul. de publ. iud. & de accuſ.* extraordinem judicabant, *l. ordo. 8. de publ. iud.*) & arbiter quis in cauſa ſuorum eſſe poteſt. *l. 6. de arbitr.* & judex. *l. in privatis. 77. de iudic. d. l. 6. de arbitriis.* ſcilicet adverſarie non recuſante, qnod in judicibus datis, ſeu delegatis tralatitium eſt. *c. ſuper. 27. c. cum vigeſimum* 41. *c. ult. de offic. delegat.* De his autem, nempe à Prætore datis *d. l. in privatis* loquitur, quem eo minus olim recuſare licebat, aut moris erat, quod certæ formulæ omnis eius poteſtas, & cognitio includeretur, *l. 4. de eo. quod cert. loc. cum ſimilib.* Itaq; nihil hoc pugnat cum *d. l. qui juriſdictioni,* quæ de magiſtratibus ait: quorum eſt liberior, & nullis formulis incluſa poteſtas: quique ideo facilius recuſari debent; At Lex non æquè permittit privatis ordinarios recuſare *d. l. apertiſſimi. ſup. de judic.* Quamobrem ipſa potius hic vetat, ne in ſua cauſa, aut ſuorum jus dicant. Cæterum Doctores ex *d. l. in privatis,* extruunt generaliter hanc Theſin reclamante nihilominus *Anton. de Butr. in c. dilecti. de appell.* generaliter poſſe quem non modo in ſuorum, ſed ſua etiam cauſa judicem eſſe, adverſario conſentiente. *Iaſon. num. 6. & Dd. comm. d. l. qui iuriſdict.* id quod apertè incurrit in *l. pen. ſup. de arbitr.* Ubi ne arbiter quidem (quem tamen conſenſu partium dari conſtat) in ſua quis cauſa eſſe poteſt, cum tamen in ſuorum poſſit, *d l. 6. de arbitr.* Ceſſante hic utique ratione. *d. l. penult. ad Trebell.*

11 Obſtat & alia ratio † *Bald. in leg. eos. in princip. num. 4, infr. de appellat.* quoties judex ſuſpicione juris ſuſpectus habetur, nullum eſſe judicium, etiam nemine opponente. Iuris autem ſuſpicione ſuſpectus dicitur; quem Lex ipſa ut ſuſpectum removet, quo numero procul dubio eſt, qui ab officio nem à ſua, ſuorumq; cauſa judicanda removetur. Qua de Theorica etſi nunc diſputandum non eſt, tamen illud inde ſumere licet cum vitium judicantis in formam judiciorum incurrit, tum reddi judicium, nemine opponente, nullũ (ubi enim forma abeſt, abeſt res ipſa, cũ forma det eſſe rei) ut exemplũ proponitur, *d. l. eos 6 infr. de appellat. in princip.* ſi cauſa appellationis eidem judici delegetur, à qno eſt appellatum, non conſiſtit, vel tacente adverſario, indicium appellationis, quia non mutatur inſtantia, nec judex. Quare eodẽ hic modo diſtinguendum puto. *ex d. l. 6. l. penul. de arbitr.* Vt quando judicium tantum ſuſpectum eſt, formam vero ſuam habet, adverſario nihil excipiente, procedat, ut cum quis ſuis jus dicit, aut de ꝓpria re nõ principaliter, ſed per indirectũ, ut loqnuntur, ac per latus alterius *d. l. 6. de arbit. d. l. in privatis de iud.* Cum verò incurrit in rationes. *d. l. ille ad S. C. Trebell. & l. penult. de arbit.* ut quia idem litiget, quamvis per procuratorem, & iudicet, ut ſibi invito imperare, aut prohibere nequeat. *d. l. pen.* nec reddi judicium in invitum poſſit contra. *l. inter. 83. §. 1. de verbor. obligat.* neque decerni judex à parte contra. *d. l. ille. l. inter. 62. de judic.* Hoc caſu ne tacente qnidem adverſario judicium tenet, ſicut nec arbitrium. *d. l. pen.* quia hoc vicium formam iudicij corrumpit, *c. forma. de verb. ſignificat. d. l. inter. d. l. ille.* ſeoque & iudicium ipſum. *l. prola-*

prolatum. 8. ubi Bald. num. 3. inf. de ſent ex ratione. §. *ſi tu alienam. 22. Inſtit. de rer. diviſ. l. Julianus. 9. §. 2. ad exhib.* nihil adjuvante hic adverſarij conſenſu, vel expreſſo, *l. jus publicum. 38. de pact.* vel tacito. *l. 2. §. ſed quale. inf. de iureiuran. propter cal. dand.* idque ſenſiſſe videntur. *Dec. d. l. qui juriſdictioni. nu. 5. Blancus tract. de compromiſſ. quæſtio. 2. num. 52.*

Atque hæc quidem ad formam referri poſſe intelligitur, ut & illud, quod
32 hæc regula obtineat † in qualibet judicii parte, & forma, ſive cognitionis, ſive defenſionis. *Iaſon. d. l. qui juriſdictioni, num. 6.* ſive ſummariè, ſive ordinariè procedatur. *d. l. Senatusconſulto. d. l. qui iuriſdictioni.* ſive per modum judicii, ſive compromiſſi. *d. l. 6. l. penult. de arbitr.* ſive judex actor ſit in cauſa, ſive reus. *Iaſon. d. l. qui iuriſdictioni.* contra gloſſam ibi diſtinguentem.

33 Finis † hujus regulæ eſt, ut æqualia ſint judicia. *d. l. Julianus. 17. de iudic. l. unic. h. tit.* Et abſque ſuſpicione procedant. *c. inſinuante. 25. de offic. delegat. c. poſtremo. 36. de appellat.*

34 Effectus † ut parte opponente proceſſus factus, & ſententia dicta, ſit ipſo jure nulla. *Iaſon. in d. l. qui juriſdictioni. num. 6. & 7.* Quia per oppoſitionem removetur juriſdictio. *l. 4. ubi Dd. ad SC. Trebell.* Quamobrem quæ exinde ſuſcipiuntur, pro ijs habentur, quæ à non competente judice fiunt, eiuſmodi nulliter fiunt. *l. ult. de iuriſdictio. tot. tit. inf. ſi à non compet. iudic.* Sed & abſque oppoſitione interdum eiuſmodi proceſſum annihilari, ſupra eſt oſtenſum. *l. 6. inf. de appellation. l. penult. de arbit.*

Cæterum † ſi quis extra judicium jus ſibi dicere præſumat, iure ſuo cadit. 35 *l. extat. 13. ff. quod met. cauſa. l. 7. inf. unde vi.* aut aliàs arbitrarie punitur. *l. nullus. 14. ubi Dd. ſup. de judæis.*

Affinia † ſunt: Iudicem ſuccedere litigatori, vel contra (non modo titulo univerſali, ſed etiam ſingulari) *l. Lucius. 24. de fideiuſſ. l. debitori. 7. ſup. de pact. l. Julianus. 17. de iud.* 36

Item arbitrari † in cauſa propria, 37 per modum arbitrij. *l. 6. l. penult. de arbit. Iaſ. d. l. qui iuriſdictioni num. 5.* non per modum arbitramenti. *l. ſi libertus. 30. de oper. lib. Iaſon. d. l. qui juriſdictioni num. 2. Speculat. de arbit. §. 1.* Nam hoc eſt conventionis magis, quam judicii, ubi valet regula: ſuæ quemque rei moderatorem eſſe, & arbitrum *l. in re. 21. inf. mandati.*

Item teſtem eſſe † *l. nullus. 10. de teſtib. l. omnibus 10. inf. eod. tit.* 38 ponere offendentem † in manibus inimici, 39 ut ab eo patiatur læſionem eius arbitrio, quod moribus alicubi receptū iure improbatur. *c. contingit. 26. de ſent. excom. Bart. l. 1. §. uſq. adeo. num. 4. de iniur. Iaſon. n. 2. poſt Roman. d. l. qui iuriſdictioni.*

Quod tamen † interdum admittitur 40 iis in perſonis, quæ propter affectionem, & conjunctionem hoc jure non præſumuntur abuſuræ, ut marito conceditur adultera uxor ad arbitrariam offenſam, & pœnam, ut eleganter. *Roman. ſingular. 674 & communiter Dd. in Authent. ſed hodie infr. ad l. Juliam de adult.* Liberi parentib. *l. 2. ad L. Cornel. de ſicar. Dd. l. 3. infr. de patria poteſt.* ſicut & contra † offerre poteſt filium nocentem ad pœnam pater. Quod tamen ratione eiuſdem affectionis intelligitur

fieri, pœnæ mitigandæ cauſa. *l. milites.*
23. §. deſertorem. ult. de re militar. Capoll. caut. 1. cum multis ibi allegatis. Tiraquell tract. de pœnis. cauſ. 18. per totum.
Item vice verſa filius patrem. *Angelus l. ſi adulterium. 38. §. libertos in fin. de adulte. Hippol. d. l. 2. de ſicar. Tiraquell. de pœn. cauſ. 19. & 20.* vel reus
41 † ſeipſum, *tot. tit. inf. de his qui ſe defer.*
Tiraq. cauſ. 30. Sed & licet ſe ſubmittere gratiæ adverſarij, & in ejus manus ponere, non ad offenſam, ſed veniam. *c. veniens. 13. de renunc.*

Quæ res, traditiones, quæ in victorijs bellicis fiunt, facit excuſatiores, quia eodem fine fieri intelliguntur, ad veniam ſcilicet impetrandam, quæ victis ſupplicibus debetur. *l. pupillus. 239. §. 1. ubi Alciat. de verbor. ſignificationibus. l. 4. & ibi Dd. de juſti. & jur. l. 4. de*
42 *ſtat. homin.* Sed & jure Saxon. † traditur debitor, qui non eſt ſolvendo in manus creditoris *artic. 39. lib. 3.* quod remotius abit à regula noſtra. Quia operæ non debentur arbitrio ejus, cui præſtandæ ſunt, ſed arbitrio boni viri, etiamſi juratæ ſint, *l. ſi libertus. 30. de oper. lib.*

43 Affinia † etiam ſunt ſeipſum velle convenire, aut ſuos *l. 4. de judic.* ſibi imperare (invito vel juridico) *l. penult. de arbitr.* ſe privatum ulciſci. *l. nullus. 14. ſup. de Iudæ. l. unic. inf. quando lic. unicuique l. prohibitum. 5. inf. de jure fiſc. lib. 10.* ſibi privata authoritate jus dicere, de quo. *in d. l. extat. quod met. cauſ. & Dd. latè. l. 3. inf. de pig. Hippolyt.*
44 *in rubr. de fideiuſſ.* Porro † ſtatuere de cauſa propria per confeſſionem ſuam, *ut l. un. inf. de confeſſ. l. 1. & l. 6. tot. tit. ff. eod.* vel juſiurandum. *l. poſt rem. de re judicat. l. admonendi 31. de jurejurand.* affine huius regulæ non putetur, ut rectè *Bal. hic n. 2.* quia hoc non eſt de ſua cauſa judicare, ſed veritatem facti cauſam concernentis indicare, atque ideo probare. *l. ſed ſi. 11. §. ult. l. cum. 30 in prin. de jurejuran.*

Contraria † ſunt conſenſus partis
adverſæ, vel expreſſus. *l. 6. de arbit. d.* 45
l. in privatis. vel tacitus non oppoſita exceptione recuſationis. *Iaſ. num. 11. & 12. Iaſon. d. l. qui juriſdictioni.* ſecundum diſtinctionem tamen ſupra poſitam. *ex l. penult. de arbit.* item
conſuetudo contraria † *cap. 1 ubi gloſſ.* 46
ad ver. punire. de pœn. in 6. c. cum contingat. 13. ubi gloſſ. 1. de for. comp. Bald. hic in fin. Iaſon. poſt Alexandr. num. 3. Zaſ. num. 21. in d. l. qui juriſdictioni: quæ tamen & ipſa ſecundum eandem diſtinctionem, videtur accipienda, argumento à pacto ad ſtatutum, vel conſuetudinem ducto. *l. ult. inf. de fideiuſ. c. ult. ext. de reb. Eccleſ. non alienand.* Manet enim immota ratio naturalis: Neminem ſibi ipſi invito imperare poſſe. *d. l. penult. de arbit.* nec fungi partibus judicis, & actoris. *d. l. ille. ad SC. Trebellian.* Quo in genere, eadem exiſtente ratione, etiam negativè procedit argumentum à pacto ad conſuetudinem, vel ſtatutum, ut quod illo non poteſt induci, ne his quidem poſſit. *Eberard. à pacto ad legem in fin.* item
† ſanctitas & integritas judicantis (hoc 47
tamen credat qui volet) *Iaſ. in d. l. qui juriſdictioni. num. 10. in 13. fallent. & auth. jubemus. inf. de iudic.* quanquam obſtet regula, quæ & mihi probatur: Quod ob qualecunque vitæ meritum non ſit recedendum à juris diſpoſitione. *c. 1. ubi Bald. in fin. ut lit. pendent.*
Item † ſuprema poteſtas & dignitas. *c.* 48

cum

cum veniſſent. 12. de iudic. (quæ penes eſt eum, qui non recognoſcit ſuperiorē, ut Imperator in Imperio, Rex in regno, eſt tamen hoc legibus cautum ne ipſi judicent, ſed committant alij externo, aut ſubdito. In imperio plerunque ex ordinatione Cameræ ſolent principes delegare alijs.) Par in utrum-
49 que litigatorem affectio † nam par affectio tollit ſuſpicionem, itaque pater poteſt dicere jus liberis inter ſe litigantibus. Sunt & aliæ complures huius theſis exceptiones, quas cumulant. *Iaſon. Zaſ. in d. l. qui jurisdictioni. nu. 13. Inno. num. 1. & 2. in c. ex parte. 1. de verb. ſignificat. Cyn. hic in l. un. latiſſimè Roman. l. ſi vero. 64. §. ult. ſolut. matrim. &c.*

TITULUS VI.

Qui legitimam perſonam ſtandi in judicio habent, vel non?

1. *Continuatio, ubi explicatur, de quibus litigantium perſonis titulus hic ſit intelligendus.*
2. *Perſonæ litigantium principales ſunt duæ.*
3. *Verbum* agere, & actoris *vartè in jure uſurpatur, & n. 4.*
4. *Actor alius eſt ab accuſatore.*
5. *Actoris cauſa efficiens propinqua, item remota, n. 7. impulſiva. n. 6. materialis. n. 24. formalis. n. 25. & 26. finalis. n. 27.*
6. *Actor an in libello exprimere cogatur, quod reus compellationem ſuam extrajudicialem fruſtratus ſit?*
7. *Omnes qui non prohibentur, agere poſſunt.*
8. *Quinam agere prohibeantur? vel natura. n. 9. & ſeqq. vel jure gent. n. 15 vel jure civili. n. 16 & ſeqq.*
10. *Infantes ne tutore quidem authore agere poſſunt.*
11. *Impuberes verò infante majores, ut & omnes illi, qui ſub cura degunt, tutore, vel curatore authore, quin & hi, ſi integræ mentis ſunt, nonnunquam ſine curatore agere poſſunt, n. 12. ſecus verò ſi mente careant.*
12. *Contra minores & alios ſub curatorum poteſtate conſtitutos, ſine curatoribus agentes, aut conventos. n. 45. niſi excipiatur, ſententia pro ipſis lata valet, non autem contra eos.*
13. *Mulieres quatenus tam de jure civili, quam Saxon. n. 14. agendi jus habeant.*
15. *Servo quatenus in judicio verſari, ac agere liceat?*
16. *Filijfam. quatenus legitimam perſonam ſtandi in judicio habeant?*
17. *Magiſtratibus quatenus agere ſit conceſſum?*
18. *Prælatus ſine conſenſu capituli, ut omnis alius rei alienæ adminiſtrator ſine conſenſu ſui domini, agere, vel conveniri poteſt, inſtitutæ tamen actionis rationem capitulo, ac domini ſuo reddere teneatur.*
19. *Excommunicatus quatenus ab agendo repellatur?*
20. *Hæretici, Apoſtatæ, perjuri, deportati, banniti, ab agendo arcentur.*
21. *Infames accuſare, ac pro alijs poſtulare prohibentur, ſuo vero nomine experiri non vetantur.*
22. *Nemo ſibimetipſi litem intendere, ac ſecum agere poteſt.*
   Patri quatenus cum liberis, & his cum illo in judicio contendere liceat?
23. *Perſonæ, quæ ſibi invicem reverentiam debent, actione famoſa ſe invicem pulſare nequeunt.*
24. *De quibus rebus agere quis poſſit.*
   Exceptio, actori jus agendi non competere, *impedit litis ingreſſum, & quando actori jus agendi non detur?*
25. *Actor quomodo conſtituatur tam in civilibus quam criminalibus?*
26. *Actor quomodo in termino comparere, libellum porrigere, litem proſequi ac probare debeat remiſſivè.*
28. *Actoris inhabilitas judicium retrò annullat.*

Rem

Reus de actoris inhabilitate excipiens ſi nõ auditur, appellare poteſt.

29. *Actoris munus an cum dignitate conjunctum?*

30. *Actoris poteſtas quæ?*

In actoris eſt arbitrio, ubi, quando, & qua actione de pluribus ſibi competentibus, an una, an vero pluribus ſimul agere velit.

31. *Actori quid incumbat, antequam ad agendum procedat?*

32. *Actori quænam indulta ſint privilegia tam in favorem, quam odium eius.*

33. *Actoris adiacentia.*

Iuſta litigandi cauſa in actore non præſumitur, niſi probetur.

34. *Actoris affinia.*

35. *Eiusdem contraria.*

36. *Reus unde dictus?*

37. *Reorum appellatio lata, ſtricta. n. 38. & ſtrictiſſima n. 39.*

40. *Reorum proprium.*

41. *Reorum duo ſunt genera.*

42. *Reorum cauſa efficiens propinqua, & remota n. 43 materia. n. 52. forma. n. 53. finis. numer. 54.*

Iudicium redditur in invitum, & reus non propria voluntate, ſed actoris conventione conſtituitur. & n. 53.

43. *Omnes conveniri, ac rei fieri poſſunt, qui non reperiuntur excepti.*

44. *Qui conveniri prohibeantur & n. 45. 46. & ſeqq.*

45. *Eccleſia & Reſpubl. acephala neq; agere, neq; conveniri poteſt.*

46. *Servi, & his ſimiles Monachi, itemq; filijfam. quatenus in ius vocari poſſint?*

47. *Capitis diminutionem paſſi quatenus rei peragi, ac in ius trahi queant?*

48. *Magiſtratus maiores, ac nobiles de facili non debent conveniri.*

49. *Nundinantes tempore nundinarum conveniri prohibentur.*

Heredes, fideiuſſoresq; defuncti quamdiu cõveniri nequeant?

Clerici, ſcholares, perſonæ miſerabiles, & milites ubi conveniendi?

50. *Ob iuſtum impedimentum quinam prohibeantur conveniri tamdiu, quamdiu illud impedimentum durat?*

51. *Quinam in id ſaltem, quod facere poſſunt, conveniri jubentur?*

52. *Quibus de rebus quis reus peragi poſſit?*

53. *Reus quomodo quis peragatur? & n. 42.*

54. *Reus cur ad judicem deferatur?* 44

55. *Effectus reatus illegitimi & legitimi tam in cauſis criminalibus, quam civilibus. n. 55.*

56. *Actori non licet, quod Reo non permittitur, ſed non contra actori licet quod Reo conceditur, quia Reus multis præ actore gaudet prærogativis.*

Reo poſt libelli oblationem lite nondum conteſtata certæ quædam indulgentur induciæ ad deliberandum, non autem Actori.

Reo permittitur examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam, non verò actori.

Reus pluribus exceptionibus, & quidem contrarijs uti non prohibetur, actori autem contrarijs actionib. uti non licet.

Reo plures conceduntur dilationes ad probandum, quam actori.

Reus pro fundanda ſua intentione editionem ab actore petere poteſt, non autem hic ab illo

57. *Reorum officium quod?*

Reus tacens, vel malè, aut obſcurè ad intentionem actoris reſpondens habetur vel pro confitente, vel negante, prout alterutrum ei obeſſe poterit.

Reus adverſus intentionem actoris excipiens, eandem non videtur fateri.

58. *Reorum privilegia.*

Reus actore non probante abſolvitur.

Reus titulum ſuæ poſſeſſionis dicere non tenetur.

59. *Reorum adiacentia.*

60. *Reorum affines.*

Defenſor alius eſt ab eo, qui ſe liti offert.

61. *Reatus contraria ſunt exceptiones, quibus Reus ſe judicio eximit.*

62. *Pœna eximentis Reum judicio quæ?*

POſtquam † expoſitum eſt de judice: reſtat ut de litigatoribus agamus, qui nam ſcilicet ſtare legitime, hoc 1

me, hoc eſt, in judicio litigare queant,
quod de perſonis principalibus, quæ
ſuo nomine poſtulant, eſt accipiendū,
Nam de his, qui alieno nomine litiga-
re poſſunt. *ſup. eſt dictum*, ut qui advo-
cati eſſe poſſint *ſup. de advocat. & de poſt.*
& qui procurarores. *ſup. de procurator.*
qui executores. *ſup. de ſportulis. & lit.
exec.* de notariis verò & ſcribis *ſup. de
offic. quæſtor. & tit. ſequent.*

2 Principales † perſonæ litigantes in
judiciis ſunt duæ. Altera enim pars
actrix eſt, altera rea *d. c. forus. l. inter. 62.
de jud.* illa hanc naturaliter præcedit. *l.
in tribus. 13. cum ſeq. de iudic.* ut paſſio-
nem actio. *Speculat. de actor. in princip.
facit l. 1. in princ. ſup. de eden.* Quamob-
rem prius de Actore videamus.

3 Porro † ut verbum Agere πολύση-
μον eſt, ita & actoris nomen inde du-
ctum, ſignificans modo advocatum.
l. 1. ſup. ne lic. potent. modo procurato-
rem *l. quæ omnia. 25. de procurator.* &
propriè eum, qui datur ab eo, qui a-
lienæ rei adminiſtrator eſt, puta à Tu-
tore, Curatore, procuratore, &c. *l. ſi a-
ctor. 10. inf. de appellation. l. neq. 11. ſup.
de procurat. l. decreto. 24. de adminiſtrat.
tut. l. unic. de actor. à Tutor. dato.* aliàs
ſyndicum in Republ. *l. ult. c. defenſores
13. de muner. & honor. l. 1. quod cuiuſq.
univ*: in privatis diſpenſatorem *l. pu-
rè. 5. §. actoris. 5. de dol. mal. excep. l. Sti-
cho. 40. § 3. de ſta. lib. l. legato. 37. de leg. 1.*
ſed plerunque, ut hic, Actor denotat
eum, qui ad judicem prior provocat.
l. in tribus. 13. ff. de judic. hoc eſt, qui
jure agit, & aliquid à parte adverſa pe-
tit reſtitui in realibus. *§. 1. Inſtit. de a-
ction.* puniri in pœnalibus, de quo *in
§ pœnales. & ibi Doctores. Inſtitut. de
actionib. l. ultim. ubi Bartol. de priv.
del.* Vnde & petitor dicitur. *l. ſi ſervus.
14. §. 1. de condict. furtiv.*

Ut autem † actiones ſunt vel civiles, 4
vel criminales. *l. ult. de privat. del. l. ult.
de injur. l. ult. de furt*: quarum illæ a-
ctiones propriè dicuntur *tit. de accuſa-
tion.* hic, qui agit in civilibus, accuſa-
tor dicitur. *l. 4 ubi Doctores ſup. de eden.
& inf. de his qui accuſa. poſſunt.*

Cauſa eſt † voluntas, cum nemo in- 5
vitus agere, vel accuſare cogatur. *l.
unic. inf. tit. ſequent.*

Impulſiva † eſt fruſtratio rei, ſeu de- 6
bitoris in civilibus, quanquam hanc
libello exprimi non ſit neceſſe. *c. licet.
31. Vbi Doctores, de ſymonia. l. quidam.
13. ubi Angel. de ſervit. urb. præd. Zaſ.
poſt Iaſon. num. 42. §. ſic itaq. Inſtitut. de
action.* In criminalibus eſt vindicta:
*ut l. 1. de coll. bon. l. un. inf. quan. lic. uni.
ſe vind.*

Agere autem † poſſunt omnes, qui 7
non prohibentur. *c. cum locum. 14. de
ſponſ. Specula. de actore. in princ. per l. mu-
tus. 43. de procur.*

Prohibentur † autem alii ſimplici- 8
ter, alii relativè, & ſecundum quid.
Simpliciter aut ex cauſa naturali, aut
ex cauſa juris gentium, aut ex cuſa civi-
li. Ex naturali † cauſa prohibentur ob 9
ætatem pupilli. *l. qui accuſare. 8. de ac-
cuſa. l. 1. 2. h. tit.* Et quilibet impubes
*c. ex parte 67. de appellat. l. 1. § ſufficit
de admin. tutor. l. 4. inf. de auth præſt.
§. ſi minor. ſi de feu. def. contro. in u. b.
feudor.* Ac infantes quidem, † hoc 10
eſt, ſeptennio minores. *l. ſi infanti. 18.
inf. de jur. deliberan. l. 1. §. ſufficit. de ad-
miniſtrat. tutor. c. 1. de deſp. impub. lib. 6.*
adeo quidem, ut nec autore tutore iu-
diciis intereſſe poſſint *d. l. ſi infanti l.
ſervum. 6. rempub. ſal. for. l. 1. l. bono-*

tum 7. inf. qui admitti. ad bonor. poſſeſſ.
31 At egreſſus infantiam † quoq; ſimpliciter prohibetur, niſi reſpectu ſui. Nam authore tutore, ut reliqua rectè agit, *tot. tit. de author. tutor.* ita & judicia. *l. 5. de reg. jur. cum ibi not.* Eademq́ue ferè eſt cauſa minoris, qui non per ſe, ſed tantum cum curatore agere poteſt *l. in univerſis 11. cum l. ſeq. infr. qui dar. tut poſſ. l. 2 hoc tit. d. c. ex parte. 67. de appellat. c. conſtitutus. 8. de in integ. reſtitut.*

32 Quanquam hic † facilius admittitur, ut in cauſis ſpiritualibus matrimonij, (cum enim minor ſit capax matrimonij, non interdicendum quoque ei eſt actionem conjugij exercere) *c. ex parte 14 de reſtitut. ſpoliat. Specul. de actore. num. 10.* item in criminalibus, *l. qui accuſare 8. ff. de accuſat.* (ubi non fit mentio minorum, ſed tantum pupillorum; regula autem eſt; exceptionem firmare regulam in caſibus non exceptis. Cum itaque ob ætatem *in d. l.* prohibeantur ſaltem pupilli, conſequens eſt, adultos, qui egreſſi ſunt annos impuberes, poſſe accuſare *c. omnibus. 4. q. u. c.*) maximè ſi ſuam, ſuorumq́ue injuriam perſequantur *l. hi tamen 11. de accuſat.* Item in petitione alimentorum. *l. 1. inf. de ali. pup. præſt. Speculat. de actore num. 3. & 20. per l. 2. ff. de ferijs.* item ſi à curatore liberari petat (tanquam major, vel volens veniam ætatis impetrare) *l. minor. 32. de minor.* Denique ſi non excipiatur contra minorem. *Speculat. de acto. num. 3. 7. & 9.* Quo caſu valet proceſſus, pro ipſo non contra eum *l. non eo 14. de procurat. l. ult. hoc tit. l. penult. l. ult. ſupr. ſi adver. rem jud. l. ſi.e 21. de tut. datis.*

idemq́ue ſtatuitur in omnibus † qui ſine curatore nihil gerere poſſunt. *Speculat. præallegat. loc num. 11. & 19.* cum hac tamen diſtinctione, ut qui judicio, & mente caret omnino, ne quidem adverſario patiente, agere efficaciter poſſint, (ut nec infantes, de quibus ſupra dictum eſt) velut ſunt furioſi, fatui *l. 5. ubi Dec. & Dd de reg. jur.* cæteri peræq́ue, ut minor admittuntur adverſario non opponente, ut ſurdus, mutus, prodigus, mulier luxurioſa. *l. 1. l. & mulieri. 15. de curator. furioſor.* ſcilicet, poſtquam eis bonis interdictum eſt. *d. l. & mulieri.* nam aliàs, niſi ætate prohibeantur, mulieres † pro ſe agere poſſunt. *l 1 § 5. verſ. ſexum. de poſt.* non pro aliis *d l. 1. §. 5. ex ratione l. alienam 18 ſup. de procurator l. 1. & 2. ad Senatuſcon ultum Velleia- num*: niſi ex officio tutelæ. *l. 2. infr. quand. mul. tutelæ offic. l. liberto. 31. §. quinquam penult. ubi gloſſ. ad verb. jus actoris de negoc. geſt.* quia & tunc ob periculum rem ſuam agere videtur, ſi enim ceſſat tutor in officio, actione tutelæ tenetur. atq; tum etiã ſine marito agere poteſt. *l. non eo minus. 14. l. maritus. 21. ſup de procur.* cum non ſit in eius poteſtate. *l. ſi ut proponis 7. inf. de nupt.* l. 1. *cum l. ſequent. inf. de liber. præter. vel exhered. l. 2. in princip. §. quod ſi. 1. l. quoties. 29. ſolut. matrim. l. 1. de lib. agn. l. 1. §. ult. gloſſ. & Bartol. in l. cum. 18 §. 2. de injur.* 33
In criminalibus verò non item, quia & hic eſt interceſſio. *c. ex eo. cum ſequent. 15. quæſt. 3. l. qui accuſare 8. de accuſat:* niſi ob evidentem publicam utilitatem, ſi ſcilicet alius non ſit, qui velit accuſare, *l. mulierem. 30. ff. de accuſat.*

cuſat. aut niſi ſuam ſ.orumque inju-
riam perſequatur, non enim hæc in-
terceſſio, ſed cauſa propria eſt. *l. 4 & 5.
l. de crimine 12. l. propter 14. infr. de
bis qui accuſa. poſſunt. l. mulieri 6. de
pop. act.* puta ſi pro Marito, patre,
propinquo incarcerato, aut accuſa-
to intercedat. *l. 3. §. 2. de liber. cauſ.
Deciſio. Rota 16. titul. de procurator
Deciſio. Neapolita. 143.* vel etiam appel-
let. *l. 1. de appellat. recip. Doctores d. l. ad
lenam. ſupr. de procurator.* Quan-
quam ſicut alias de ſua injuria, puta vi
illata, accuſare poteſt *l. propter 7. inf.
ad L. Iul. de adulter.* ita maritum ex
cauſa adulterii criminaliter accuſare
nequit. *l. 1. ubi Doctores. inf. ad L. Iul.
de adulter.* civiliter poteſt. *c. tua. 5.
ubi Panormitan & Doctores. de procur.
c. 1. c penult. de adulter.*

14 Sed jure Saxon. † & Imperij etiam
maritum criminaliter hoc nomine re-
ctè convenit. Ordinat: Imperij *cap.
120 in fine.* Alias verò jure Saxon.
agere non poſſunt, cum ſint in cura-
tione mariti conjugatæ: ſed nec reli-
quæ, puta virgines, & viduæ, quia ut
in alienatione bonorum immobili-
um, ubi de graviore præjudicio quæ-
ritur, opus habent tutore; ſic quo-
que in omnibus judiciis propter eo-
rum momentum. *artic. 46. & 44. lib.
1 & artic. 63. lib. 2.* ſi tamen non ex-
cipiatur, videntur in civilib⁹ ſaltē, &
procuratores dare poſſe. *l. non eò. 14 ſup.
de procur.* Quod alias non licet. *l. liber-
to. 31. 32. §. penul. ubi gloſ. ad ver. quia
nec ipſa. de negoc. geſt.* Et etiam per ſe
agere poſſe, veluti minores, ſicuti ſæ-
pius eſt obſervatum.

15 Ex cauſa jurisgentium † prohi-
bentur ob [illegible] agere ſervi. *l. non
idcirco. 44. §. [illegible] de judic. l. 1 ſup de
precib. imperat. offerend.* & quid in in
pecuniariis omnino, quia nihil ſibi pe-
tere poſſunt (cum nihil proprij ha-
beant, nec quicquam ſibi acqui-
rant, ſed domino.)

Cæterum in criminalibus quibuſ-
dam admittitur. (propter atrocita-
tem) *l. vix certis. quinquageſima tertia.
de iudic. l. ſervus 6. ſup. eod l. 1. ſup de
precib. imperator. offerend.* ut & de mo-
mentanea poſſeſſione. *l. 1. infr. ſi per
vim vel alio mod. abſent. turb. ſit poſſeſſ.
l. ult. infr ubi cauſa ſiſ.* hoc eſt, de ju-
dicio poſſeſſorio ſpoliationis (Ita e-
nim momentaneam poſſeſsionem o-
mnes leges interpretantur *l momenta-
ria. 8. inf. Vnde vi l. ſi coloni. 14. inf. de
agricol. & cenſit: lib. 11. l. 1. inf. ubi de
poſſ. l. 1 inf ſi per vim.*) de quo cauſa
ipſorum dominorum ſæpe abſentium,
ſervis quæri permittitur, cum poſſeſ-
ſio illis credita eſt, & ut quàm celerri-
mè, ut momenti nomē oſtēdit, & abſq;
mora judicii extraordinem hæc quæ-
ſtio terminetur *d. l. ſi coloni. inf. de a-
gric. & cenſ.* & de hac cauſa accipio *l.
ult.* Interdum etiam adverſus domi-
nos ſervis conſiſtere permiſſum, ſed
hoc certis ſaltem in cauſis, quæ com-
prehenſæ ſunt in *d. l vix certis. 53. de iu-
dic:* Item ſtatû liber. *Specul. de act. nu 18.*
quia medio tempore pro ſervo habe-
tur. *l. ſtatu liberum. 9. l. ſtatu liberi 29.
de ſtatu liber.* Ex cauſa civili † ob ſta- 16
tum rurſum filiusfam. abſque patre.
*l. ult. inf. de bon. quæ lib. l. 1. §. ult. inf. de
anna: excep.* niſi hoc abſente, vel alia ex
cauſa (veluti furoris) agere impedito
l. ſi longius. 18. de jud. l. filiusfamil. 9 de

oblig. & actionib. & action. niſi in quibuſdam actionibus, injuriarum, furti, & in factum. *l. in factum.13. de oblig. actionib. & action. l.5. §. in lege 7. de injur.* Ob dignitatem, † & ſuſpicionem concuſſionis, magiſtratus, quam diu eſt cum poteſtate. *l. pars literarum 48. de iudic. d. l. Senatuſconſulto. 16. de offic. praſ.* niſi ad finem litis conteſtandæ (nam uſque ad litis conteſtationem non eſt ullus probabilis timor, qui demum incipit poſt litem conteſtatam. Ergo poteſt deducere jus ſuum Magiſtratus uſque ad litem conteſtatam) & hoc ſi res urgeat, puta actio ſit exitura. *d. l. ſenatusconſulto.* quod Speculator tamen *de actor: num. 62.* ad temporales magiſtratus conſtringit, (& rectè) ſecus exiſtimans in perpetuis, qui tamen non debent coram ſe agere, ut ſupra dictum eſt. *d. l. qui juriſdictioni l. penult. ſup. de arbitr.* nec per ſe, ſed per procuratorem, ut Duces, Comites, aliiq; illuſtres & majores, qui minacem timorem adverſariis inferre ſuis poſſunt. *l. penult. ſup. de procurator.* Cæterum reliqui ex aliis cauſis agere prohibiti, ut per ſe non poſſunt, ita nec per procuratorem à ſe datum (cum nemo plus juris in juriſdictione alteri dare poſſit, quàm ipſe habet. *l. nemo plus. 55. de R. iur.*) *d. l. liberto. 31. §. penult. ubi gloſſa ad ver. quia nec ipſa. de negoc. geſt.*

18 An autem prælatus † agere poſſit ſine conſenſu capituli latè diſputat *Speculator. num. 76. cum ſequentib. de act.* in quo concludit *num. 80.* quod quicunque administrationem liberam habet agere poſſit, velut tutor, & curator. *l. in univerſis. 11. cum ſequen inf. qui dar. tutor. l. 2. infr. de his qui accuſa.* Procurator cum libera, *l. procurator. 58. cum ll. ſequentib. ubi gloſſa & Doctores de procurat. c. 4. cum ſequent. de procur. in 6.* qui tamen omnes ſcire debent, ſe litium inutilium, aut iniuſtarum nomine ad calculos revocari, & ad reſtitutionem damni urgeri poſſe. *l. nonest ignotum. 6. inf. de administrat. tutor.*

Contra ob pœnam † non agit Excommunicatus *c. exceptionum. 12. c. 1. c. cum inter. 5. de except. c. prudentiam. 21. §. ſexta cauſa. de off. delegat.* ne quidem per modum reconventionis, niſi in appellatione. *c. ult. c. dilecti. 8. c. dilecta. 10. cum ſequen. de exception.* quia pars eſt defenſionis. *l. 1. de app Ration.* latè *Anton. de ſancto Georgio in rubric. de appellationib. num. 20. cum ſequen ib.* quæ etiam excommunicato reſervatur in judiciis. *c. intelleximus 7. de jud. d. c. dilecti. cum ſequent.* 19

Eademque ratione † quia ipſo ſcil. jure excommunicati ſunt hæreticus. *c. vergentis. 10. de hæretic. Apoſtata c. 1. 2. cau. 4. q. 1. & c. 1. 2. 3. 3. quaſt. 4.* perjurus. *d. c. dilecti. 8 de exceptionib. c. querelam. 12. de jurejuran. Speculator præalegat. loc. num. 16.* Et in foro civili deportatus, *l. ſi debitori. 47 de fideiuſſ. l. quoties. 14. de nova. l. ſi quis. 9. inf. de bonis damnatorũ.* & ideo quilibet etiã bannitus, ut vult *Spec. de actio. n. 19. per l. ſed ei ſi. 16. §. actio. ex quib cauſ. maior.* nam deportato comparatur. *§. relegati. Inſti. quib. mod. jus pat pot.* ut reus læſæ Majeſtatis *L. ult. inf. ad L. Iul. Maieſt.* quod accipiendum videtur de iis, qui civitatem amittunt. *Spec. n. 14.* quod non ad omnes relegatos extendi poteſt, quia nec bona amittunt. *l. 5. de interd. & rel. l. deportatorum. 8. inf. de pæn.* latè *Blancus in tract. de compro. quaſt. num. 14. Maran. in Spec. parte 4. diſtinctio. 2. num. 1.* 20

Cæte-

Cæterum reliqui ideo agere nequeunt, quia excommunicatis in foro civili æquiparantur. *c. 1. hic finitur lex deinde conſuetud. regni incip. lib. 2. in uſib. feudor.*

21 Sed & infames † & quidem imprimis ad accuſationes non admittuntur. *l. criminis. 15. inf. de his qui accuſa. non poſſ. l. 1. infr. de infam. lib. 10. c. infames. 6. quæſt. 1. c. prohibentur. 2. quæſt. 1.* neque ad actiones populares, civiliter autem agere poſſunt, quia ut loquitur Rofredus, à communione fidelium & civium non ſunt ſegregati. *c. ult. Speculat. num 15. cum ibi allegat. & melior text. in l. 1. & 2 de his qui notant. infam. l. 1. §. 5. de poſtula.*

22 Reſpectivè autem † nemo ſecum agere poteſt. *§. ſic itaque. Inſtitut. de act.* cum ibi notatis, nec cum ijs, quos habet in poteſtate, *l 4. de jud. Specula. d. lo. num. 20.* & ſic neque etiam cum adoptivo. *l. ſi à me. 11. de iud.* aut econtrario. *d. l. 4. de iud* niſi de caſtrenſi peculio. *d. l. 4.* in quo pro patrefamilias filius habetur. *l. 2. ad SC. Maced.* & alijs caſibus quos notat. *Specul. de actor. num. 20.* Ex quo ſequitur, cum filio patrefamilias patri judicium conſtare. *l. ult. inf. de in ius voc.* non tamen infamoſis actionibus. *l. 2. 3. 4. 5. de obſ. parent. & patron. præſt. l. non debet. 11. de dolo mal.* aut criminalibus accuſationibus. *Specula. de accuſator. num. 18* qui-
23 bus nec libertus † cōtra patronum agit. *l. 4. 5. de obſ. parent. & patr præſt.* nec Emphyteuta, aut aſcripticius contra dominum. *l. 2. inf. In quibus cau. colo. lib. 11.* nec Vaſallus cum Domino feudi, *c. 1. §. item ſi delator. quæ fuit prim. cauſ. amitt.* nec ſubditus cum Magiſtratu, aut ſimilibus perſonis, quibus reverentia debetur. *l. generalis er. 13. de in ius voca.* ſed nec maritus cum uxore, vel cōtra conſtante matrimonio illiusmodi actionibus rectè agit *l. 2. ff. rer. amotar. l. 2. C. eod.* niſi de damno pecuniario propoſita in factum actione. *d. l. 2. inf. rer. amotar.* quæ & contra parentes, ac ſimiles perſonas datur. *d. l. non debet. 11. de dol. mal. d. l. 3. 4. de obſ. parent. & patron. præſt.*

Agere autem † quiſque poteſt de 24
re ſua, hoc eſt, de ſuo, ut loquuntur, intereſſe. *cap. 1. ubi Dd. de controverſ. inv. vaſ* & alium, non de re aliena, & jure, ut loquuntur, tertij. *l. 4. § penult. ſi ſervit. vendicet. l. 6. §. ulti. de negoc. geſt.* ne quidem ſui ſubditi, vel vaſalli. *cap. dilectus. 55. de appellationib. c. 1. §. denique quæ fuit prim. cauſ. benefic amitten.* Cæteroqui obſtat exceptio juris tertij, impediens litis ingreſſum de qua. *l. ſi quis. 8. §. 1. inf. de præſcription. 30. annor. Bart. Caſt. & Dd in l. 1. de excepti. rei iudica.* eademque ratione de eo, quod non intereſt, agi nequit, etiamſi res ſit propria. *l. 6. § ſi tibi. 3. ubi Doctores. m ind l. poſthumus. 6. §. 1. ubi Bart. Ang. & Doctores de inoffic. teſtamen.* alioqui & hîc obijci poterit exceptio litis ingreſſum impediens, tua non intereſt. *gloſſ in c. ex parte. 7. de teſt Bartol. in d. l poſthumus. latè Blancus in tract. de compro. parte 4. quæſt. 4. exceptio. 10. tua non intereſt.* quin etiam judex ex hujuſmodi cauſa actorem repellere poteſt, nemine opponente. *l. ubi 40. ubi gloſſa & Doctores. ſup. de transact. per l. ult. inf. de rei vendica.* nec enim eſt malitijs indulgendum. *l. in fundo. 38. de rei vend.*

Formam † conſtituendi actorem 25
in criminalibus oſtendit. *l. 2. 3. cum ſe-*

quen. de accuſ. l. ult. inf. eod. tit. In civilibus vero quiſque ſeipſum actorem facit provocando. *d. l. in tribus. 13. de iud.* proprie tamen conſtituitur per litis conteſtationem. *l. amplius. 15. ubi Doctores ff. rem rat. hab.* impropriè per petitionem ſeu libelli oblationem. *d. l. in tribus.*

26 Forma † comparendi quæ ſit, traditur in *l. properandū 13 §. 1. ſup. de iud. Specul. de comparit. de actore & alijs in locis*: proponendi libellum. *in Auth. offeratur inf. de lit. conteſtat. l. 3. ſup. de edend. l. 1. & 2. ſup. de form. & imp. ſub* Proſequendi litem. *in auth. qui ſemel. inf. quomodo & quando iud.* probandi. *in l. 4. ſup. de edend. c. 1. & tot. tit. ext. ut lit. non conteſta. & de proba.*

27 Finis † idem eſt qui actionis, videlicet, ut vijs ſuum per judicem actor obtinere poſsit *l. nullus. 14 ſup. de iudaeis.*

28 Effectus † quod judicium reddatur retro nullum ob inhabilitatem perſonæ agentis. *l. ult. hoc tit. l. cum hi. 8. § ſi prætor. 17. de transact. ubi Dd.* maxime obiecta exceptione. *l. ita. 13. cū l. ſequent. ſup. de procurat. ubi Iaſon. & Dd* quæ niſi reijciatur, licet etiam appellare. *c. de ijs. diſtinct. 28. c. 2. ubi Panor. de ſecund. nuptijs. c quod ad conſultationem. 15. de re iudica.*

29 Ad effectum † etiam pertinent dignitas, poteſtas, officium, & privilegia actorum. Dignitatem actio per ſe non affert, ut nec accuſatio, cum res ſit privata: Nā quod dicitur; multis honori nobiles cauſarum actiones fuiſſe ut eſt apud Ciceronē *libro. 1. officior.* accipiendū eſt non de munere actoris, ſed oratoris, in quo dignitatem eſſe. *ſup. dictum eſt. ad tit. de poſtul. & de advocat.* potius infamiam, & indignitatem actio affert, ut in calumnijs, prævaricationibus, &c. *l. 1. ad SC Turpill. l. 1. & 2. de his qui notan. infam.* De[illegible] † tra- 30
ditur regula: non licere plus Actori quàm Reo. *l. non debet 41. de regul. iur.* niſi initio, cum in poteſtate eius ſit, quando agatur. *l. purè 5. §. ult. de doli mali & met. except. l. qui in alterius. 42. de R. I.* non etiam in poteſtate rei. Nam judicium redditur in invitum *l. inter. 83. §. 1. de verb oblig. l. de die 8. ff qui ſatiſdar. cogan. l. unic. inf. tit. 1.* Quamobrem eſt etiam in poteſtate actoris eligere forum, in quo agat. *l. 2. § Scævola. 2. de eo, quod cert. loc. l. ult. ubi in rem act.* contra regulam alternativorum. *l. plerunque. 10. de iure dot. c. in alternativis de reg. iur. in 6.* Eſt & in poteſtate eius, quādo agat. *d. l. de die. 8 ff qui ſatiſd. cogant.* & de pluribus actionibus competentibus eligere, qua agat. *l. quod in herede. 9 §. 1. de trib. act. l. cum filius. 76 §. penult. de leg. 2.* Una, vel pluribus: *Doctores ad l. naturaliter. 12. §. 1. de acquirent. poſſeßion. & l. 3. ſup. de eden.* Non tamen de eadem re, hoc eſt. ad unum eundemq; finem, quantumvis ex eadem re. *l. nemo. 43. §. 1. l. bona. 57. de reg. iur. l. 3. & 4. cum multis ſequentib. de except. rei iud.* neque contrarijs *l. 1. inf. de furt.* niſi per alternativam contrarietas tollatur. *cap. conſtitutus. 8. de in integr. reſtitut.*

Officium † ut antequam agat rem 31
exploret (quod tamen eſt humanitatis, & etiā prudentiæ, non neceſsitatis) *l. 1. ubi Alciat. in princ. ſupr. de eden. l. nimis. 7. inf. de teſtib. c. 1. ubi Doctores. de fid. inſtrument.* & inſtructus, & bene de jure ſuo certus in judicium veniat ad agendum. *l. qui in alterius. 42. in fin de regul. iur.* & abſque calumnia incipiat. *l. 1. 2. ſup de iureiur. propt. calum.* neque temporius, quam par eſt. *l. 1. in fin. qui*

de es

dies leg. uſusfr. ced. l. un. inf. de plus pet. §. tempore. §. ſed hoc quidem Inſt. de act. §. pen Inſt. de except. neque tardius (nam in utroque extremo vitium eſt.) *l. cum poſtulaſſem. 44. de damn. infect.* & abſque fruſtratione proſequatur. *d. l. properandum. 13. §. 1. ſup. de iud. Authent. qui ſemel, infr. quomodo & quando jud. l. 1. ad SC. ad Turp.* Privilegia † ſunt, quæ à communibus juris regulis recedunt. *cap. privilegia. diſt. 3.* ejuſmodi quædam circa actorem quoque verſantur, tam in ejus favorem (ut quod habet electionem actionis, temporis, loci, ut diximus, contra regulam obligationum generis. *l. ſi unus. 27. §. 6. de pact. l. fideiuſſorem. 52. mandat. l. ſi quis. 35. inf. de donat.* Et alternativæ. *d. l. ſi unus. §. 6 d. l. plerunque c. in alternativis. de reg. iur.*) quàm in odium, & detrimentum, quod plerunque uſu venit, cum durior eius ſit conditio. *l. in eo. 33. de reg. iur.* Rei vero favorabilior. *l. favorabiliores. 125. eod tit.* ex ratione. *l. Arrianus. 47. de obligat. & act l. 5. de pœn.* Huc etiam pertinent ſingulares pœnæ, quæ actoribus irrogantur, propter calumniam. *tot. tit. ff. & infr. de calumn* contumaciam, *d. l. properandum. §. 1. l. unic. §. 3. ver. etiam petitorem. ſi quis jus dicent.* ineptitudinem. *c. examinata, 11. de iud.* tergiverſationem, prævaricationem, colluſionem, &c. *d. authentic qui ſemel. & tit. de prævar. & inf: & ff. ad SC. Turp & de colluſione deteg.* vel pecuniariæ, ut expenſarum. *d. l. properandum. §. 2. ſup. de iudic.* eius quod intereſt. *d. authent. qui ſemel. ubi Doctores.* mulctæ, *d. l. un ſi quis ius dic:* Vel etiam corporales. *l. penult. l. ult. de in ius voc. l. ult. & tot. tit. inf. de calumn.*

Adjacet † rem exaggerare, non extenuare, qua ratione pœnæ plus petitionum ſunt inventæ (quibus nihil opus eſſet in actoribus, niſi uſu veniret interdum ut plus petendo rem exaggerarent) de quibus *inf. l. unic. de plus pet. §. plus autem. cum ſequen. Inſtit. de act.* habere juſtam litigandi cauſam. *Iaſon. & Doctores. d. l. properandum. §. ſive autem alterutra.* quæ tamen non præſumitur, niſi probetur. *gloſ. verb. injuſtè. ubi Bald. Salic. & communiter Doctores in authentic. generaliter ſup. de Epiſcop. & cleric. Bartolus de Gardu. conſil. matrimoniali 63. num. 10.* 33

Affinia † ſunt offerre libellum ſupplicem. *lib. 1. ſup. de precib. imperat. offerend* officium judicis implorare. *d. l. cum poſtulaſſem. 44. de damn. infecto. l. quod ſi minor. 24. de minor. Doctores. c. ult. de offic. iudic. Iaſon. num. 8. in l. 1. de juriſdictione.* 34

Contraria † ſunt, reconventiones, exceptiones. *l. 2. de exceptionib.* præſertim illæ, quæ obſtant, quo minus quis agere poſsit, ſumptæ vel à perſonis, vel à rebus, vel ab actionibus, de quibus longum eſſet dicere, & latiſsimè tractatur à *Specula tit. de actore ferè per totum. Phil. Francus in c. 1. de litis conteſtation. in 6. Socin. cap. 1. eod. tit. Blancus de comprom. part. 4. c. de exception. imped. litis ingreſ.* 35

De Perſonis Reorum.

HACTENUS de Actore: Nunc conſequenter ad reum † veniamus,

mus qui à re judicialiter controverſa
dictus eſt, ut vult Cicero,*lib.2.de Orator.*
Reos, inquit, non modo appello eos
qui arguuntur, ſed omnes quorum de
re diſceptatur: & *Iſidorus. c. forus, de*
verbor. ſignificationib. reus à re, quæ pe-
titur, nuncupatur, ut magis obtinuit à
re in genere ſumpto vocabulo. Nam
37 non modo ij, R E I † dicuntur, quorum
res in judicio diſceptatur, ſed quorum
de re etiam extra judicium, aut con-
troverſiam agitur; Unde reus deben-
di dicitur debitor. *l. heres. 21. §. quod ſi.*
3 cum l. ſeq. de fideiuſſ. l. 4. §. Labeo, quod
metus cauſa. ſic & reus promittendi. *l. 3.*
4. 6. 7. 10. cum ſequentib. l. ult. de duob.
reis. ſtipulandi. *l. 1 l. & ſtipulationum. 14.*
cũ ll. ſequent. de duob. reis. l. ſi plures. 9. de
pact. credendi, *l. ſi duo. 34. de recept. ar-*
bit. & uterque contrahens Rei dicun-
tur, ut nunc vulgo partes. *l. 5. verſ. con-*
ventionales. in ver. quæ ex conventione
reorum fiunt. de verb. obligation. ſic &
expromiſſor, Reus dicitur. *l. 1. ad SC.*
Velleia. l. 1. §. exceptionem 8. quarum re-
rum actio non datur fidejuſſor. *l. 1. §. ju-*
bet. 7. de coll. bon. ut autem alias à con-
tractibus ad judicia ducitur argumen-
tum. *l. 3. §. idem. 8. de pecul.* ita & hic
reus dicitur, qui in judicio aliquid de-
bet, ſeu cuius de re agitur. Idque du-
pliciter, primo generatim Reus dici-
tur, ut in contractibus, ad quemcunq;
res pertinet, de qua agitur, quo ſignifi-
catu etiam actor venit, ut cum Reus
ſatisdandi dicitur, qui ſatisdare debet,
reus accipiendi, qui accipit, *l qui ho-*
minem. 34. §. quidam. 8. de ſolut. Itaque
olim poſt litem conteſtatam uterque
litigator reus dicebatur, ut Ælianus.
tit. de verbor. ſignificationib. annotavit,
quod maximè in criminalibus obti-
nuiſſe conſentaneum eſt, propter [illegible]
ſcriptionem, & ſimilitudinem [illegible]
cij, ad quam, niſi probaret, actor [illegible]b-
ligare cogebatur. *l. ult. inf. de accuſa. l.*
ult. inf. de calum. Altero modo magis
proprié † hoc nomen ei tribui ſolet, 38
qui convenitur, nam de huius potiſſi-
mum re agitur, Unde Feſtus rectè, re-
us, inquit, eſt qui cauſam in judicio di-
cit, hoc eſt, defendit, quod fortè &
Cicero adducto ſupra loco voluit, non
nomen definiens, ſed potius rem ipſam
& hunc ſecutus. *Iſidorus. d. c. forus. 20.*
de verbor. ſignification. propriiſsimè ta-
men † accuſatum de crimine Reum ap- 39
pellamus. *l. 5. de publ. jud. l. ſi multi. 6. de*
publican. unde & reatus *l. ult. de publ.*
judic.

Proprium † reorum eſt fugere *l.* 40
properandum. 13 §. 2. ſupra de iud. &
cauſam, quoad fieri poteſt, extendere.
Speculat. de expen. in princ. † Diſtribue- 41
re autem eos poſſumus in reos pecu-
niæ. *d l. heres. 21 de fideiuſſ d. c. forus.*
& Reos criminum. *d. l. ſi multi, 6. de*
publican.

Reum porrò † non voluntas pro- 42
pria facit, quia non eſt in ejus poteſta-
te, quando agatur, ut traditur. *inf. tit.*
1. l. pure. 58. §. ult. de dol. mal. & metus
exceptionib. & ibi Doctores. Sed in invi-
tum judicium redditur. *l 1. §. 5. verſ.*
compelluntur. de iud. l inter. 83. § 1. de
verbor. oblig. Itaque actoris conventio,
ac propriè litis conteſtatio reum con-
ſtituit. *d. l. amplius. rem ratam hab.* quē-
admodum & ſupra ex Æliano Gallo
oſtenſum eſt. Rei † autem fieri poſſunt 43
omnes, qui non excipiuntur. *l. hoc ac-*
cuſare. 12: cum ibi notat. de accuſ.

Excipiuntur † generatim omnes 44
qui in jus vocari, ſeu citari nequeunt

ob p o-

ob prohibitionem legis *l. 2. de in jus vocan.* ... edicti. *l. 4. cum multis ſequentib. eod. tit.*

45 Deinde ſingulariter alij † ob naturam, ut infantes. *d. l. ſi infanti.18. inf. de jure delib.* furioſi, fatui. *l. 5. inf. de reg. jur.* & hi quidem ſimpliciter, pupilli verò infantiam egreſſi non aliter rei eſſe poſſunt, quam authore tutore. *l. contra pupillum. 54. de re iud.* ut nec prodigus, aut minor abſq; curatore (quamvis valeat judicium, niſi contra eos excipiatur, quoad commodum eorum, non autem quoad incommodum, ut ſupra dictum) *l. ult. hoc tit. l. 1. & 2. ſup. ſi adver. rem iud. l. acta. 45. § ult. de re ju.* nec mulier jure Saxon. abſque tutore, *artic 44. 46. lib. 1. & 63. lib. 2.* nec Eccleſia abſque œconomis, curatoribus Eccleſiæ, *l. orphanotrophos 32. ver. in iudicia. ſup. de Epiſc. & cleric.* quam obrē ea vacante, & deſtituta ſuo prælato, ceſſant judicia ad Eccleſiam pertinentia activè, & paſſivè, *c. ultim. ne ſede vacante.* nec Reſpubl. *l. 1. inf. de jure Reip. lib. 11 Speculat. de reo num. 17.* quæ & ipſa jure minoris utitur. *l. 3. eod. tit. l. 4. ſup. ex quib. cauſ. maior*: velut & Eccleſia.

46 *c. 1. & 3. De in integ. reſtitut.* Alij † ob ſtatum, ut ſervi. *l. ſervus. ſup. de judic. l. lis nulla. ff. eod.* & qui pro ſervis habentur, ut Monachi, & ſimiles, ut coloni adſcripticij *Specul. de reo num. 19. per c. unic. ext. de ſyndico.* quanquam hi accuſari poſſint ex iis delictis, quæ pœna corporali cohercentur, interdum & filiifamilias *l. filiusfamil. 38. ubi gloſ. & Doctores. de obligationibus, & action.* maximè ſine patre *inf. l. 1. de bonis mater. l. ult. inf. de bon. quæ lib.*

47 Alij † ob pœnam, ut paſſi maximam, & mediam capitis diminutionem, *l. ſi debitori 47. ubi Bart. & Doctores de fidejuſſ. l. ſi quis pen. inf. de bon. proſcrip.* quod accipiendum eodem modo exiſtimo, reſpectu bonorum, quæ una cũ actionibus in fiſcum tranſeant. Cæteroqui de crimine novo, aut bonis poſt quæſitis, ſi quando acquiri poſſunt, de quo *Doctores in l. 1. inf. de her. inſt.* nihil cauſæ eſt, quamobrem non æquè convenire, & ſe defendere poſsint, atque excommunicati, & banniti, *ut ſup.* traditum eſt. Olim etiam minima capitis diminutio ab actionibus liberavit, ne conveniri minutus iis poſsit. *l. 2. ff. de cap. diminut. l. ult. de duob. reis.* ſed hoc jam obſoletum. Alij † ob dignitatem, ut Magiſtratus. *l. pars literarum 48. de iud. l. hos accuſare. 12. de accuſ.* præſertim illuſtres, ut principes, duces, &c. ac etiam ut *Speculator* addit nobiles, *de reo num. 1.* nam hi privilegiati ſunt, ne facilè conveniri poſſint. *c. frater. 16. quæſt. 1.* facit etiam *l. 1. & tot. tit. inf. ubi ſenat. & Clar.* Item Epiſcopus. *Speculator num. 11 per l. 2. ver. ſacra facit. de in jus vocan.* 48

Alij † ob privilegia certi temporis, aut ſecundum quid: ut qui conveniunt mercatus cauſa ad nundinas *l. unic. inf. de nundin. artic. 63. lib. 3 jur. Saxon art. 26 & 27. lib. 2.* Heres, vidua, domeſtici, fidejuſſores defuncti, intra novem ab obitu eius dies. *l. ult. cum authent. ſeq. inf. de ſep. viol. §. penult. in Novell. 115. ut cum de appellation.* jure Saxon. intra dies 30 (den dreiſſigſten) *artic. 15. lib. 3.* Hæres ante confectionem inventarij. *l. ult. inf. de jur. deliberan. c. Reinholdus in fin. de teſt. Speculat. de Reo. num. 18.* Sed & Clerici in foro alias competenti conveniri nequeunt, cum tantum apud Eccleſiaſticum judicem rei peragi 49

a [illegible] quia actor ſequitur forum rei. *c. 5. de for. competen.* & ne quidem conſenſu conveniri poſſunt, & pactione coram ſeculari. *l. 6. & 7. ſup. de Epiſc. aud c ſi diligenti. 12 de for compet. auth. ſtatuimus. auth. ſed hodie. de Epiſc. & Cler* Ut nec ſcholaſtici, qui ad Rectorē, vel Epiſcopum provocant, nec miſerabiles perſonæ, quibus permiſſum eſt ab ordinatio ad imperatorem proclamare *l un. inf quand. imper. inter pup. & viduas vel alias miſer. perſ.* vel Eccleſiam. *c. ex tenore 11. c. ex parte. 15. de for. compet.* neque milites, quia ad Magiſtrum militum receptum habent. *l. penult inf de juriſdiction. l. 2. de re milita. l. de militibus. 9. de cuſtod. reor.*

Alij † ob juſtum impedimentum, ut
50 Legati, aliique abſentes Reipub. cauſa. *l. hos accuſare 12. de accuſ. l. 1. ſup. ex quib cauſ. maior. l. 2. §. 1. 2. cum ſequen. de jud.* aut alia ex cauſa publica, & ſimiles, qui comprehenduntur *l. 1. 4. 5. 6. 7 cum ſequ ntib. ex quib. cau. major: l 2 § 5 ſi quis caut.* item gravi morbo oppreſſi non tamen diuturno, nam ſi quis diuturno tenetur, alteri rem ſuam commendare debet, & dare procuratorem) *c. 2. de procurator. c. ſi agrotans. 5. q. 3. l. 2. § ſi quis judicio. 3. ff. ſi quis caut l. quæſitum 60. ubi Doctores de re judica.* Item tranſeuntes (ut qui ſingulis [illegible] manis ſeſe conferunt ad nundinas, [illegible] conveniendi.) *l heres abſens. 19. § 2. & 3. de jud.* Item nuncij publi[illegible] *ſup. de in ius vocand.*) ob [illegible] tutor, & quilibet admi[illegible] *l. poſt mortem. § quando ex fact tut. l. 4. de re iud. l. ult. de inſtitor. act. l. cum quidam. infr. de adminiſtrat. tut.*

51 Sunt & qui † non in ſolidum conveniuntur, ſed quatenus facere poſſunt, hoc eſt, deducto ne egeant. *l in condemnatione 123. de r. gul. iur.* de [illegible] *l. miles. 6. l. ſunt qui 16. l. patronus. 17. cum ſequent. l. Neſennius 41. de re jud. l. maritum. 12. ſolut. matrimon. §. ſunt præterea cum ſeqq. Inſtitut de act.*

Item & debitores, qui bonis ceſſerunt, amplius conveniri non poſſunt. *l. 4 l. 6. infr. qui bon. ced.* niſi ad locupleriorem perveniant fortunam, quo tamen ipſo caſu non ultra, quam facere poſſunt, exiguntur. *§. ultim. Inſtit. de act.* ſed & parentes, ac domini nomine eorum, quos in poteſtate habent, tantum peculiotenus conveniuntur *d. §. ſunt præterea. & tot. tit. Inſtit ut. & ff. quod cum eo, qui alie. poteſtat.* quæ minirum eſſet perſequi.

Materia † propter quam Reus con- 52
venitur, res eſt, ut & nomē indicat, hoc eſt cauſa tam criminalis, quam civilis. Unde Rei nomen hic in lata ſignificatione accipiatur, ut etiam eum comprehendat, qui convenitur in cauſis criminalibus. *l. 5. l. rei 23. de verbor ſignificat.* Qui autem de quibus criminibus conveniri poſsint, vel non, ſup. indicatum eſt, & diſci amplius poteſt. ex *l. hos accuſare. 12. de accuſa. Specul. tot. tit. de accuſat.* qui de re civili ex *l. 2. 4. & paſſim de judic. & tit. de act. ex l. 2. 4. de in jus voca.* cum alijs ſup. adductis.

Quod ad formam † Rei peragendi 53
attinet, inducit eam actoris ad judicem provocatio, & citatio in *Authent. de introduc. reis. §. 1. cum ſequente d. l. in tribus. 13. de iudic.* confirmant uſitatæ ſatisdationes, & litis cōteſtatio: *l. 1. cum authentib ſequent. inf. de lit. conteſtat. Authentib. qui ſemel infr. quomod. &*

quand.

quand iudex. & in Authent de exhibend reus. Peraxe & convincit probatio *l 2. inf. de exhibend. reis l. qui ſententiam 16. inf. de pœnis.* conſummat hoc eſt, aut damnat, aut abſolvit ſententia. *l. 5. de re iudica.*

54 Finis † in civilibus reſpectu agentis, ut liceat ſuum conſequi *l. nullus 14. ſup. de judæis* reſpectu Rei, ut ſuus defenſioni relinquatur locus: id quod publicè intereſt. *l. ſervum. 23. §. 2. de procurat* reſpectu utriuſque, ut judicium ritè procedat *l. 1. & ult. hoc tit. l. inter 62. de judic.* In criminalibus, ut delicta coerceantur, *l. locatio 9. §. quod illicitè 5. de publicanis. l. ita vulneratus. 51. §. 2. in fin. ad L. Aquil.* nec cuiquam proſit etiamen *l 1. de dol. except.* ſed pœnæ potius ſit *l. ſi procurator 9 in fin. eod. tit.*

55 Effectus, † ut niſi legitimè conſtituta ſit rei perſona reddatur judicium retro nullum *l. 1 l. ult. hoc tit.* legitimè verò conſtitutæ obducatur in criminalibus reatus. *l ult. de pub iud.* qui omnẽ honorem excludit. *l. 1. inf. ubi ſenat. vel clariſſ.* infamiam inducit. *l. penult. inf. de dig lib. 12. l. infamia, & cum ibi notatis inf. de Decurionib. lib. 12.* ab omni munere publico ſuſpendit *l penul. inf. de dignita lib. 12.* à novis ſuſcipiendis functionibus arcet *l. reus 7. de muner. l. unic inf. de reis poſtula. lib. 10.* etiã à militia *l ult. de re milita.* accuſatione *l. 5. de public. iud* teſtimonio *gloſſ. in d. l. unic. inf. de reis poſtuland. per l. in teſtibus. 2. de teſt.* etiam interdum à donatione, præſertim ſi condemnatio ſequatur. *l. poſt contractum. 15. ubi Bartol. & Doctores. de teſta.* alienæ rei defenſione. *l. reum. 6. ſup. de procurator.* Sed & cuſtodiam, vincula, ſatisdationes, pro modo perſonarum & delicti reatus induſcit *l. 1. ubi Bartol de cuſtod. reorum.*

In civilibus † ne liceat judicium detrectare. *d l. 2. ver. compelluntur, de jud.* rem litigioſam alienare *l. 1. 2. tot. tit. inf de litig.* & jure Saxon nec compenſare. *lib. 3. art. 12.* nec reconvenire *eod. art & 87. & Chilia. cap. co.* Deniq. incũbit onus comparendi, ſatiſdandi, reſpondendi, & cætera, quæcunque reo incumbunt, peragendi, de quibus *infr. tit. de lit. conteſtat & alijs locis oportunis.*

Ad Effectum † etiam referantur, quæ dici poſſunt de dignitate, poteſtate, officio & privilegiis reorũ. Dignitatem nullam eſſe dixi reatus, ſed potius indignitatem *d. l penultim. inf de dignitat.* Poteſtas Rei major eſt quam Actoris, *Cagn. & Dd. d l. favorabiliores 125. de reg. jur. & in c. non licet 31. eod in 6.* Itaque Regulæ ibi traditæ non licere Actori, quod Reo non liceat. Item Actori denegari, quod Reo non conceditur, *Dyn. d. c non licet. n. 2.* nequaquam retro valent per cõverſionem. Reo enim multa licent, quæ non actori, ut petere dilationem ante litem cõteſtatam *c. illud 3. in Nov. 53. de exhibend. reis. l. 1. ſup. de edend Authent. offeratur inf. de lit. conteſtat.* quod actori nõ licet, quia in eius poteſtate eſt, quando agere velit. *d l. puré. 5. §. ult. de dol mal. & met. except d l. qui in alterius 42. de reg. iur.* Item examinatio teſtium, ad æternã rei memoriã *Caſtrenſ. nu. 2. in l. unic. inf. tit. 1.* Poſt litẽ conteſtatam vero uti pluribus exceptionibus *l. nemo. 8 de exceptionib.* etiam contrariis. *l. 5. eod. tit. l nemo. 43. de reg. iur.* quorum neutrum actori li-

cet. *d. l. nemo 43. de reg. iur. l. 1. inf. de furt.* item pluribus quam actor dilationibus ad probandum uti *l. ult. ubi Doctores* [illegible] etiam ab ipſo actore petere [illegible] ionem ad fundandam exceptionem, cum non idem liceat actori ad [illegible] dam intentionem. *l. 4. ſup. de* [illegible] *l. nimis 7. inf. de teſti. c. 1. de fide* [illegible].

[illegible] cium † eſt in comparendo. *l. 2.* [illegible] *in jus vocat. non ier l. 5. de iud.* [illegible] durare in judicio in *Nov. 53. de* [illegible] *reis*, reſpondere & contradicere [illegible] agentis deſiderio. *l. 1. ff. de edend. l.* [illegible] *Auth. ſequent. inf. de litis conte-* [illegible] non obſcurè *l. de ætate. 11. §. nihil. 7.* [illegible] *act.* ſed diſertis verbis vel aiendo [illegible] mando, fatendo intentionem [illegible] m) *Felin. c. 1. num. 3. de lit. con-* [illegible] egando *Bart. & Doctores. in* [illegible] *de lit. conteſtat.* Cæterum ſi vel nihil, vel malè aut obſcurè reſpōdeat, cum reſpondere debeat, habetur pro confitente, aut negante, prout alterutrum ei obeſſe poteſt. *d. l. de ætate. § qui tacuit. 4. & §. nihil. Vbi Doctores.* item excipere: *tot. tit. inf. & ff. de excep.* & exceptionem probare. *l. in exceptionibus, 19. de probationib.* quo tamen ſolo non intelligitur confeſſus intentionem. *l. non utiq; 9. de exceptionib. c. exceptionem. de reg. iur.* item parere judicatis & ſi qua ſunt ſimilia. *l. unic. ſi quis. ius dicent non obtempera.*

58 Privilegia † etiam nonnulla ſumuntur ex ratione *d. l. favorabiliores, 125. de reg. iur.* ut quod actore non probante reus abſolvitur, etiamſi nihil præſtiterit *l. 4. ſup. de edend.* nec enim probare cogitur. *l. 2. l. actor. 23. infr. de probationib.* niſi ultro venit, *l. circa 14. in fin. ff. de probation.* aut intentionem actor. implere. *l. ſi quidem 9. inf. de excep.* [illegible] nec titulum ſuæ poſſeſſionis [illegible] *l. cogi. 11. inf. de petit. hæred. l. ult.* [illegible] *vendica.* nec laudare autorem. *l. 2. ubi Caſtrenſ. & Doctor. inf. de furt.*

Adjacent † Reo exceptiones de [illegible] ſiones, reſpondere, confiteri, negare, excipere, ſurgere, de quibus omnibus eſt dictum. Item fidejuſſores, judicatum ſolvi, pignora, *de quib. tit. iudicat. ſol.* 59

Affines † ſunt defenſor alienæ rei *l. ſervum. 33. de procurat.* inquiſitus. *c. qualiter. 2. de accuſatio. ubi Felin. & Doctores* reum judicio eximentes, de quo *tot. t. ne quis cū qui ius, & lib. 3. iuris Saxo. artic. 9.* qui ſe liti offerunt (is qui ſe liti offert, diſtinguendus eſt à defenſore: Defenſor eſt, q alieno nomine intercedit, offert ſe quis liti non ſolum alieno, ſed proprio) *l. is qui. 25. de rei vendicat.* qui dolo poſſidere deſierunt. *l. qui dolo, 131. l. parem. 150. de reg. iur c. pro poſſeſſore. eod. tit. l. 1. §. non quærimus. 9. verſ. to. tes. ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. 3. & tot. tit. de alien. mut. iud. cauſ. fact.* Deniq; omnes qui pro reis habentur, & cōuenıri poſſunt, de quibus *Tit. de fideiuſſ. & de fide & nomi. tut. & tit. de Mag. conven. ff. & inſ.* 60

Contraria † ſunt exceptiones, quæ actionem excludunt, ac conſequenter actorem *l. 2. de excep.* atq; ita reum judicio eximunt, ſumptæ à perſonis, vel à rebus, vel ab actionibus, à perſona vel judicis, ut declinatoriæ ob forum incompetens, *l. ult. infr. de ſentent. quæ à non compet. iud.* vel recuſatoriæ ob perſonam ſuſpectam, de quibus. *l. apertiſſimi. 16. ſup. de iud.* vel à perſona actoris, ut dilatoria legitimationis, mandati, *l. ita. 13. ſup. de procurator.* 61

A pere-

A perſona Rei, ut exceptio ordinis. *l. 1. § nunc tractemus. 10. & ſeqq. de tutel. & rat. diſt. l. 5. § geſſiſſe. 1. de adminiſtratio tutor.* diviſionis de qua. *l. 1. ubi Alciat. ſupr. de tranſ. l. 1. inf. de diviſ. tut. d. l. 1. §. nunc tractemus. 10 & ſeqq. de tut. & rat. diſt.* Item excuſsionis, de qua *in Auth. præſente. inf. de fideiuſſ.* Item ut prior ille ex fidejuſſoribus conveniatur, qui à Reo pecuniam, vel aliud pignus, & ſecuritatem accepit. *Caſtrenſ. in rubr. inf titul. 1. ut nemo invit. ag. num. 1.* vel à rebus, ut omnes peremptoriæ, de quibus *Inſtitut. de except. l. 2. 3. ff eod. Doctores. d. c. 1. de lit. conteſtatio. in 6. Blancus tracta. de compromiſſ parte 4* vel ab actionibus, ut Exceptiones præjudicij. *l. fundum. 16 cum ſequen. de exceptionib. l. . ſam. hercisc. l. 2. inf. titul. 2.* Item ordinis cauſarum de qua. *tit. 2. de ord. iud & inf. tit. de ord. cog. l. ordinarij. 13. infr. de rei vendica.* Item cedendarum actionum. *l. 1. §. nunc tractemus. 10 & §. planè. 14. de tut. & rat. diſt. Doctores. in l. Modeſtinus. 76. de ſolutio.* Præterea & quædam ſimplicis facti, ut ſolutio, delegatio. *l. qui debetur. 51. in fin de peculio.* depoſitio, obſignatio. *l. acceptam. 19. infr. de uſur. l. obſignatione. 9. inf. de ſolut.* Item oblatio eius quod debetur. *l ſi rem. 73. de procurat. l. ult. quæ in fraud. cred. l. 5. de publican.* aut offerre litis æſtimationem. *l. 2. §. ult. l. ſed etſi. 7. §. 1. de publ. in rem act.* cedere actionem, quomodo ſe reus judicio liberat, quotiescunque in hoc convenitur, ut agat. *l quod debetur. 51. de pecul. l Iulianus. 13. §. penult. de act. empt. l. ſi ſic. 73. §. ult. de legatis. 1.*
62 Item † eximere reum judicio, quod in civilibus damno litis mulctatur. *l. 5. ne quis eum qui in jus,* ut eximens pendere debeat, quod à reo exigebatur. *l. 3. inf. de exact. tribut. lib. 10.* In criminalibus pœna capitis. *Bartol. l. 4. num. 3. ad l. Iulian. Majeſt.* aut ea, quam reus eſſet meritus. *l 4. ubi Bart. & Doctores. de cuſt. reor. gloſſa juris Saxon. lib. 3. artic. 9.* ſed hoc quidam benignè interpretantur, tunc obtinere, cum quis reum exiit mit judicio principis. Nam ſi inferioris jurisdictioni, putant ſufficere arbitrariam pœnam. *Iaſon. num. 102. cum ſeqq. poſt Fab. in § pœnales. Inſtit. de actionib. & l 3. §. quod prætor. num. 12. ne quis eum qui in jus. Guido. deciſion. 579.*

L. in rebus. 2.

1. *Minores in quæſtionibus privatorum ſaltem judiciorum, non verò publicorum per curatores ſuos agere, vel conveniri poſſunt.*
2. *Minores olim in criminalibus ſe defendẽdo abſq; curatoribus in judicio conſiſtere poterant, hodie verò ſecus eſt.*

QVa *privati iudicij quæſtionem habent*) tam pecuniariam, quàm pœnalem ut *§ ſequens Inſtit de actionib. l ult. de priv. iud.* Ceterum quæ publici ſunt judicij † ea non exercent 1 curatores nomine minorum, ſed aut ipſi minores, aut curatores nomine ſuo *l. 2. inf. de ijs qui cau. poſſ.* in defendendo autem † videntur potuiſſe olim mi- 2 nores per ſe conveniri, de ijs ſcilicet delictis, quæ in hanc ætatem cadunt, cum aliud primum induxerit Iuſtinianus. *l. 4. inf. de author. præſt.* & hoc reſpectu puto, ad privatum judicium eſſe reſtrictum id, quod hic dicitur, in privati judicij quæſtionibus, ut pupillum autore tutore; ita minorem autoritate curatoris, litem intendere, & excipere

L. momentaneæ. 3.

1 *Actio momentaneæ poſſeſsionis quæ?*

2. *Et a quocunque, etiam a'tas ad agendum inhabili, non tamen adverſus eum, qui legitimam perſonam ſtandi in judicio non habet, intentari poteſt. & n. 6.*

3. *Obreptitia & ſubreptitia petitio quæ? & an inter ſe quid differant?*

4. *Conceſsiones intelliguntur ſalvo jure tertij.*

5. *Poſſeſsio etiam injuſta abſque citatione partis adverſæ, & cauſæ cognitione nemini eſt auferenda, aut ſequeſtranda.*

7. *Argumentum ac paraphraſis h. l.*

1 M*Omentaneæ poſſeſsionis actio.*) hoc eſt, quæſtio ſpolij, ut *ſup. nu. 15.* dixi *ex l. 1. inf. ſi per vim. l. unic. inf. de momentan. poſſeſsio.*

Per quamcunque perſonam) Ut ſer-
2 vum † *d. l. 1. inf. ſi per vim.* non tamen contra quamcunque perſonam, ut minorem, velut ſequens adverſativa oſtendit.

Sub colore autem.) hoc eſt, prætextu & fine. *l. 2. de inofficioſo teſtamen. §. 1. Inſt. tut. eod. l. item. 7 ad SC. Macedon. l. Sulpitius. 49. de donat. inter Vir. & uxor.*

Obreptitia petitio.) Obreptitiã petitio-
3 nẽ † noſtri appellãt, in qua allegatur falſitas. Subreptitiã in qua ſiletur veritas. *c. 3. ubi Panorm. n. 2. & 3. c. ſuper. 20. ubi Felin. n. 8. & in c. ad audientiam. n. 18. de reſcript.* Cæterum Iureconſulti hæc non ita diſtinguunt, ſed quamlibet fraudẽ in petitione admiſſam appellant obreptitiam *l. 3 §. 2. de carb. edict. l. ſi autem. 8. § 1. de negoc. geſt. l. ſed ſi. 10. §. patronus. 2. de in ius voc. l. 5. §. penult. de reb. cor.*

Alteri.) qui ſit in poſſeſsione: Conceſsiones † enim intelliguntur ſal-
4 vo alterius jure, *l. meminerint. 6. in f.* *unde vi num. 2. § marito. 7. ne quid in loc. publ. Doctores l. penult. de* [illegible] *princ. & Iaſon. ibi latiſsimè.*

Conventionem.) Quæ hic non ſignificat pactum, ſed conventionem judicialem, qua Reus convenitur. Et hic obiter notetur: ſicut abſque citatione † partis adverſæ, & cauſæ cognitione nemini poſſeſsio etiam injuſta eſt aufe- 5
renda. *l. ſi pacto. 14. ſup. de pact. c. 4. 5. de reſtitution. ſpoliator. cap. 1. eod. tit. in 6.* aut ſequeſtranda. *l. unic. ubi Azo. num. 3. Curtius. & communiter Doctores inf. de prohibit. ſequeſtration.* ne quidem à judice. *c. conquerente. 7 ubi Panormitan. & Doctores de reſtitut. ſpoliator. Iaſon. & Doctores. l. juſtè. num. 3. & 4. de acquirend. poſſeſsion. Schurffius conſil. 6. numer. 6 & 10. num. 156. centur. 3.* ac ne quidem à principe. *l. meminerint. inf. unde vi.* Ita † nec valere poſſeſſorium adverſus eum, qui idoneam per- 6
ſonam ſtandi in judicio non habet, intentatum. Paria enim ſunt fieri, ſed non legitimè fieri. *l. 2. de auth. tut. l. properandum. 13. §. 1. ſup. de iud. ubi Iaſon. not.*

Initiatum.) hoc eſt, ut loquuntur Iuriſconſulti, ceptum judicium. *l. ubi. 30. de iud.*

Nihil opponatur.) Quia hic vertitur detrimentum minoris, ut præcedentia oſtendunt. Agitur enim de amittenda poſſeſsione; quo in genere actus judicialis abſque curatore geſtus ei non nocet. *l. 15. eod. tit. l. penult. l. ult. ſi adver. rem. iud. l. non eo. 14. ſup. de procurator. l. ſcire. 21. de tut. dat. l. contra. 54. de reg. iur.* Itaque hæc Lex † de minore, non pupillo, quo de nihil agit, ac de 7
argumento, quod propoſuimus intellecta minus habebit obſcuritatis. Inimo enim

enim ratio dubitandi proponitur per regulam: momentaneæ quidem poſſeſſionis actionem exerceri poſſe per quãcunq; perſonam, ad vim ſcilicet ſtatim cohibendam. *l.1 inf. ſi per vim.*

Deinde ſequitur, adverſativa theſis complectens rationem decidendi, ſed inde ſcilicet non conſequi, contra quēvis exerceri poſſe, aut idem in alijs poſſeſſorijs obtineri. Quamobrem ſi momentaneæ poſſeſſionis, hoc eſt, ſpoliationis, & recuperandæ quæſtio prætextatur adipiſcendæ poſſeſſionis nō idem hic juris eſſe; proinde obreptitiam ejuſmodi petitionē, in qua aliud, quam quæritur, ſimulatur, aliud de quo quæritur diſſimulatur, alteri nō obeſſe, præſertim ei, qui legitimam perſonā ſtandi in judicio non habet. Hæc theſis applicatur deinde hypotheſi. Nihil ergo conventionē hujuſmodi circa minorē factam agenti opitulari, & propter obreptionem, & propter perſonā, cum qua abſque curatore in judicio nihil eorum agi poteſt, quod detrimentoſum ijs eſſe poſſit.

TITULUS VII.

Vt nemo invitus agere vel accuſare cogatur.

1. *Continuatio.*
2. *Nemo invitus agere, vel accuſare compellitur; quod ampliatur n.6. & 8.*
3. *Ratio hujus θέσεως, cur ſcilicet nemo ad agendum invitus cogi debeat. & n.7.*
4. *Iure agendi cur olim non potuerit præſcribi?*
5. *Materia hujus regulæ, ſeu in quibus actionum generibus ea procedat.*
9. *Actor nō poteſt petere examinationē teſtium ad perpetuā rei memoriam, niſi certis quibuſdā caſib.*
10. *Aſſinia hujus regulæ & n.11.*
12. *Contraria, ac limitationes hujus regulæ, ubi referuntur varij caſus, quibus invitus quis agere, vel accuſare tenetur, quos tamē author ad ſex ſumma genera reduxit n.13. 14 15. 16 17.*
15. *In judicio L. diffamari quis intelligatur eſſe actor, & quot citationibus diffamans ſit vocādus, ut ei emanenti perpetuum ſilentium imponi poßit.*

Poſtquam † de litigatoribus dictum eſt, aſpergitur aliquid de cauſa, quę ad litigandū impellit. Ea autem eſt libera actoris voluntas, ut ante expoſitū eſt *l. purè. 5. § ult. de except. doli ma.* Unde extruitur. *in hac l. un.* theſis univerſalis† invitū agere, vel accuſare neminē cogi. 1.
l. ult. inf. de uſur pupill. d. l. purè § ult. c. 2. ubi gloß. ad verb. nō ſi reus de lib. obl. cum qua congruit etiā. *art. 62. li. 1. &* Weichbild *art. 47. Chil. König in pract. c. 50.* nedū ſuo nomine, ſed ne quidē alieno. *l. invitus. 17. ſup. de procurat.* Cauſa † & ratio quia judicia ſunt quoddā genus cōtractus. *l. 3. §. idē ſcribit. 11. de pecul.* ut igitur cōtrahere nemo cogitur invitus *l. invitū 11. inf. de contrah. emp. l. 5. inf. de obl. & act. l. nec emere. 16. inf. de jure deliber. l. in cōmodato 17 § ſicut. 3. Commodati* ita nec agere, *ut hic. l. unic.* cū ejuſmodi ſint meræ facultatis, & libertatis. *d. l. purè §. ult.* cui abſq; imminutione publicæ libertatis detrahi nequit, eoq; juri agēdi † olim nō præſcribebatur. *in princ. Inſtit. de perpet. & temp. actio: l. ſi mulier. 21. §. 1. quod metus cauſa l. in honor. 35. de oblig. & act.* ſicuti nec alijs actibus meræ facultatis præſcribi ſolet *l. 2. de via. publ. l. ſolent. 6. de offic. pro. cōſ ubi gloß. ult. l. cū notiſſimi. 7. ubi Bart & Dd. in princ. inf. de præſcript. 30. annor. & in Lantepen. ſup. de pact. c. quoniam § ult. ubi Panor. n. 44. ut lite nō conteſt. latiſſimè Franc. Balb. in tract. præſcriptionum in 4. parte. 5. part. principalis.* 3 4

Mate-

5 Materia † ſunt actiones non modo civiles, ut oſtendit verbum, *agere*, ſed etiam criminales, ut argumēto eſt verbum *accuſare*, ſcilicet antequam ſunt inſtitutæ Nam ſemel in judicium deductas actor perſequi cogitur. *ut gloſ. hic recte in fin.* non ſolum criminales. *tot. tit. inf. ut intr. cert. temp. & ad SC. Turpill. & inf. de abolit. gloſ. juris Sax. in artic. 62. num. 4. lib.* 1. ſed etiam civiles. *Authent. qui ſemel. inſ. quomo. & quand. jud § omnem in Auth. de iud. gloſ. in c. 1. ver. æſtimamus. in 6. fall. de reſtitut. ſpoliator. in 6. Alciat. l. 4. in princ. ſup. de pact. gloſ. d. artic. 62. num. 4. & 5. lib. 1.* Quanquam ſunt quædam actiones, præſertim criminales, quas invitus actor etiam nondum inchoatas perſequi, & peragere cogitur, de quibus rectè *inf. ad caput. de contrarijs.* Cæterum quod *hic Alciat.* hanc regulam ad defenſiones extendit, non eſt admittendum, cum hoc reſpectu judicium reddatur in invitum, nedum reum. *l. inter. 83. §. 1. de verbor. oblig* ſed etiam actorem. *l. 2. §. 5. verſ. ſed & ſi agant. de judic. l. ſed & 35. §. ult. de procurator.*

6 Forma † ut nec præcisè, nec cauſative, directo, vel per indirectum cogi quis poſsit ad agendum. *Caſtrenſ. hic poſt gloſ. in princ. facit. c. cum quid. de reg jur. in 6. l. 3 de petit. hered l. oratio. 16. de ſponſal.* Ideo non poteſt aſsignari actori terminus, intr aquem agere debeat *Caſtren. in princ. huius. l.* nec agi, ut agatur: *Caſtren. hic in fin.* aut ut agenti auxilio veniatur. *l. ſi tutor. 17. de autorita. tutor.*

7 Finis † eſt, ut cuique ſua libertas agendi in rebus proprijs, ſit ſalva. *c. 4. de ſtat. homin. l. 2. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris. l. in re. 21. inf. mandat. cum ſimil.*

Effectus: † quod nedum adverſarius compellere nequeat ad agendum *d. l pure in fin de doli exceptio l. ſi debitori. 11. ubi Doctores de fideiuſſ.* ſed ne judex quidem ipſe. *d. l. ſi tutor. 17. de authorit. tutor.* 8

Quod item actori † non liceat producere teſtes ad æternam rei memoriam, cum eius ſit in poteſtate agere, atque ita ſuo tempore, hoc eſt, poſt litem conteſtatam teſtes producere. *Caſtrenſ. hic n. 2.* niſi ſint debiles, valetudinarij, abſfuturi diutius. *c. penult. & tot. tit. ut lite non conteſta Ferrar. in forma capitulorum, quando teſtes producuntur ad æternam rei memoriam.* 9

Affine † eſt defendere, ut hic vult. 10
gloſ. in princ. Nam Actor, ejusque procurator defendere non cogitur, ſi agere nolit. *l. ſed & ha. 35. §. 3. de procurat.* Cæterum in Reo & Actore agere volente defenſio non eſt hujus loci, hoc
eſt, non eſt voluntaria, ſed neceſſaria. 11
d. l ſed & ha §. 2. cum ſequentib. l. mutus. 43. §. pœna. 4 de procurator. & malè Accur. aliud colligit *ex l. ſatis. 19. de in jus vocan.* Nam ea tantum hoc ſtatuit, neminem invitum de domo ſua extrahi oportere, *ut & l. plerique 18. eod. tit.* & loquitur de reo, qui ut ſe defendat ad judicium vocatur, quem procul dubio neceſsitas aſtringit parendi. *tot. tit. in jus voc. ut eant* niſi pati velit bona non tantum poſsideri. *l. hæres. 19. §. 1. de iud.* ſed etiam diſtrahi. *tot. tit. de bon. authorita. iud. poſſid. & inf quomod. & quand. iudic.* Ad hæc ſpecies coactionis eſt, nec aliter huc facit, quam ſi dicamus, reum non cogi litigare, quia poteſt à judicio ſe liberare ſatisfaciendo actori, aut offerendo id, quod petitur, ut *l. ſi reus. 73. de procurator. l. ut.*

l. ult quæ in fraud creditor. Affinia† ſunt & illa, quæ meræ vocantur facultatis, hoc eſt, quæ non conſiſtunt in jure agendi, ſed in facto (ut ire agere) *Bart. l. 1. num. 4. de cond ex lege Balb. in tract. præſcrip. 4 parte §. partis princ.*

12 Contraria † ſunt exceptiones, ſeu limitationes huius regulæ de quibus *Doctores in Clement. ſ pe. in princ. de verbor. ſignificatio. gloſſ. Hoſtienſ. Ioan. Andr. Geminia. Phil. Franc in c. 1 § ſolet. ver. æſtimamus. de reſtit. ſpoliat in 6* ductæ vel à perſona actoris, puta ratione officij: quia negotiorum alterius eſt geſtor: *l. ſi autem. 8. in princip. de negoc. geſt.* Procurator *l. ſi procuratorem 8. §. 2. ff. mandat. l. procuratorem 11. inf. eod tit.* tutor, aut alius quis ad niniſtraror. *L. 2. inf. arbit. tut. l d bitoribus. 18. l. tutores. 13. inf de administrat. tut.* Item heres, qui ad proſequendam vindictam necis defuncti cogitur, niſi velit amittere heditatem *l 1. inf de his quib. ut indign. tot. tit. de Senat uſconſ'to Syll.* Mater ad petendum filio impuberi tutorem *l. 1. qui pet. tut.* & legitimi heredes proximi. *l. ſciant. 10 inf. de leg. here.* & liberti *l. 2 in fine. qui pet. tut.* ſimilesq́; perſonæ, quibus periculum, aut damnum imminet niſi agant: Item ex vi obliga-

13 tionis † venditor agere cogitur contra tertium, ut emptori ſatisfiat *l Iulianus 14. § penult. de act. empt.* Heres, quo res legata legatario præſtari poſſit. *l. ſi fic. 75 § ult. de leg. 1.* debitor quoque contra ſuos debitores, quo creditori ſatisfiat. *tot. tit. infr quando fi c. vel privat.* Magiſter navis, ut ad contribuendum ag t *l. 2. ad l. Rh. d. de j ct. l penult. inf. de novat* Locatur, ut repetat fructus, qui colono de fundo ſunt ablati. Nam colonus non facit fructus ſuos, niſi percipiendo, ideo pendentes ſunt ipſius domini, & hi ſi auferantur, colonus non habet actionem, ſed Dominus, poteſt ergo ille ex pacto locationis cogere dominum. ut repertur *l. cum in plures. 60. § meſſem. locat* Vicinus cum vicino arbitratu alterius vicini. *l. 2. § idem Nerva. 17 ne quid in loc publ.* niſi hi omnes actionem cedere ſint parati.

Quicunque cogi poſſunt, liberantur cedendo actionem: nemo enim ad alterius commodum agere cogitur, ſi velit illi jus cedere.

Vel à perſona REI † ut quia brevi ſit receſſurus, timeatq́; ne abſentem vel in procinctu ad iter paratum is velit convenire, cuius litem timet: Poteſt enim petere, ut ſtatuatur illi à judice terminus, intra quem agat, & poſt quē amplius non audiatur *gloſſ hic in fin per l. ſi eo. 6. inf. de remiſſ. pig. l. diffamari. 5. inf de ingen. manu c. nonnulli. 28. de reſcript. c. 1 de ſervis non ordin. c. licet 9. de probation. c legitima. 2. de appellatio. nib. in 6. l. mancipiorum. 6. de optio. legat. l. 1. de cur. bon dan. l. ſi ſervus 4 de reb. authorit. iud poſſid.* Vel à natura & materia earum, † ut nonnunquam in criminalibus quis agere cogitur (ut maritus cogitur accuſare adulterium uxoris, niſi velit Lenocinij crimen incurrere) *l. 4. l. conſtante matrimonio 26. ad. L. Iul. de adult.* & matrimonialib' *c 3. de deſponſ.* ſed & in quæſtione cuiuslibet injuriæ, & diffamationis, etiam in cauſa pecuniaria, & civili, *Innoc. in c conqu. rente. 16. num. 2. & ibidem Felin. & Doctores. de offic. ordin. Schurff. conſil 7. num. 7. centur. 1* non ſolum in perſonali, ſed etiam in reali. *Ca-*

ſtrenſ. l. diffamari. num. 3. de ing. man. Boerius. 275. deciſ. n. 7. Mynſing. obſervat. 78. cent. 3 peti, agique potest *ex d. l. diffamari* officio ſcilicet judicis implorato, ut *Bal. ibidem, num. 7. ex doctrina Bartoli in l. unic. de condict. ex Lege.* ut diffamans veniat ad forum ſcilicet agentis, ut qui revera reus ſit. *Alexand. conſil. 103. conſideratis num. 1 vol. 5. Felin. in c. ea quæ. num. 1. de re judica. Cagnola & Doctores in d. l. diffamari.* licet diſſentiat Caſtr. in *l. in criminali nu. 3. inf. de juriſdict.* probaturus, quod ſpargit, aut prætendit, intra certum ſpacium à judice illi præfigendum, aut ni faciat, ut æternum illi ſilentium imponatur. *d. l. diffamari, 5. ubi Doctores. Alexand. d. conſil. 103. volum. 1. Schurfius conſil. 75. centur. 1.* poſt unam citationem, ut vult *gloſ. §. ſi quis. verſ. admonitus. in Authent. de hered. & falcid. Roman. in l. quidam num. 12. de acquirend. hered. Alexand. & Iaſon & alij. l. ult. de ferijs Cagnol. in d. l. diffamari, & in terminis. Schurfius in 75. conſilio. num. 9 centur. 1.* aut ut receptius: videtur poſt binam *d. l. diffamari in verſ. unum atq; alterum. deciſ. Neap. 164.* atq; ita obſervari teſtatur *Mynſing. obſervat 86. centur. 3.* Cæterum *Bald. in d. l. diffamari num. 8. & 9.* trinam admonitionem requirit, quod conſentaneum eſt notatis *in c. Vnico. quis ſit contum.* ſed ſuſpicio eſt, mendam hic ſubeſſe, & verbum Tria poſitum eſſe pro duo, non video eos, qui trinam tantum monitionem requirunt, indiſtinctè pro ſe allegare Baldum, tanquam ſecum facientem & ipſe Baldus ait id probari *in d. l. diffamari.* quæ tamen tantummodo alteram monitionem ſubaudicat. Idem quoque obſervatur in adeunda vel repudianda hæreditate, ut omnes quorum intereſt ad agendum, certo termino citentur alioqui pòſt non audientur *authent. ſi omnes ſup. ſi minor ſe hæred. abſt.*

Cujus etiam practicæ magnus uſus eſt, debitoribus non exiſtentibus ſolvendo, quorum bona creditoribus adjudicari, vel venum ire debeant. Citantur enim ad unum omnes creditores, ut de ſuo jure doceāt, quod qui negligunt, poſtea non audiuntur. *l. cum unus. 12. ubi Alb. & Doctores. de reb. autor. jud. poſſiden. l. ult. inf. eod. tit. Caſtrenſ. & Doctores. d. Authent. ſi omnes.*

Ab Actionibus † quoque ejuſmodi contraria definiri poſſunt, quia jus variis actionibus varios terminos vitæ præſtituit, intra quos aut Actor agere cogitur, aut jus amittere, *l. ſi dubitet. 10. de fidejuſſ. l. 1. §. 2 verb. ſi res tempore peritura. de ferijs l. ſenatusconſulto 16. de offic. præſ.* ut triduum querelæ erroris *l. 2. & 3. ſup. de erro. advo. & in l. ult. ſup. de iud.* quindecim dies querelæ exceptionis ſpoliationis. *c. 1 §. 1. de reſtitutio. ſpoliat.* ſexaginta dies accuſationi magiſtratuum *l. unic. ſup. ut omnes iud. tam civil. quam milit. poſt adminiſt.* tres menſes operis novi nunciationi. *in l. un. infr. de oper. nov. nunciat. c. penult. & ult ex. eod. tit.* Annum actionibus omnibus reſciſſoriis, prætoriis, pœnalibus, & injuriarum *l. in honorarijs. 34. de obligation. & action. l. ſi non convitij. inf. de injur.* biennium actioni doli. *l. ult. ſup. de dol. mal.* quinquennium querelæ inofficioſi. *l. ſi quis. 24. l. ſcimus. 34. §. ult. inf. de inofficioſo teſtam. l. 2. §. in* 16

quibus

quibus. ubi gloſſ. de inoffic. teſtament. item omni quæſtioni ſtupri, & adulterii. *l. 5. inf. ad L. Iul. de adult.* Quanquam quoad mulierem hæc ipſa quæſtio intra ſex menſes videtur terminanda. *d. l. 5. infr. ad L. Iul. de adulter. ubi gloſſ.* vicennium criminalibus *l. querela. 12. inf. ad L. Corn. de falſis.* triginta aut quadraginta annos civilibus. *l. 3. 4. & 101. tit. inf. de præſcript. 30. annorum.*

17 Denique & ex ordine † ac vi exceptionum Actor agere cogitur, alia certa actione, quam qua agere intendit, ut uſu venit in omnibus exceptionibus præjudicialibus. *l. 1 ff fam. herciſcund. l. fundum 10. cum ſequent. de excep. l. ordinarii. 13 inf. de rei vendicatio. l. ſi de vi. 37. de iudic. l. ult. infr. de ord. cog. l. 5. inf. ad L. Iul. de vi publ. l. 1. 2. & 3. infr. tit. 1.* quod & exceptionibus ineptitudinis libelli commune eſt. *c. examinata. 11. de judic.*

TITULUS VIII.

De ordine judiciorum.

1. *Ratio ordinis, ubi docetur, quod ordo ſeu figura judicii diſtet ab eius ſubſtantia.*
2. *Ordo judiciorum in quibus vertatur, ac conſiſtat? & quod alius ſit ab ordine cognitionum.*
3. *Perſonæ judicium conſtituentes quæ?*
4. *Iudicium ut procedat, iudicem oportet eſſe competentem, peritum, circumſpectum, & non ſuſpectum.*
5. *Ad amoliendam ſuſpicionem à iudice quænam remedia à veteribus prodita?*

   Iudex loco juramenti in initio cuiuſq; cauſæ olim præſtiti hodie Sacroſancta Evangelia debet habere propoſita, ubi ſimul dicitur, quam rectè hoc ſit conſtitutum, & an hæc ſolennitas omiſſa iudicium vitiet. & n. 9.
6. *Litigantium perſonæ quæ? & quis in duplicibus iudiciis pro actore habeatur.*
7. *In iudiciis duplicibus an is, qui prius ad iudicium provocavit, vel quem ſors, utroq; eodem tempore provocante, actorem conſtituit, non tantum quoad ordinationem iudicii, ſed etiam quoad deciſionem pro actore cenſeri debeat, ad hoc, ut alter, tanquam Reus gaudeat privilegiis, quæ alias Reo in jure ſunt conceſſa?*
8. *Litigantes in ingreſſu litis perſonam ſuam legitimare, & juramentum calumniæ præſtare debent, & huius tenor qui?*
9. *Iuramentum calumniæ non poteſt remitti, nec per procuratorem, vel nutu, aut ſigno aliquo de jure civili præſtari, ſecus de jure Canonico. & n. 16.*
10. *Plures de una eademq; re agere, vel conveniri poſſe certi juris eſt.*
11. *Inter judices, ſuperiorem & inferiorem, licet hic ſit ordo, ut ille huius juriſdictionem non poſſit impedire, niſi per viam appellationis: tamen ſuperior iudex prius conventus inferioris juriſdictionem præoccupat.*
12. *Pluribus exiſtentib. actoribus vel reis non rarò vel lex, vel judex inter eos inſtituit delectū, ut ſicut de actorib magis idoneo partes actoris defert, ita ex reis pluribus eum, qui magis eſt ſolvendo, reum conſtituat.*
13. *Iudex duos ad minimum ſcribas, & executores juratos habere debet.*
14. *Iudex operam dare debet, ut litigantes æqualia habeant patrocinia.*

    Iudex partibus dare poteſt advocatos etiam invitos, clientulorum tamen ſumtibus, modo non omninò ſint pauperes.

15. *Perſonæ adminiſtrantes litigantibus quæ?*
16. *Tam rei alienæ adminiſtratores, quàm procuratores & advocati tenentur in initio litis juramentũ calumniæ præſtare, etſi dominus ipſe illud præſtiterit, nec iiſdem hoc remitti poteſt de jure civili, ſecus de jure Canonico, & Saxonico.*
17. *Perſonæ litigantibus adminiſtrantes quales ſeſe in judicio gerere debeant remiſſivè.*
18. *Non modo plures res uno eodemq́ libello, una vel plurib. actionib. cumulativè poſſunt peti, & plura ſimul crimina intentari, de quibus tamen iudex non ſimul & ſemel cognoſcit, ſed ſucceſſivè, licet una ſententia terminet.*
19. *Actio civilis cum criminali incidenter quidem, non vero principaliter cumulari poteſt, ubi judicis eſt, incidentem prius cognoſcere, ac ſententia dirimere.*
20. *Petitorium & poſſeſſorium an, & quando cumulari queant?*
21. *Plures actiones unius rei nomine cumulari nequeunt, ſecus autem ſi res & cauſæ petendi ſunt diverſæ, quod tamen ibid. limitatur.*
22. *Ordo proceſſus in judicio qui remiſſivè.*
23. *Conceſſa ad tempus poſt illud cenſentur eſſe prohibita.*
24. *Locum judicij qualem eſſe oporteat?*
25. *Tempus judiciorum quod?*
26. *Cauſæ ſtatus æquiparantur criminalibus, & coram maioribus judicibus peculiari ratione, tractantur.*

1 SIcut jus commune ad perſonas res, & actiones refertur † *§ ult. Inſtit. de jure natur. gent. & civil. l. 1. & 2. de ſtat. homin.* ſic & iudicia, ut antè dictum eſt. Quamobrem de perſonis, quia hactenus ſigillatim eſt tractatum, ſequitur ut de rebus, & actionibus, ſeu ordine, & forma judiciorum videamus. Forma, quæ dat eſſe rei, *l. Iulianus. 9. §. 2. ad exh.b.* dignior habetur materia, ſeu rebus ipſis, quæ ſunt judiciorum materia, & argumentum: Quamobrem, ut alias digniora præferuntur, *Eberhard. loco ab ordine*, ita non eſt inconveniens, primum de ordine, & forma judiciorum agere, quam de cauſis, & rebus, quæ in judicio verſantur: id quod in Decretalibus quoq; aliisq́;, juris Canonici libris eſt factum. De ordine ergo judiciorum primo in genere hoc in titulo generali, deinceps per partes in ſeqq. tractabo: neque id quoq; ratione inconcinna: nam ordo judiciorum aliud eſt, quàm ſubſtantia, hæc partes complectitur, ex quibus conſtat: ille verò partium diſtributionem, & figuram. *Bart. extravag. ad reprimendũ. ver. Figura. quando in læſæ maieſt. reos proced. Card. clem. ſæpe. ver. Figura. de ver. ſignif.* Itaque cui committitur iudicium abſq; figura, non intelligitur committi abſq; partibus, præſertim principalibus *d. clem. ſæpe. de verbor. ſignificatio. Marant. part. 2. Specul. aur. nu. 26.* Prius ergò de ordine, tanquam genere, hoc in titulo, pòſt de ſubſtantia, h. e. ſingulis partib⁹ in ſeqq. tractatur. Ordo judicii † ſum- 2
matim vertitur in apta diſpoſitione, ſeu ordinatione earum rerum, quæ in judiciis verſantur; eas autẽ diximus perſonas, res, & actiones, & quæ hæc circumſtant, tempus, locũ. Perſonæ † ſunt 3
aut principales: judex, actor, reus, aut *σύνεργοι* & adminiſtrantes, judici quidẽ ſcribæ, & executores, partibus advocati, & procuratores. Iudex † competens 4
eſſe debet. *l. ult. & tot. tit. inf. Si à non comp. iud.* & ita peritus, & circumſpectus, ut nec fallat, neq; fallatur *d. l. rem non novam. 14. ubi Bal. n. 2. ſup. de iudic. per l. ult. inf. de ponder. lib. 10.* & abſq; ſuſpicione, de qua dictũ eſt *l. apiſſimi. 16. ſup. de iud.* ad quam amoliendã omnem olim † initio cuiuſq; cauſæ jusjurandũ 5
dare de officio rectè obeundo cogebatur-

tur-

tur. *d. l. rem nõ novã. in princip. §. & aquiius, in authent. jusiur. quod præſtat. ab his*, poſt ex conſtitutione Iuſtiniani pro ejuſmodi juramento eſſe cepit, quod toto litis decurſu in conſpectu habere ſacroſancta Evangelia ante ſedem judiciariam debent. *d. l. rem non novam. ſup. de iud. l. 2. in princ. de jurejur. propt. calumni.* quæ alibi terribiles ſcripturæ nominantur. *l. properandum. 13. §. 1. ſup. de iud.* Et hoc modo etiam intelligitur, quod dicitur judicem ante oculos ſolum Deum habere oportere. *c. 1. de re judica. in 6. Bald. d. l. rem. non novam. num. 2.* Hæc tamen ſolennitas omiſſa hodie non viciat utcunque hoc diſputet. *gloß. ad ver. prætereatur. d. l. rem nõ novã*, quia extrinſeca eſt, & levis, eoq; ex conſuetudine omitti poteſt. *Bald. d. l. rem. non novam. num. 6.* ſicut ex conſuetudine quoque Germaniæ omitti teſtatur ibidem. *Sichardus ad d. l. rem non novam. 14. ſup. de indic. num. 5. pro quo l. 1. §. ult. de ven. inſpic.* & idem quoque probat *d. l. rem non novam.* cum ait, ſi hoc prætereatur non quidem judicium annihilari, ſed contemptoribus periculoſum, hoc eſt, ut interpretatur. *Alber. ibi. num* 1. arbitrariè à ſuperiori poſſe puniri per *l. hodie 13. de pœn.* Ac ſanè mirari licet, cum juſiurandum partium tàm religioſè in ſingulis cauſis urgeat Iuſtinianus *l. 2. & tot. tit. ſup. de jurei. propter calumn. §. 1. Inſt. de pœn. tem. litig.* hac tamen religione judicem, in quo plus eſt momenti, liberare. Nam penè ridiculum, aut certè ſuperſtitioſum eſt, putare propoſitas in conſpectu ſcripturas pro juramento eſſe. *d. l. rem non novam. ubi gloß. ad ver. hoc quidem jusjurandum.* Qui enim eas animo non oſtendit, nec quidem earum contuitu commovebitur, & juramenta in judicijs adhibentur non tantum cauſa religionis, ut metu iræ divinæ officium fiat, verum & formidine pœnæ, quæ periuris debetur. *l. ſi duo. 13. §. ult. de iureiuran. & traditur in l. 2. inf. de reb. cred.* & admittendum non eſt, nec rationem habet, ut in eo, quod eſt extra judicem poſitum, putetur ius ineſſe præſtiti corporaliter ſacramenti, ut notatur. *l. 3. ſup. ſi minor ſe maior. dix. & in authen. ſacramenta puberum. ſup. ſi adver. vend. ubi Iaſon. & Doctores.* Cæterum hoc ea ratione magis excuſari poteſt, quod etſi non in ſingulas cauſas, initio tamen officij judices jurare cogantur. *authen. hodie ſup. de iud. §. penult. in Authent. jusiur. quod præſt. & §. pen. de defenſ. civit. c. 1. ubi Doctores. de jureiuran. in 6.* in leges quidem minores, in æquitatem majores, & hoc eſt perpetuum, ut loquuntur. *Doctores in authentic. hodie ubi Bald. Caſtren. & Doctores. ſup. de iud* quo etiam comprehenſum intelligitur, ut ſervent ordinem judiciorum, quia pars juris eſt. *l. prolatam. 4. inf. de ſentent. & interloc. omn. iudic. ubi Bald. & in l. 2 n. 31. ſup. ſi contra ius. vel util. public.* Aut ſi ſit Delegatus, ut eam teneat rationem, qua is iudicaturus erat, cui ſurrogatur. *l. mortuo. 60. de iud.* Et hæc de Iudice.

6 Litigatorum † perſonæ ita diſtribuendæ ſunt, ut alter ſit actor, alter reus. *l. inter. 62. de iudic.* eoque in duplicibus etiam judicijs is pro actore habendus eſt, qui prior ad judicium provocat. *l. in tribus. 13. de iud.* ſi uterque provocet, ſorte res dirimenda eſt. *l. ſed cum. 14. de iudic.*

7 Utrum autem † hoc tantum quo ad

re, ut *ſup. dictum eſt, de pedan jud.* Omnes
enim loco unius ſunt. *l. ſi plur. 9 de pact.*
11 Illud † magis huc pertinet, eſſe ordinem
inter judices ſuperiorē, & inferiorē, ut
ab hoc ad illū appelletur, illius jurisdi-
ctio huius prævertat: nec tamen ab il-
lo hujus impediri poſsit, niſi per ordi-
nariā appellationis viam, ut eſt in *l. 1. &*
2. quis & à quo appell. in c. 1. de for. comp. in
6. c. 1. de iud eod & in c. 2. cum multis, ſeq.
& paſsim. t. t. de for. comp l. per minor. 54.
12 *de iud.* item † ordinem quoq; eſſe inter
actores aliquē, & accuſatores, aut ex le-
ge, ut *l. 2. ad L. Iul. de adult.* aut electione
judicis. *l. 2. de popul. act. l. ſi plures. 16 de ac-*
cuſ. l. 5. §. 1. de liber. cauſ. Eundemq; circa
reos ſæpe ordinem inveniri, ut in *l. 2. §.*
8 de adm. civit. l. 1 & tot. tit. de magiſt. cōv.
& in Authent. hoc ita. inf. de fid instrumen.
Atq; hæc quidē de perſonis principalib.
Adminiſtrantes perſonas † ſibi judex
13 quoq; adhibere & ordinare debet, pu-
ta ſcribas idoneos, & juratos: *c. ad audi-*
entiam. 13. de præſcript. ac cum minimum
duos. *c. quoniā. verb. duos viros. ext. de*
probat. c. nullo. 7. §. his qui cauſas. Novell.
8 de iudicib. & Novel in 15. c. 3. § deinde.
1. ubi gl. verb. except. de defenſ. civit. item
duos executores. *de quib. ſup.* dictū eſt,
tit. de ſportul. & execut. Quomodo autē
& quando Pedaneum judicem, vel Vi-
carium iudicem ſibi ſurrogare poſsit,
expoſitum eſt ſupra *de peda jud* Admi-
14 niſtrantes † autē partibus etiam curare,
& ordinare ritè iudex debet, ac provi-
dere, ne ab altera parte experientiſsimi
patrocinētur, altera parte deſtituta, ſed
operam dare debet, ut æqualia ſint pa-
trocinia. *l. providendū. 7 ſup. de poſtul.* &
ne quis detur aut perſonæ, aut cauſæ i-
nimicus, aut parti adverſæ amicus. *l. hu-*
manitatis. 23. ubi Dd, inſ. de excuſat. tut.
gloſſ. & Dd. in l. 1. §. 1. de poſtula. Dat
autem judex etiā invitos. *d. l. properand.*
§. illo. 9. & dat iis qui non habent. *d. l. 1.*
§. 4. de poſtul. idq; ſumptibus eius, cui da-
tur, ſi habeat: ſin minus, ſumptu publi-
co. *ut ibid. in d. l. 1. § 4. de poſtul. in verb.*
non habebunt. pro quo facit. l. 3. § Gabi-
nio 4 in ver. des ijs impendia. de teſtib.
& l. properandum. 13. § illo. ubi gloſſ. ad
verb. præſtandis. ſup. de jud. Quod ho-
die non uſquequaque obtinet, ſed co-
git invitos judex gratis pauperibus in-
ſervire. *Bald. in l. ſi furioſi. 25. num 3.*
inf. de nup. & in l. unic. inf. de ſuffrag. &
authent. generaliter. ſup. de Epiſ. & Cle-
ric. Patrocinantur autem † & adſunt 15
litigatoribus in judicio tutores, cura-
tores, & procuratores, & patroni, qui
domini litis non ſunt ut ſuperiores.
Bald. in l. 1 n 3. ſup de erro. adv facit. l nul-
la. 23. l. neg. 11. ſup. de procur. Atq; hi et- 16
iam omnes juramentū † calumniæ præ-
ſtare coguntur, tàm adminiſtratores. *l.*
2. § qui obſervari. ſup. de jureiur. propter
calumn. quàm procuratores, etiāſi do-
minus præſtiterit. *c. 2. de iuram. cal. in 6.*
ſicut præſtare debet, quāvis per procu-
ratorē litiget. *l. 2. § quod obſervare 2. ſup.*
de iureiur. propter cal. dand. niſi quod ju-
re Canonico huic ſpeciale mandatum,
ut in animā ſuā juret dari poteſt. *c. ult.*
de iur cal in 6. & advocati. *d. l. rem non*
novā. §. patroni. ſup de iud. d l. 2 in prin. &
§. 2. ſup. de iureiura. §. 2. poſt. de pæn. tem. li-
tig. citata nimirū, & præſente parte ad-
verſa, vel eius procuratore inſtructo. *d.*
l. 2. § ſin autē adfuerit. 3. ut nō ſolū lites,
ſed & calumniatores minuantur, pu-
tentq; homines, ſe pro judicijs in ſacra-
rijs conſiſtere, proq; hominibus Deū in
omnib. cauſis judicem eſſe. *d. l. 2. § ſic e-*
nim pen. ſup. de iureiur. propter. cal. dand.

Ac fuit tanta olim huius juriſjurandi religio ut ſicut leges noluerunt expreſſa, vel tacita conventione illud remitti *d. l. 2. §. ſed quia. 4* ita vetuſtiores Canones ſtatuerint, non valere conſuetudinem, vel ſtatutum, quo idem remitteretur. *c. caterum. 5. de juram calumn.* nedum principalibus, ſed etiam adminiſtris. *ſpeculator de advo. §. 1 num. 31. Ioan. And in c. Romana ad ver. advocatorum. de for. compet. in 6 Iaſon d. l rem non novam. n 2.* cum melius norint calumniari quam partes. *l. ab Anaſtaſio penult. ubi gloſſ. ad ver. morantur. inf. mand.* eoque niſi ſic coerceantur omnibus ſe cauſis ſint impliſcaturi. *Iaſ. d. l. rem non novam num. 3.* ut meritò valere hic non debeat in contrarium conſuetudo. *c. penult & ult. de conſuet. c extirpante 30. de prabend.* ſed poſteriores pontifices, ut alia divina, & humana jura, ſic & hæc depravare ac tacitè hoc juſiurandum remitti permiſerunt. *cap. 1 §. 1. eod. in 6.* unde ſecutum, ut ceperit etiam expreſsè remitti, & tandem moribus prorſus obſoletū. *Bald & Doctores. d. l rem non novam. §. patroni.* etiam jure Saxonic. ut Lehnrecht. *cap. 6*. Chilian. cap. 67.*

17 Cæterum † de ordine & modo, quēadmodum perſonæ hæ in judicijs ſe gerere debeant plura. *Speculat. tit. de advoca. & procuratorib.* & oportunius tractatur. *ſup. eiſdem titul. lib. 2.*

18 Quod ad res † attinet plures uno judicio cumulari poſſunt, tam civiles. *l. ſi idem. 11. de jurud.* quam criminales. *l. qui de crimine. 9. inf. de accuſ l 2. §. ult. de cuſt. reor. l. 3. §. penult de accuſ* in quibus tamen hic eſt ordo, ut non de omnibus ſimul tractetur, aut reus reſpondere cogatur, ſed ordine ſucceſsivo de ſingulis. *d. l. 1 § ult* una tamen ſententia omnes ſint terminandæ. *d. l. de crimine.* Criminales tamen † & Civiles æquè principaliter non rectè cumulantur. *l. 4. ubi Doctores. de pub iud. l. 3 l. ult h. tit l interdum. 56. §. 1 de furt.* 19
Nam criminale prius eſt proponēdum. *l. ult. h. tit.* ne majori cauſæ per minorem impedimentum inferatur. *l. per minorem. 54. de iudic.* præſertim cum altera reſpectu alterius non ſit præjudicialis. *l. unica. inf. quando: civ. act.* ubi in quæſtione capitis, quam pœna mortis ſequi poteſt, nam tum utrunque rectè cumulatur. *Bald. in l 1. in princ. nu. 2. & 3. inf. de appellat. Maran in Speculo. aur. part. 4. diſtinct 2. num. 6* Sed tamen minus principaliter criminalia civilibus jungi poſſunt. *l. penult. h. tit. l. 2. §. 1. ubi Bart. & Doctores. de vi bon. rap. Maran. praallega. loc.* quo caſu hic ordo eſt. ut judex utrunque ſimul cognoſcat, & determinet. *l. penult. h. tit* aut prius quæſtionem incidentem, ſi ſit præjudicialis. *l. 3. 4. 5 inf. de ord. cog. l. 2. h. tit.* quod & in ſimilibus obtinet *l. 3. ubi Doctores. ſup de jud. l. 3. l. ult. infr. de ord. cog. l. 1 f. mil. herciſcun. l. fundi. 15. de except.* ut verbi gratia in realibus † ſi poſſeſſorium cum petitorio cumuletur, ſicut cumulari poteſt, niſi invicem ſibi adverſentur. *l naturaliter 12. § nihil commune. ibi latiſſ Doctores de acquirend poſſeſſ* prius poſſeſſorium eſt expediendum *l. ordinarij. 13. inf. de rei vendicat. l. ſi de vi 37. de iud.* veluti præjudiciale, ſecundum quod & ſimilia dijudicari poſſunt. 20

Quantum ad actiones † attinet plures unius rei nomine cumulari nō poſſunt *l. nemo 43. §. 1. de reg. iur. l. quod in harede. 9. §. 1. de trib. act.* diverſa- 21

rum verò rerum nomine rectè plures cumulentur. *d. l. ſi quidem. ubi Doctores* nisi ſint contrariæ. *l. 1. inf. de fur.* aut ſententia in altera lata parere exceptionem poſſit in altera, de quo *Doctores in l. 3. inf. de eden.* aut electione alia aliam tollat. *d. l. quod in herede. §. 1. l. 1. de vi bon. rapto cum ſimilibus. l. 2. ubi Doctores de duob. reis.* qua tamen parte placuit in omnibus locis procedere judicium adverſario nihil opponente, niſi ſcilicet actiones ſint incompatibiles, & contrariæ, aut ipſo jure per electionē alia aliam conſumat *Iaſon d. l. 3. num. 85. ſup. de eden. poſt Bartol. & Doctores. d. l. naturaliter § nihil. per l. hos accuſare. 11. § lege Iulia, de accuſ. Bal. in l ordinarij. num. 8. & 9. inf. de rei vendica. & in l 2. in fin. inf. de petitio. hereditat.*

22 Cæterum totius judicii ordo, † etſi reſpectu veterum ſolennium extraordinarius eſt, tam in criminalibus. *l ordo. 8. de public. jud.* quam civilibus. *l. antepenult. ſup. de neg. geſt.* tamen ſuam quandam etiam formam, & proceſſionem ex legibus, inſtitutiſq; novis habet *l. prolatam. 4. ubi Bald. inf. de ſentent. & interloc. omn. jud. c. ſuper. 27. §. 1. ubi Felin. c. prudenti m 21. de offic. delegat.* quæ in ſingulis partibus, & ſpeciebus judiciorum cuiuſmodi ſit, ex ſequentibus tit. intelligetur.

23 Huc etiam pertinet † circumſtantia loci. *l penultim. de juſt. & jur. l. 5. infr. quomod. & quand. jud. l. 6. infr. ſentent. & de interloc. omn. judic.* & temporis quod ipſum quoque pertinet ad formam actus. *Au h. qui ſup. plenario ubi Doctores. ſup. de pre ibus Imperat. offeren.* adeo ut qui non obſervat tempus, & facit intra tempus præſcriptum, non obſervare dicitur formam. *l. in pupillari. 14. ubi Iaſon. 2 not. de vulg. & pup. ſub. l. qui Romæ 122. §. Callimachus. 1. de verbor. obligat. l. ſi in lege 24. ubi Caſtren. num. 5. ff. locati* nec poſt tempus audiatur. *l. ſcire. 13. § ſequent. de excuſat. tutor.* permiſſum enim ad tempus poſt cenſetur prohibitum. *l. ſi unus. 27. §. ſi cum reo. 1. ubi Bald. de pact.* & lapſus eius tacitam renunciationem inducit *l. ſi ea. 7. ubi Bal. num. 7. in 3 notab. inf. qui accuſ poſſ.* & moræ purgationem impedit. *Panorm & Doctores in c ult. de his qui matr. accuſ. poſſ.* De quibus ſatis ſit hoc præmonuiſſe. Locum † ad ordinem judicii requiri pu- 24
blicum. *l. cum ſententiam. 6. inf. de ſentent. & interl. omni. iudic. § ſedebunt. in Authent. de jud.* ſolennem. *l. penult de juſt. & jur.* hoc eſt, conſuetum. *l. ſi locus. 59. de iud. de l. 6. inf. de ſentent. & interlocut. omn. iudic. l. 5 inf quomod & quand. iud.* tutum *c. accedens. 4. ut lit. non conteſta. clemen. paſtoralis. de ſent n. & re iud.* idoneum *l. 2. inf. ubi de ratio. c. comparati 19. de app ll ti. 9.* honeſtum *l. quid tamen. 21 §. ſed ſi 1 1. de arbitr.* illius territorii, ubi forum eſt competens. *d. l. quid tam. n § ſi arbiter. 10. Doctores in d. l. ſi locum. de judic. Novel. 53. & Novell. 83.*

Tempus vero † legitimum *c. ult. de* 25
dilat. c. conſuluit. 24 de offic. delegat l. ult. ubi Doctores. de ferijs idoneum *d c. ult. & d. c. conſuluit.* diurnum. *§. ſedebunt in Auth. de iudic. Doctores l. non minorem. 10 ſup. de tranſaction.* & potius antepomeridianum. *c. 1. de feſti. Spec. de advoc. §. nunc tractemus 3. num. 5 verſic. item delibera jejuno ſtoma. ho.* quia tum magis vigent ſenſus *c. hone-*

ni eligerentur terni ex ſingulis. *Feſtus lib. 3.* & judicarent de jure tantummodo Quiritum, ut hereditatibus, inofficioſo teſtamento. *l. ult. inf. de lib. præter. l. prætor. 30 de lib. lega.* item uſucapionum, tutelarum, gentilitatis, agnationum, nexuum, ſervitutum, ut intelligi licet ex *Cicer. lib. 1. de orat. & Quintil lib. 1. Plinio juniore lib. 2. & 6.*

Quamobrem conſentaneum eſt horum judiciorum in provinciis non fuiſſe uſum, nec ſane id me legere memi-
6 ni, & proinde præſidem † etiam centumvirū nomine jus dixiſſe, ut magiſtratū *l. ex omnibus. 10. cum ll. ſequent. de offic. præſid.* Et quia jure ſui Magiſtratus hanc cognitionem habuit, exiſtimo etiam potuiſſe delegare. *l. 1. & tot. tit. de offic eius cui mand. eſt juris. l. 4. l. ſi quid. 11. de offic. proconſul.* quod ſi non aliud, certe hic locus probat, qui eapropter eſt notatione dignus.

Incidentem quæſtionem) Vt hic ſtatus,
7 † etiamſi principaliter ad eius non pertineat juriſdictionem. *l. 3. ſup. de jud. ali Doctores.*

Quoniam) Ratio decidendi.

Pronunciat) definitivè ſcilicet, quam-
8 obrē nihil prohibet † quo minus incidenter cognoſcere poſsit, de iis quæ ad ſuam juriſdictionem non pertineant, cum hic non abſolutè, & principaliter fiat, ſed ſecundum quid, & reſpectu alterius, quod poſtea principali judicio nihil officit. Quando autem de incidentibus pronuncietur, quando non *gloſ. ult. b.* involvit potius, quàm explicat: ſed commodius diſtinguit Bart: quem noſtri ſequuntur.

LEX. ſi quæſtio. 2.

1. *Quæſtio generis quæ?*
2. *Proximitatis & ſtatus, quæſtio non deciſa præjudicat judicio familiæ hercîſcundæ.*
3. *Præſes provinciæ judicem dare poterat, eique certam agendi formulam præſcribere.*
4. *Judicium quis propriè accipere dicatur?*
5. *Iudices à Præſide dati, an de quæſtione proximitatis cognoſcere, ac pronunciare potuerunt?*
6. *Quæſtio generis ſeu proximitatis, à quo, ac quomodo probanda?*

Q*uæſtio generis.*) hoc eſt proximita- 1
tis † qua defunctum, cujus de hereditate agitur, attingit is, qui ſucceſſionem petit, quæ in cauſis inteſtati potiſſimum incidere ſolet. *l. 1. ubi gloſ. in princip. de probatio.*

Non fiat) Etenim ſi fiat † præver- 2
tit familiæ herciſcundæ judicium, quoniam eo ipſo, quod quis negatur eſſe genere proximus, negatur eadem opera eſſe hæres, cum hæreditas proximo ab inteſtato debeatur. *Authen. ceſſante inf. de legit. heredit.* quod antequam expeditum ſit, diviſio hæreditatis peti nequit. *l. 1. famil. herciſcund. l. 3. & 5 de petitio. heredita.*

Adito præſide provinciæ) hic textus
planiſſimè oſtendit, † quod ſuperiore 3
lectione dixi, ſolere adiri præſidem velut per libellum ſupplicem negocio declarato, & ab eo accipi judicium, hoc eſt, impetrari poteſtatem, & certam formulam agendi *l. 1. & 2. cum ibi nota. ſup. de formul. & impet. ſublat.* quod hic innuitur his verbis: *Accepto à præſide judicio.*

Accipit autem propriè † judiciū Re- 4
us, adit Actor, *l. ſed & hæc 35. §. ult. de*

procurat. l. accipientis. 35. de autor. tutor. ſed hic ad utrunque refertur, quia de duplici familiæ herciſcundæ judicio agitur. *l. 2. §. in familia. 3. l. inter 44. §. qui familia. 4. ff famil. hercisc. l. 2. in fin. communi dividun. l. in tribus. de judic.*

Secundum juris formam) id eſt, diſpoſitionem, ut nunc loquuntur. *l. juris gentium. 7. §. ſi pacisicar. 13. l. inter. 42 de pact. l. in integrum. 2. de minor. l. 1. l. non adverſus. 15. inf. ſi cert. petat.* quanquam poſſit etiam jus hic pro judicio accipi, ut in *l. penultim. de tuſt. & tur.* ut ſignet hic formam judicii, quo tantò magis titulo congruat.

5 *Quæri*) non pronunciari † inquit *gloſſ. per d. l. 1. ſup. h. t.* quæ argumentatio eſt à ſeparatis. Nam ibi de cauſa ſtatus agitur, hic verò de proximitate, ſeu hereditate: illius cognitio ad prætorem, & præſidem indelegabiliter pertinuit. ut dictum eſt *ex d. l. non diſtinguimus. de recept. arbit. l. 2. cum l. ſequen. ſup. de pedan. iud.* At hæc quæſtio proximitatis fuit Romæ centumviralis, in provinciis verò delegabilis. *l. a l. d. calumniat.* Equidem Caius in *l. ... in. ... famil. hercisc.* ait cum qui negatur eſſe heres, ſi poſſideat, poſſe tunc arbitrum familiæ herciſcun. cognoſcere, an coheres ſit, quo ipſo negare videtur, alio caſu non eſſe arbitri cognitionem, id quod verum eſt: nam ea quæſtio pertinet ad petitionem hereditatis, & centumvirale judicium, cum ea eſt qualitas, ut alio judicio præjudicium ei fieri non poſſit. *d. l. 5. de petit. heredita. l. ult. inf. eod.* nec quidem in provinciis ex regula *l. ultim. hoc tit. l. per minorem 54. de judic.*

Quare ... eſſe hujus capitis ſententiam, ſi controverſia hereditatis dividendæ apud præſidem moveatur, ... nulla ſit generis, atque ita juris hereditarii apud heredes quæſtio, ... eſſe arbitrum familiæ herciſcundæ, cum nemo eorum in communione manere cogatur. *l. 1. commun. divid.*

Sin verò moveatur, non cognoſci incidenter, ut vult Accurſ. ab arbitro de proximitate, ſed talem quæſtionem planè ad arbitrum non pertinere, ne præjudicium hereditati fiat. *d. l. 5. de pet. heredita.* eoque curæ habiturum præſidem, ut tum principaliter prius de proximitate, & hereditario jure cognoſcat; In tali autem † proximitatis, aut generis quæſtione probare is 6 debet, qui genus allegat. *l. 1. de probatio. c. licet. 47. in fine de teſti.* interdum pars utraque probat, ut *Novella. 36.*

Probari autem proximitatem oportet concludenter (hoc eſt, ut exponunt Doctores gradibus conſanguinitatis, ac proximitatis computatis) *Panorm. c. licet. in fin. de teſt. Alexand. conſil. 182. Viſo, num. 9. & 10. volum. 7.* & probatur non per inſtrumenta, ſed per teſtes.

Inſtrumentis enim non probatur proximitas, quia à facto & natura pendet. *c. ſeries. 26. ubi Panorm. num. 2. Felin. num. 3. & 4. de teſt. Bald. in l. 1. num. 14. infr. de teſtam. Alexand. conſ. 182. viſo. num. 10. volum. 7. Anchoranus. conſ. 277. ex prædicto n. 7. Pariſius conſil. 155. num. 6. & 7. volum. 4.* pro quo textus in *l. non epiſtolis. 15. cum l. ſequen. inf. de probation.*

Sed

ſe [illegible] ntrum per teſtes ſaltem duos. *d. c. ſert[illegible]s. ubi Dd.* etiam conſanguineos. *d. c. ſertes. Pariſius. latè conſil. 58. num. 22. & conſ. 71. num. 7. vol.* 4. Cauſa tamen ſcientiæ idonee reddita per demonſtrationem ac computationem graduum. *Innocent. in d. c. ſertes in princ. Bald. d. l. 1. num. 4. inf. de teſtib. Anchor. d. conſil. 277. ex prædicto num. 7. Pariſius. conſil. 155. num. 6. volum. 4.* Quia conſanguinitas non currit in ſenſum, coque niſi idoneam ſcientiæ cauſam per graduum computationem teſtes reddant, nihil probare intelliguntur. *Decius conſil. 321. in caſu. num. 5. & conſil. 524. num. 2. conſil. 595. num. 1.* Quando autem concludenter probetur proximitas diſcendum eſt ex *Tiraquello de retractu proximitatis §. 1. gloſ. 16. nu. 4. cum ſeqq. Paris d. conſi. 155. num. 6. volum. 4.*

TITULUS IX.
De litis conteſtatione.

1. *Ratio ordinis, ubi explicatur, cur litis conteſtatio dicatur baſis, fundamentum, ac initium formale judicij & n. 3. 64.*
2. *Ante litem conteſtatam proprie non eſt lis, ſed controverſia, ac actor non dicitur agere, ſed agere velle n. 3. in fin.*
3. *Poſt factam litis conteſtationem obligatur quis inſtantiæ, & cauſa amplius deferi, vel actio mutari nequit.*
4. *Litis verbum generale & ſpecificum.*
5. *Litis conteſtatio unde? ac quando lis dicatur conteſtata.*
6. *Referuntur variæ litis conteſtationis definitiones. n. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. de quibus altera authoris, quæ eſt cauſalis, dilucidè explicatur. d. n. 12.*

14. *P[illegible]*
Quæ [illegible] con[illegible] etiam debe[illegible] deperdita, tunc enim [illegible] tur.
15. *Partes litis conteſtationis [illegible]*
Lis non conteſtatur per re[illegible] Re[illegible] ctam ſuper libello, ſi in eo [illegible], & non petitio, vel contra petitio, & non narratio continetur. & n. 24.
16. *Species ejuſdem à cauſa efficiente, item à materia. nu. 17. à forma. n. 18. ab effectu. numer. 19.*
18. *Litis conteſtatio ſimplex ſeu uniformis & difformis quæ?*
Implicita ac qualificata affirmativa litis conteſtatio quæ?
In cauſis, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, primus actus merita cauſæ reſpiciens pro tacita litis conteſtatione habetur. & n. 69.
20. *Guaranda Saxon. eſt ſpecies, aut certe pars, accidentalis tamen, litis conteſtationis.*
Guaranda omiſſa, ſi à reo non fuerit petita, judicium non vitiat.
21. *Oblatio libelli facta Principi, an, & ad quem effectum inducat litis conteſtationem. & n. 66.*
22. *Litis conteſtationis cauſa efficiens remota, & propinqua. n. 23. cauſa impulſiva. nu. 25. cauſa ſine qua non. n. 25. materia in qua n. 30. materia circa quam n. 33. & n. 37. forma. n. 38. finis. n. 58.*
23. *Iudex tergiverſantes ad litis conteſtationem poteſt compellere, & quibus id facere ſoleat remedijs.*
24. *An litis conteſtatio inducatur ſi reus ad narrata & petita actoris ſimpliciter reſponderit, non adjectis his verbis* animo litem conteſtandi.
Litis conteſtatio deſiderat & animum & verba & n. 80.
Ubi verbis vel factis opus eſt, animus non ſufficit. & n. 53.
26. *Non ſolum actorem, ſed utrumq; litigantium litem conteſtari contra Cujac. aſſeritur & n. 5.*
27. *Litigantes non modo per ſe, ſed etiam per alios litem conteſtari poſſunt.*

28. Lis non poteſt conteſtari cum incerto & n. 31. aut cum non contumaciter abſente, vel eo, cuius nihil intereſt. bene autem cum eo, qui contumaciter abeſt, quo caſu primus actus, quo iudex adverſus eum procedit, pro ficta litis conteſtatione habetur.

29 Litis conteſtationem coram quo fieri oporteat.

30. Ea in omnibus cauſis, quæ non excipiuntur, eſt neceſſaria.

31. Series cauſarum, in quibus litis conteſtatio non neceſſario quidem requiritur, interponi tamen non vetatur.

Quibus in cauſis litis conteſtatio non deſideratur, in iiſdem nec guarandam, quamvis petitam, præſtare neceſſe eſt.

32. In caſibus, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, reſponſionē qualē qualē ad narrata, ac petita actoris, aut aliquid aliud, quod vice conteſtationis ſit, intervenire oportet.

33. Litis conteſtatio fieri debet de meritis cauſæ principalis per libelli narrationem, ac petitionem in judicium deductis, non vero de quæſtionibus poſt acceptum judicium ſupervenientibus, aut incidentibus. & n. 12. 31. quod explicatur. n. 36.

34. Generali litis conteſtatione Reus intelligitur ad omnia in libello contenta reſpondere, inficiari autem ſaltem ea, quæ ſunt fundamentū intentionis. n. 43. & an litem tàm de jure, quam de facto in libellum deducto reum cōteſtari oporteat, an verò de alterutro eorū conteſtationem facere ſufficiat.

35. Cautela pro reo, quod ubi diverſa ab actore in libello fuerint propoſita, præſtet ſeparatim ad ſingula reſpondere.

36, Lis quatenus videatur eſſe conteſtata etiam de iis, quæ poſt judicium acceptum accidunt.

37. Narrata actoris ſi aliqua ex parte falſitate laborant, reus bona conſcientia litem ſimpliciter negativè conteſtari poteſt, ubi tamen ſimul adhortantur litigantes, ut veritatem ſectentur.

38, Forma litis conteſtationis in quibus conſiſtat, ac quod ea immutata litis cōteſtatio vitiotur.

39. Formulæ quædam litis conteſtationis

40. Lis tam in criminalibus, quam in civilibus in judicio utraq; parte præſente, aut alterutra ad citationem contumaciter emanente, eſt conteſtanda. & n. 28.

Contumacia pro [illegible] habetur.

41. Litis conteſtatio utrum p[illegible] tionem, & reſponſionem [illegible] lo, an vero hac unico conte[illegible] qui debeant?

42. Litis cōteſtatio fieri poteſt per narrat[illegible] reſponſionem factam in ſcrip[illegible] ptis, animo litem conteſtandi, & [illegible] vel affirmative tam ex parte Rei n. 45 [illegible] actoris, vel ut plurimū ex parte Rei negative, ac tum vicisſim vel ſimpliciter, v[illegible] plicitè. n. 43.

Implicita litis conteſtatio ut tutiſſima, ita quidem frequentiſſima, in omnib. tamen cauſis non eſt ſufficiens.

44. Litis conteſtatio an verbis fieri poſſit injurioſis, utpote tu mentiris, aut ſimilibus?

45. Affirmativa litis conteſtatio à reo facta cujus ſit effectus?

46. Lis non conteſtatur per exceptiones peremptorias oppoſitas, ſicut nec per poſitiones actoris, vel Rei. n. 47.

48. Litis conteſtatio fieri poteſt verbis dubitativis, ut puto, credo, non tamen plane ambiguis n. 49. aut conditionalibus n. 50. quod tamen ibid. limitatur.

51. Cōſuetudine an poſſit induci, ut ex ſola facti narratione, ſeu verbali petitione, & contradictione oriatur litis conteſtatio?

52. Litis conteſtatio actis inſinuanda, indeq; probanda, alioqui non præſumitur facta.

53. Guaranda Saxonica quomodo præſtanda?

54. Litis conteſtatio coram incompetente judice, vel extra locum judicij ſolennem facta nullius eſt momenti.

55. Lis quando conteſtanda?

56. Litis conteſtationem ut actoris advocatus properare, ita eandem Rei patronus retardare debet, & quod utrumq; antequam litē conteſtentur, ambigua & obſcura in libello removeri vel declarari curare oporteat.

57. Litis conteſtatio, ut omnis alius judicialis actus, ſemel tantum fieri debet.

58. Lite non conteſtata nihil quicquam in judicio fieri ac ſuſcipi poteſt.

59. Effectus litis conteſtationis tam reſpectu perſonarum judiciū conſtituentium, iudicis ſcil[illegible], litigatorum. n. 60. & procuratorum. n. 6[illegible]

[illegible]

quam rerum n. 62. act. omnium. n. 63. & judicij ipſius. n. 64.

Poſt factam litis conteſtationem judex amplius recuſari nequit & n. 60.

60. *Facta litis conteſtatione cauſa amplius mutari nequit, aut mutans obligatur pœnis ruptæ guarandæ, & illa quæ tam in civilibus quã criminalibus cauſis?*

61. *Per litis conteſtationem procuratores efficiuntur domini litis.*

62. *Per litis conteſtationem fit novatio, interrumpitur præſcriptio, & pars adverſa in mala fide, ac mora conſtituitur, ut exinde fructus, & uſuras præſtare teneatur.*

63. *Litis conteſtatio actiones perpetuat. & n. 84.*

64. *Litis conteſtatio judicium inchoat.*

Litis conteſtatio excludit exceptiones declinatorias, & dilatorias.

65. *Litis conteſtationis adjuncta.*

66. *Ejuſdem aſſinia & n. 67. 68. 70. 71. 72. 73. 74. 75.*

67. *Porrectio libelli in criminalibus cũ inſcriptione, ſecuta citatione partis, an & quatenus habeat vim litis conteſtationis?*

68. *Citatio poſſeſſoris, qui abſenti authori litem denunciavit, in judicijs poſſeſſorijs pro litis conteſtatione habetur.*

69. *In ijs caſibus, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, an citatio partis adverſæ pro litis conteſtatione ſit.*

70. *Sententia judicis interlocutoria, qua litẽ conteſtatã eſſe pronunciat, aut partes ad ulteriora procedere jubet, eſt vice litis cõteſtationis.*

71. *Iuramentum judiciale ad delationem adverſarij præſtitum habet vim litis conteſtationis, ſecus autem juramentum calumniæ, niſi ijs in caſibus, in quibus litis conteſtatio non eſt neceſſaria, & n. 69.*

72. *Contumacia pro litis conteſtatione eſt.*

76. *Litis conteſtationis contraria. & n. 77*

Reſponſio ad libellum cum proteſtatione nõ conteſtandi litem an & quando litis conteſtionem impediat.

77. *Litis conteſtatio poteſt lege, conſuetudine, reſcripto, vel tacito partium conſenſu tolli.*

Peremtoria exceptio in vim dilatoriæ oppoſita, ubi in continenti poterit probari, litis conteſtationem impedit.

78. *Litis conteſtatio* [illegible] *interpretanda.*

79. *Litis conteſtatio non poteſt eſſe in pendenti.*

81. *In judicium non videtur remiſſ*[illegible]*, quod poſt illud accidit.*

Quæ ante judicium eveniunt, ad judicem non ſpectãt, niſi ei nominatim fuerint inj[illegible]*a.*

Res futura non poteſt eſſe judicium.

82. *Forma litis conteſtationis non eſt immutanda.*

83. *Litis conteſtatio ultra litigantium intentionẽ non debet operari.*

84. *Litis conteſtatio litigantium conditionem nõ facit deteriorem; ſed plerunq; meliorem.*

ORdinantur † judicia potiſsimũ per litis cõteſtationem. *l. ordinata 24. ubi gloſſ. de libe. cauſa.* ut quæ prima & princeps ſit judicij pars, ac velut fundamentum. *l. unic. h. tit. l. unica (alias l. 3.) ver. ante litem inchoatam & verſ. ſin autem litis prabuit exordiũ. inf. tit. 1. l. amplius. 15. rem ratam haber.* & principium quidẽ formale ut loquitur. *Speculat. de citat. §. ult. n. 1. & de ſalarijs. iud. §. 1. n. 10. de ſent. §. iuxta n. 16 pro quo & gloſſ. juris Saxon. art. 62 inver. eſt inceptio actionis. lib. 1. Chilian in proceſſ. cap. 60.* 1

Nec enim † ante conteſtationem lis 2 propriè eſt, ſed tantũ controverſia *l. ſed etſi. 25 §. ſi ante. 7 de petit. hered.* quia cauſa per hanc intelligitur fieri litigioſa, ac in judicium deduci. *l. ut fundum. 18. cum ibi notat. Commun. divid. c. ſuper. §. 1. de offic. delegat. cap. ex parte. 2. de verbor. ſignificat.* Unde Græcis προκαταρξις dicitur, quod initium litis det, ut ait. *Cujacius. lib. 9. obſervat. cap. 21.* Ideo autem † initium eſt, quia ante eam o- 3 mitti, vel actio mutari poteſt. *l. 3. ſupr. de eden.* quod poſt non licet, ut Doctores ibi, & *in Authent. qui ſemel. quomod. & quand. jud.* eoque nec poſtea quicquã novi in judicium deduci poteſt, *l. nõ poteſt. 23. de jud. d. l. ut fundus.*

Namque

namque ſuper eo, quod in conteſtationem inducitur, quaſi contrahitur judicium, l. 3. §. idem ſcribit. ff. de peculio. eoque & judicis officium hinc tantum incipit, & huic deſeruit. l. ædiles. 25. §. item ſciendum. 8. de ædil. edi. Itaque etſi citatio inſtituendarum actionum principium eſt. §. ult. Inſtit. de pœn. tem. litig. & juriſdictionis. clem. 2. ut lite pendent. c. gratum. 20. de offic. delegat. tamen judicij & ordinis judiciarij principium non eſt. l. ſi homo. 45. de rei vendicat. ut nec ipſa actio, ſeu actionis editio. l. 1. verſic. inter litem & editionem multum intereſt. h. tit. juncta. l. 3. ſup. de eden. ſed potius eſt judicij præludium. l. 1. in princ. inf. quand. provoc. non eſt neceſſe. gloſſ juris Saxon d. artic. 62. lib. 1. Quare & actor ante litem conteſtatam non dicitur agere. d. l. amplius. rem. rat. hab. ſed agere velle, ut rectè. Specula. de cita. §. ult. num. 2.

4 Lis † etſi noſtris totam cauſam ſignificat. l. 4. ubi Iaſon & Doctores. ſup. de pact. tamen propriè, ut dixi, præſertim hac in materia ſignificat cauſam conteſtatione in judicio deductam, & propriè factam litigioſam. l. unic. (al. l. 3.) inf. tit. 1. d. l. non poteſt. de jud. d. l. ſed & ſi. 25. §. ſi ante. 7. de pet. hered. lib. 1. & 2. ubi Dd. inf. de litig. & in Autenth. litigioſa. eod. tit.

5 Conteſtari † pro ſimplici teſtatione ponitur. l. qui teſtamento. 20. §. 8. de teſtam. Paulus. lib. 2. ſent. tit. 44. unde promiſcuè teſtatò facere, & conteſtatò. l. 1. §. Iulianus. 12. de lib. agnoſ. hoc eſt teſtibus adhibitis aliquid facere, declarare, profiteri. l. 1. §. 1. quod juſſu. l. curent 21. de teſtib. Con tamen plerumque ſignificationem multiplicat, & auget, indicatque actum, vel duorum, ut in contubernio. l. 3. inf. de inceſt. nupt. vel plurium, ut in conventione, conſenſu l. 1. in fin. de pact. & conſilio. Feſtus. lib. 3.

Hinc cōteſtari litem potius quam teſtari, quia ſimul Actor & Reus teſtantur, quod & cenſet. Bartol. h. num. 11. & Marant. de litis conteſt. num. 8.

Dicebantur autem litigatores ideo litem conteſtari, quia narratione principalis negocij utrinque facta, uterque eos, qui tum aderant, teſtes eius rei faciebant hac ſolenni proclamatione: Teſtes eſtote Quirites. Feſtus lib. 3. Unde & illud Cincij apud Macrobium. Iubent dicere (judices) quorum negocium eſt, (id eſt, perſonas principales) narratur, (ab utraque parte) judex teſtes poſcit: Qua de re etiam. Ramus. regul. 177. Cuiatius. lib. 9. cap. 21 qui tamen addit, propriè conteſtari actorem cum Reo litem, non vice verſa l. ſi à me fuerint. 11. de iudic. Quanquam hac de re leges indiſtinctè loquantur, & hodie potius contra reus conteſtetur non actor. Eoque conteſtata tum lis dicitur, cum judex per narrationem, ab utroque litigatore factam, audire cauſam ceperit. l. unic. h. tit. unde Azo. h. & Martin. in ſumma. ita eam definiunt, † ut ſit principalis negocij hinc inde facta narratio; quod non placet. Hoſtienſi. ext eod. num. 1. & Panorm. ibidem. in c. unic num. 10. qui ajunt, hac circumſcriptione mutuam potius petitionem, quàm litis conteſtationem deſcribi: itaque ipſi † ſic definire malunt, ut ſit fundamentum judicij per petitionem in jure propoſitam, & congruam reſponſionem ſecutam, animo conteſtandi litem factam: quo ordine omiſſo ſi in forma judicij procedatur, vexantur inanibus laboribus, & ſumptibus litigan-

6

7

litigantes: ſed & Azonis definitio ſumpta eſt ex Legibus, quæ tantum de narratione loquuntur, ut *h. l. unic. in ver. per narrationem negocij l. 2. ſup. de jurejur. propt. calumn. cum ſimilibus*: nec verum eſt, iis verbis mutuam petitionem notari, quia hæc non unius, ſed plurium negociorum eſt narratio; Deinde verba ſecundum ſubjectam materiam ſunt accipienda.

Cæterum in judiciis eiuſmodi eſt litigatoris principalis facta narratio; ut actor quid petat ex ſua narratione, Reus reſpondeat, & contradicat, ac iterum petat aliquid ex ſua narratione: Quamobrem aliæ leges hanc narrationem de petitione & reſponſione interpretantur. *d. l. 2. ſup. de jurejur. propt. calum. dando l. rem non novam 14. ſup. de judic c. un. ext eod.* quin etiam narrare reum ſufficit abſq; concluſione, cum ſufficiat, eius jus ex ſimplici narratione poſſe elici *Bart. in l. 1. num 4 & 5. de*
8 *exception.* Ramus † *in d. reg. 177.* longius ab hac deſcriptione abit, litis, inquit, conteſtatio nihil aliud eſt, quam quædam inter eos, qui invicem controverſiam habent, de judicio ſuſcipiendo conventio, non ſolum inter ipſos, ſed etiam cum judice inita, qui eos, cum ad ſe ſponte veniſſent, ſolet interrogare, an ſibi de controverſia, quæ inter eos eſſet judicandi facerent poteſtatem, quam cum ipſi facere reſpondiſſent, jam tum dicebatur ſuſceptum judicium, & lis conteſtata, de quo etiam *Alc. in l. pecuniæ verbum. in fin. de ver-*
9 *bor. ſignificatio.* Preſſius † *Cujacius d. lib. 9. obſerv. cap. 21.* eſt, inquit, eius rei, de qua apud judicem controverſia eſt, ex utraque parte facta narratio, teſtibus præſentibus,

Hodie vero † quia teſtibus non eſt 10
opus. *d. c quoniam. 11. de teſtib.* rectè ita definiri poteſt, ut ſit negocij principalis, de quo litigatur, narratio, & ſuper ea petitio, ac concluſio ab actore facta, ad eamq; Rei conſecuta reſponſio. *c. 1. ext. eod. c. dudum. 54. de electio. c prout. 4. de dol. & contumac. Spec. de litis conteſtatio. §. 1. in princip. & §. 2. num 5. Maran. part. 6. diſtinct. 1. membro. ult. num 3.* Brevius & elegantius † ex *l. 2.* 11
in princ. ſup de jurejuran. propter calum. dand. ut ſit primordium litis, quod narratione actoris, & reſponſione Rei conſtituitur. Addamus autem ſi placet & hanc † ut ſit ſolennis & ju- 12
dicialis reſponſio Rei de cauſa principali ad petitionem actoris idoneam, congruè per ETIAM vel NON, aut æquipollentibus verbis facta animo litem conteſtandi, ut ſuper ea judicium fundetur. & procedat.

Cauſam pono reſponſionem Rei, nam hac propriè lis conteſtatur. *c. 1. ubi not. hoc Panormitan. num. 4 ut lit. non conteſta. proc. Bald. ad c. olim. num. 5. de litis conteſtat.* Materiam † circa quam, ſeu objectum facio duplex, alterum principale negocium, ſeu cauſam, de qua præcipuè tractatur, non quodlibet incidens. *Bald. in l. 1. num. 10. de ordin cog.* Alterum petitionem idoneam Actoris, nam abſque hac, hoc eſt, recta petitione, & concluſione præcedente non intelligitur facta conteſtatio, etiam ſi Reus reſpondeat *Panor. d. c. unic num 19. & Felin. num. 17. de lit. conteſt.* Materiam in qua oſtendit verbum *Iudicialis*: nec enim reſponſio inducit conteſtationem, niſi in judicio, & re, quæ in judicio vertitur.

Ad formam pertinent reliqua, ut,

ſolennis congrua, per ETIAM vel NON.

Ad finem † & effectum ut ſuper ea judicium fundetur.

Cæterum quamvis ad cauſam efficientem referri etiam poſſint hæc verba: animo litem conteſtandi factam: Tamen ſalva etiam definitione omitti poſſunt, quia ex ipſa reſponſione, quæ modo definita eſt, animus conteſtandi præſumitur, & præſupponitur; etiamſi nihil exprimatur: niſi contraria ſit facta proteſtatio. *Doctores in d. c. unic. ubi latè Panormitan. num. 15. cum multis ſequentib. ext. de litis conteſtat.* Vberius quoque rem exponit † *Socinus in rubr. ext. eod. num. 1.* reprobata Hoſtien. definitione, de qua ſup. quam dicit cum definito non converti, iſtiuſmodi deſcriptione. Eſt actus judiciarius, per quem in judicio ordinario, vel arbitrario, judicii inſtar habente, facta narratione negocii principalis, & petitione expreſſa, vel incluſa in ſcriptis per actorem coram competente judice, pro tribunali ſedente, vel arbitro, ipſo maximè judice, vel parte interrogante, ſeu parte intentione ſua inſiſtente, Reus reſpondet negando vel confitendo, vel per verba æquipollentia (etiam injurioſa, ut ſi Reus diceret, tu mentiris) ad litis conteſtationem, convenientia, ipſius litis ac ordinarii fundativus.

14 Propria † eadem ſunt, quæ judicii, quod ſtricti juris, ut traditur in *l. non videtur 33. de iud.* individua. *Socin. in rubr. ext. eod.* ſcripto conſtans *c. un. ubi Panorm. num. 3. & 29. ext. eod.* (Hinc intelligi poteſt litis conteſtationem nõ aliter poſſe probari niſi ſcriptura *c. 1 de lit. conteſtat. in 6.* Eſt enim regula: Quæ ſcriptura conſtat, ſcriptura etiam probãtur, niſi ſcripta ſit amiſſa, tunc itur ad teſtes, quod item expreſſe fiat non tacitè ut hoc proprium vult *Socin. in rubric. num. 1.*

Partes † ex hac *l. unic. & ex l. 2. ſup. de jureiur. propter calumn & l. rem non novam. §. patroni. ſup. de iudic.* tres poni poſſunt. I. Narratio ſeu petitio actoris utraque expreſſa, aut alteri implicata *Socin. in d. c. unic. num. 53. & Panormitan. ibidem. numer. 19. 21. 22.* II. Narratio, & reſponſio, ſeu contradictio Rei, de qua latiſsimè *Socin. d. c. unic. num. 67.* III. Iudicis prima principalis cauſæ cognitio, quæ olim intervenicbat, cum utranq; partem ſuper principali negocio, primum judex audiret; ſed hodie etiam abſque cognitione judicis conficitur litis conteſtatio, quanquam exinde ſemper incipiat, & illi revera inſit. *d. l. ædiles. 25. §. item ſciendum. ff. de ædil. edict.* Vt igitur ſtipulatio ex duabus partibus conſtat, interrogatione & reſponſione. *l. 1. §. 1. de verbor. oblig.* ita & litis conteſtatio, qua ad eandem rationem in judiciis quaſi contrahitur. *Bart. h. num. 10. per l. 1. §. ult. de prætor. ſtipul. l. 3. §. idem 11. de pecul.* conſtat ex narratione, ac petitione actoris, & Rei reſponſione, non tamen actu contraria, ut vult Bart ſed ut communius placuit, & uſurpatur, interpretatione juris cõjuncta *c. cum cauſam. de jur. calumn Doctores in c. unic. ext. eod.* Quas duas partes oſtendit *d. l. rem non novam. §. patroni. in ver. poſt narrationẽ propoſitam, & condictionem obiectam. ubi Caſtrenſ. hoc notat. num. 4.*

Species † ſumuntur à cauſis: Nam 16
ab efficiente dividere licet in legalem,

ſ. . .

ſeu legitimam, de qua *h. & c. un. ex eod.* & conſuetudinariam de qua *Panormitan. d. c. unic. num. 13. & Socin. num. 11.*

17 A materia † in civilem de qua *h. & d. c. unic. d. c. cum cauſam.* & in criminalem, de qua *Cuiacius d lib. 9. c. 21.* item in primæ inſtantiæ conteſtationem, de qua *h & in l. properandum 13. & in l. rem non novam ſup. de iudic.* & ſecundæ, ſeu appellationis. Illa regularis, hæc irregularis. *Socin. d. c. unic. num. 94. & in c. quoniam. art. 4. in princip. ut lit. non conteſtat.*

18 A forma † in ſimplicem ſeu uniformem & variam, ſeu difformem, ut cum alia negantur, alia conceduntur in *d. c. cauſam. Socin. num. 70.* item in affirmativam, & negativam; Quarum utraque rurſum, aut ſimplex eſt, vel, ut loquuntur, indefinita, plena, univerſalis, generalis *Socin. num. 70. d. c. unic* aut ſpecialis, definita, ſingularis, particularis, *Socin ibidem. numer. 69.* Nam affirmativa dividitur in affirmativam ſimplicem, quo caſu ſine longiore jurgio ſtatuitur terminus Reo ad ſolvendum abſque ulteriori proceſſu. *l. ſi reus. 73. de procurator. l. ſi debitori 21. de jud. l. debitoribus 31. de re jud. Socin. d. c. unic num. 62.* quem intra niſi ſatisfaciat, manu militari id quod debet ab eo per judicem aufertur & *Socin. c. unic. num. 62. & 80.* Et qualificatam ſeu implicitam, ut cum Reus fatetur, addita tamen aliqua exceptionis qualitate, puta ſolutionis, metus, doli, defenſionis, ut *§. 1. Inſtitut. de exception. Bartol. l. Aurel. 20. de liber. leg. Bald. & Doctores l. unic. infr. de confeſſ.*

Hæc ſubdividitur in generalem ſeu implicitam, ut nego contenta in libello vera eſſe *c. cum ad ſedem. de* ſ-*mo quinto de reſtitut. ſpoliat. c. ex literis. 5. de divortijs. Bartol. in l. ſi dubitet. 10. §. ita demum. per tot. de fideiuſſ.* item, nego narrata, prout narrantur, & petita prout petuntur *Bartol. num. 3. & Doctores hic, & in c. unic. extr. eod. Ferrar. in form. reſponſionis Rei ad verb. narrata. prout narrantur.* & ſpecialem, ſeu explicitam, qua diſertè vel ſingulis, vel omnibus actionis articulis, per inficiationem reſpondetur. *Doctores in d c. un. ubi latiſſ. Socin. numer. 70.* Cuius eſt & illa diviſio in *rubr. ext. eod. num. 3.* qua diſtribuit conteſtationem litis in propriam, ſeu expreſſam, & in tacitam, ſeu præſumptam, quæ ſumitur à primo actu cognitionis, cum abſque conteſtatione litis proceditur, quo caſu primus cognitionis terminus eſt pro litis conteſtatione. *l. 2. inf. ſi per vim, vel alio mod. abſent. turb. ſit poſſ. ubi gloſſ. & Doctores. Bald. Iaſon & Doctores. in l. nulla. viceſima tertia. ſup. de procurat. Iaſon. in §. ſequens. num. 100. Inſtitut. de actionib.*

Poſtremò Bald. ab effectu † dividit in validam, & invalidam, juſtam, & injuſtam in *l. unic. num. 1. inf. de delic. defunc.* 19

Ad ſpecies etiam referri poteſt † Guaranda Saxonica, de qua *art. 14. lib. 3. art. 62. lib. 1. art 15. lib. 2.* niſi mavis eſſe partem, ut hoc jure duæ ſint conteſtationis partes præcipuæ, reſpectu agentis Guaranda, reſpectu Rei, reſponſio: Et tamen magis 20

S 2 illa

illa pars accidentalis quam eſſentialis, cum niſi petita ſit à reo, rectè omittatur, & tunc jure communi litis conteſtatio procedat, ut pluribus exponit *Chilian. cap. 48. Manſerus cap. de Guaranda gloſſ. in d. artic. 14. lib. 3.*

21 CAUSA EFFICIENS † non eſt præſentatio libelli. *l. unic. hoc tit. l. libertus 15. de in jus vocan.* niſi in caſu *l. 1. & 2. ſupr. quand. lib. princip. oblat. lit. conteſt. fac. Bart. hic num. 2.*

Quo tamen ipſo caſu non eſt pro conteſtatione, quoad ordinationem judicii, de qua hic, ſed tantum quoad perpetuationem, & transmiſsionem actionis, aut reſcripti *c. ult. de dilat. ubi Doctores.* & hanc communem dicit *Socin. in c. unic. num. 66. eod.* nec poſtulatio ſimplex. *l. unic. h. t. d. l. libertus.* neque editio actionis. *l. unic. h. tit.* Sed cau-
22 ſa remota † eſt lex *l. unic. h. tit. c. unic. ext. eod.* aut conſuetudo. *Socin. num. 10. d. l. unic.* vel ſtatutum. *Socin. in d. c. quoniam. num. 26. fallent. 20* quia hæc non modo cōteſtationem alterare poſſunt: *Mynſing. obſervat. 62. cent. 4.* Verum etiam aut planè abrogare, aut novam inducere. *Socin. d. c. quoniam. num. 26. in 19. fallent. ut lit. non conteſtat. & c. 1. art. 5. fallent. 11. de libell. oblat.*

78 Quod ad interpretationem † conteſtationis pertinet, conſtituitur regula generalis, eam ſtrictè faciendam eſſe. *l. 1. & 2. infr. de conſort. eius. lit. ubi Doctores.* ſicut & ipſa conteſtatio; atq; adeo totum judicium ſtrictum eſt. *Socin. conſil. 28. progrediendo. num. 42. volum. 1.* pro quo facit *l. non poteſt 23. de iud. d. l. ædiles. 25 §. item. 8. de ædil. edic.* item & ſtipulatio. *l. qui inſulam. 95. de verbor. obligat.* & novatio. *l. ult. infr. de novation. Doctores. l. ſingularia. 15. ubi Iaſon. num 19. ſi cert. petat.* quibus conteſtationem comparari diximus.

79 Ad hanc porrò † regulam Catholicam accommodentur & ſubjungantur reliquæ, quæ à proprietatibus & cauſis ſumi & diſtingui poſſunt: A proprietate, ut quod non item, ut contractus, ſic judicii acceptio, hoc eſt, conteſtatio poſſit eſſe in pendēti. *l. non quemadmodum. 35. de iud.*

80 A Cauſa efficiente, † ut quod abſq; animo non fiat litis conteſtatio *c. penul. de jura. calum. ubi Doctores.*

81 A Materia † non videri poteſt in judicium veniſſe id, quod poſt ceptū judicium accidit *d. l. non poteſt. 23. de iudi.* item quæ ante judicium contingunt, non valde ad judicem pertinent, niſi ſint ei nominatim injuncta. *d. l. ædiles. 25. §. 8. de ædil. edict.* Et non quemadmodum fidejuſſoris obligatio in futurū concipi poteſt: Ita & iudiciū de his rebus fieri poteſt, quæ poſt in obligationem ſunt adventuræ: Iudicium enim, antequam aliquid debeatur accipi nō poteſt. *d. l. non quemadmodū 35. de iu lit.*

A Forma † non inducit liti conteſta- 82
tionem, quod ab ea ſejunctum eſt. *d. c. unic. ubi Socin. nu. 63.* Item ubi verba nō conveniunt nec convenit conteſtatio. *Socin. ibidem. num. 77. per l. ſi ſervum 71. §. 3. de acquir. hered.* Item à forma conteſtationis certa non eſſe recedendum, ut idem *Socin. ibidem. per l. conſtitutionis 24. ad Municip. juncta. l. Divus 8. de in integr. reſtit.*

A Fine. † Conteſtatio ultra intentio- 83
nem agentium operari non debet, ut ſupra diximus, *arg. l non omnis 19. ſi cert. pet.* Ab Effectu †. Nō ſolet deterior fie- 84
ri eorum conditio, qui litem conteſtati ſunt ſed plerunq; melior. *l. non ſolet. 86. de regul. jur.* Nemo enim perſequendo deteriorem cauſam, ſed meliorem facit. Deniq; poſt litem conteſtatā heredi proſpicitur, & heres tenetur. *l nemo 87. de regul. jur.* & omnes actiones, quæ morte aut tempore pereunt ſemel incluſæ judicio, ſalvæ permanent. *l. omnes. 139. de reg. jur.*

TITULUS. X.
De plus petitionibus.

1. *Continuatio.*
2. *Petitionis πολυσημασία.*
3. *Re*
4. *Tempore*
5. *Loco*
6. *Cauſa*

(3.–6.) *plus petitur. & num. 10.*

7. *Pluris petitio quid?*
8. *Plus petitionis cauſa efficiens, item materia in qua & circa quam num. 9. forma. num. 10. finis num 11.*
   Plus petitur vel dolo, vel errore.
9. *In criminalibus ceſſat juris petitio. Indebitum petens plus petitionis pœnam non incurrit.*

12. *Plus petitio olim ſimpliciter cauſæ jactura conſtabat, hodie vero hæc pœna non habet locum, niſi in caſu* l. unic. h. t. *ad quem quatuor concurrere oportet.*

13. *Plus petens, triplum ejus, quod plus petijt, jure civili refundere, & damnum adverſario, ſi quod paſſus eſt, emendare tenetur.*

14. *Quod fallit in eo, qui plus tempore petijt: Hic enim ſaltem repellitur à judicio, duplicatis Reo inducijs.*

15. *Quæ pœna jure Canonico in omnibus plus petentibus recepta putatur, & num. 17. quamvis aliqui diſſentiant.*

16. *Plus petens non punitur, niſi contra plus petitionem Reus exceperit. & n. 27. & inf. in l. un. h. t. n. 25.*

18. *Plus petitionis affinia. & nu. 19. 26.*

19. *Exceptio inepti libelli ſubmovet actorem, & Reo abſolutionem ab obſervatione judicij impetrat.*

20. *Exceptio inepti libelli ex varijs cauſis naſcitur, ut ex efficiente tam remota, quam propinqua n. 21. item ex materia num. 22 forma num 23 à forma & fine ſimul. num. 24.*

Petitio, quæ eſt contra legem, conſuetudinem, aut ſtylum Curiæ, libellum reddit ineptum.

21. *Omiſſio cauſæ propinquæ in vindicationibus, remotæ in condictionibus libellum facit ineptum.*

Cauſa in libello inepta expreſſa libellũ vitiat, & cauſa inepta quæ?

22. *Libellus propter ſui generalitatem. obſcuritatem, ac ambiguitatem, tanquam ineptus rejicitur.*

23. *Libellus, in quo vel ſubſtantia, vel ſolennia ſunt omiſſa, eſt ineptus, & ſubſtantialia libelli quæ?*

24. *Solennia libelli quæ?*

25. *Libellus civilis, cui deeſt concluſio, criminalis vero, qui deſtituitur ſolenni narratione exprimente locũ & tempus delicti perpetrati, eſt ineptus.*

Concluſio in libello criminali non eſt neceſſaria.

26. *Libellus ineptus quatenus à judice ex officio, etiam non opponente, rejici poſſit?*

27. *Plus petitionis. & nu. 28. 29. ejusq; pœna contraria n. 30. 32.*

Libellus, in quo plus petitur, adverſario de plus petitione non excipiente, non rejicitur.

28. *Reus plus negando, an in pœnã aliquam incidat?*

29. *Minus petens, quàm ſibi debetur, reliquum petere non prohibetur.*

30. *In plus petitione erronea, an non modo ante, ſed & poſt litis conteſtationem, uſq; ad ſententiam definitivam pœnitere, & errorem in plus petendo commiſſum corrigere liceat?*

Error juris an excuſet à pœnis legalibus, & ſic etiam à pœna plus petitionis?

A dolo quævis cauſa levis, etiam fatua ac injuſta excuſat, non tamen à pœnis legalibus, aut lata culpa.

31. *In plus petitione doloſa an & quamdiu pœnitentiæ locus ſit?*

32. *Clauſulæ ſalutares*, ex arbitrio, *item* ex bono & æquo, *item* peto mihi jus & juſticiam adminiſtrari, *& ſimiles in libello adjectæ, excuſant à pœna plus petitionis.*

Arbitrium quid, ac quid à judicio differat?

33. *Caſus ac intellectus* l. apud 4. §. item quæritur. 3. ff. de dol. mal. & met. except.

ADjacentibus † affinibus & contrarijs litis conteſtationis, annumero titulos ſequentes, uſque ad tractatum de inofficioſo teſtamento, in quibus primò occurrunt petitiones plures. Nam à litis conteſtatione petitio incipit *l. amplius. 15. rem rat. hab.* eoq; circa illam jure quæritur, cum Actor plus juſto petit, in quam pœnam incidat. 1

Petitio † in materia actionum, cum hæ inter ſe opponuntur, & intra ſe deſcribuntur, ſignificat vindicationes *l. actio. 28. de actionib. & obligation.* Alibi verò, ut hic, complectitur quaslibet actiones, ſeu harum concluſiones. *l. unic. h. tit. c. examinata. 15. de jud. l. 1. ſi menſ. fal. mod. dix. l. 1. quan. dies leg. uſu. ced.* quia his omnibus aliquid petitur. *§. 1. Inſtit.* 2

3 *Inſtit. de action.* Plus petitur quatuor modis † re, tempore, loco, & cauſa. §. *ſi quis agens.* 33. *verſ. plus autem Inſtit. de action.* & *unic. ext. cod. ubi gloſſ.* hæc ejuſmodi verſiculo complectitur. Plus petitur cauſa, vel tempore, reque, loco que.

RE: cum re ipſa plus petitur ut pro decem viginti, pro parte rei totum. *d.* §. *ſi quis agens. verſic. re l. unic. h. tit. c. unic. ext. cod.* quod Paulus vocat ſummā plus petere. *lib.* 1. *ſentent. c.* 10. rei latior, eoque convenientior eſt appellatio. *l. rei.* 5. & 23 *de verbor ſignificat.* niſi ſumma apud Paulum non tantum pro pecunia numerata, ſed qualibet etiam ſorte, ac debitione accipiatur. *ut in l.* 1. *in princ. de edend.*

4 Tempore, † veluti ſi quis ante diem vel conditionem debitionis exiſtentem petierit. *d. c. unic. d.* § *ſi quis agens. verſ. tempore. l.* 1. *in fin. quand. dies leg. uſufr. ced.* §. 1. *Inſtit. de except.* §. 4. *Inſtit. de fidejuſſ.* Nam dies, nedum conditio, pars ſummæ eſt. *l.* 1. *in prin. de eden. l. ſi ſteriles.* 21. §. *ſi tibi fundum.* 4. *de act. emp.*

5 LOCO † cum quis alio, quam quo debetur, loco petit. §. *ſi quis agens.* 33. *verſ loco. Inſtit. de act. d. c. unic. l. unic. ubi conveniat. qui cer lo. da. promiſ.* quia aufert loci utilitatem Reo, *l.* 2. *de eo, quod cert. loc.* propterea quod non modo precia rerum, ſed etiam nummorum varietate locorum varient. *l. pretia.* 63. §. 2. *ad L. Falcid.*

6 CAVSA † plus petit cum ſupra modum, & figuram obligationis petit *l. obligationum* 44. *de obligation* puta purè, quod alternativè debetur. §. *ſi quis agens.* 33. *verſ cauſa. Inſtit de action.* aut in genere, *d. c. un. ubi Panormitan.* num. 11. quia aufertur fic electio debitori, quam habet tamen alternativa. *c. in alternativis. de regul jur. in* 6. *l. plerumq.* 10. *in fin. de jur. dot.* quam in obligatione generis. *l. ſi unus.* 28. §. *ſed ſi generaliter.* 7. *ff de pact. l. ſi quis argentum.* 35. *verb. in verſis quibus voluerit. inſ. de donat.* Id ſignificanter appellat Paulus, Qualitate plus petere. *lib.* 1. *ſentent. cap.* 10. Cauſa inquit, cadimus, aut loco, aut ſumma, aut tempore, aut qualitate. Loco ſi alibi, ſumma ſi plus quam debetur, petimus, tempore, petendo ante tempus, qualitate, ejus ſpeciei rem meliorem poſtulātes. Definiatur † jam hinc plus ſeu pluris petitiò, ut 7 ſit libellus vel actio, qua in judicio plus petitur, quam vel re, vel tempore, vel loco, vel forma obligationis debeatur. Genera modo diſtributa ſunt, quanquam non negaverim aliter quoq; plus peti poſſe, ſed vix eſt, ut non ad aliquod horum ejuſmodi reduci poſſint. Cauſa † plus petitionis, aut fraus eſt. ut *hic* 8 *l. unic. & d* §. *tripli. Inſtit. de action.* vel error. *l.* 1. §. 1. *ff. quor. legat.* Materia in qua † ſunt cauſæ civiles: nam in cri- 9 minalibus, cum non ſit opus concluſione, nihil habet momenti pluris petitio. Materia circa quam, res, cauſa, tempus, & locus, ut dictum eſt, ſed præcipuè id quod revera debetur, hoc enim reſpectu plus, & pluris petitio dicitur. *l. hæc adjectio.* 192. *de verbor. ſignificat.* quæ relationem habet ad id, quod minus eſt. *l. Publia.* 26. *in fin. depoſ.* Itaque qui petit non debitum, non plus petere, aut malè agere, ſed nihil agere dicitur. Forma † ex prædictis intelligi 10 poteſt. quanquam & hæc variet, ut verſi cauſa, etiam re plus petere videbitur, qui rem totam petet, cum tantummodo de-

do debitæ ſit vel pars, ut proprietas. *§. ſi cui. 9. Inſtit de leg.* vel uſusfructus. *l re-ſte. 25 ubi Alciat ad ver. dominij de ver. ſignifica.* aut tantum utile dominiū, vel directum, vel poſſeſsio, de quibus. *Alexand. & Doctores. in l. naturaliter. 12. §. 1. de acquir. poſſ.* item ſi intereſſe extra rem. *l. ſi ſterilis. 21. §. 3 de action. emp.* Sic cauſa plus petere videbitur, non modo qui in alternativa obligatione petit alterutrum, ut ſupra dictū eſt: ſed etiam, qui agit ad utrunque, puta ad intereſſe & rem. *l 2. §. ult. pro emp. l. 2. §. idem. 5. de eo quod cer. loc. gloſ. & DD. l 1 inf. de act. empt.* aut ſi petatur res & pœna. *l. reſcriptum. 11. § 1, de pact.* pœna & uſura. *l. Lucius. 47. cum ll ſequent. ubi DD. de act. empt.* Tempore & re plus petitur, ſi æſtimatio alterius temporis, quam quod ſpectandum ſit, petatur. *l. quoties. 59. de verbor. obligation. l. ait. 21. ad L. Aquil. l. pen. & ult. de condic. trit. & DD. in l. ubi. num. 22. ſi cert. petat, l 3. §. 2. Commod.* Tempore etiam ſi agatur antequam naturaliter explicari ſolutio poſsit. *l. 7. §. quid ita. 4. de eo quod cert. loc. l. continuus. §. 1. de verbor. obligat. l. promiſſor. 21. § 1. de conſt. pec. l. quod dicimus. 105. de ſolut.* aut ſi liberi petant jus in rebus parentum adhuc viventium, de quo *DD. in l. in ſuis. 11. de lib. & poſth.* Loco verò non tantum ſi purè alibi agatur, quam ubi ſolvendum eſt, cum arbitrariè agi debuiſſet *d. §. ſi quis agens. 33. verſ. loco.* ſed etiam, ſi illo ipſo loco ubi purè agendum eſt arbitrariè agatur. *l. quod ſi. 4. in princ. de eo quod cert. loc.* ſed & loco & re plus peti poteſt ut *in l. 2. §. 1. cum ſequent de eo quod cert. loc.* quæ infinitum hic eſſet perſequi.

1 FINIS † in cauſam efficientem incidit, quia aut eſt fraudulentus, ut *Novell. 15. de defenſ. civitat.* aut civilis, ut *in d §. ſi quis agens.* ultimus idem eſt, qui reliquarum actionum, nempe, ut agens, quod petit, conſequatur.

Effectus † plus petitionis olim erat litis amiſſio. Nam plus petens cauſa cadebat. *d § ſi quis. 33. Inſtit. de act. §. pen. de excep. Paul. lib. ſent. 1. cap. 20. & lib. 2. cap 5. Cic. lib. 1. de orat. Cujac. obſer. lib. 7 cap. 37.* Hodie tantum in caſu hujus. *l. un.* (ad quod Doctores, ut quatuor concurrant omnino volunt. Primò, ut exigatur cautio, hoc eſt, ſyngrapha majoris ſummæ, quam revera debeatur, ſecundò, ut dolo malo, tertio, ut ex tali cautione agatur judicialiter, quartò, ut ex probationibus liqueat de dolo & falſo actoris *Bald hic n. 1.*) ſi quis doloſè majorem quantitatem petierit, ut actio à defenſore Civitatis, vel Duum virorum, qui tantum uſque ad 30. aureos juriſdictionem habent, *Nov. 15. c. 3. in fin.* ad majus tribunal, puta proconſulis, aut præſidis revocetur. Et jure Saxon. *lib. 1. art. 16.* ſi ex cauſa injuriarum plus petat actor, quā ſit conſtitutum jure, ut ibi vult *gloſ latina ſub litera. A.* quanquam hoc nunquam vidi obſervari. 12

Alias vero † plus petens in triplum condemnatur, ſportularum nomine. *§. tripli. 24. ubi Doctores. Inſtit. de action.* Etſi autem ulterius hanc pœnam non extendunt, tamen verius eſt, & omne damnum, quod adverſarius ex pluris petione ſuſtinet, eſſe refundendum. *§. ſi quis agens. 33. verſ. ſed hæc. Inſtit. de action.* 13

Hæc pœna † tripli jure Civili deſijt. aut certè mitigata eſt in eo, qui plus 14

tempo-

tempore petit: Nam non tripli pœna mulctatur, ſed repellitur à judicio, duplicato induciarum tempore, poſtquod non auditur, niſi refuſis alteri parti expenſis. §. *appellantur*. 8. *Inſtit. de except.* §. *ſi quis agens.* 33. *verſ. ſed hac. Inſtit. de actio.*

15 Iure verò Canonico † quod nunc frequētatur, etiā in alijs plus petitionib', idem fermè ſervatur, tripli pœna obſoleta, ut eſt communis. *Panormita. num. 9. Innoc. num. 3 Immol. num. 5. & DD in d. c. unic. ex. eod, per cap 1. de do. & contuma.* etiamſi. *gloſſa in d. c. unic. & Hoſtien. ibidem. num. 2.* contrarium ſentiant. Itaque etiam qui re vel cauſa plus petit, repellitur à judicio, abſoluto cum expenſis Reo. *Panormit. nu. 11. Hoſtienſ num. 2. d. cap. unic.* quaſi inepta actione propoſita. *cap. examinata. 15. de iud.* quia actio ejuſmodi in ſpecie non concludit, & malè agitur cum circa rem petitam non ſit præciſa obligatio. *c. cum dilecti. 3. de empt. l cum quaritur. 12. cum ll. ſequent. de except. rei iudica.* quemadmodum & cum quis antè tempus malè agit. *l. 1. in fin. quando dies leg. ced. Panormitan. in d c. unic. nu 11.*
16 quod accipiendum ſemper eſt † quando Reus contra pluris petitionem excepit *l. 5. ſup. de dol. mal.* Nam exceptionem judex non ſupplet, niſi propoſitam. *l. ſi unus. 27 §. pactus ubi gloſſ ad ver. opponendo. de pact. Caſtren. in l. unic. num. 4. ſup. ut qua deſ. advocat. l. 2. §. ſi actor. ubi gloſſ & DD. ſup. de jureiurand. propt calumn.* & alioqui ignorare poteſt plus peti, niſi à Reo allegetur. *l doli 19 §. ult. de novat.* item niſi error pēdente judicio corrigatur, quod admittere videtur. §. *ſi minus. 34. Inſtit. de actiona. l. 4. §. ult. de noxal. action.* etiamſi noſtri contra ſtatuunt in *l. 3. ſup. de eden.*
Dixerim idem † in eo, qui alio loco a- 17
git ex analogia. *d §. ſi quis agens. 33. verſ. loco d. c. un.* quamvis *Panor. n. 9.* velit hic judiciū procedere, & ad intereſſe actorē teneri, potius exiſtimē objecta exceptione & hic abſolvi Reum, velut conventū loco, & foro incōpetenti. *l. 1. ver. nec videbatur agendi facultas cōpetere. l. 4.*
§. 1. de eo cer. loc. Affine † pluris petitio- 18
ni eſt, ſi aliud pro alio petatur. *d § ſi minus. 34 ver. ſi quis autem Inſt. de act.* item ſi petatur non debitū. *d. l. 1. in fin. quan. dies legat. uſusfr. cedat.* itē ſi quis ſibiipſi jus dicat, nam & hic plus exigere juſto intelligitur, quia quiſq; ſuæ cauſæ plus æquo afficitur Quamobrem & hic damnio litis, hoc eſt, amiſſione juris coërcetur. *l. extat. 13. quod metus. cauſ. l. ſi quis. 7. infr. unde vi. l. 3. ubi Doctores. inf. de pignor.*

Affines etiam † huic pluris peti- 19
tioni ſunt & reliquæ exceptiones inepti libelli, quia ſimili modo Reo abſolutionem impetrant, & agentem cum damno expenſarum judicio ſubmovent. *d. c. examinata. 15. de iud.* Eæ autem ab o-
mnibus cauſis ſumi poſſunt: † Ab effi- 20
ciente remota, quia petitio contra legem concepta, aut conſuetudinem. *Bald in l. de quibus in fin. de legib.* aut quod contra ſtylum Curiæ. *Felin in c. 2. num. 16. de reſcript. Bald. & Ang in d. l. de quibus.* ut ſi alia lingua ſcribatur libellus, quam cujus ſit in foro uſus. *Ioh. And ad Specul. de lib. concept. §. iam nunc videndum in princ per l. ſed ſi pupillus 11. §. proſcribere. 3. ver. ſecundum loci. de inſtitor. act. l. 3. de teſtib. ſed melius facit. l. an inutilis. 8. §. ult. de accepul. in ver. & ideo; argumento à contrario ſenſu ſumpto.*

Apro-

21 A propinqua † quod cauſa propinqua in vendicationibus nempe dominij, ſit omiſſa, nam remota, hoc eſt, ipſius dominij cauſa omitti poteſt. *c. 4. de ſentent. & re judica. lib. 6.* In perſonalibus quod omiſſa cauſa remotior obligationis. *l. 2. § circa ubi DD. de dol. except. gloſſ. magna. & Dd. in l. 1. in princ. de edend.* aut quod cauſa inepta expreſſa, quæ reddit libellum ipſo jure nullum. *Iaſon in l. 3. num. 4. & 19. ſup. de edend* Eſt autem inepta, quæ etiamſi vera ſit, non tamen in propoſita petitione concludit, ut peto hereditatem Titij, quia mihi affinis fuit, nec enim affinitas apta eſt ad jus ſucceſsionis cauſa. *l. affinitatis. 17. inf. communia. de ſucceſſ.*

22 A Materia † quod indeterminata petantur. *l. 6. de rei vendicat. l. 4. de cenſibus. c. 2. de lib. oblat. c. 3. de dilat. c. ult. de reſcript. Authent. generaliter. ubi Bald. & Dd. ſup. de epiſ. & cler.* quod vaga. obſcura, ambigua *Ferarien. in form. reſponſionis rei conven. ad ver. vagus. per l. quoties. 12. de re dub. l. duo. 30. de teſt. tut.* quod generalia. *gloſſ. & Dd. l. inter. 83. §. 1. de verbor. obligat. §. ſi ſtichum. 1. Ferr. præall. loc. per l. ita. 40. de iur. fiſ. l. cum Stichus. 39. de ſolut.* quod alternatiua. *Bart. in l. prætor. 12. §. quod autem. 4.*
23 *de inju.* A Forma, † quod aliquid deſit aut ſubſtantialibus, aut ſolennibus libelli. *Specul. de lib. concept. §. juxta.* Subſtantialia hoc diſticho comprehenduntur

Quis, quid, cor in quo, quo jure petatur,
& à quo,
Rectè compoſitus quiſq; libellus habet.

Nam primum perſonæ exprimendæ ſunt, quæ judicium ſuſtinent. *c. forum, de verb. ſignificat.* initio quidem judicis ut dignoris. *l. 3 in ver. apud illum conſulem, prætorem. de accuſ.* deinde Actoris, à quo initium litis. *c. querelam. 24. de elect.* tum Rei, qui convenitur. *l. item. 16. de dol. mal.* poſt res, de qua lis vertitur. *cap. 2. de lib. oblat. c. cum ad ſedem. 15. de reſtitut. ſpoliat. l. 1. § ſi fundus. 31. de vi & vi armat.* Ultimo actio, ſeu petitio. *l. fin. inf de interd. l. 3 ſupr de eden.* Ex quibus ſi quid deſit, vitiatur libellus tanquam imperfectus, à ſubſtantiæ defectu, quia nihil perfectum habetur, quod non ex omnibus ſuis partibus conſtat. *l. 1. de orig. iur.* Imperfectum autem pro nullo eſt. *l. hac conſultiſſima. 21. § 1. & 2. l. ſi unus. 12. inf. de teſtam.*

In ſolennibus † eſt defectus, ſi deſit 24
ex jure veteri nomen actionis. *d. l. fin. inf. de interd. l. 3. ubi DD. ſup de edend* hodie ſi deſit certa actionis circumſcriptio, quæ ſpeciem futuræ litis oſtendat. *c. dilecti. 6. de iud* item ſi deſit ſcriptura. *authent. offeratur. ſup. de lit. conteſt. l. 1. in ver. veſtris manibus. de libel. oblat.* quanquam hæc hodie non uſquequaq; frequententur: Item tempus & locus in criminalibus. *l. 3. de accuſat.* Item partis citatio. *Iaſ in l. 1. in fin ſup quando. lib. princ. oblat.* clauſulæ uſitatæ. *Felin. in c. ex parte. num 17 de reſcript.* Denique & alia quævis libelli ineptitudo huc referri poteſt, quo de genere. *DD. in d. c. examinata. & c. dilecti de iud. Ferra. in form. reſponſion rei conv.* Cuius effectus eſt, ut ejuſmodi vitium non purgetur per probationem. *Iaſ in § ex maleficiis. num. 65. Inſtit. de action.* Sed reus ab obſervatione judicij cum refuſione expenſarum abſolvatur. *d. c. examinata.*

A Forma & fine † quod deſit con- 25
cluſio

clusio apta (quæ ſufficit ad ſuſtinendũ libellum, quamvis non ſit vera. *Caſtren. in l. rem non novam. 14. n. 3. ſup. de iud.*) in civilibus. *Bald. in l. fin. num. 1. & 2. ſup. de in integ. reſtit. & in l. 2. num. 2. inf. de probation. Innoc. c. ſuper literis. num. 3. de reſcrip. Iaſ. in § adeo autem num. 13. Inſtitut. de action.* In criminalibus verò ubi ea non eſt opus *l. 2. §. ſi publico. ubi Bart. num. 13. ad L. Iul. de adult. l. 3. ubi Dd. de accuſat. l. quid ergo. 13. §. pœna 7. ubi Bartol. num. 8. de his qui notan. infam. Bald. in l. 3. num. 14. ſup. eod. Iaſon. in l. 3. num. 18. ſup. de edend. & § ex maleficijs. num. 56. cum ſequent. Inſtitut. de actio.* id quod ſervari uſu teſtatur. *Chlbsm. cap. 54. Ferrar. in forma inquiſ. in ver. ſuper quib. omnibus.* ſolennitas narrationis, *de qua in l. 3. de accuſat. Bald. in l. cum patrem. 9. num. 4. infr. de his quib. ut indig. & in §. ex maleficijs, num. 55. 56. cum multis ſequentib. Inſtitut. de action. Marant. part. 4. iud. diſt. 1. num. 38. Mynſing. obſ. 32. cent. 2. Iaſ. ad d. l. edita. 3. ſup. de edend. n. 18.*

26 Affine etiam eſt † officium judicis, qui poteſt libellum ineptum etiam ex officio, nemine opponente, reijcere. *l. prætor. 71. §. ſi dicatur. 1. ubi Bart. num. 5. de iniur. per l. ſi extraneus. 33. de iur. dot. l. ſi ſervus. 3. ſupr. de his qui ad Eccleſ. confug. gloſ. & Doctores in l. 1. de offic. aſſeſ. Bald. in l. de quibus in fin. de legib.* & ut aiunt dentibus lacerare *Spec. §. de reſ. ervit. n. 10. de offic. om. iud. Ferrar. in form. reſponſion. convent. ad ver. dentibus lacerandum.* indiſtinctè quidem in criminalibus. *Iaſon in d. l. 3. num. 17. 18. ſup. de edend. & § ex maleficijs num. 64. Inſtitut. de act.* ubi tamen ait Canoniſtas tenere contrarium, qui & hic volunt procedere libellum, niſi opponatur *c. 1. de purg. can. per l. 1. §. fin. in ver. poſtulaniereo de accuſ.* in civilibus verò cum hac diſtinctione, ſi ineptitudo juris, non facti appareat. *Panorm. d. c. examinatæ. num. 21. de iud.* Nam jus ſupplet judex, nõ factum *l. un. ſup. ut quæ deſ. advo.*

Cõtraria † plus petitioni eſt exceptio pluris, quæ illam excludit *l. 5. de dolo mal.* & ſine qua ad pœnam non itur, immo ne plus quidem petitum intelligitur. *Panorm. d. c. unic. num. 12.* nec libellus reijcitur *Panor. & Dd. præall. loc. & in c. 1. de purg. can.* 27

Contraria etiam pluris petitioni eſt 28
pluris negatio, à parte rei, ut ſi neget, ſe omnia, quæ petuntur, debere, cum tamen aliquid debeat, quæ tamẽ pœnam non meretur, ſed tantummodo compenſationem expenſarum inducit *Panor. in d. c. unic. in fin. ext. eod.* Item † 29
petitio minoris, cum videlicet minus petitur, quam reveia debetur, de quo *in §. ſi quis minus. 34. Inſtit. de act.*

Pœnæ plus petitionis † contraria eſt 30
pœnitentia, quæ ſine controverſia admittitur ante litem conteſtatam *l. unic. h. tit. c. unic. ext. eod.* non vero poſt, ut *h. l. unic. & d. c. un.* ex ratione *l. 3. ſup. de edend. ubi Dd. Panorm.* tamen *num. 6. in d. c. unic.* uſque ad ſententiam pœnitẽtiæ locum relinquit, ut in aliis pœnis legalibus. *l. qui cum natu maior. 14. §. accuſaſſe 8. l. in ſervitutem. 16. §. petijſſe. 3. de bon. liber. Bart. in l. in criminali 5. num. 2. inf. de juriſd.* hoc eſt, uſque ad negocium deciſum, & rem judicatam, neque appellatione ſuſpenſam. *l. error. 7. ſup. de iur. & fact. ignor. d. l. qui cum natu maior. §. accuſaſſe.* quod videtur admittendum, cum errore aliquo plus eſt petitum. *d. §. ſi quis agens.*

Inſt. de act. nõ modò facti *l. 1. de jur. & fac. ignor.* ſed etiã juris qui † licet noceat in capiendo, h. e lucro captando. *l. 4 & 8. de jur. & fac. ignor* tamen prodeſt, id eſt, excuſat in damno vitando, *l juris. 7. l. error. 8. de jur & fac. ignor.* multo maximè in vitandis pœnis. *l ſi adulterium. 38. §. 1. de adult.* & inprimis doli *l. unic in fin. ubi Dd. ſi quis jus dic.* cujuſmodi hæc eſt. *l. unic. h. tit. in ver. calliditates* à qua quælibet cauſa etiam fatua excuſat. *l. igitur. 12. §. & generaliter. 3. de lib. cauſ.* quanquam hoc non exiſtimo firmum, quia ejuſmodi cauſæ non ſolent à pœnis legalibus excuſare. *Iaſon in l. juſte. 11. num 30. & ſeqq. de acquir. poſſ. ff.* Ut nec juris ignorantia, quæ lata culpa eſt. *gloſ. in l. liberorum. 13. in fin. ver. non juris. de his qui notan. infam.* à cujus pœna fatuæ cauſæ, non excuſant ut *Dd. in d. l. unic. ſi quis jus dicen. Iaſ. in d. l. juſtè num 31.* niſi cum hoc expreſſum eſt in legibus, ut in *l ſi quis 7. de juriſdict.* Itaque *gloſ. in d. l. liberorum* coarctat *d. l. ſi adulterium.* ad fœminas, nam mares non vult excuſari *d. l. liberorum.* Quamobrem quod de errore juris dicitur, accipiendum puto de errore probabili, ut ſi erretur circa jus controverſum inter *Dd. Lanfr. in c. quoniam. 11. ad ver. expenſa num. 2. & 3. de proba. ion* Cæterum ut ad rem revertemur, an ſcilicet liceat poſt conteſtationem emendare pluris petitionem atq; ita evitare pœnam uſq; ad ſententiam, exiſtimo cum Panorm. id omnino licere, quicquid noſtri contra diſputant. *in l. 3 ſup. de eden.* Nam ea profecto non prohibet generatim poſt conteſtationem libellum emendari vel mutari, imò potius permittit, [illegible] libel æquitas jus dicentis decręverit. Æquum autem eſt, re ad[illegible] gra errorem ſaltem probabilem poſ[illegible] corrigi uſq; ad ſententiam *l. 2 ſup de erro. advoc. l. 4. §. ult. de nex. act* nõ modo errorem facti *l error. 7. ſup de jur. & fac. ignorant.* ſed etiam errorem juris *gloſ ult qua dicit hoc cõſtare inter omnes. l ult. ſup. de error. advoc.* in qua lege quod de tridno dicitur, haud ſcio an nõ accipiendũ ſit de biduo, aut triduo, intra quod olim erat appellandum. *l. 1. Cod. quand. & intra qua temp.* & probat hoc *d. §. ſi quis 33. Inſt. de act.* nec movere in cõtrarium debet, quod poſt litis cõteſtationem mutari libellus nequeat. Nam pluris petitio ſemper includit, ut dixi, verum debitũ, quod pluris petitioni ineſt. *l. hac adjectio 192. de verbor. ſignif.* ut minor ſumma majori *l. 1. § 3. de verb. obl.* Itaq; qui pluris petitionẽ ad juſtam quantitatẽ revocat, non mutat conteſtationem, aut libellum, ſed contrahit, & moderatur ad verũ fundamẽtum, ſuper quo conteſtatio tenet. *Bald. c. 1. in 4. colum de mil. Vaſal. qui contum.* eſt itaq; nõ obſtat hic ratio. *l. non poteſt. 23. l. non quemadmodũ 35. de jud. l. ædiles. 25. §. item 8. de ædil. edict* quæ obſtare alioqui videntur caſibus expreſſis in § *ſi quis Inſt. de act.* Et hæc quidem de petitione pluris erroneæ. Sed quid ſi dolo malo † plus inveniatur petitum, an pœ- 32
nitentiæ locus erit? Equidem in edicto, & judicio quod metus cauſa, ac doli, nõ licet purgare dolũ uſq; ad ſententiã definitivã, ſed tantummodo uſque poſt ſententiã interlocutoriã, qua judex reſtitutionẽ præcipit, *l. itẽ. 14. §. hæc autẽ. 4. quod met. cauſ. l. arbitrio. 18 de dol. mal §. præterea. 32. Inſt. de act.* Quare nec hic Panormitani ſentẽtiã admitto niſi ſecũdũ terminos huj' *l. un* ſcilicet ut liceat

pœnitere, donec doli arguatur actor, ſi
enim in fraudulenta machinatione per
ſeveret, donec eius convincatur, nõ de-
bet conſummato, & convicto dolo ad-
mitti pœnitentia, ut *l. un. in verb. in cer-
tis minibus negotij permanens arguatur.*
quia dolus perfectus impunitus perma-
nere nõ debet *l. 4. §. penul. de noxal. act.*
32 Contrariæ item † plus petitioni & eiuſdẽ
pœnis, clauſulæ ſunt ſalutares, ſeu ſalvã-
tes, ut, ex arbitrio, ex bono & æ-
quo, *d. §. ſi quis. 33. & §. præterea. Inſt. de
acti.* Quo modo non præcisè petitur,
quantũ deberi intẽdit actor, ſed quan-
tum judici ex bono & æquo videbitur.
Arbitriũ enim boni viri judiciũ ſignifi-
cat. *l. in perſonam 22. §. 1. de reg. iur. l. 1.
de leg. 2.* liberum, non aſtrictum certæ
petitioni *l. qualem. 19. de recep. arb.* Quo
ſenſu inquit I. C. in eiuſmodi nihil
certi exigi *l. arbitrio 18. ver. ideo autem de
dolo malo.* id quod de effectu & pote-
ſtate, non de forma ipſa petitionis ac-
cipiendum eſſe oſtendit natura eius ju-
dicii, quod in quadruplũ eſt conceptũ:
ſubeſſe igitur opꝰ eſt ſimplũ, quod qua-
drupletur, idq́; oſtendit clarius *Cic. pro
Q. Roſc.* Iudicium eſt pecuniæ certæ ar-
bitrium incertæ, ad judicium ita ve-
nimus, ut totã litẽ vel obtineamus, vel
amittamus: ad arbitriũ hoc animo adi-
mus, ut neq; nihil, neq; tantũ, quantũ
poſtulamus, conſequamur. Quid eſt in
arbitrio? mite, moderatũ, quantũ æquiꝰ
melius dari, ille cõfitetur plus ſe petere
quã debetur, & ſatis ſupq́; habere dicit,
q̃ ſibi ab arbitrio tribuatur. Eiuſdẽ effe-
ctꝰ ſunt hodie clauſulę magis frequẽtes,
Peto jus & juſticiam adminiſtrari,
*c. 2. de offic. ord. c. 2. de ord cog. c. 1. de mut.
pet. c. 3. de offic. deleg. late Iaſon in l. pe-
tens 27. n. 5. ſup. de pactis* Item omni
meliori modo & forma; Quæ
clauſula debet ita exponi, ut utilius ſit
actori, ut pulchrè exponit *Bal. cõſ. 489. in
cauſa. n. 3. vol. 3.* aut peto, q̃ alioqui juſtũ
videbitur, aut juris vel moris eſt. ſeu ut
loquitur Bart. ſecundũ formã juris, &
ſtatutorũ. *c. 1. §. ult. de poſtul. prælat. lib. 6.
Bart. in l. rerum quidem. 25. n. 4. rer. amot.
Iaſ. in §. omnium. n. 151. Inſt. de act.* Quæ
clauſulæ excuſant omnes à pœna plu-
ris petitionis, quia nec plus petitum in-
telligitur, arbitrandi, etiam extra pe-
titionem, poteſtate judici facta *d. §. præ-
terea. & d. §. loco Cic. pro Q. Roſcio* nõ ta-
men ultra prædicta in libellũ extendũ-
tur, h. e. non porriguntur ad facta, quæ
in narratione libelli nõ ſunt cõprehẽ-
ſa, ſed tantummodo extenduntur ad jus
facti, qualecunq; ex narratis ſumi po-
teſt, ut declarat *Alex. conſ. 121. n. 12. vol. 1.*
ex regula ſuperiore, quod judex jus a-
ctionis ſupplere poſſit, nõ facti *l. un. ſup.
ut quæ deſunt advoca.* Contraria etiam 33
† toti huic argumẽto videtur, *l. apud. 4.
§. item 3. de dol. mal. except.* ubi dicitur:
non tantũ peti poſſe, quod debetur, ſed
etiam non vetari, ne quid amplius peta-
tur. Obſcurus & difficilis textus, nec
commodè ſatis explicatus. Quæritur in-
quit Iureconſultus, ſi cum eo, à quo ti-
bi ſexaginta (ſic enim ex Florentino le-
gendũ, non ſexcenta) deberentur, com-
promiſeris; Deinde per imprudentiam
pœnã centũ (quæ quantitas verã litis æ-
ſtimationem excedit) ſtipulatus fueris.
(niſi ſcilicet arbitrio ſtetur) *l. litigatores
11. cum ſequent. de recep. arb.* Labeo putat
cõvenire officio arbitri, jubere tantũ
tibi dari, quãtum reveta debeatur (hoc
eſt ſexaginta) & ſi non fiat non vetare,
ne quid amplius petatur (videlicet
pœnali ſtipulatione comprehenſum.)

Atque exiſtimo recitari his verbis formam arbitrandi, ut vel vera quantitas detur, vel niſi detur adijciat arbiter, ſe non vetare, quo minus ex ſtipulatu, quod in pœna eſt amplius, petatur. *l. ſtipulatio. 38. §. alteri 17. de verbor. oblig.* Non igitur agitur eo loci de petitione pluris, h.e. eius, quod omnino non debetur, ſed eo, quod licet non debeatur ex obligatione, ſuper qua compromiſſum eſt, debitum tamen ſit ex ſtipulatione, quæ compromiſſo adjecta eſt, & citra cauſam ſtricto jure obligat, atq; actionem parit, ut hic plus petitum eſſe dici nequeat, ſtricto ſaltem jure, quanquam obſtet doli exceptio propter errorem *l. 2. §. circa. 3. de doli exceptio. l. ſi quis. 36. de verbor. obligat.* Itaque & in *d. l. 4. §. item. 3* I. C. ſubjungit petitioni illi exceptionem doli obſtare; huius contrarium innuit *d. §. alteri. & l. cum pœna. 38. de recept. arbitr.* niſi hos text. accipias de pœna deliberatê, & certo conſilio in ſtipulationem deducta, *d. l. 4.* autem de pœna debito maiore per imprudentiam, & errorem adjecta, cui per exceptionem doli ſubveniendum eſt *d. l. ſi quis cum aliter.* quia conſenſu caret *l. non idcirco. 9. ſup. de jur. & fac ignoran. l. ſi per errorem. 15. de juriſdict. l. nihil. 116. de reg. jur* qua de re pluribus diputare non eſt huius loci. ſiquis ſcire volet, an. & quatenus pœna ſupra verum intereſſe, & debitum peti poſſit conſulat *gl. & Dd. d. l. ſtipulatio. §. alteri. ad. verb. quantitas. ubi latè Alex. l. 2. §. ult. ubi Iaſ. num. 11. de verbor. obl. l. un. ubi Bal. inſ. de ſent. quæ pro eo quod inter. [illegible] c. ſuā. 9. ubi C C. de pœnis.* Nam cum probatio intereſſe ſit difficilis, & ad minimum ſoleat redigi, tutiſſimum eſt apponi pœnam certam, quæ de jure civili debetur, etiam ſuper verum debitum, ac intereſſe. Sed [illegible] ſæpe committuntur fraudes uſuraræ in hoc inter mercatores, qui nonnunquam pœnam quadruplo, aut decuplo maiorem juſta quantitate adjciunt, ideo Canoniſtæ volunt talem pœnā conventionalem reduci debere ad veram quantitatem ſeu verum intereſſe. Et licet Doctores non ſequantur hoc caſu jus civile, tamen memini aliquando in Camera Imperiali pronunciatum eſſe ex æquitate ſecundum jus Canonicum contra omnium Doctorum cum Italorum, tum aliorum conſilia. Curiæ enim ſummorum regum & principum, cum non ſint aſtrictæ LL. ut ſecundum rigorem juris civilis cogantur judicare ex bono & æquo poſſunt ſententiam ferre.

L. Odioſas. un.

1. *Finis & ratio inductiva hujus conſtitutionis, & num. 29.*
2. *Pœna huius conſtitutionis locum habet, ſi creditor à debitore ſuper debitum, quodcunq; etiam illud ſit, cautionem juſto debito maiorem dolo malo. vel conſilij, vel rei ipſius, vel etiam vi exegerit, & ex iſtâ cautione egerit, n. 3. & 24. ſecus autē ille, qui ex eadem cautione per errorem litem moverit.*
4. *Dolus in creditore exigente cautionem non præſumitur, licet tum, ubi probatum fuerit plus ab ipſo fuiſſe petitum, præſumatur. num. 28.*
5. *Pœna plus petitionis in h. l. dictatæ ſubjugatur creditor non tantum ſi per cautionem [illegible] ſed etiam ſi alio quocunq; modo debitorem ſuum debitum vero maius confiteri [illegible]erit.*
6. *Inſtrumenta an, & ubi habeant, executionem paratam.*
7. *Pœnitentiæ quamdiu locus detur ad evitandam hanc conſtitutionis pœnam [illegible] num. 10.*

8. *Libe-*

8. *Libellans ſeu agens videtur narrata ac petita in libello confiteri.*

9. *Pœnitens de plus petitione etſi damno litis non mulctetur, impenſarum tamen refuſionem non effugit.*

11. *Præſumitur pro inſtrumento, donec contrarium probetur.*

12. *Actor poſt litis conteſtationem, antequam tamen de eo fuerit convictus, confitens, ſe plus petiiſſe, excuſatur a pœna. h. l.*

13. *An plus petens in pœnam h. l. incidat, ſi in probatione ſuæ intentionis defecerit, fruſtra quæritur.*

14. *Inquiritur in æquitatem h. l. videtur enim iniquitatem quandam ſapere, eò quod plus petentem totius debiti amiſſione mulctat, cum tamen non circa totum debitum, ſed ſaltem partem ejus, quam ultra veram debitionem petiit, fraudem commiſerit.*

15. *Fraudis ac doli nomine quid in h. l veniat.*

16. *Creditor ſi ſuper cautione plus petitionis dolo extorta cum debitore, pendente adhuc iudicio, bona fide tranſigit, pœnam. h. l. evitat.*

17. *Debitore poſt extortam cautionem plus petitionis ſponte confitente, ſe tantum debere, quantum cautione expreſſum reperitur, creditor, qui ex cautione iſta agit, pœnam h. l. non incurrit.*

18. *Remiſſio debiti liquidi eſt donatio. at proinde, ſi excedit quingentos ſolidos eſt inſinuanda.*

19. *Transactiones ſuper plus petitione, etiam ſummam 500. aureorum excedente, factæ, inſinuatione non egent.*

20. *Spontanea debitoris confeſſio, ſe ſcilicet tantum debere, quantum cautione dolo extorta continetur, an ſit inſinuanda, ſi debitum in ea contentum, & confeſſionatum quingentos ſolidos excedat?*

21. *Duplex ex h. l. contra plus petentem competit remedium. & n. 27.*

24. *Quibus, & contra quem. n. 23. h. l. remedia dentur.*

26. *Condictio h. l ad quid detur, & n. 30.*

28. *Quid probare incumbat ei, qui contra plus petentem h. l. remedio uti deſiderat.*

30. *De plus petitione per cautionem dolo extortam convictus non incurrit infamiam.*

31. *Affinia hujus legis remedia. & n. 32. 33. & ſeqq.*

Fœnerator athletam, certaminibus intereſſe volentem, cui pecuniam mutuavit pro debito tamdiu detinens, donec non tantum de debita quantitate, ſed etiam ultra eam caveat, non incidit in h. l. pœnam, ſed Athletæ ſaltem reſtitutio in integrum conceditur.

32. *Creditor debitum propria authoritate debitori extorquens amittit jus crediti.*

33. *Illicita tentantes plerumq; amittunt licita, ac permiſſa, ipſiſq; debita.*

34. *Diſſidatores ex ordinatione Imperij & provinciali capite plectuntur*

36. *Plus petens ex cautione dolo extorta an in crimen falſi incidat?*

37. *Contraria plus petitionis.*

O*Dioſas.*) Notandum fraudem † & calliditatem juris odio dignam haberi, & hæc prima eſt decidendi ratio, ex qua ſequitur altera in verb. *Amputari.* Nam quia odioſus dolus eſt, merito omnis ejus occaſio amputanda eſt. *c, odia, de reg. juris. in 6. cum ſimilib.* Et huc conferantur ſimiles regulæ, Malicijs non eſſe indulgendum. *l. in fundo. 38. de rei vendicat.* Neminem ex ſuo dolo lucrum facere debere. *l. 2. de eo per quem fact. erit quo minus quis in judic. ſiſt.* Nemini prodeſſe fraudem ſuam deberet. *l. 1. de dol. except.* nec patrocinari. *c. 2. de dot. c. penult. de empt. c. ſedes. 15. de reſcrip* non alteri, ſed autori detrimentoſum eſſe oportere. *l. ſi procurator. 9. de dol. except.* impunitum eſſe non debere. *l. 4. § penult. de noxal. action. d. l. ſi procurator.* nec alterius circumventionem alteri præbere actionem. *l alterius. 49. de reg. iur.* 1

Quantitate) Materia † ergo eſt quan- 2

titas, quæ propriè ſignificat pecuniam
numeratam, & ut exiſtimo, re ſponde-
re, numero, & menſura conſtantes:
Veruntamen & ad alia porrigitur. *l.*
quiſquis. 91. de leg. 3 Quamobrem ni-
hil intererit, ſuper qua debitione cu-
juscunq; rei, cautio juſto major ſit ex-
acta, ut rectè. *Accur. hic. & Alber. in*
fine. quod etiam confirmat verbũ ſub-
ſequens *ſuper ampliore pecunia* nã & hæc
res omnes generatim cõprehendit *l. 4.*
l. pecunia. 222. & l pecunia. 178 de verb. ſi-
gnification. l. 2. ſup. de conſt. pec.

Per dolum.) ſequentia ad formã & mo-
3 dum † pertinent: idẽ autem exiſtime-
tur, ſi per vim. *l. extat. 13. quod metus cau-*
ſa. amplius, ſi res habeat dolum, quan-
tumvis volenti, & conſentienti dolus
non fiat. *l. cum donationis. 34. ſupr. de*
trans. ut ſi conſcio debitore talis cautio
conſcribatur in fraudem uſurarum.
Caſtr. hic. n. 3 pro quo facit elegans
regula. *in l. 4. § Labeo. 13 de dol. exceptio.*
Labeo ait iniquum eſſe communem
malitiam, (h. e. utriusque partis) peti-
tori quidem præmio eſſe, ei verò, cum
quo ageretur, pœnæ eſſe, cum longè æ-
quius ſit ex eo, quod perfidè geſtum eſt,
actorem nihil conſequi: Secus vero e-
rit, ſi per errorem id fiat, ut quia exiſti-
met creditor, aut ejus hæres, revera tan-
tum deberi, quantum ſcriptura cõpre-
henditur. *Hoſt. eod. in fin.* Sed an do-
4 lus, † an vero error, & ignorantia ex
ejusmodi facto præſumetur? Caſtr. hic
negat, dolum præſumi, ſed potius er-
rorẽ, quod probabile eſt. *l. dolum. de dol.*
Non n. eſt de genere illicitorũ exigere
à debitore ſyngrapham *l. general. 13 inf.*
de non num pecun & Inſt. de litt. obl. Qua-
re nec locũ hic habere debet regula. *l ſi*
non convicij inf. de injur. ſed potius vale-
bit regula *l verius. 21. de prob. itẽ l ſingular.*
12. de lib. cauſ.

Cautionem.) Syngrapham † [illegible] 5
riã, vel etiam aliã non ſcriptam [illegible]
Angel. hic n. 2. proponens exemplum, ſi
creditor faciat debitorẽ cõſ[illegible]
tum vero ma[illegible]us apud acta, vel coram
teſtibus idoneis, quibus poſt in judicio
debitorem convincat.

Et ad judiciũ debitorem vocaverit) ex
ſyngrapha ejuſmodi. Unde notant Do-
ctores jure cõmuni inſtrumenta † quã- 6
vis publica non habere executionẽ, ſed
ex ijs agi. *l. min. 25 annis cui 40 de mino.*
Ang. in l. ſi cum dotẽ. 22. § eo autem tempo-
re. ſolut. matri. latè Ruinus in conſil. 164.
n 7 vol 4. Sunt enim probationes, non
res judicatæ, ut nomen ipſum indicat. *l.*
1. de fid inſtrument. l. notion. 99. §. inſtru-
mentorũ de verb. ſignificat. Secus verò
eſt ex ſtatutis multorum locorũ, & eti-
am Ducum Saxon. ordinationibus, quæ
inſtrumenta à noſtris guarentigionata
vocantur, quibus quæ exceptiones op-
poni poſsint, diſcendum eſt ex *Iaſon in*
l. error n 25 ſup de juris & fac. ignorant.
Dec. & Dd in c. ex parte. de off deleg. Myns
ſing. obſerv. 6. centur. 2. deciſ. Neapol. 83.

Ante inchoatam litem) h. c. conteſta-
tam. *l. 1. ſup tit. 1.* & hinc evidenter ſe-
quet, uſque ad conteſtationem † poſſe 7
pœnitere. *l quãvis de in jus voc* nec ob-
ſtat quod objiciunt Bartol. & alij; pœ-
nitentia neminem deſinere eſſe nocen-
tẽ. *l. quid ſit. 17 de ædil edict. l. qui falſam.*
19. ad L. Cornel. de falſis. l qui ea mente 65.
de furt. Nã ante conteſtationẽ nulla pe-
titio intelligitur facta *l. amplius 15. rem*
rat hab eoq; actus eſt imperfectus, neq;
tũ verè inchoatus, & cõſequenter pœ-
nitere licet. *l. qui falſam cum ibi not. ad*
L. Cornel. de fal. gloſ. in d. l. qui ea mente.

Conſ[illegible]

Confeſſum fuerit) mutando petitionem.
8 Nam qui agit † confiteri narrata, &
petita intelligitur *Panorm. c. examina-
ta. 15. num. 3 & 4. de iud.*

Nullo eum diſpendio) videlicet de-
9 biti, de quo agitur, quod aliàs † amit-
tit, & cauſa cadit; Nam in expenſis ni-
hilominus condemnatur in triplum,
ut vult *gloß per §. tripli. Inſt. de actio.*
communius verò receptum eſt in ſim-
plum. *Alber. & Doctores. hic.* qui §.
tripli. accipiunt ſecundum hanc legem,
cum ſcilicet in tali petitione uſque
poſt litis conteſtationem perſiſtit, nec
ſane cauſa eſt, an aliud in acceſsione
expenſarum, quam in principali ſta-
tuatur. *l. cum principalis. de reg iur.*

Liti prebuit Exordium.) ex quo in-
telligi licet, quod ſupra diximus con-
teſtationem eſſe initium litis.

Et in certaminibus permanens.) U-
10 trunq; hic copulatè exigitur † & quod
litem conteſtatus ſit, & quod in ea
permaneat, donec convincatur, ut hæc
verba non adverſentur ſententiæ. *Pa-
nor.* qui uſque ad ſententiam pœniten-
tiæ locum facit, *in d. c. unico.* quan-
quam contraria ſunt verba præceden-
tia, *antè inchoatam litem*, ex quibus
videtur conſequi à contrario ſenſu, li-
te inchoata non admitti pœnitenti-
am; niſi dicas, priora illa verba ab his
poſterioribus declarari. *l. ſi ſervum. 50.
§. ult. de leg. 1. l. quiſquis 95. ubi Bartol.
l. quæſitum. 78. § 1. de legat. 3.*

*Arguatur de adjecta falſa quanti-
11 tate.*) Nam præſumptio eſt † pro in-
ſtrumento, donec contra probetur. *l.
cum precib. 18. l. penult. inf de probat. c. ſi
cautio. 14. c. cum. Ioannes. 10. de fide in-
ſtrum. c. 1. §. inſtrumenta. ubi Bald. de
not. feud.* niſi cum alias inſtrumentum
eſſe falſum conſtiterit. *l. penult & ult. inf. de
fal.* Et falſum, utpote delictum, non
præſumitur. *l. merito. ff. pro socio.* ſed
probatur. *l. ubi. 22. inf. ad L. Cornel. de
falſis* Sed quid ſi confeſſus ſit † dicat in 12
judicio actor, plus petitū eſſe? Sane cū
lex pœnitentiam confeſsionis tantum
recipiat ante conteſtationē, videtur eā
poſt excludere. *l. cum prætor. 12. de iud.*
quod tutius eſſe *Alber* ſentit; ſed com-
muniter contra concluditur. *gloß. hic
ad verb. arguatur. Bartol. n. 3* pro quibus
facit, quod ſponte ſe indicantibus, &
confitentibus pœnæ ſoleant remitti,
aut mitigari: remitti ante delictum o-
mnimodo conſummatum; mitigari
illo prorſus perfecto. *l. 1. inf. ne tut. vel
curat. Authent ſed novo jure inf. de pœn.
ind qui ma. ind. c. ult. ubi gloß. de furt. l.
edicto. 13. de iur. fiſ. l. 3. §. ult. ff de alie. iud.
mut. cauſ. fact.* Non eſt autē perfectum
delictū, quod agendo cōmittitur ante
rē judicatam *l. qui cum maior natu. 14. §.
accuſaſſe. 8 de bon. lib.* Fruſtra autem † hic 13
quærunt, quid juris, ſi reus abſolvatur
ex eo, quod actor non probavit? *gloß.
pen. hic in fin. & Dd.* cum diſertè requirat
lex exactā cautionem pluris, ut nō poſ-
ſit deeſſe actori probatio, quæ optimè
fit inſtrumento. *l. 4. in ver. per eas facili-
us probari poterit. de pignor.* quod ſi illud
abſit, etiamſi dolo quid petitum ſit, non
obtinet. *h. l. pœna. § tripli. Inſtit. de act. c.
unic. ext. eod.*

Non ſolum ea.) quæ non erat debita;
ſed falſo ultrà veram debitionem in-
ſtrumento inſerta.

Toto debito.) quod verè debitum fuit.
Ergo inquit, *gloß.* in plus punitur, † quā 14
deliquit contra. *l. ſancimus. 22. infr. de
pœnu. l. reſcriptum. 6 ac his quæ ut indig.
l. aliud eſt fraus. de verbor. ſignif.*

ſed

ſed non ſolvit, & Doctores hærent, cum facilis ſit tamen reſponſio. Quod enim hic fraudetur creditor falſa quantitate petita, non eſt pœna, quoniam hæc debita nō fuit, nec ejus reſpectu damnum patitur, ideoque nec pœnam, atqui malitiam ejus puniri opus eſt; Ut igitur in vera quantitate puniatur ſequens eſt: Tenendum etiam illud eſt, hanc pœnam expeti, non tantum ob dolum, ſed etiam ob falſum inſtrumentum, in quo dupliciter falſum creditor committit, primum fabricando, ſecundo uſurpando. *l. ſi falſos. 8. ad L. Cornel. inf. de falſ.* (Qui fabricant falſas literas, ſolent fuſtigari de jure Saxon. qui utuntur ſolent relegari.)

Porrò ſcripturæ unus & individuus eſt contextus. *l. heredes. 21. § ult. de t-ſta. d. c. cum Ioannes. 10. de fide inſtrum.* Itaque cum in parte aliqua falſitas inſtrumenti arguitur, totius inſtrumenti fides deficit. *l. ſi ex falſis. penult. ubi Iaſ. hoc notat. num. 10. ſupr. de trans. Bald. & Dd in l. penult. inf. de probation.* Cum ergo hic creditor agat ex inſtrumento, cuius pars aliqua falſi convincitur, non mirum eſt, fidem totius inſtrumenti deficere, atque ita totius ſcripturæ jure, & cauſa, creditorem cadere, maximè ſi dolus, & falſitas ejus, etiam civiliter puniatur. Nam pœnam falſi ipſa fabricatione incurrit; at doloſa etiam petitio, & in ea perſeverantia impudens, pœna quoque ſua carere non debet, quæ hac in ſpecie magis juſta eſt, & neceſſaria, quam ſupervacua. Illud potius quærendum hic erat, An crimine & pœna falſi criminali hic creditor teneatur, & an altera pœna non tollat alteram. Qua de re utraque aliquid paulò pòſt dicemus ad caput de affinibus.

Defraudari. hoc eſt, privari: Fraus † enim hic non fraudem conſilij, ſed 15
rei, hoc eſt, damnum ſignificat. *l. ſi quis 46 de verbor. obligat.*

Transactionibus.) ex ratione † *l. fratrū. 16*
10. l. cauſas. 16. ſupr. de transact. ſcilicet non doloſis. *l. in ſumma. 65. de cond. in deb.* quæ deſcribuntur *in l. 7. §. dolo. 9. de pact. l. cum poſteaquam. 9. ſupr. eod. tit.* alioqui idē vitium hærebit in transactione, quod in prima cautione. *l. doli. 19 verſic. diverſum de novat.*

Quare transactio referatur ad legitimum factum, pendente judicio, nam & tum tranſigere licet. *l. 2. ubi Iaſ. & Dd. ſup. de transaction & in l. 4. ſup. de pact.* metu litis. *l. 2. ver. propter timorem litis ſup. de transactio.* cuius eventus eſt dubius. *l. quod debetur. 52. de pecul.* aut ad redimendam, ut loquuntur, vexationem. *Bald. in l. non damnatos. 15. nu. 1. ſup. ex quib. cauſ. infam. irrog.* aut aliquo contra accepto. *l. trans. 28. ſup. de transact.*

Secundis confeſſionibus.) † nam & 17
mulier ex geminata confeſſione obligatur biennij intervallo facta *l. ſi mulier, 21. inf. ad SC. Velleia:* multò ergo magis vir, etiam abſque biennij decurſu, ut rectè. *Dd. hic* pro quo. *l. generaL. 13. ver. ex antecedente cauſa. inf. de non nu. pec.* cum poſsit ſe quovis tempore obligare, etiam donare, quæ donatio ex geminata confeſsione præſumitur, ut noſtri hic volunt, quanquam malè ad hunc locum, ut poſt ſubjungam, & contra diſputat. *Bald. in d. l. generaliter.* de quo & tota vi geminationis. *Iac. td Eberh. in locu. in loco à vi gemi. & Cravett. de antiq. temp.*

Sive inſinuata ſint, ſive non.) Donatio
excedens † 500. aureos habet opus in- 18
ſinuatio-

ſinuatione. §. r. *Inſt. de dona. l. ſi quis.* 5.
in fin. infr. eod. remittens quidem de-
bitum donare intelligitur. *l. ſi quis.* 12.
de novat. l. cuius. 53. *de regul. jur.* co[illegible]ue
talis remiſsio opus habet inſinuatio-
ne *Bart. l. Modeſtinus.* 23. *num* 1. *de don.*
late Tir. q. in l. ſi unquam. 8. *verb. dona-*
tione. inf. de revoc. donatio. hæc tamen
19 non requiritur † in donationibus non
puris, ut eſt datio ob cauſam. *l.* 1. *l.*
hoc jure. 19. *de donatio.* & conſequenter,
nec in remiſsione ob cauſam *d. l. hoc*
jure. qualis eſt tranſactio. *l.* 1. *de tranſac-*
tion. in ea igitur indiſtinctè inſinuatio-
ne non eſt opus, ut hic traditur: At in
20 confeſſione † quæ ſubijcitur plus eſt
dubitationis. Etſi enim non eſt re-
miſſio ſui juris, ut tranſactio: tamen eſt
obligatio ſui, quæ incidit in donatio-
nem quando fit ex cauſa nulla, vel in-
valida. *l. ſi divortio.* 21. *de verb. obligat.*
l. 2. §. *circa ubi Bart. & Doctores de doli*
exceptio. equidem textus hic negat inſi-
nuationem requiri, qui pariter à tranſa-
ctionibus, & cõfeſsionibus inſinuatio-
nem, ut non neceſſariam, removet;
itaque lex hæc æqualiter determinans,
æquali intelligitur jure determinare.
clement. 2. *de elect. l.* 4. *de vulg. & pupil.*
ſubſt. late Dd. in l. Gallus §. *quidam. ubi*
Iaſ. num 8 *&* 9 *de lib. & poſth.* Et mi-
nus rectè placet, quod noſtri aiunt, vi-
dere hanc confeſsionẽ fieri donationis
cauſa; nam non ita eſt, quia fit ex ante-
cedente cauſa, & ſyngrapha *l. generali-*
ter 13. *infr. de non num. pecun.* at illa,
aiunt, eſt nulla, aut invalida, id vero
nego. *d. l. generaliter. l. non figura.* 38. *de*
obl. & act. alioqui ex ſyngrapha agi non
poſſet. & non opus eſſet exceptione.
Quamobrem dico ſemper ob cauſam
non gratuitam, hoc eſt, ex cauſa ante-
cedente obligatum [illegible] hanc fie-
ri confeſsionem, eoque non incidere
in donationem, & proinde nec opus
habere inſinuatione. *d. l. generaliter. d.*
l. hoc jure. ut nec conſtitutum e[illegible]a-
vis cauſa factum. *l.* 1 *& tot. tit. de conſtit.*
pecun. Ita percurſis ſummatim [illegible]
legis verbis, contrahamus in [illegible]-
nem eiuſdem argumentum, quod
nam igitur & quotuplex † datur ex hac 21
lege remedium? Duplex; Condictio ex
lege, item exceptio. *Bart. h. num.* 6. *&*
Dd. At cui datur? † Debitori à quo ſu- 22
pra veram debitionem petitum eſt ex
ſyngrapha ſimulata, & conſequenter
eius procuratori, tutori, ceſsionario.
An etiam heredi? Videtur id quoque re-
cipiendum, ut in actione metus. *l. quod*
diximus. 16. §. 2. *quod met. cau.* item do-
li. *l. heredibus.* 13 *de dol. mal.* item & in
condictione *l. extat* 13. *quod met. cauſ.*
de quo plura *Dd. ibi* & pluribus idem
confirmat *Menoch. in remedijs recupe-*
rand. poſſeſſ. reme. 5 *num.* 75. *cum multis*
ſequent.

At contra quem †? Adverſus credi- 23
torem, qui plus debito ex ſyngrapha
exegit. *l. unic. h. tit.* An verò in eius he-
redem merito dubites. Nam cum ſit
pœnalis actio non videtur dari in here-
dem (niſi lite conteſtata.) *l. un. in fi. ex*
del. def. in quint. her. conven. Inſt. de perpe.
& tempor. act. in princ. Sicut nec a-
ctio metus tranſit, niſi quatenus ad he-
redem pervenit. *l. quod diximus.* 16. *in*
fin. quod met. cauſ. nec etiam actio doli,
l. ſi plures. 17. *in fin. de dol. mal.* At con-
tra moveor, quia actio ex edicto, *quod*
quiſq. iuris. tranſit in heredem *l.* 3. §. *an-*
tepenult. quod quiſq. juris.

Secundò quia huic ſimilis maximè
condictio *d. l.* 13. *quod met. cauſ.* tranſit
in he-

rum debitum, item quod non ſolum iniquum, quod petiit creditor, nō conſequatur, ſed ut etiam quidem, atque debitum auferat. Nam totus ſuo jure privatur. *d. l. un* ſed an cum infamia? Videri poterat, quod ſic, quia ex dolo agitur, & pœna venit, quæ infamiam conſequi ſolet. §. *ſuſpectus. Inſtitut. de ſuſpect. tutor. l. 1. §. 2. de dol. mal.* etiamſi contrahendo dolus ſit admiſſus. *l. 1. de his qui not inf.* Reſpondeatur: dolus infamat, eiuſdemq; actio, cum de fide rupta, ut loquitur I. C. quæritur, non res condicitur. *l. 5. ff. depoſiti.* eoq; condictiones etiam ex famoſis cauſis non infamant. *l. ceſſat. 35. de act. & obligat.* Hæc autem condictio eſt ex lege, ut ante diximus, nec de fide rupta conqueritur, ſed quod ultra debitum fides data ſit, & inde plus petitum ſit. Præterea nō tantum per modum actionis, verum & exceptionis, hoc remedium proponitur, quod genus exiſtimationem non notare, ſed tantum apud bonos viros gravare ſolet *l. 4. §. Adverſus. 16. de excep. dol.*

31 Affinia † remedia partim civilia partim criminalia. Civilia ut *l. ult. §. ſi fœnerator. 2. quod met. cauſ.* ſi fœnetator per incivilem cuſtodiam (etſi enim privati carceres prohibiti ſunt. *l. un. inf. de pri. car.* licet tamen cuſtodire teſtandæ rei cauſa. *l. capite 25. ad l. Iul. de adult.* item ne debitor aufugiat. *l ait. 10. §. ſi debitorem. 16. quæ in fraud. c. ed.* & ex aliis cauſis, de quibus *Iaſ. in l. vinum. 22. num. 2. 4. 5. ſi cer. petat. & in princ. num. 72. Inſtitut. de action. l. plerique. num 3 . de in ius vocan. l. penult n 7. de juriſdict.*) Prohibendo athletam (ſcilicet per accidens cuſtodiæ alterius rei debitoris cauſa appoſitæ) à certaminibus (quæ propria athletarum ſunt *l. 4. de his qui not. inf. l. un. inf. de athlet. lib. 10.*) cavere compulerit ultra quantitatem debitæ pecuniæ, quod in integrum reſtituitur officio judicis. pœna caret, quoniam non dolo fœneratoris, qui ſuo jure cuſtodiæ, quanquam incivilius uſus eſt (nec enim dolo facit, qui jure ſuo utitur *l. nullus. 55. de reg. jur.*) ſed pudore athletæ evenit, qui maluit plus juſto remittere, quam per cuſtodiam certaminibus excludi, ſed nec proponitur ibi ex tali promiſſione factum fraudulentum, quod hæc lex præſupponit.

Item † remedium *l. extat. 13. quod met cauſ* quæ jure ſuo privat eum, qui id quod deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit *ut* debet *l. nullus. 14 ſup. de iud.* ſed ſine ullo judice invadit, occupat, accipit, poſſidet: poſcere extra judicium verbo, & debitum exigere licet: *l Mora. 32. de uſur.* extorquere facto, & vi non licet: Vt igitur hic dolus plus petitionis judicialis, ſic illic vis, juſtæ licet petitionis, extrajudicialis, damno crediti plectitur. 32

Quo etiam † referendæ ſunt ſimiles pœnæ eorum, qui cum illicita tentant, amittunt eo ipſo permiſſa vel debita, *l. iudæos. 11. ſupr. de Iuda. l. auxilium 37. de minor.* Cuiuſmodi ſunt remedia. *l 5. l. meminerint. 6. verſ. omni negocio, de quo jurgare ceperant. privabuntur. l. ſi quis. 7. verſ. dominium eius rei amittat. infr. unde vi. l. ſi conſtitueris. 4. infr. fin regul.* Vbi ratio elegans traditur: quo magis, inquit, 33

unuſquiſque contentus ſuo, r... n... n... c..pet.. t juris alieni. item *l. 3. ubi Bart. & Dd. infr. de pig. Novell. 15. de deſ... ſ civit.* ac ſi qua ſunt ſimilia. Quo nomine

34 † proditum eſt & criminale judicium, in eos, qui hoſtilia minando per literas (Durch Vhedbrieff) aut ſigna (Durch feur-zeichen) extorquere privatim volunt, quod ſibi deberi intendunt: qui ex ordinationibus imperii, maximè ducum Sax. capite plectuntur *ordin. imp. cap. 12. & 129. & ordinat. Ducum Saxoniæ. 15. par. 4.*

35 Sunt etiam affines pœnæ civiles temere litigantibus præſtitutæ, *inſtit. de pœn. tem. litig.* & calumniatoribus *tot. tit. ff. & infr. de calumn.* quanquam hi etiam criminalibus teneantur. *l. ult. inf. de cal. l. 1. §. 1. l. lex Iulia. ad L. Iul. rep. l. 1. 2. de concuſ. l. ex SC. de vi priv. l. 1. §. 1. ad L. Cor. de fal.* Sed an falſi ju-

36 dicium † in ſpecie huius legis locum habebit? Equidem ut concedam falſum hic civiliter comitti, quia definitio congruit *l. quid ſit falſum. 23. ad l. Cor. de fal. l. nec exemplum 20. inf. eod.* Tamen non eadem ſemper qualitas ſufficit ad criminale judicium? *Alex. conſ. 71. viſ. nu. 6. lib. 1. Dec. conſ. 175. in cauſa. num. 8 per c. quanto 8. c. literas. c. literis. ubi ... C praſertim Ant. de But. de præſumt.* ubi probationes requiruntur evidentiores. *l. ult. inf. de probat.* in judicio potiſſimum falſi *l. ubi 22. inf. ad L. Cor. de fal. Fulg. conſ. 174. in princ. Dec. d. Con. 175.* deinde Lex Cornelia dolum requirit apertum. *l. eos. 27. ad L. Cornel. de fal.* quē etſi & hæc lex præſupponit, tamen à pœna criminali videtur creditorem aliquatenus excuſare debitoris conſenſus *argumento l. cum donationis. 34. ſup. de tranſ.* Nā etiam qui cum circumſcribitur conſentit, quaſi ... in cauſa eſſet *Bar. l. & eleganter ... pr. de dol. mal.* Deinde cū hæc l. p... tantū civilem præſtituat, cur n... cam & quidē capitalem *d. l.* ad... præſertim cū publicæ tantū LL. & ... diſerte nominatis delictis irrogentur. *l. 1. cū ibi not. de pub. iud.* Si ergo ... alias, certè erubeſcamus hic ſine lege loqui. *§. conſideremus. in auth. de trien. & ſem. l. illam in fin. infr. de coll.* Hæc de affinibus tam civilibus quam crimi-

nalibus. Contraria † ſunt error, igno- 33

rantia, pœnitentia, clauſulæ ſalutares, quæ hodie potiſſimum has pœnas excludunt, de quibus cum ante ſatis dictum, nihil amplius dici eſt neceſſe.

TITULUS. XI.

De Dilationibus.

1. *Continuatio, ubi de dilationū fine, ac uſu.*
2. *Dilatio unde dicta? Comperendinatio, ac induciæ quid?*
3. *Dilatio quid?*
4. *Dilationes regulariter ſunt continuæ, quod tamen ibid. limitatur.*
5. *Dilationes natura ſua ſunt peremptoriæ, reſpectu illius actus, ad quē perficiendū indulgētur.*
6. *Dilationes regulariter ſunt ſimplices, & non niſi ſemel dandæ, n. 33 quod limitatur n. 14. nec etiam ſunt prorogabiles, niſi ex iuſta cauſa.*
7. *Dilationes pleræq; ab arbitrio iudicis pendent, ita tamen ne ſint nimis anguſtæ, nu. 8.*
9. *Dilationes ſunt odioſæ, & quantum circumſtantiæ patiuntur, coanguſtandæ, ac amputandæ & num 42.*
10. *Dilationes utriq; parti ſunt communes, ut uni litigantium conceſſæ proſint etiam alteri. & n. 42.*
11. *Dilationum partes.*
12. *Dilationum ſpecies à cauſa efficiente, item materia n. 13. & 14. Forma. n. 15 ... n. 17. & effectu. n. 18.*

15. Nova

15. *Ne .. ac prorogata dilatio quæ? ac quid inter ſe d[illegible]ant.*
16. *Dilationes [illegible] prorogantur, quam multiplicantur.*
19. *Dilationum cauſa efficiens, item impulſiva n. 22. inſtrumentalis. n. 24. materialis, nu. 25. Formalis. num. 29. finalis. n. 35.*
Omnes dilationes dat judex, ex legis tamen diſpoſitione, aut partium conventione.
20. *Dilationes legales non niſi ex juſta cauſa à petente probata à judice poſſunt concedi, conventionales verò etiam ſine cauſa tali.*
21. *Cauſæ juſtæ, ex quibus dilatio danda, remiſſive quæ?*
22. *Dilationes ſunt petendæ, alioqui non dantur.*
23. *Dilationes petere poſſunt litigantes non tantum per ſe, ſed etiam per procuratores, & quod reo in petendis dilationibus magis faveatur, quam actori.*
24. *Dilationes per ſententiam judicis conceduntur & denegantur. n. 31. quod fallit. numer. 4 .*
25. *Dilationes in quibus cauſis ſint indulgendæ.*
26. *Dilationes in ſingulis judicij actibus poſſunt dari & n. 13. uſq; ad cauſæ concluſionem. n. 32.*
27. *Dilationes an in cauſis criminalibus notorijs ſint concedendæ?*
28. *Dilationes datæ ad probandum intelliguntur datæ illi probationi, quæ fit per teſtes, non autem illi, quæ fit per inſtrumenta, quæ uſq; ad ſententiam producere licet.*
29. *Dilationes legales à judice pro tribunali ſedente non niſi cauſa cognita, & parte adverſa præſente dari oportet, quod tamen ibidem limitatur.*
30. *Dilationum conceſſio earumq; finis ad acta eſt referendus, non tamen cauſa, ex qua fuerunt indultæ.*
31. *Cauſa, ex qua quis dilationem petit, non ſatis juſta apparens, à judice poteſt rejici, ita ut nec ejus probatio admittatur.*
34. *Quam diuturnæ induciæ ad quemlibet judicij terminum indulgeri debeant.*
35. *Dilationes cur concedantur.*
36. *[illegible]ectus dilationum.*
Dila[illegible]one denegata licet appellare.
Dilatione durante nihil eſt innovandum.
Dilatio [illegible] ſententia interlocutoria, & actum, qui in termino fieri debuit, perimit, quod tamen ibid. limitatur.
37. *Adjacens.* }
38. *Affinia.* } *dilationum.*
39. *Contraria* } *& n. 41.*
40. *Dilationes legales an & quæ à judice poſſint abbreviari, vel prolongari.*
41. *Iudex non attenta dilationum petitione ad ulteriora procedens, dilationes petitas denegare intelligitur. & n. 42.*
Dilatio data uni litigantium altero contradicente non valet
42. *Dilatio probatoria ſemper eſt communis utrique parti.*

Dilationes etiam † ut nomen argu- 1
mento eſt, impediunt, ac differunt litis ingreſſum atque conteſtationem. *Authent. offeratur. ſup. tit. 1. l. properandum. 13. §. 1. 2. ſup. de judic. l. 1. in princ. de edend.* Nam Reo, priuſquam reſpondere, & conteſtari cogitur, dantur dilationes, ut deliberet poſt actionem propoſitam, atque cognitam, utrum contendere, aut cedere velit *d. l. 1. de eden.* Sed & ante litis conteſtationem actores mutare, emendare libellum ſolent *Dd. l. 3. ſup. de edend. Chilian. in pract. cap. 53.* quod & [illegible] juſta cauſa eſt, quamobrem nova dilatio Reo ſit impertienda. *Iaſon. d. l. 3. n. 9. ſup. de edend.* ſcilicet ut ſuper hac ipſa mutatione deliberare poſſit, quid ſibi facto ſit opus. Quin & ſtatim poſt conteſtationem dilationes dantur, ad præſtandum juſjurandum calumniæ, ſicubi eſt in uſu. *l. 2. ubi Bald. & Doctores. ſupr. de jure. propt. calumn. dan. cap. penult. ext. de jur. calum.* ad exceptiones, & replicationes proponendas. *l. exceptionibus. 19. ubi Doctores. in fin. de probation. c. 4. de exception.* Probat[illegible]

nes inducendis. *l. 1. & paſſim. h. tit.* ut hæc materia quæ & præcedit litis conteſtationem. & ſequitur, ſæpe quoque in eam incidit, non poſsit huic non videri conjuncta & connexa, eoque nec ab ea dividi, ſejungique debeat, *l. nulli. 10. ſup. de iud. l. 1. 2. de quib. reb. ad eun. jud. eat.*

2 Dilatio † à differendo dicta, cuius vis nota eſt. Diffindere judicium vel diem judicij, ſeu ut Budæus legit, diffundere pro differre eſt locutio vetus legis 12. tab. *l. 2 § ſi quis. 3. in fin. ſi quis caut. in iudic. ſiſt. cau fact. non obtemp.* cujus & Politian. meminit *lib. 1. miſcel.* idem dicitur comperendinari, quoties in tertium diem naturalem, vel nundinarum lis differtur. Unde *Feſtus. lib. 16.* Comperendinatam rem, vocat judicium in tertium diem conſtitutum. *Cic. de clar. orator.* Comperendinatus medium diem, quem totum in conſideranda cauſa poſuit; Animadverto ex eod. *in Verrem.* Comprendinationem maximam ad criminales cauſas pertinuiſſe, quarum judicio ampliato, Rei comperendinati dicebantur. Noſtris uſitatius diem proferre. *l. diem. 27 de recep arbit.* extrahere. *l. ſi optione 10. ad exh.* ſuſtinere. *l Divus. 5. §. ult. de petit. heredita.* Dilationes etiam in Canonibus induciæ vocantur, *cap. 2. 3. ext. eo. c 1. 2. 3 q 2.* quæ propriè ferias belli ſignificant. *Gell lib. 1. cap. 25. l. poſtliminium. 19 §. inducia. 1. inf. de capt & poſtl. m. rever.* metaphoricôs etiam ad judicium, & dilationes litium porriguntur ut apud *Plaut. in Amphit.* quomodo & reliqua armatæ militiæ ad togatã. *l 4 l. advocati 14 de advo gloſſ. l. miles. 6. verſ. facere ubi Dd. de re iud.* Dilationẽ

3 † *Cyn. in l. 1. n. 1. h. tit.* dicit quoddã ibidẽ definiviſſe, ut ſit tempus moderatum à judice vel partiũ conventione ... ut mavult, ut ſit facultas ... agendæ infra tempus moderatum à judice, vel partiũ conventione. *l. 1. h. tit. c. ſi compromiſſarius. eod. in 6. Hoſtien. in ſum.* propriè dilatio eſt termini in cauſa prorogatio Sed certè in hoc argumento non tantũ prorogationẽ temporis ante conſtituti, ſed ipſam quoque primã tẽporis conſtitutionẽ ſignificat. *c. 1. eod. Auth offeratur. ſup. tit. 1.* quam termini vocant aſsignationẽ. *c. 4. de excep.* Omneq; adeo tẽporis notat ſpacium, quod ad aliquẽ juridicũ actum partibus ſolet indulgeri. *l. ult de feriis. l. 1. & paſſim. h. tit.* Nõ igitur propriè eſt actus judicialis, ſed tẽpus quod ad actũ judicialẽ faciendũ conceditur: Sit igitur aſsignatio certi termini judicialis, quo actus peragi debet, cũ juſto tẽporis intervallo à judice litigatoribus facta. *c. 4. de except. c. 1. 2. & paſſim ext. eod.*

Propria † dilationũ ſunt, quod ſua natura ſunt cõtinuæ. *gloſſ. ad rub. de diverſ. & temp. præſc Bald. in princ l 1. h. tit.* quæ quidẽ à judice dantur, ut vult. *Bald.* nõ legales; nã legales & ſtatuaria ſolent eſſe utiles *Bald d. l. 1. n. 3. h. tit* quod tamen non uſquequaq; verũ eſt. Quare ponamus, omnes ſe ex ſua indole eſſe continuas. nõ utilium dierũ, de quibus *l 1. in princ. de diver. & tẽp. præſc.* ſed continui tẽporis, uno die à medio noctis in idem momentũ inſequentis cõputato. *l. more. 8. de fer.* adeo ut nec ferijs illud intervenientib. quibuscunq. intercedetur. *l. 3. h. tit.* niſi multitudo feriarũ maximam termini partẽ abſorberet, ut declarat. *Fel. franc. in c. quoniã ver. dilationes. n 7. de probat. Maran, de dilation. nu 18.* Non ſunt natura † & vi ſua peremptoriæ, ... 4

ſio-

legaleſ, & ſtatutariæ. *Lanfran.praall. loc.*
quanquam dantur à judice. *l. mancipio*
rum. 6. de opt. leg l 1. ubi Bart & Dd. hic l.
ult. ubi latè. Alex de fer. quod etſi no-
ſtri communiter de iis accipiunt, quæ
litem conteſtatam ſubſequuntur, non
quæ antecedunt. *Lanfranc. praallega.*
loc. in princip. authen. qui ſemel. infr.
quomodo & quand. iud. l. ad peremptori-
um. 63 cum ll ſequent. l. nonnunquam. 72.
de iud. l dies. 9. inf. quomod. & quan. iud.
tamen contenderim & has perempto-
rias eſſe, Nec movere debet, quod ter-
næ initio dentur ad experiundũ Reo;
nam hoc etiã poſt litis fit aliquando cõ
teſtationem *authent. iubemus. ſup de iud.*
l. ult. de fer non etiam moveat; quod ad
peremptorium perveniri tum non ſo-
leat, niſi tribus edictis præmiſſis *d. l. ad*
peremptorium; Nam eo loci perem-
ptoriũ ſignificat peremptoriũ cauſæ. *l.*
& tertiũ. 70. ver. diſceptation. ſ ermineres de
judicÿs, ut cũ quis nunc condemnatur
propter non coparitionem in termino,
biß auff die hulff / non peremptionem a-
ctus, cujus nomine terminus datus eſt,
quando perẽptoriũ hic accipimus. Cæ-
terũ dilationes experiundorias, quę cõ-
teſtationẽ præcedunt, hoc genere con-
tineri reſipſa planũ à fine cujusq; facit.
Nã prima dilatio Reo datur ad delibe-
randũ, neq; alia prętcrea. *d. auth. offeratur*
cũ ſimil. altera ad proponendũ dilatori-
as *c 4. de excep.* nec alia hoc nomine am-
plius; Tertia ad reſpondendũ, quæ pro-
cul dubio peremptoria eſt, *ut Dd. praall.*
loc. ſunt igitur omnes peremptoriæ re-
ſpectu ejus actus, ad quem perficien-
dum dantur, quod probat *c. 1. extr. eod.*
Marã in 2. part. partis. 6 de dil. n. 2. Ex quo
ſequitur etiã ſimplices, † & unas eſſe, nec
6 prorogabiles niſi ex cauſa juſta. *l. ult. ubi*
Dd. de fer. & l. 1. ubi Bald hoc notat n 2. 3 4.
h. tit. Mynſ. obſer. 71 cent 1. Lanſ. praall.
loc. n. 5. 6 ſunt & omnes arbitrariæ † *Mar.*
d. lo n. 15. hæ pendent ex judicis arbitrio 7
ut dare, denegare. *l 4 h. t* breviare, pro-
rogare dilationes poſsit. *l. nonnũquam.*
72. de iud. gloß in verb. ſive pars. l. 3. h. tit.
facilius tamen eas, quas ipſe dat, de quo
genere loquuntur. *d l. 4. & d l. nonnun-*
quam. quam quæ lege, ſtatutove conce-
duntur. *l properandum, in princ. ubi gloß.*
ver. triennÿ. & Dd ſup. de iud. & l. 2. §. ſi &
judex. 2 ver. inhibita ff eod. late Tiraq. in
retract proxim § 1. gloß 10 n. 31. à quibus
abſq; juſtiſsima cauſa judici deflectere
non licet. *l. 1. ver. certis rationibus ſup. ex*
quib. cau. infam. l. ſcrẽdum. 6. de app. recip.
latiß idem Tiraq. in tract. de pœn. in princ.
alioqui nec culpa nec pœna vacat. *l. 1. §.*
1 & §. ult. ad Turp l ult. ſup. ne ſ ... bapt.
iter. l. 1. de priva car. l. ſervos 8 inf. ad L.
Iuſt. de vi publ cũ ſimil. Eſſe tamen debẽt
omnes † (quantumcunq; arbitrariæ) ju- 8
ſtę, laxæ, ad rem proficiendã idoneæ, nõ
arctæ, breves, aut nimis coarctatæ. *c. 1.*
c. ult. ex. inſpecta qualitate negocij, loco
rum intervallo. *gloß. ver. nimis brevem u-*
bi Dd d. c. 1. & c. ult. ext. eod. Alexand. &
Dd. l. 2. de re iud. Mar de dilat. n. 15. 16. ſunt
etiam † toto genere odioſæ, & quoad e- 9
jus fieri poteſt, amputãdæ, ne mora ni-
mia litibus inferatur. *c 4. de excep. l. 2. in*
princ inf de tẽp. app. maximè in ſumma-
rijs. *clement. ſap. de verbor. ſignifi. at. Mar.*
de dilat. num 16. ſunt utrique parti com-
munes, † velut & cæteri judiciorum a- 10
ctus. *l. petenda. 6. ſup. de temp in int. reſt.*
l. ult. in princ. inf. de appellation. Lanfr.
d. c. quoniam. 11. num. 4 de probation.
Mar. in 2. iud. part. 6. partis princ. de
dilat. num. 18.

Partes

11 Partes † dilationis duas facit *c. 1. eod.* Citationem, & termini aſsignationem. Et certe hæc concurrunt, aut aliquid vice citationis, ut præceptum judicis præſentibus partibus factum de comparendo, &c. Illa velut fundamentum eſt, à quo incipit dilatio, aſsignatio diei, terminus ad quem, unde & nominari videtur. *cap. 1. eod.* Interjectum ſpacium, quod actori ad terminum præparando datur, velut quædam rela-
12 tio. Dilationum varias ſpecies † noſtri ponunt. *cap. 1. ubi gloſſ. 3. qu. 2. Hoſtien. h. t. in princ. Spec. eod.* §. 1. *Bart. & DD. l. 2. de re iud. Panorm. & Canoniſt. in c. cum ſit Rom ſupr. de appellat.* quas perſequi multis non puto neceſſarium, cum eadem, mea quidem ſententiâ, ſit dilationum natura, tantumque temporibus & quodamtenus objectis variet; ne quid tamen hic deſideretur diſtribuemus præcipuas ſecundum cauſas. A cauſa efficiente aliæ juris naturæ, ut quæ pertinent ad cognitionem, defenſionem eoq; nullo in judicio omitti poſſunt. aliæ juris poſitivi, quę in ſum m[illegible] minus frequentantur. *gloſſ. & Doctores in Clement. ſæpe de verbor. ſignificat.* Præterea aut legis, aut hominis. *Panormit. c. un. num. 12. de plus petit.* Legis, quæ lege dantur variè *l. ult. & tot. tit. inf. de temp. app. l. 1. l. 4.* §. *ſi quis cõdemnatus 5. de re jud. l. ult. inf. de uſur. rei judic.* Hominis, aut judiciales, quæ à judice dantur, etiam invitis litigatoribus, utrique vel alterutro. *l. 3. l. 4. h. t.* aut conventionales, quæ arbitrio [illegible] judicis, ſed ex partium tamen conſenſu, & conventione. *l. de die. 8. qui ſat. d. cogan. c. 4. c. paſtoralis. 18.* §. *cum autem. de off. delegat.* Hæ continuæ [illegible], primæ utiles. *l. 3. ubi Bal. n. 3. 4 h. tit.* A Materia † non [illegible] judiciales, & extrajudiciales, [illegible] his in hoc judiciorum argumento [illegible] tractatur. Porrò judiciales à materia circa quam variant, quæ conteſtationem præcedunt, vocantur ab objectis experiundoriæ, Citatoriæ, deliberatoriæ, præparatoriæ, (quanquam hæ ad finem referri poſſunt. *& l. 1. de ed nd. authent. offeratur. ſup. tit. 1.*) quæ ſequuntur, proſecutoriæ. *Hoſtien. cod. numer. 2.* exceptoriæ *c. 4. de excep.* Prelatoriæ. *l. 1. h. tit.* Denique nullus eſt actus judicij, cui non dilatio adhæreat, quia ad ſingulos citatio eſt facienda. *l. de unoquoque. 47. de re judica.* quæ ſpacium conveniens includit, eoque & dilationem. *c. 1. & tot. tit. ext. eod.* Huc etiam † pertinet, quod alia dilatio ſit civilis, 14
alia criminalis. *l. ult. ubi Doctores d. ſ. r.* quæ natura, & forma variant, cum illa ſit una, & ſimplex, hæc pro momento cauſæ duplex, triplex. *d. l. ult.* hodie etiam multiplex. *Panorm. c. licet. 9. de probation. Bart. & Dd. an. h. ceſſante. inf. quomo. & quan. iud. & l. 1. h. tit. Mynſing. obſervat. 71. centur. 1.*

A Forma † diſtinguere liceat etiam 15
inter juſtas, & harum vitioſas extremitates, aut nimis breves, aut nimis longas, *c. 1. 2. 3. eod.* Item inter veterem dilationem, & novam, & quæ his interjecta eſt prorogatam. Nova vocatur, quæ priore terminata datur. quæ & renovata. *Tiraq. de retract. convention.* §. *1. gloſſ. 7. num 24.* Nec n. prorogata prior dici poteſt, quæ expiravit. *L. cum ſtipulatus. ſim. 113. de verb. obligat. c. 4. de offic. delegat. c. p n. de ſponſ. impub.* Pro nova eſt Baldo & illa, quæ priore termino durante datur, ſed poſtquam is pervenit ad exitum ſermini [illegible]

r[illegible]o tempore actus expediri non poſſit, quod non raro uſu venit in dilatione probatoria. *Bald. eleganter in l. ſi à te. 7. infr. de pact. int. empt. & vend.* Prorogata eſt quæ fit primo termino etiamnum manente, cuius tantum eſt ampliatio. *d. c. 4. de offic. deleg. l. Labeo. 25. l. diem. 27. l. quid tamen. 21. de recep arbit.* de qua vide diſtinctionem. *Bald. d. l. ſi à te.* Itaque non eſt nova à priore dilatio, ſed eadem cum prima effectu. *l. 3. de precar: l. quod tamen. 21. § Papinianus de recept. arbit.*

Prorogatio enim eſt temporum conjunctio, ac quaſi continuatio; Unde nec per ſe, ſed in primo, quod prorogat, ſubſiſtit. *Bald. d. c. de cauſis. 4. de offic. delegat. Tiraq. praall. loc. num 24.* eoque omnes eius qualitates aſſumere intelligitur. *l. 2. §. ſi & judex. 2. de jud. l. Æmilius 38. de minor. d. l. Labeo. 25. de recep. arb. l. lecta. 40. ſi cert. petat. l. 1. § & poſt operis. 9. de oper. nov. nunciat.*

16 Ex quo etiam † ſequitur facilius prorogari dilationem, quam novam dari. *Tiraq. praall. loc num. 27. 29. 30. d. l. ult. de fer. Specula. eod. §. nunc videamus nu. 4. 5.* Hæc enim jus parti quæſitum ex lapſu termini adimit, illa non item.

17 A fine † rectè diſtinguemus in præ-
18 paratorias, probatorias. Ab effectu. † In citatorias & peremptorias de quibus ſup. In validas & invalidas.

19 Cauſam efficientem † ſup. indicavimus legem, & hominem. Legis nomine comprehendantur conſuetudines, ſtatuta, & reliqua, quæ vim Legis habent. *Tiraq. praall. loc. §. 1. gloſſ. 10.* Quibus ſæpe ſpacia dilationum in Camera Imperii & aliis curiis definiri videmus Hominem facimus judicem, & partes, Actorem ſcilicet & Reum, quæ tres perſonæ judicia ſuſtinent.

Etſi autem † & conventionalem judex decernit, tamen jure à conventione nominatur tanquam cauſa principali, quia hanc judex impertiri cogitur, etiam abſque alia cauſa. *Bald. & I. d. d. l ult de fer. Mar. de dilat num. 12.* 20

At legalem non dat niſi ex cauſa aliqua juſta. *l. 4. l. ult. h. t.* leviore quidẽ primam majore prorogatam, graviſſima novam. Et quo pluries petitur dilatio, eò graviorem ſemper cauſam ſubeſſe neceſſe eſt *Specul. §. videndum. nu. 19. de dilat. Jaſ. l. ult. poſt gloſſ. & Bart. num 49. de ferijs. Lanfranc. c. quoniam. ver. dilationes. n. 2. 3.* quæ & probari à petente debet. *c. 4. de except.* (nec enim præſumitur. *l in exceptionibus 19. de probation.*) ſaltem juramento *d c. 4. in fin. ver fidem faciat juramento. de except. Mynſing. obſervat. 71. cent. 1.* Qua probatione impleta judex impertit eiuſmodi dilationem, *Speculat eod. §. nunc videamus. n. 1.* non impleta denegat. *l 2. inf. de temp. app.* Cauſæ eiuſmodi † innumeræ, quarum aliquæ recitantur. *c. 1. 3. eod. c. 4. de except. c. 1. cum ſeq. 3. q. 2. & 3. l. 2. ſi quis caut. l. 1. 2. 3. p ſſim h t.* 21

Ad προκαταρκτικὴν † pertinet etiam petitio partis *l. 1. ver poſtulatum ſpa ium l. 5. ver. ne petita. h. t. c. cum cauſam 61. ver. inducias petijſſet. de appellation.* 22

Petere autem † etiam procurator poteſt, *l. pen. h. tit.* abſque ſpeciali mandato, *c. ult. eod.* ex vi generalis mandati. *Speculat. de procurat. §. 1 n. 4. Mynſ obſ. 70. cent. 1.* & tam actor, quam Reus *l. pen. ver. utrig. parti. h tit.* eorumq; ſucceſſores. *l. oratione 7. ubi Dec. de f. rijs.* Reo tamẽ magis indulgetur hic, quam actori *l. ult de fer.* quoniam nõ æquè inſtructus eſſe poteſt, ut actor. *l. 2. h tit.* 23

Z Ad

24 Ad Inſtrumentalem † referatur præ-
ceptum, ſeu ſententia interlocutoria
judicis, qua dilationem concedit *l. 4.*
25 *h. t.* Materia † ſunt omnia judicia ci-
vilia. *l. ult. de fer. c. 3 eod. d c. cum cauſam.*
de appellat. criminalia. *d. l. ult. de fer.*
ſtatus *l. ult. h. tit. l. 3 de re milita*: fiſca-
lia *l. penult. h. tit.* primæ inſtantiæ *l. 1. 2.*
h. tit. c. 1. 2. 3. eod. & ſecundæ. *l. 5. h. tit.*
d. c. cum cauſam. c. 1 eod. Ordinaria, &
ſummaria ſecundum diſtinctionem ta-
men *clem. ſæpe. ubi gloß. verb dilationi-*
bus. de verbor. ſignificat. deciſ. Rot. 2. de
26 *reſcript. num. 1. 2.* Equidem † ſinguli
cuiuſq; judicii actus, cum ad ſingulos
citatione, & ideo termini aſſignatione,
quæ dilationem continet, ſit opus *d l.*
de unoquoq; de re iudica. & ita accipien-
da. *l. ult. de fer.* cum ait, in pecuniariis
cauſis dilationem ſingulis cauſis, hoc
eſt, actionibus cauſæ, plus quam ſemel
tribui non poſſe. In criminibus noto-
27 riis †. qui dilationem denegant, & de-
fenſionem ex *gloß. l. 22. de his qui notan.*
infam. Bald. l. 3. num. 3. de juſt. & jur. pe-
riculosè docent, quia multa notoria
allegantur, quæ non ſunt. *Panormit. c. 3.*
num. 4. de divort. & vidi hoc prætextu
ſævire in innocentes, iiſque defenſio-
nem præcludi, notorietatis colore, quæ
fingebatur, non erat. Sed nec notori-
um excludere debet, defenſionem in
civilibus. *Bald. l. cum fratrem. 9. num 8.*
infr. de his quib ut indig. neque juris
ordinem in natura fundatum, ut eſt de-
ſenſio. *c. 3. ubi gloß. & Doctores. de di-*
vort. multo minus ergo in criminali-
bus, de quo videre licet longas diſpu-
tationes *Bald Salic. & Doctores in d. l.*
cum fratrem. & magis in l. ea equidem. 7.
28 *i fr. de accuſ.* Addo & illud hic, † pro-
batorium terminum, de quo in *d. l.*
tit. intelligi teſtium productionem, non
inſtrumentorum præſtitui, niſi aliud
ſit expreſſum. *Speculat. de dilat §. ult.*
num. 9. Nam hæc quandocunque uſque
ad ſententiam, aut ſaltem cauſæ con-
cluſionem produci poſſunt, *c. cum dile-*
ctus. 9. de fid. inſtrum. Lanfran. c. quo-
niam. 11. ver. inſtrumentorum. num. 24.
de probation.
Forma eſt † ut concedatur cauſa co- 29
gnita *l. ult. ver. cauſa cognita De feriis.*
l. 4. ver. niſi cauſa cognita. h. t. l. in crimine
41. ad L. Iul. de adul. citato adverſario *d. l.*
4. verſic. utraq; parte præſente. h. tit Iu-
dice non procedente, ſed pro tribuna-
li, in loco judicii, conſidente *d. l 4 in*
princ. Poteſt tamen etiam abſente ad-
verſario dari, ſub hac conditione, ſi ac-
quieverit *Speculat. eod. § nunc videamus.*
2. num. 1 Nam in conventionalibus,
ut ex legalibus non æque cognitionem
requiri diximus, niſi cum prorogan-
tur, aut renovantur. *Lanfran. d. c. quo-*
niam. ver. dilationes num. 30. Data au-
tem dilatio † ad acta redigenda eſt, ut 30
extet eius probatio. *d. c. quoniam. ver.*
dilationes una cum expreſsione cauſæ,
ut quidam volunt in *d. l. ult. de feriis.*
Maran. de dilat. num 12. Speculat. §. ult.
num. 20. Quod quia expoſitum eſt calu-
mniæ. *c. ſicut 16. de ſent. & re judica.*
ideo in genere hodie poni in actis, &
ſentētiis ſolet aus beweglichen urſachen:
Illud magis placet, quod addit *Specu'at.*
eod. §. ultim. num. 20. actis inſerendum
eſſe, ad quem finem dilatio conceſſa ſit.
cum hæc ſit cauſa ἀρχιτεκτονική, ut [illegible]
exprimatur. *l. ſi repetendi. 7. infr. de*
condict: ob cauſam. l. ſi maiores 25 ſup.
de tranſact. Quod ſi † cauſa dilationis 31
non

nonnisi justa ex causa, non admittet eius probationem judex, ut quæ non removet. *l. matrem. 17. l. ad probationem. 22. cum l. seq. inf. de probat. Speculat. §. de servis. num. 22. de officio omn. iudic.* Sed dilationis petitionem potius improbabit *l. 2. l. 4. h. t. verb improbata.* quod male ad adversariorum refert Accurs. cum ad judicem pertineat. *l. 2. h. tit.* Improbat autem ut ibidem sequitur per sententiam. *d. l. 4.* Ergo per eundem etiam concedet *l. 3. de re jud.*

52 At quam diu † dabit dilationem? Usq; ad conclusionem in causa ubi hoc not. *in l. 5. Bald. & Doctores in prin. h. tit.* post quam nullus terminus assignandus est, quo ad processum, sed tantum quo ad sententiam audiendam *l. consentaneum. 8. infr. quom. & quand. iud.* At quoties?

53 semel † tantum nisi ex justa causa sit alia danda *l. ult. ubi Doctores plenissimè de fer.*

54 Ad quod usque tempus †? Lege definitum quoties extat, ut in citatoriis dies 10. *l. properandum. 13. §. 1. 5. de iud. l. per intervallum. 69. ff. eod.* quo in loco nunc utimur quaterdenis. Landrecht *lib. 3. art. 5. & lib. 1. art. 70. lib. 2. art. 24. Chil. in pract. cap. 27.* In deliberatoriis 20 *Authent. offeratur. sup. tit. 1. c. induciæ § spacium c. offeratur. 3. q. 3.* In probatoriis verò si ex eadem provincia, in qua agitur probationes petantur jure civili. 3. menses. *l. 1. h. tit.* jure Canonico 6 hebdomades, velut terminus peremptorius, triplicatis quaterdenis *c. in causis. 15. c. ultra 55. ubi Doctores de test. Chil cap. 71. num. 1.* Iure Sax. totidem septimanæ, & tres dies *art. 62. lib. 1. art. 22. ubi gloss. lib. 3.* Weichbild *art. 75. 82. 86. Chilian praalleg loc.* Sed extra provinciam ex continentibus provinciis 6. menses. *l. 1. h. tit.* Iure Sax. & fortasse Canon. gedoppelt Sächsische frist. si ex transmarinis 9. menses *l. 1 l. ult. h tit.* ex Canonibus, & moribus Saxonum, quantum arbitror triplicetam termini Saxonici spacium, ut statutum secundum jus commune intelligatur, *l. 2. infr. de noxal. act.* quod ordinariè terminum hoc casu triplicat *l. 1. l. ult. h. tit.* Ad allegandum 30. dies *Auth nt. jubemus sup. de jud.* Ad audiendam sententiam 6. septimanæ *Speculat. de sent. §. iuxta num. 21. per l consentaneum. 8. inf. quom. & quand. jud. Lanfr. c quoniam. ver. citationes num. 1.* In executoriis quatuor menses. *l. ult. infr. de usur. & fructib. rei judic.* qui terminus olim variabat *l. 2. l. debitoribus. 31. de re iudic. l. 2. C. Theodos de usur. Cuiac. observat. lib. 3. cap. 39* In reliquis suo arbitratu judex statuet. *l. 1 ubi Doctores de iur. delib* pro personarum obsequio vel contumacia, causæ qualitate, vel quantitate, ut docet *l. 2. de re jud.* seu ut alibi pro conditione personæ. causæ, temporis, *l. nonnunquam. 72. de iud.* etiam loci. *l. 1. h. tit.* & consuetudinis *l. 4 de fer. c. 2. ext. eod.*

Finis † ut litigatores commodum 55
habeant spacium ad causæ suæ instructionem. *l 1. ver spacium instructionis. h. t. c. ult. eod. l. 2. §. ult. quemadmod. test. aperian.* quod absque conveniente spacio fieri nequit. *c. 1. eod. l. iudices 9. ubi Iason num. 2. 3. sup. de iud.* Quod si eo non utantur, ut ad convincendam contumaciam valeant, *in authent. iubemus. sup. de jud. c. prout. sup. de dol. & contumac.*

Z 2 Finis

Finis ſubordinatus, principalis, & ul-
timus eſt, ut ſe commode partes ad
eum actum, cui dilationes aſsignantur,
præparare interea temporis poſſint. *c. 1.
eod. cum ſimil.*

36 Effectus † quod denegata dilatione
appellare liceat velut ab injuſto grava-
mine. *c. 1. eod. c. ſignificante 59. de appella-
tion.* impetrata nihil ſit innovandum,
quamdiu durat *l. 3. h. tit. c. 2. eod. Soc.
reg. 93.* Vbi & exceptiones eidem regu-
læ ſubijcit, quod habeat vim interlocu-
toriæ, etiam cum abſque ſententia in-
dulgetur *l. diem 27. l. qualem. 19. de recep.
arb.* eoq; actũ perimat, qui in termino
fieri debuit. *Speculat. eod. §. 2. nu. 4.
Schurff. conſil. 29. in præſenti per tot. cent.
1. Chilian. cap. 40. in fin. & c. 71. num. 4.*
niſi per partem ſteterit, quo minus fie-
ret. *c. 4. de except. c. 4. Vbi Panorm. Qui
nõ recuſ.* quod & in terminis ſtatutariis
obtinere docet *Chilian. c. 40. in fin.*

37 Adjacens † eſt juſticia cauſæ propter
quam danda ſit dilatio. *l. 1. verb. juſticia.
ſup. h. tit. l. in crimine 41. de adult. c. 5.
de dolo & contumac.*

38 Affinis, † dilatio extraiudicialis de
qua *Iaſ. l. ult. num. 9. de fer. Doctores. l.
continuus. 137. §. 1. per iſtum text. de verb.
obligat.* Item feriæ *l. 3. h. tit.* adeo ut u-
no de his tit. in jure tractetur. *t. t. de fer.
& dilat.*

39 Contraria † ſunt, quæ in aliquam
dilatorum incurrunt, de quibus ſup.
item ſi judex aut breviet terminos le-
gales *c. 1. eod.* aut ampliet *c. 2. eod.* Am-
40 pliare quidem † facilius poteſt, quam
breviare, ut diximus ſup. quod latè cõ-
firmat *Tiraq. in retract. proximit. §. 1.
gloſſ. 10. num. 31.* Utrunque tamen po-
teſt ſecundum communem, etiamſi

quidã non in aliis hoc velint obtinere
dilationibus, quam quas lex cum mi-
niſterio judicis ſtatuit, *ut l. 4. de fer.* ſe-
cus in iis, quas lex abſque miniſterio de-
finit *Cyn. & Dd. l. 1. h. tit. l. 2. de re ju-
dic. Panor. & CC. c. cum ſit. ſup. de appell.*
Sed priorem ſententiam uſu etiam ſer-
vari docet *Chilian. in practica c. 40 n. 3.*
Excipio illa tempora, quorum ex tem-
pore jus reale, & definitum ex lege par-
ti acquiritur; hoc enim judex mutare
nulla ratione poteſt, quia jus reale ex
lege quæſitum auferre non poteſt. *l. ult.
cum ibi notat. ſup. ſi contra ius. vel utilit.
publ.* decendium appellationum *Auth.
ei qui. Authent. Si tamen inf. de temp. ap-
pellat. ubi Bald. & Sal.* quadriennium re-
ſtitutionum *l. ult. ſup. de in integ. reſtit.*
Terminus inſtantiæ *l. properandum in
princ. ſup. de iud. ubi Iaſ. num. 19. cum ſeq.
ita Bart. & Doctores l. 2. de re iud. Panor.
Bald. d. c. cum ſit Romana. Chil. d. c. 40.
num. 2.* quanquam res ſit controverſa,
ut oſtendit *Tiraq. de retract. proxim. § 1.
gloſſ. 10 num. 30.* ubi contrarias opinio-
nes recenſet.

Contraria item Reſcriptum, com- 41
promiſſum, quo dilationes amputan-
tur. *clement. ſæpe. de verb ſignificat.* ſen-
tentia, qua denegantur. *l. 2. 4. h. tit. c.
3. eod.* aut quod perinde eſt proceſſus
ad ulteriora, non obſtante dilationis
petitione *c. 2. eod. l. 4. ubi Doctores h. tit.*
Item contradictio adverſarij, quo au-
tore nec vocato (vocatus enim, ſi e-
maneat, pro præſente eſt, ut *ſup. dixi-
mus de jud per d. l. properandum.*) dila-
tio data fuit. Nam ab illius oppoſitio-
ne retractatur. *Speculat. eod. §. 2. num.
5. per l. antepenult. de teſt. Marant
10. num. 12.*

Quod

42 Quod ad interpretationem † attinet, intelliguntur dilationes collectivè dari, non distributivè, hoc eſt, omnibus quorum intereſt. Idem terminus litigantibus dari intelligitur, non alius alii, etiamſi actus ordine ab his ſit expediendus. *l. 3. §. ult. cum l. ſequen. l. 4. ad L. Iul. de adult. gloſſ. c. cum in tua. verb. duntaxat. de conſuet. in 6. Latè Tiraquel. de retract. conventionis. §. 2 gloſſ. 1. num. 66.* Itaque ſi reo, & actori terminus probationis præſtituatur, utrique intra eundem terminum productio facienda erit, etiamſi actoris probatio præcedere debeat. Intelliguntur etiam denegatæ, ſi judex, petitionem earum nihil moratus, ad ulteriora procedat. *c. 2. & l. 4. ubi Dd. h. tit. Felin. & Canon. in c. ſubita de re judica.* Cumque ſint odioſæ, ut ante oſtendimus præſumitur contra eas, qui delationes petunt ſæpius, adeo ut pro confeſsis habeantur. *c. 4. de præſumptionib. Mynſ. obſ. 73. cent. 1.* etiam contra judicem, qui impertit, niſi cauſa actis inſeratur. *Iaſ. n. 5. cum ſeqq. & Dd. l. ult. de ſervis. Speculat. eod. §. nunc videndum n. 5. ex regula. c. quoniam in fin. de probat. Alciat. de præſumt. regul. 3. præſumt. 8. num. 1. cum ſeq.*

L. Quoniam, 1.

1. *Teſtes & inſtrumenta æquiparantur.*
2. *Dilationes non dantur, niſi à partibus fuerint petitæ.*
3. *Terminus probatorius qui, & à quo die currere incipiat.*
4. *Emendatur textus. h. l.*
   Dilatio probatoria non facile reiterandà, nec facile prorogandà, aut anguſtandà.
5. *Terminus probatorius eſt legalis, non arbitrarius tam de iure civili, quam Saxon.*
6. *Inter dilationes cauſæ criminalis & civilis de jure Sax. nihil eſt differentiæ.*

Inſtrumentorum.) Exemplum in *l. orationem. 7. de ſervis. & l. 6. §. pen. cum l. ſeq. de eden.*

Perſonarum.) hoc eſt, teſtium, comparat enim † hic perſonas inſtrumentis *in verb. inſtrumentum, vel perſonarum.* & paulò poſt *perſona, vel inſtrumenta petantur*; quod non niſi de teſtibus accipi poteſt, ut *l. 1. de fid. inſtr. in l. notionem. 99. §. 2 de verb. ſig.* 1

Poſtulatum.) notandum hic † non dari dilationem à judice niſi petitam. *Inſtructionis.*) hoc eſt, probationis, qua cauſa inſtruitur. *l. 1. de fid. inſtr. Tres menſes.*) Iure Saxon. 6. ſeptimanæ & 3. dies. *lib. 1. art. 62.* Qui terminus † incipit, à tempore, quo ſententia pro ... tionem imponens tranſit in rem judicatam; intra autem hoc ſpacium non tantum inchoanda probatio eſt, ſed etiam perficienda, quanquam hoc non ita ſeverè urgetur, dũmodo pars ſuum officium fecerit, articulos offerendo, teſtes nominando. *Bart in l. damni. §. Sabinus. num. 8. de dam. infe. & l. ſi quando. 15. infr. de teſt.* Qua de re plura *Chil. in prin. cap. 71. & Manſer. tit. de probat.* 2 3

Si rerum) Omnino † legendum puto, *niſi*, alioqui nullum ſenſum hæc verba gignunt, *ſi rerum urgentiſſima ratio.* Nam & abſque urgenti ratione terminus probationis indulgetur. In ſumma igitur exiſtimo, hic tradi duplicem regulam cum una exceptione, Prior eſt; Dilationem probatoriam non facilè amplius, quàm ſemel dandam eſſe. Altera eſt eiuſmodi dilationem non eſſe arte aliqua trahendam, hoc eſt, 4

d. ſtrahendam vel prorogando, vel [illegible] re-[illegible]ando, ut repudianda ſit cõmunis hic Dd ſententia *Bald.* & aliorum qui pu-
5 tant dilationem † hujus legis eſſe arbitrariam, cum planè text. hoc inhibeat, & definitum alioqui lege non permittatur judicis arbitrio. *l. 1. cum ibi not. de jure delib.* niſi ex juſta cauſa, quam cognoſci vult *l. ult. de fer. l. 4. h. tit.* De qua accipio annexam hic exceptionẽ. *Niſi rerum urgentiſſima ratio & neceſſitas inſtructionis, &c.* cum quo conſonat jus Sax. quod hunc terminum facit legalem, non arbitrarium, ſicut. *Manſer. in tit. de probat. ex art. 62. lib. 1.* anno-
6 tavit. Ex quo † & illud notat hoc jure Sax. nullam eſſe quoad dilationes differentiam inter cauſas civiles & criminales, qualis eſt jure civili. *d. l. ult. de feriis.*

L. Si quando. 2.

1. *Improbatur vulgata. h. l. lectio.*

Extraordinarium) h. e. alienum, ut ſequitur, & incompetentẽ judicẽ. *Dilatio.*) ad producendũ nimirum reſcriptum. *Ad improbãda precum men-*
1 *dacia*) Verior lectio eſt † *ad probanda*, ut eſt in omnibus manuſcriptis. h. e. datur dilatio ad convincenda mendacia, [illegible] libelli, quo reſcriptum impetratum eſt. *ut l. 2. l. pen. ſup ſi contra jus l. ult. de div. reſc. Inſtructum eſſe non poterit*) Nam ſecus eſt, ſi potuit eſſe inſtructum. *ut in c. 2. ext. eod.*

L. ſive pars. 3.

1. *An dilationes legales poſſit breviare aut prolongare.*

Sive pars.) partem opponit integræ dilationi, ex quo generatim [illegible] Accur. penes judicem eſſe partiri, & mutilare dilationes, quod negat. *l. 1. ſup. eod.* Quamobrem & hanc legem ut & ſeq: accipio de dilationibus non lege definitis, ſed arbitrarijs.

L. A procedente. 4.

1. *Quæ cauſæ cognitionem deſiderant, de plano non poſſunt expediri, ſed coram tribunali.*
2. *Quas dilationes cum cauſæ cognitione dari oporteat.*

A Procedente judice.) h. e. nõ ſedente in loco judicij, ſed eunte in tranſitu, ut dicitur, *in § ſervi. Inſt de libertis*: Nã quæ cognitionẽ † deſiderãt, 1
ut dilatio, de plano non expediuntur. *l. nec quicquã 8. § de plano 3. ubi Dd. de off. procon.* Quo cum dilationes hic referãtur, manifeſtum eſt, agi de arbitrarijs; nã hæ † eam cognitionem deſiderant, 2
legales non item. *d. l. ult. de fer.*

L. cum à nobis. 5.

1. *Singularis h. l. ſumma, & ſuccincta declaratio.*

OBſcurum eſt hoc reſcriptum, nec à quoquam, quod ſciam rectè declaratum: ſententia autem illius hæc eſſe videtur. Cum princeps ad appellationem partis, aut cõſultationem judicis, reſcribit, quid ſuæ ſit ſententiæ, nullam amplius dandã eſſe dilationem, quia nihil præterea quærendũ eſt, quod reſcriptum principis ejuſmodi tranſit in ſententiam, ac vim legis habet, *l. 2. l. ult. ſup. de ll.* Et ut hoc non ſemper, tamen ſemper tranſit, & quidem ſtatim, in rem judicatam, quia à principe appellare non licet. *l. 1. a quib. appell. nõ lic.*

Reſcri-

Reſcriptum igitur ad appellationē vel conſultationem interpretor, ut res ipſa ſubjicit, de reſcripto, quo utrumvis princeps definit, & quod ſequitur. In aliis cognitionibus eadem ratione dilationes non dari, intelligo ſecundū eoſdem terminos, & eandem, ut textus habet rationem, videlicet, de cognitione extraordinaria, qua princeps ex officio nobili, & extra ordinem rem cognoſcit definiendam.

TITULUS XII. De ferijs.

1. *Ratio ordinis.*
2. *Feriarum notatio.*
3. *Feriæ quomodo differant à feſtis diebus, ac quid ſint feſti profeſtiq; dies.*
4. *Feriæ unde appellatæ fuerint dies nefaſti, & faſti, nefaſtiq; dies quid? & unde?*
5. *Iuſtitium quid? & dies juſti qui?*
6. *Feriæ quid?*
7. *Feriarum propria.*
   Omnes dies præſumuntur eſſe juridici & faſti; qui non probantur eſſe feriati. & n. 41.
   Feriæ omnes an ſint ſtativæ?
   Feriæ ſunt continuæ.
8. *Feriarum ſpecies. & n. 9. 10.*
9. *Stativæ, conceptæ, imperatæ, ac nundinales feriæ quæ?*
   Nundinæ unde dictæ, & an hodie juſtitium inducant?
10. *Feriæ ſolennes & repentinæ quæ? ac an feriæ ruſticæ ac ſolennes ſpecie differant.*
11. *Feriarum cauſa efficiens, item cauſa impulſiva, n. 12. materia circa quam n. 13. forma, n. 24. finis. n.*
    Ius indicendarum feriarum quis habeat?
12. *Quibus ex cauſis ferias judici oporteat.*
13. *Nulli actus jurisdictionis contentioſæ ferijs poſſunt explicari, & n. 31. ſecus vero actus jurisdictionis voluntariæ quæ cauſæ cognitionem non requirunt n. 16.*
14. *Feriarum tempore an quis poſſit citari? & n. 31.*
15. *Terminus datus alicui ad comparendum in diem feriatum incidens rejicitur in diem ſequentem faſtum. & n. 41.*
17. *Cauſas fiſcales, piſtorias, & alias cauſas ſpectabiles, ac pias ferijs neceſſarijs, non tamen diebus feſtis expedire licet.*
18. *Cauſas moram non patientes, & ad ipſarum feriarum tuitionem, reiq; publicæ ſalutem pertinentes non tantum ferijs neceſſarijs, ſed & diebus feſtis explicare licet. & n. 19.*
19. *Opera ruralia an & quatenus diebus feſtis expediri poſſint.*
20. *Cauſarum criminalium cognitio tempore quadrageſimæ ceſſare debet, ubi de intellectu l. 6. h. t.*
21. *Feriato tempore Rei torturæ ſubjici prohibentur, quod tamen fallit in latronibus, & de jure Sax. in fragranti crimine deprehenſis, adeo, ut hi ne quidem ferijs dies paſchæ ſruantur. & n. 32.*
22. *Executio an in ferijs fieri queat?*
23. *Arbitria diebus feriatis conticeſcere debent, non tamen arbitramenta.*
24. *Feriæ ſacræ durant de una veſpera ad alteram, & quæ feriæ ſacræ ſeu ſtatæ in terris Pontificatus, ac imperij ſint receptæ.*
25. *Feriæ non ſacræ licet de jure Canon: inchoari debeant ab ortu Solis, & durare usq; ad ejus occaſum, tamen rectius de jure civili inchoantur ab hora media noctis, & durant ad alteram inſequentem mediam noctem.*
26. *Ferijs neceſſarijs quodnam tempus ſit præſtitutum.*
27. *l. 2. h. tit. demonſtratur eſſe ſuppoſititia.*
28. *Feriæ quarum tempus legibus nō eſt definitum, unius diei ſunt & incipiunt à media noctis hora, ac durant usq; inſequentis noctis horam mediam.*
29. *Feriæ cur indicantur?*
30. *Feriarum effectus & n. ſeqq.*
    Feriæ non tantum his, quorum cauſa principaliter ſunt conſtitutæ, ſed in univerſum omnibus proſunt ad declinandum judicium, omnesq; ejus actus?

31. *Feriarum tempore judicia ceſſant, & actus jurisdictionis contenti ſe diebus feriatis facti ipſo jure nulli ſunt, quod tamen ibid. limitatur. & n. 4..*

32. *Feriæ omnibus, qui eas obſervant, publicam præſtant ſecuritatem, & n. 41. & gravius delinquit, qui quem die feriato offendit.*

33. *Feriarum adjacentia, earumq; affinia. n. 43.*

35. *Feriarum contraria. & n. ſeqq.*

36. *Feriys an partes renunciare poſſint, & unde tacita renunciatio colligatur, quibusq; eadem noceat.*

37. *Feriæ an ſtatuto, vel conſuetudine abrogari poſſint.*

38. *Exceptio feriarum oppoſita actum die feriato celebratum annihilat, & quo tempore ea ſit opponenda.*

39. *Beneficio feriarum uti intelligitur is, qui ad diem feriatum citatus emanet.*

40. *Actus di feriato celebratus an ipſo jure, etiam non oppoſita exceptione feriarum, nullus ſit.*

41. *Feriarum nomine intelliguntur feriæ legitimæ.*

1 DIlationum † pars quoque feriæ
ſunt. *l. 3. ſup. tit.* I. Unde in Digeſtis uno hoc tit. pertractantur; in C. vero titulis connexis: Eas noſtri per-
2 peram à foro † ducunt, quaſi fœriæ, quod vacationem præſtent ab ijs, quæ in foro peraguntur. *Azo h num. 1. Hoſt. ex. eod. num. 2.* Nam feriæ à feriendis hoſtijs dictæ ſunt, autore *Feſto & Hopperio. lib. 1. de juris arte. c. 3.* Unde & ipſæ hoſtiæ vocantur feriæ, quod feriri ſoleant. *Gell. lib. 4. cap. 2.*
3 Ferias etiam † dies feſtos dici ait Feſtus, quod explicatione quadam opus habet, nam Feſti quidem dies feriæ ſunt. *l. 2. 3. 6. 7. 8. 9. 10. h tit.* cæterum retro non quælibet feriæ ſunt dies feſti; nam & in profeſtos feriæ incidunt. *l. 3. l. omnes. h tit.* ut quæ non religionis, ſed fructuum, meſsium, nundinarum cauſa inſtituuntur. *l. 1. 2. de fer.* [illegible] olim feriæ aliæ erant cum [illegible], ut Saturnalia, alia ſine feſto, ut nundinæ. Feſtum vocamus, quo non tantum judicijs, ſed etiam contractibus, [illegible] cijs, omnique opere, quod vel pietas ad Deum, vel charitas ad homines non facit neceſſarium. *c. 1. cum ſequen. ext. eod. l. ult. h. tit. in ver. dies feſtos majeſtati altiſſimæ dedicatos.* Reliqui dies appellantur Profeſti (ſive ſint feriæ, ſive non feriæ) quibus publicam privatamque rem licet adminiſtrare, & idcirco feſtis opponuntur. *Plin lib. 18. cap. 6. Plaut. in Aulular.* Feſto die ſi quid prodegeris (id eſt. conſumpſeris) profeſto egere licet. Feriæ igitur aliud ſunt, quam feſti dies, nec omnia opera excludunt, quæ dies feſti, ſed hujuſmodi actus judiciorum. *l. omnes. 7. & paſſim*
h. tit. Latini hos dies † nefaſtos dixe- 4
runt, ſicut contra quibus agi licet, faſtos, *ut Cic. ad Attic. & alibi ſæpius Ovid. lib. 1. faſtor.* Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur. Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

Faſtus à fando eſt, quod tunc prætoribus liceret tria verba fari: do (judicē) dico (ſententiam) addico (bona) quæ omnem juris actionem denotant, quæ vertitur aut in dando judicem, aut dicendo jus, vel addicendo, quod fiebat variè ceſsione, in jure addictione, bonorum executione, &c. Eadem formula LL. antiquis de limitibus agrorum omnis jurisdictio concluditur; Magiſtratus, inquiunt, de ea re jurisdictio, judicisque datio, & addictio eſto.

Hujus ergo contrariam ſignificationem habet nefaſtus. *Macrob. lib. 1. ſaturnal. cap. 6. Varro. lib. 5. de lingua Latina* Dies, inquit, nefaſti vocantur, per quos

quos nefas eſſet fari prætorem. *Cic. de A-ruſpicum reſponſis, & ad Atticum.* juſti-
5 tium † etiam nominat, ac jurisdictionis intermiſſionem, velut & *Livius.* Item & juſtos dies. *lib. 2. de ll.* quos ita Gellius pluribus deſcribit *lib. 20. cap. 1.* eoſdemq; dies decem viri juſtos appellaverunt, velut quoddam juſtitium, id eſt, juris, inter eos quaſi interſtitionem quandam, & ceſſationem, quibus diebus nihil cum his agi jure poſſit (h. e. in judicio pro tribunali) noſtri potius appellant ferias *toto h. tit. & ff. de dilat. & ext. eod.* item dies feriatos *l. ſi feriatis 6. l. penult. ff eod. c ult. ext. eod.* & feriaticos. *l. 2 ff. eod.* ac cum ſunt longiores feriatos menſes *l. 2. ff. eod. tit.* Feriæ
6 † ergo ſunt tempus omne, quo à juriſdictione feriatur, jus non dicitur, copiam ſnus magiſtratus non facit *l. pris die. 5. ff. eod.* jura feriantur *l. omnes. 7. h. tit.* nulla eſt magiſtratuum cognitio. *d. l. omnes* à forenſibus cauſis ceſſatur. *l. ult. h. tit.* quod à forenſibus negocijs dat vacationem. *l pen. h. tit.* quod non eſt juridicum. *d. l. omnes. 7. h. tit. Cuiacius ff. eod.* definit eſſe dies à judicijs civilibus quietos; quomodo ferè etiam *gloſſ. juris noſtri Saxon. art. 66. lib. 2.*
7 Propria † feriarum ſunt, quod ſint juris publici. *l. 1 in ver. nec enim pratoris factum juri videlicet publico feriarum derogare oportet. l. 4. ff. h. tit.* ſingularis tamen, non communis, unde omnes dies juridici habentur, qui lege aliqua ſingulari ferijs non aſſignantur *l. omnes, 7. h. tit. Varro lib. 5. de lingua latina* vult etiam eſſe ſtatus & immobiles, quod de ſolennibus verum eſt. *l 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7 8. 9. h. tit.* non etiam in repentinis, & extraordinarijs. *l. 4 ff. eod. l. ſed etſi, 26 §. ſi feriæ 7 ff. ex quib. cau. ma.* Sunt etiā feriæ † continuæ & à momento, primo uſq; ad ultimum continuo computantur (die ac nocte) de quo in *c. 1. & 2. ex. eod.* Perhibentur autem † aliæ ſacræ, 8
quæ ſcilicet ſacris ſunt aſſignatæ. *l. omnes. 7. h. tit.* aliæ ſanctæ, quæ honori principis, aut ſimili cauſæ tribuuntur. *d. l. omnes.* aliæ ruſticæ, quæ colligendis fructibus conceduntur.

Species olim numerabãtur quatuor, ſtatæ, Conceptæ, Imperatæ, Nundinæ. *Varro li. 5. Macrob. lib. 1 ca. 16.* ſtatæ ſeu ſtativæ totius populi communes, & certæ, cujuſmodi hodie in Calendarijs annotantur, aut legibus ſunt præſtitutæ, ut Calendæ Ianuarij *l. 5. h. tit.* natalis dies regiarum urbium *l. 7. l. h. t.* dies dominicus, *l. 2. 3. §. ult. h. tit.* feſta natalis domini, Epiphanias, Paſſionis, Paſchæ, *l. 6. 7. 8. & 9 h. tit. c. 1. cum ſeq diſt. 3. art. juris Saxon. 66. lib. 2.*

Conceptæ, aut conceptivæ ſunt, quæ quotannis à magiſtratibus, vel Sacerdotibus oportuno tempore concipiebantur, ut feriæ latinæ *l. 2. §. capta. 32. de orig. iur. Halicar. lib. 4.* quo etiam ruſticæ hodie referri poſſunt.

Imperatæ † ſeu Imperativæ, ac ut 9
nunc loquimur, imperiales, *l. 4. ver Imperiales ferias h. t.* quas magiſtratus, aut princeps extra ordinem, ob rem publice, benè, maleve geſtam, imperat. *d. l. ſed etſi. 26. §. ſi feri. e. 7. ex quib. ca. maior.* Nundinæ ſunt, in quibus pagani, & ruſtici ad negocia, & merces emendas, vendendasve, in urbẽ cõveniunt, dictæ à nono quoque die, quo redire ſolent. *Macrob. lib. 1. ca. 16.* Sed harũ cauſa hodie juſticium eſſe non ſolet, cum negociationũ & hominum varietas, & copia tum vel maximè juriſdictionis exercitium poſtulet. Noſtri ergo diſtribue-

 re ma-

r… mal… in ſolennes, qui cu… di…
… cauſa conſtituuntur. *l. 2. 3. 6. 7. 8.*
9. ult h. t. & temporales ruſticas, ſeu
indictas, quæ quotannis fructuum cauſa
inducuntur. *l 1. 4. ff eo. l. 2. h t.* &
repentinas, quæ repente, h. e. incerto
tempore ac ſubito, ob aliquod grande
bonum, malumve, publicum, indicuntur
Spec. eod. §. 1. in princ. Alb. in rub.
ff eod. Rectius Iureconſulti ruſticas à
ſolennibus non ſeparant. nam & hæ ſolennes
ſunt, & anniverſariæ; Itaq; duas
tantum ponunt ſpecies, ſolennes, &
repentinas. *l. 3 verſ. feriæ ſive repentinæ,*
ſive ſolennes. ſup. tit 1. quas Ulpian. vocat
extraordinarias *d. l ſed etſi. 26. §. ſi feria
7. ex quib. cau. man.* Solennes ab
objectis & fine variant. Nam diſtinguuntur
in ſacra, divini cultus cauſa
inſtitutas, ut *l 2. 6. 7. l. 1. c. ult. eod. c. 1.*
& paſſim de conſecrat. diſt. 3. & honorarias,
quæ honori Cæſaris, aut Auguſtalium
urbium tribuuntur, ut dies inaugurationis
principis, natalis principis,
quo tempore feriæ ſolennes ſunt, quam
diu princeps vivit *l. omnes. 7 verſ. noſtrus
h. tit.* & neceſſarias ruſticas, quæ
neceſſitati colligendorum fructuum
dantur. *l. 2. 4 & paſſim ff eod.* quas nemo
dixerit repentinas, etiamſi quotannis
pro ratione maturationis fructuum
concipiantur; Non enim ſic indicuntur
ſicut repentinæ, ut dicitur in *l. 4.
h. tit.* ſed tantummodo declarantur, &
ad … tempus conferuntur, cum
a… legibus ſiur conſtitutæ *l. 4. ff eo.*
Nihil autem novi ſtatuit, qui declarat
l herede 21 §. 1. verſic. quod vero. de teſta…
… merito *gloſſ in c. pen.
ver … de ferijs*, utranq; hanc ſpeciem
tam honorarias quam ruſticas feriis
… ſolennium genus refert Repentinæ
… nec ſtatæ nec anniverſariæ
ſunt, ſed prout ſubito aliqui … aut
gaudium publice incidit, indicuntur,
id eſt, de novo conſtituuntur. *l. 4 h tit.* ut
merito pro extraordinarijs ſint, & habeantur,
*d l. ſed etſi 26. § ſi tertia. 7. ex
quib. cau mann.* Hæ certas nec cauſas,
nec ſpecies ideo habent ut enim ipſæ
cauſæ variæ eſſe poſſunt ſic & feriæ ejuſmodi
variant materia, forma, tempore
pro indicentis arbitratu. Quod ad cauſam
† attinet, in libera repub. ferias ini- 11
tio Pōtificis in faſtis proponebāt, (tanquam
in Calendarijs) poſt ijdem ſacras
duntaxat, reliquas magiſtratus majores
induxerūt multas conſuetudo Legesq;
populi Roman. induxerunt, ut ex Macrob
& alijs intelligi poteſt: ſub Auguſtis
jus indicendi. ferias ad principē eſt
translatum *l. 4. h. tit* itaq; & ordinarias
ante receptas ferias moderati ſunt ut
apparet ex oratione Marci, *l. 1. 2. 7. ff.
eod.* & reſcripto Traiani *l pen eod.* Extraordinem
vero indicendarū feriarū
jus ſibi Auguſti reſervarūt. *d. l. 4.* etiamſi
magiſtratus inferior jam conditas, &
cōſtitutas ad cōvenientem accommodare
tempeſtatem poſſet, ſcilicet. quæ
tempeſtatis cauſa, h. e. colligēdorū fructuum
cauſa ſunt conſtitutæ *d. l. 4. ubi
Dd. ff. eod.* Addit tamē *Alb. h. l. 4 num 2.
poſt Odofred.* poſſe etiam magiſtratus inferiores,
puta civitatū conſules, ex conſenſu
decurionū (ordinis ſenatorij) ferias
repentinas, puta ob adventū principis,
ſeditionem, aut feſtivitatem, aut
incendia ſuborta, indicere, cum & ſtatuta
facere poſſint. *tot. tit. de diver ab
ord. fa.* idq; quotidie fieri teſtatur. Poteſt
illud dici, quod & ſentire videtur.
Bal. in l. 4. h. tit. eam legem loqui de
ferijs generalibus, quæ ut lex generalis

ſibi

[illegible] debet. Cæterum nunc civitates [illegible] nō prohibentur, præſertim principe non cōtradicente ut tradunt *Bar. & Dd. in l. omnes. 9. de iuſt. & iur.* ita nec ferias indicere, quæ non valeant generatim. ſed tantū in ſuo territorio, & quatenus jurisdictionem habeāt; Cujus pars feriæ quo. videri poſſunt.

Cauſa † igitur efficiens eſt, aut Lex *l. 6 ver. lege cautum eſt l. 1. ver. oratione. l. 2 ff. eod.* aut conſuetudo. *l. 4. ver. ex conſuetudine. l. 1. ver. conſueverunt. ff eod. c. 2. in ver. ſecundum conſuetudines. ext. eod. c. 2.* aut Magiſtratus, puta princeps in generalibus, inferior in localibus. *d. l.*
b 2 *4. ubi Bald. & Alb.* Cauſa † impulſiva eſt honor Deo debitus in ſacris. *l. 7. & paſſim. h tit. & ext eod.* Debitus Principi, & imperio, in honorarijs *l. 7. h. t.* neceſſitates hominum in ruſticis. *clem. ſæpe. ver. ob neceſſitates hominum. de verb. ſignif. c. ult ver. ob neceſſitatem hominum indulta. ext. eod.* in repentinis res feliciter geſtæ, ut victoria. *l. 1. in ver. rebus feliciter geſtis. h. t.* aut infeliciter, ut apud *Livium in clade Canenſi*, vel alia feſtivitatis cauſa, ut principis advētus, nuptiæ, item, ut loquuntur Doctores, ꝗ filiam elocet, quod filio augeatur. *Spec. eod. §. 1 nu 3. cum ſeq.* dies natalis principis, & inaugurationis hodie quoque cauſam dat ferijs repentinis: præſertim in loco inaugurationis, vel nativitatis. Cæterum olim cauſam dedit uterq; dies ferijs univerſarijs, & ſolennibus, ut oſtendit *l. 7. h. t.* Sunt aliæ cauſæ repentinarum feriarum, ut incendia, peſtes, de quibus ſupra eſt dictum.

b 3 Materia † circa quam feriæ verſan[illegible] [illegible] publici & privati, ut [illegible] *l. [illegible] h. tit.* negocia publica, & [illegible] *l. ult. in fin. h. tit.* Quod tamen ſecundum ſubjectā materiam, h. e. cujuſq; feriæ naturam eſt moderandum: actus omnes jurisdictionis contentioſæ, ſive publici ſive privati ferijs generatim omnib⁹ excluduntur. *l. penult verb. à forenſib. negocijs ff. eod.* ſive primæ, ſive ſecundæ inſtantiæ *l. 1. h. tit.* tam judicij, quam arbitrij *l. omnes in fin. h. tit.* Nam tunc nemo litigare compellitur *l. 1. eod. l. 3. h. tit.* aut ſacramentum præſtare. *c. 1. eod.* teſtes producere. *Spec. eod. §. ult. num. 2.* ſententiam, torturam, executionem, pœnam pati. *l. 6. h. tit. c. 1. eod.*

Denique aliud quippiam agere, aut pati, quod cauſæ cognitionē deſideret, *d. l. 6. h. tit. l. 6. ff. eod.* Quo etiā refertur exactio debitorum. *l. 7. & ult. h. tit.* advocatio *d. l. ult.* præconiſatio, ſubhaſtatio *d. l. ult. l. 9. h. tit.* item citatio *d. l. ult.* in quātum ſic nunc diſtinguitur †, ut liceat citare die feriato ad comparendum die non feriato, non vero liceat, ne quidē faſto die citare ad comparendum die feriato. *l. ult. ubi Bart. n. 2. post Cynum & Butri. Caſt. num. 3. & communiter Dd. h. tit per l. in tempus. 62. de her. inſtit* & latius in *l. 1. § nunciatio. ff. de operis novi nunciat. ubi Iaſ. nu. 8.* ait hoc moribus ſervari, etiamſi contrarium ſententiam jure putet veriórem, ac communiorem per *l. ult. h. t.* alij aliter hic diſtinguunt, & alias citationis partes die feriato admittunt, alias excludunt ut *Caſtr. h. in l. ult. num. 2. Bal nu. 3.* quæ cum conſuetudine repudiantur, non operæ precium eſt his recenſendis immorari.

15 Sciendum eſt & illud †citationis terminum in ferias incidentem produci, & intelligi aſsignatum in diem juridicũ ſequentem. *l. ult. ubi Bald. hoc notat, nu. 6. h. tit.*

16 Cæterum, quæ ſunt voluntariæ juriſdictionis †, rectè in ferijs, etiam feſtis expediuntur, ut mancipare, manumittere. *l. 2. l. actus. 8. h. tit. l. 1. & 2. ſup. de his quæ in Eccl. man.* tranſigere *l. ult. h. tit* nubere, ſaltem quod ad conſenſum attinet, *c. 4. ext. eod.* offerre libellum, ſcripturam. *l. miles. 11. §. ſexaginta. 6. ad L. Iul. de adult. Spec. eod. §. 1. nu. 3.* quia hæc meri facti ſunt, non cognitionis, ut rectè ait *Alex. ad Bart. l. ult. num. 2. h. tit.* Quamobrem licebit etiam libellum appellationis offerre, vel coram notario appellare. *l. 1. h. tit Hoſtien. d. § fer n. 5.* Dare tutorem *Bal. in l. actus n. [illegible] h. tit. per l. 2. eod.* conficere inventarium, decernere adminiſtrationem. *Bald. in d. l. actus.* relationem judici facere. *Bald. l. ult. n. 4. h. tit.* quæ omnia accipio ſecundum terminos voluntariæ juriſdictionis, quos quoties res egreditur, & cognitione cauſæ eiuſmodi opus habet, ut adverſarius ſit audiendus, hoc caſu res pertinet ad juriſdictionem contentioſam, ut eſt decretũ interponere alienationibus rerum minorum, ut idem tradit *Bal. in d. l. actus. n. 3. & 4.* In his autem ſunt quædam cognitiones † quæ a‑

17 bis ferijs excluduntur, alijs verò admittuntur. Nam in primis ferijs neceſſarijs, non etiam feſtis rectè peraguntur cauſæ fiſcales *l. 5. h. tit.* piſtoriæ (quæ pertinent ad piſtores, ut habeantur in promptu panes) *d. l. 5.* liberales. *l. 2. ff. eod.* (quæ pertinent ad libertates) cauſæ piæ. *Cd. [illegible] d. l. 2. per c. uſinã. 77. diſt. Spec. eod. §. ſequitur. nu. 1.* deinde [illegible] moram non patiuntur, non modò [illegible] rijs, ſed etiam feſtis expediri po[illegible] *l. 2. ubi Dd.* ut eſt inſpectio vulne[illegible] l. 2. examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriã. *Spec. eod. § 1. n 3. & 4.* item capere, areſtare debitorem fugientem *Caſt. d. l. divus. 9. n. 1. in fin. ff. eod.* Tertiò quæ ad Rempub. pertinent, quibuſvis ſacratis diebus rectè expediuntur, ut eſt inveſtigatio, apprehenſio, quæſtio publicorũ latronorũ, aut aliorũ facinoroſorum, qui per moram publicũ damnũ inferre poſſunt *l. pen. h. t.* quam malè noſtri ad executionem mortis extendunt, quæ certè in ferijs ſacris non eſt facienda *c. ext. eod.* item diſciplina militaris, & cognitiones quæc[illegible]q; huc pertinent. *l. pen. ff. eod.* quod & de diſciplina publica cuiuſq; communitatis accipiendum puto, quoties metus eſt ſeditionis, tumultus, rixæ publicæ. Item recognitio cuſtodiarũ *d. l. pen ff. eod.*

Quartò omnes cognitiones, quæ ad ipſarum feriarum cõſervationem pertinent, *l. 3. ff eod.*

Quinto neceſſitatibus fructuum † datur, ut extra judicium actus exerceri poſſint tempore feſto, qui alias prohibentur. Nam generaliter in feſtis prohibentur omnia, mechanica artificia & opera. *l. 3. h. t.* mercaturæ. *c. 1. eod.* ſicut & turpe ocium *l. ult. h. tit.* & hu[illegible]c aſſimiles ocioſæ actiones, voluptates, ſpectacula theatralia, *l. ult h. t.* Pompæ nuptiarũ *d. c. 4. eo.* Et tamen ob publicã fructuum utilitatem, etiam dieb⁹ feſtis, nedum feriaris licet ruri in agris ſecare, vitire (dare operã vitibus *Cic de Catone*) metere *l. 3 h. t* ſic & in agris pi[illegible]rilicet alecia, aliosve piſces, etiam diebus 19

diebus feriatis, quia nec modo tempore comparent. *c 3. in ver. ſi aliena dare ſe inclinaverit. ext. eod.* Nam utraque ſuperior ratio hoc ſuadet, & quia ſpectat ad publicam annonæ utilitatē, & quia res moram non admittit.

20 Ultimò ſicut etiam in ijs, † quæ generatim legibus noſtris proponuntur, de quibus ſupra diximus, quædam, quæ non omnibus ferijs, nec omnino exſcluduntur, de quibus aliquid fuſius eſt dicendum & exponendum. Nam in primis, erſi *l. 6. hoc tit.* quadrageſimali tempore omnem cognitionem quæſtionum criminalium inhibeat tamen *gloſſ. ibi in princ. Bald. Caſtr. & communiter. Dd.* fatentur id cōſuetudine non ſervari; quando & jure Sax. profeſtis ferijs, (non etiam in feſtis) in his procedi poteſt (in criminalibus tempore Vindemiarum meſsis) non tamen publico judicio, ut habet. *art. 66. lib. 2.* quanquam nec hoc ipſum ad amuſsim attenditur: Quæſtionem autem interpretor non torturam, ſed ipſam cauſam criminalem, quia diſertè additur hæc diſtinctiva Criminalis (ad differentiam cauſarum civilium) quam torturæ adjici inconveniens eſt, quia hæc nunquā non eſt criminalis. *§. ult. in authent. ut nul. iud. Bald. in l. interpoſitas. numer. 6. ſup. de trans.* latè *Hip. in l. 1. §. præterea. num. 8. de quæſt.*

21 Cæterum † quod ad hanc attinet, eam latronibus decerni poſſe, lex ſtatuit, nedū in profeſtis, ſed etiam feſtis ferijs, ut in quadrageſima, atque etiam Venerabili paſchæ die. *l. penult. h. tit.* quam etiam de quæſtione torturæ loqui diſertè verba illa oſtendunt, *Per tormenta latronum:* Idque jus ſingulare eſt receptum, ob bonum publicum, & communem latrocinij peſtem, ne ut inquit, lex, *differatur ſceleratorum perditio conſciorum. d. l. pen.* Quamuis & jure Saxon. in flagranti crimine deprehenſi, in handhaffiger That beneficio feriarum privantur. *art. 10. & 66. lib. 1.* Sed hæc jura ſingularia malè ad torturam quorumvis nocentum extenduntur, quæ certè feſtis præcipuè diebus intermitti debent; ut alia quæſtio criminalis, & pœna. *cap. 1. eod.* cum Tortura ſit gravior relegatione. *Hipp. d. §. præterea. num. 8. & l. Divus num. 2. de quæſt.* quam tamen & ipſam feſtis diebus decerni non oportere receptum eſt. *Bald. l. ult. num 4. per illum text. ſileſcat. præconis horrida. vox. h. tit.*

In executione † diſtinguitur, ut mixta, (quæ tam eſt juris, quam facti) de qua in *l. 4. ſup. ſi contra jus.* hoc eſt, quæ annexam habet cauſæ cognitionem fieri in ferijs nequeat, quæ vero meri eſt facti (quæ ſcilicet ſequitur inquiſitionem, ſententiam, rem judicatam, & non opus habet cognitione) rectè expediatur in ferijs ob neceſsitatem hominum, non & ob id cultum divinum inductis. *l. ult. h. tit. Caſtr. in L. Divus. 9. num. 1. & 2. ff. eod.* Itaque quod de exactione & admonitione dicitur. *in d. l. ult. h. tit.* accipio cum effectu, ut verba juris accipienda in dubio ſunt. *l. 1. §. 1. quod quiſq. jur.* hoc eſt, non de Verbali interpellatione, ſeu exactione, quam diebus feriatis, atque etiam feſtis poſſe fieri conſtat. *l. 1. §. nunciatio de oper. no. nunciat.* ſed de tali, hoc eſt, de compulſione, ut dicitur *in l. 7. in fin. h. tit.* qua quis adigitur ad præſtationem publicæ functionis, hoc eſt, muneris ſeu alterius debitionis publicæ, privatæve. In arbitrijs etiam † di- 22

23

ſtinguе

ſtinguere poſſumus, ut excludantur feriis arbitria, quæ judicii formam habent, peraguntur. *l. 1. de recept. arb.* non arbitramenta. *Caſtrenſ. num. 6. in d. l. omnes. Bal. l. ult. n 5. hoc tit.* quæ formam habent transactionis, & pacificationis. §. *ſi vero verb. amicabilis compoſitio in Authent. de jud.* quod genus nõ tantum in ferijs quamliber feſtis recipitur, verum etiam collaudatur. *l ult. h. tit.* ſed de his quæ feriatis diebus peragi poſſint, aut non, ſatis jam dixiſſe videmur, ac plura videre licet apud. *Doctores in l. 1. & 2. ff. eod. Socin reg. 91. incip. die feriato cum multis fallentijs & gloſ. art. 10. lib 2.*

24 Forma † feriarum non eſt una, nam repentinæ quidem ordinantur, ut diximus, pro indicentis arbitratu, ſolennes vero tempore, & modo computandi tempus, fine, & effectu variant. Feriæ namque feſtæ ſeu ſtatæ computantur de veſpera in veſperam. *cap. 1. & 2. eod.* nec ſunt unius temporis omnes, ſed aliæ unius diei, ut Solis, *l. 2. l. 3. l. ult. hoc tit.* quem diem dominicum ritè dixere majores. *l. omnes. 7. h. tit.* vel plurium, ut feria paſchæ. *d. l. 7.* quadrageſimæ, *l. quadraginta. 6. h. tit.* aliorumque feſtorum. *cap. 2. 4. 5. ext. eod cap. placita. 15. q. 4. c. 1. de conſ. diſt. 1.* quæ plurimum exemplo paſchæ ante ac retro octavã ſeu octo dierum feriam habent annexam. *d. c. placet. Chil in pract. cap. 41. n. 1. verſ.* oder in den Octaven der groſſen Feſten. ſed hæc in noſtris Eccleſijs non uſquequaque ſervantur, excepto die dominico, tanquam ſabatho, cuius in locum ſucceſsit, quæ præſtantiſſima & antiquiſsima feria eſt teſte. *gloſ. d. art. 10 lib. 2.* & certis diebus ſolennioribus memoriæ redemptionis noſtræ conſecratæ, ut eſt nobiliſſima feſta Pentecoſtes, atque congruit legi divinæ, quæ hebdomadatim ex diebus operari ſeptimo quieſcere jubet. *Exod. 20. 31. 34 35. Levit. 23. Deut 5. &c.* nec ſanè lex pro Moſaica nequaquam habeatur, ſicut nec cum Moſi politeumate concidit, ſed ſicut inde ab initio creationis conſtitutum eſt. *Gen. 2.* ſic perennem eſſe, & ad finem uſque perdurare oportere credendum eſt, ut humana huic audacia derogari alienum ſit, ſaltem quod ad divinos cultus attinet. Itaque probè *Alb. qui in l 2. h. tit. ait.* quamvis multa in Canonibus feſta numerentur ut *d. c. placita.* tamen ne in regno quidem pontificio ſervari alias ferias quam expreſſas. *in c. ult. ex eod.* in terris verò Imperij, tantum eas, quæ numerantur *in l. omnes. 7. h. t.*

In reliquis ferijs non feſtis † leges noſtræ diem inchoant à media nocte, & ſequẽtis noctis media parte finiunt hoc eſt hora 6. aut 7. inchoatæ, quæ nobis eſt 12. diei videlicet. *Harmenopolus lib. ult. tit. 3. de verbor. ſig. Gell lib. 3. cap. 2. Macrob lib. 1. cap. 3.* At hæc Canonibus non probantur, qui in contractib. tantum hanc computationem admittunt, ut in *l. non minorem. 20. ſup. de transact.* in judicialibus verò, de quibus hic agimus, ab ortu diei ad occaſum, atque veſperam fieri computationem nolunt. *c. cõſuluit. 24. de off. del. gloſ in c. 2. ext. eod.* quod à re atq; ratione longè diſtat. Equidẽ in faſtis libenter admiſerim hanc putandi rationẽ, quia non niſi interdiu juriſdictio ordinariè exercetur. §. *ſedebunt. in authent de iud. d. l. non minorem. 20 ſup de transact. ubi Dd. c. conſuluit. 24. de off. del.* Sed tantum extra ordinem in ſubditis (ut ſæpe propter tumultum, & 25

rixas)

[illegible] l. 5. §. & quia. 31 & [illegible] capta. [illegible] ver. non ſunt magiſtratus, ſed extraordinem, & l. de orig. iur. & tot. tit. de off. praef. Vigil. ſed de his iſto in argumento nō agitur, verum de contrarijs h. e. nefaſtis ſeu feriatis diebus in quib. omnino tenenda eſt computatio. l. more 8 ff. eod. ſcilicet, ut nō minus noctu, quam interdiu utilitas feriarū proſit. alioqui fraus erit beneficio legis inventa, contra. l. nulla. 25. l. contra. 29. cum ſeq. de ll. & verbis, non rebus reperietur lex impoſita, contra. l. 2. inf. comm. de leg. ſi quem ob ferias exigere, ducere (vel areſtare) torquere, ſupplicio afficere interdiu non licet, cum antélucanum, aut veſpertinū, aut nocturnum tempus omnibus iſtis vexationibus exponat, quod cōſequi neceſſe fuerit, ſi hic ratio judicialiū dierum obſervetur. h. e. dies computetur ab ortu ſolis uſque ad occaſum. Malè itaq; Pontifex. in d. c. conſuluit. l. more. velut aliud ſtatuentem repudiat, & à liminibus juriſdictionis excludit, cum non de judiciali tempore, ſed planè contrario, hoc eſt, feriato tantū agat & loquatur. Cæterū & hoc tempus diebus variat. Etenim feriæ † Calendarum Ianuarij conſuetos habent dīes, ut loquitur. l. 7 h. tit. h. e. quantū arbitrari poſſum, ipſas calēdas & diē pridianum. l. 5. h. tit. arg. l. omnes. 7. in princ. h. tit. l. ubi numerus. 12. de teſt. Feriæ fructuū geminos habent mēſes, ut dicitur. d. l. omnes. 7. h. t. quod Caſt. ibi n. 7 & Dd. communiter male ſic interpretantur, quaſi alter menſis meſsi, alter autē vindemiæ colligendæ detur, imo gemini ſingulis meſsib. menſes dātur, ut quatuor junctim ſint, quēadmodum habet. Avienus vetus interpres ad l. 2. C. Theo. lib. 2. tit. 8 de ferijs. non integri, id quod etiā non habet, d. l. omnes. 7 [illegible] geminū menſib. dies, ac ſecundū hanc quidē rationem in l. 7 h. tit. meſsi frugū dantur menſis Iunius & Iulius, ſc. ab 8. cal. julij, qui eſt 24. Iunij dies uſq; ad Calend. Auguſti. h. [illegible] Auguſti diē excluſivè, ut arbitror, cum in dubio juridicus potius dies quàm feriatus ſit ſtatuēdus d. l. omnes 7 in princ. h. tit. Vindemiæ rurſum duo aſſignātur videlicet, ſeptēber totus, & pars Auguſti, & Octobris quæ junctæ alterū mēſem, efficiunt, nempe à 10. cal. Septembr. qui eſt 23. Auguſti dies, uſq; ad Idus octobris, qui eſt 15 ejuſdem menſis octob.

Cæterum hæc computatio † id habet 27 uitij, quod contra rationem [illegible], & fructuum majus tempus tribuit uvis, quam frugibus colligendis nec omnibus locis congruit præſertim ſeptentrionalibus, ubi tardior eſt utraq; meſſis & legibus Rom. non fuiſſe hoc tempus unquam certo definitum, ſed uſq; ad duos ſummū mēſes in ſingulis locis definiendū magiſtratibus ex opportunitate cujusq; anni & loci relictū oſtēdit. l. 4 ff. eod. l. ſi magiſtratus. de off. procōſ. neq; Canones, qui legibus ſunt poſteriores aliquos certos dies his ferijs aſsignant, ut reliquis, quod tamē procul dubio factū eſſet, ſi certa in legib. determinatio extitiſſet c. ult. ex eod. ut nec jus Saxo. art. 10. ubi gloſ. li. 2. ut omnibus rectè collatis † vero videatur eſſe ſimile quod tradunt Alber. in l. 2 h. tit. & Alciat. l. 5 [illegible] 6 c. 9. hanc l. 2. eſſe ſubditiciā ſup. poſitamq; à quodā Galaſodio, qui ſtudebat, ut loquitur Alb. per ſe leges tacere, cujus etiā meminit. gloſ. pen. in l. ult. ff. de ſal. ubi Galgoſium Papienſem nominat, atque hoc quidē tempus hodie ſolet vel ſtatutis locorū definiri, aut quod commodius eſt ex d. l. 4. etiam nunc

relinqui definiendum magiſtratus ar-
bitrio, pro ratione proventus anni, ut
recte inquit. *Caſtrenſ. in d. l. omnes, nu.*
1. h. tit. & gloſſ. d. art. 30. lib. 2. Reli-
28 quas porro ferias † quibus aliud tem-
pus definitum non eſt, unus diei eſſe de-
bere ſtatuerem. *ex d. l. omnes in princ.*
ita tamen, ut dies computetur à medio
noctis præcedentis, ad idem tempus
noctis diem inſequentis. *d. l. more. ff. e-*
od. Quomodo vero hæc feriarum ge-
nera objectis, fine & effectu varient &
ante dictum eſt in ſpeciebus, & jam in
ſequentibus paulò pluribus exponen-
tur.

29 Finis † feſtarum feriarum eſt, ut de-
bitus honos Deo exhibeatur, neve à
cultu divino prophanis judiciorum
occupationibus homines abſtrahan-
tur. Repentinarum, ut ſenſus inſignis
alicujus boni, malive publici ad ſingu-
los ex ipſa vacatione tranſeat. Neceſſa-
riarum, ut fruges colligi poſſint. *l. 1. h.*
tit à non impeditis alio labore. *d. l. o-*
mnes. 7. in ver. autumnis (*hoc eſt, au-*
tumnalibus) *fœtibus ex uvis decerpendis.*
Nec enim duplici labore animi ſuffici-
unt, eoque nec duplici, ut loquuntur,
ſunt affligendi. *l. Titia. 34. §. qui invita.*
5. ff. de leg. 2. l. 4. §. penult. & ult. ad L.
Rhod. de jactu. Item ut æſtivi fervores o-
cio ſaltem feriarum mitigentur. *l. om-*
nes. 7. in ver. æſtivos dies fervioribus mi-
tigandis. Subordinatus autem harum
omnium finis eſt, quoad hoc autem ar-
gumentum (juriſdictionis) ultimus &
præcipuus, ut à forenſibus negocijs ſit
Vacatio, & quod cum ſervetur juriſdi-
ctionum initia. *l. pen. ff. eod. cum ſi-*
30 *milib.* Effectus, † quod feriæ non tan-
tum, his proſint, qui agriculationi de-
diti ſunt, aut ſacris operantur, ſed in u-
niverſum omnibus. *Specul. eod. § fe-*
riarum. 1. num. 8. Innoc. in c. conqueſtus. ex
3. eod. quod contra. *Bart. in l. 1. de agris,*
& cenſ. lib. 11. receptum eſſe teſtatur.
Chil. cap. 41. num. 4. & facit generalis
ratio. *d. l. omnes in ver. fervoribus æſti-*
vis. h. tit. (non enim tantum propter
fructus inductæ ſunt, ſed ut eſſet ſolati-
tium, & temperamentum dierum juri-
dicorum.) Proſunt autem in multis,
ſed hic tantummodo de juriſdictione
& judicialibus tractatur. Hactenus i-
gitur † commodant, quod tempore fe- 31
riarum judicia ceſſent. *Chil. præall. loc.*
num. 5. quod nec citationem judex hoc
tempore emittere poſſit, adeo ut cita-
tio die feriato decreta non valeat ſe-
cundum. *Cyn. in l. ult. num. 4 h. tit. Lan-*
franc in c. quoniam. de probat. quod ta-
men accipiendum eſt juxta diſtinctio-
nem. *Bart. & Dd. in l.* 1. §. *nunciatio. 5.*
de oper. no. nunc. de qua plura. *Chil. in*
praxi cap. 33. per totum. & citatus eo
tempore comparere non cogitur, id-
que impune *l. 1. & 2. ubi Dd. ff. eod. gloſſ.*
ult. in c 6. num. 2. nam actus juriſdictio-
nis in ferijs factus, eſt ipſo jure nullus.
l. 2. in fin. h. tit. l. 1. ff. eod. & quidem
notoria juris exceptione, ut ait. *Bald. l.*
1. num. 3. ff. eod. nec ullam habet exe-
cutionem. *l. ſi feriatis. 6. ff. eod. l. ſi fe-*
riatis. 36. de recep. arb. Iaſ. l. 4. num. 3. ff.
eod. ſive à judice, ſive ab arbitro fiat. *l.*
7. h. tit. d. l. ſi feriatis 36. de arbit. niſi
conſenſu partium fiat, in ijs ferijs, qui-
bus renunciari poteſt. *c. ult. in fin. ext.*
eod. l. 1. 2. ff. eod. tit. aut niſi exercea-
tur in cauſis quæ feriato tempore expe-
diri poſſunt. *l. 5. in ver. ratum in futu-*
rum examen. h. tit. Ferijs etiam † ineſt 32
tacita ſecuritas & ſalvus conductus, ne
ſcilicet liceat adverſarium illis diebus
offen-

offendere, eod. gravius puniuntur, qui die dominico, aut alio feriato adverſarium violant, aut moleſtia afficiunt, ut ait *Caſtren. in l. ult. in fin h. tit. per il-lum text.* Itaque pacem quodammodo publicam feriæ præſtare putantur omnibus. *Caſtren. d. l. ult. art. 66. ubi gloſſ. juris Sax. lib. 2.* his tamen, qui ferias obſervant, non qui in eas delinquunt. *art. l. auxilium. 37. de minor.* Unde in flagranti crimine deprehenſos nō gaudere eorum privilegio diximus. *§. ſi verò delinquant. in authent. de mand. princ gl. d. art. 66. nu 6. lib. 2.*

33 Adjacentia † ſunt opera & exercitia, quæ cum fine feriarum congruunt, non quæ cum his pugnant, de quibus in *l. ult. h. tit. in c. 3 ext. eod.*

34 Affines † ſunt, dilationes, quæ cum feriis confunduntur. *l. 3. ff. eod. l. 1. h. t.* de quibus ante prædictum.

35 Contrarij † ſunt actus juridici *l. omnes 7. h. tit.* Contraria autem opera, quæ à fine feriarum abhorrent. *l. ult. h. tit.*

36 Contraria item † renunciatio, aut expreſſa, *c. ult. eod.* aut tacita, quæ colligitur ex præſentia partium. *l. 1. ff. eod.* non etiam abſentia. *Chil. cap. 41. num. 7.* Feriarum tamen duntaxat ruſticarum. *d. c. ult in fin. latè Chil. d. c. 41. num. 6.* quæ renunciatio tamen tantum ad renunciantes pertinet, non ad alios extenditur, puta fidejuſſores. *Spec. §. ult. nu. 1. per l ſi unus. 27. §. pacta 4. verſ & in ſumm. & l. ult. de pact.* aut teſtes *gl. ult. & Caſtrenſ. in l omnes. 7. h. t.* Ferijs porro ſolennibus in honorem Dei, vel principis conſtitutis, nec conſenſu partium, nec judicis facto derogari, renunciarive poteſt. *c. ultim. ubi Dd ext. eod.* idemque de feriis repentinis ſtatuendum eſt, quia ob publicam cauſam indicuntur. *Bald h. in l. 1. num. 3. Chil. d. c. 41. num 6.* Sed an conſuetudine † vel 37 ſtatuto? Equidem ferijs divina lege inductis, ut ſabbathi, & qui huic ſucceſſit, diei dominici, nec ſic quidem derogari poteſt, ut nec ijs, quæ ab Eccleſia ob probabilem cauſam receptæ ſunt; cujuſmodi refert *gloſſ. in c. 3. ver. maioribus. ex. eod.* conſuetudines enim & ſtatuta his contraria non valent, ut paſſim traditur. *diſtinct. 6. 8. 9. & in Auth. caſſa. de ſacroſ. Eccleſ. gloſſ. art. 18. juris Saxon lib. 1.* Cæteris lege vel ratione, aut conſuetudine humana inductis cōſentaneum eſt, contraria lege vel deſuetudine derogari poſſe. *l. 6. ubi Caſtr. & Dd. h. Chil. d. c. 41. num 4 ex ratione, l. de quibus. 32. de ll. l. nihil. 35. l. ferè. 153. de reg. jur.*

Contraria etiam † eſt exceptio feriarum, quæ oppoſita reddit actum nullum, etiamſi tantum in genere opponatur, ut ſi petatur, quod actum eſt ex æquitate redintegrari *Bal l. 1. nu 2. h. tit.* & proponi poteſt non tantum initio litis, exemplo dilatoriarum *l. ita. 13. ſup. de procur.* ſed in quacunque parte litis, ſecundum communem *Bal. Ang. Alex. in l. 1. ff. eod. Lanfran clem. ſæpe. ver. libellus. de verb. ſignif. Chil. d. c. 41. nu. 5.* 38
imo ſufficit † emanere abſq; exceptione, quo & ipſo videtur abſens uti feriarum beneficio velle. *l. 1. & 7. ff. eod. Chil. praeall. loc. nu. 7.* Cæterū hic magis quæri poteſt, quod miror à noſtris omiſſum, an ſine ſubiecto exceptionis † beneficium feriarum proſit, & judiciū annihilet? In quo quicquid Chil. & alij diſputent, puto diſtinguendum, ut feriæ quæ publicam habent cauſam, etiam abſq; exceptione proſint, & effe- 39 40

ctum ſuum habeant, quia his renunciari non poteſt, nec tacite nec expreſſe, reliquæ non item

41 Quod ad interpretationem † attinet omnes dies ſunt juridici, quotiescunq; aliud non apparet. *l. omnes. 7. h. tit.* feriarum nomen tantum ad legitimas, & validas accommodatur, nam reliquæ & nomine harum eximuntur, & fructu carent *l. 4. h. tit.* Citatio facta in diem feriatum intelligitur fieri in diem ſequentem. *l. ult. ubi hoc notat. Bal. n. 3. h. tit. Chilia. num. 3. per c. cum dilecti. de dol & contum. l Celſus. de recep. Specul. de citat §. 1. nu. 13. Lanfranc. in c. quoniam. in ver. probationes. in fin. de probat.* In compromiſſo ſi conventum ſit, ut procedatur in feriis, intelligitur de ferijs hominum cauſa inductis, non autem ob reverentiam Dei, vel cauſam publicam. *Caſtr. l. omnes. num. 6. h tit.* Illud quoque huc referri poteſt, quod ſup. diximus in diebus feſtis intelligi univerſaliter datam eſſe ſecuritatem, & ſalvum conductum, *l. ult. ubi Caſtr. h. tit.*

L. Quoniam. I.

1. *Sicut terminus dilationum currit continuò, etiam diebus feriatis, ita quoque appellationum fatalia ſunt continua, ut appellatio tempore feriarum tam repentinarum, quam ſolennium interponi debeat. & n. 4.*
2. *Exempla non reſtringunt regulam, ſed explicant.*
3 *Appellationum fatalia quatuor numerantur, & quantum temporis unumquodq; eorum contineat.*
5. *Ferijs repentinis in ipſum dilationum exitum incidentibus terminus iſte, vel eſt prorogandus, vel reſtituendus, idem quoq; ius eſt in ferijs ſolennibus quoad reum, non verò quoad actorem.*

S*imilis obſervantia*) Statuerat Conſtantinus dilationum temporibus ferias non adijci † quaſi exceptas, ſed his connumerari, & includi. *l 3. ſup. t. 1.* 1
Quæſitum eſt deinceps an ſimilis obſervantia, ad appellationum quoque tempora eſſet porrigenda, & maximè in ferijs repentinis, in quibus major eſt dubitatio, quod prævideri non poſſint *d. l. ſed etſi. 6. §. ſi feria. 7. ff. ex quib. cau. m. jor.*

A nobis adijciendarum feriarum) Ad reliquas ſcilicet ſolennes, quæ non adjiciuntur alijs, ſed principaliter per ſe conſtituuntur, ut ſint ſtatæ anniverſariæ Repentinæ autem his adjiciuntur pro re nata.

Bono aut malo publ.) *d. §. ſi à principe. l. 4. h. tit.* ut indicant verba ſequentia, *à nobis. Rebus feliciter geſtis.*) Exēpla † 2
non arctant regulam, *l. penult. in fin de jur. & fac. ignor.* Quare ex alia quoque cauſa feriæ repentinæ indici poſſunt, ut *ſup dixi.*

Ad appellationum quoq; tempora.) Quæ quatuor numerantur. † *Lanfranc.* 3
d. c. quoniam. verb. interlocutoriæ. num. 40. de probat. Primum tempus interponendæ appellationis, quod olim fuit biduum in cauſa propria, triduum in cauſa aliena *l. 1. & tot. tit. quand. & intra qua temp* Alterū eſt ſuſcipiendæ appellationis ſcilicet à judice à quo, *l. judicibus. 24. inf. de appellat.* Quod etiā vocatur tempus petendi apoſtolos à judice à quo, quod eſt tempus 30 dierum *c. ab eo 6. de appell. in 6. clem. quamvis eod. tit.* Tertium eſt præſentandæ appellationis apud judicē ad quem, ſeu introducendæ *Guid. Pap. deciſ 30. Mynſ. obſ. 83. cent. 1.* Quod & tempus reddendi Apoſtolos dicitur, *l. præſes. 5. inf de appellat.*

& eſt

& eſt arbitrarium, h. e. poſitum in arbitrio judicis ad quem *gloſſ & Doctores in d. l. 5. inf de app. Lanfranc. in d. c. quoniam. in fin. ver. interlocutoriæ.* aut triginta etiam dierum, ut ait *gloſſ in d l 5.* Cæterum apud nos eſt Sächſiſche friſt. ſex ſeptimanarum & diei, nec à judice ad quem, ſat per judicem, à quo ſuper ipſis apoſtolis præfigi ſolet hac ferè forma in fall erſatz appellation.

Quartum tempus eſt proſequendæ appellationis, quod eſt annus & ex juſta cauſa biennium *Au h. ei qui inf. de temp. app.* in Camera eſt ſemeſtre *ordin. Cam part ... tit. .9 Mynſ ob. 54. cent. 3.* ſicut & propemodum in aula noſtra, ubi ab uno conſilio ad alium inſequentem fatale currit, & numeratur, quod tempus eſt fere ſemeſtre, quia ex tanto intervallo redire ejuſmodi conſeſſus ſolet: ſed hæc omnia tempora à primo interpoſitæ appellationis momento computantur. *d. clem. ſicut. 3. de appell. Dd. l ult. inf de temp. appell. Mynſ d. obſ. 54.* *Proroganda ſit*) videlicet obſervantia feriarum efficiendarum, reliquis prolatis ferijs, vel alijs ordinarijs dilationibus. (*Iugiter*) continuo, non interſecatis prolatisq; legitimarum appellationum temporibus ob has ferias incurrentes. *Sine additamento*) quod in principio vel exitu temporis addatur, aut etiam in medio intexatur. *Tempora*) legitima, h. e. dilationes legibus ordinatas. *Servari*) tam à magiſtratu, quàm
4 partibus, h. e. ut feriæ iſtiuſmodi † non excipiantur à temporib⁹ legitimis, nec ſe illis addant augendo, ſed ut ijs includantur & connumerentur, quaſi nõ intervenisſent, ut ſequitur *in ver. ſupradictarum* (ſcil. eiuſmodi feriarum) *dierum.* (Delenda hic vox ſequens *obſervationi*, quæ in vetuſtis libris deeſt & nullus eſt ſenſus.) *In appellationũ cauſis*) ſed accidit
interdũ †, ut eiuſmodi feriæ in terminũ, 5
vel exitum dilationis legitimæ incidant, ut ijs annumerari non poſſint, cum durent diutius, quo caſu, ſi damnum per ferias litigator aliquod patiatur, æquũ eſt ei ſuccurri, vel prorogando, vel reſtituendo terminũ elapſum. *d. l. ſed etſi §. ſi feria ff. ex quib. cau maior.* In ſolennibus non æquè ſubvenitur actori, quia prævidere poterit, & alio commodiore agere. *d. § ſi feria* Reo exiſtimem hic eadem ex æquitate ſubveniri, quia non ſuo arbitratu litigari cogitur. *l. 5. §. ult. de except. dol. mal.*

L. ut in die. 2.

1. *Hæc lex probatur eſſe ſuppoſiticia.*

NOn legitur hæc lex in vetuſtis Codicibus, *teſte Alciato Parerg. 6. & 9. & Ruſardo* hic. ac præter alia argumenta, quorum ſupra meminimus, nec latinitas ſimilis eſt aliarum legum iſtius temporis: quis enim tunc irritare dixit, pro ad nihilum redigere: ſed nec ordo temporum ſervatus eſt, qui alibi à Iuſtiniano præſcriptus. *l. 1. §. penul. ſup. de nov. Cod. fac.* Hæc enim Theodoſio inſcripta præponitur cõſtitutioni ſequenti Conſtantini, qui multis hunc annis præcepit. Itaque nec gloſſa, aut vetuſti interpretes huius meminerunt tantum abeſt, ut gloſſema addiderint, & ſuppoſitũ hunc partũ commõſtrato autore vult eſſe Albericus hic, quã quã ego putaverim vetuſtiorẽ eſſe, & Gothicis temporibus factã, cum Annianus eius ſententiam adducat. *l. 2 (Theo b. tit.*

 qui

qui Alarico Regi ante Carolum M. à conſilijs fuit in regno Tholoſano & Hiſpanico, quibus partibus meridionalibus, ubi citius fructus matureſcunt, ea quoque computatio cogruit, ut ab illis Gottis & ijs locis factam eſſe valde ſit credibile. Cæterum cum meſſibus noſtris prorſus non coveniat. *l. 4. ff. eod.* nos quoque ipſam non ſolum ut non neceſſariam, verum etiam inutilem prætermittamus.

L. Omnes. 3.

1. *Die dominico debent judicia, & officia artium quieſcere.*
2. *Officium quot modis uſurpetur.*
3. *Feſtis diebus opera ruſtica ex neceſſitate ruri facere licet, quod tamen limitatur num. 4.*

1 I*Vdices*) Etiam † Magiſtratus ut *ſup. de off. div. jud.* *Vrbana*) Nam Ruſticas poſt excipit. *Plebes*) Eſt hoc nomen alias ſingulare, ſed hic pluralem eſſe nominativum, oſtendit adjectio Vrbanæ. *Die Solis*) Dominico. *l. omnes. 7. l. ult. h. tit.* *Cunctarum artium*) mechanicarum, quas plebs exercere ſolet.
2 *Officia.*) quæ in officinis exercentur, † unde & hæ dictæ ſunt, quanquam & ipſe locus officij quoque appellatione veniat, ut in *l. 7. §. 1. qui ſatiſdat. cog. in l. enim. ſ. de in jus vocan.* ſicut prætoris officiū Plinius dixit *lib. 1. Epiſt.* de quo accipiendū puto *d. l. 7. & d. l. & d. l. 17.* Quid porro diſtat officiū ab artificio, a... tradatur *in l. nominatim. 24. de manum. teſt. in l. ſicut venditio 18. de ædil. edict.* unde diſtinctio operarum paſſim in *tit. de operis libert. de qua Zaſius lib. 2. reſponſ. cap. 3.*

Ruri tamen) Exceptio à regula ſuperiore, quæ etiam tātum ad urbanas plebes refertur. *Quoniam*) Ratio † ut in 3 *c. 3. ext. eod.* videlicet publica utilitas annonæ, eiuſmodi & Deo grata putantur, & in feſtis habentur permiſſa, *l. pen. in fin. h. tit.* *Alio die*) Quam feriato, † 4 etiam feſto excipit, tamen. *c. 3. eod.* dies majoris ſolennitatis, quos gloſs. ibidem facit natalem dominicum, diem Epiphanias, Paſchæ, aſcenſionis, & Penteeoſtes, pro qua & *d. l. omnes. 7. h. tit.*

L. à nullo. 4.

1. *Nomina rebus debent eſſe convenientia, & quatenus ei, cui nomen tribuitur, ipſa res nomine ſignificata intelligatur tributa.*

I*Vdice*) h. e. magiſtratu, & ut ſubdit adminiſtratore. *Si nomine eximuntur*) Nota in jure nomina rebus convenire. *§ eſt & aliud Inſt de don* & cui nomen adimitur, eidem rem nominis ademptā cēſeri, ſicut cōtra, cui tribuitur, tributum intelligi. Vnumquodq; enim in jure tale eſt, quale denominatur, ut ait *Bald. in l. conventiuncula. 15. nu. 3. ſup de Epiſcop. & Cler. per l. 1. de off. præf. urb. l. 1 in fin. l. annum 10. §. 1. de an. leg.* Quod verum putetur in diſpoſitionibus legū *ut hic* & alijs, quæ pendent à ſola voluntate nominantis, ſecus ſi aliunde, ut in *§. ult. Inſt. de adopt. l. 15. inf. de teſta. l. non epiſtolā. 13. cum l. ſeq. inf. de probat.*

L. Publicas. 5.

1. *In cauſis Reip. non tantum Rom. ſed cuiuſq; civitatis & fiscalibus non veniunt obſervandæ feriæ ruſticæ, ſecus autem ſacræ.*

2. F.rij

2. *Ferijs neceſſarijs poſſe Lcet, & quatenus ſtatuto induci poſſit, ut idem die Dominico liceat.*

1 P*Vblicas.*) quæ pertinet † non tantum ad Rempubl. Romanam, ſed quālibet communitatem, ut ſubjectū exemplum cauſarum piſtoriarum demonſtrat.

Fiſcales.) quæ ad fiſcum pertinent, de quibus. *l. 1. & tot. tit. de jure fiſci & de offi. procur. Caſa.*

Feriatis geminis menſibus.) Secus in feſtis divino honori conſecratis. *l. 7. in fin. l. ult. h. tit.* *Diſtinguat*) hoc eſt, judicet, quomodo & Cic. loquitur in *partitionibus oratorijs.*

2 *Piſtorijs cauſis.*) multo ergo magis † ipſum pinſere, quo nullo tempore carere poſſumus eſt hiſce ferijs permiſſum, non etiam feſtis ex regula. *l. 3. ſupr. eod.* Quanquam non puto improbanda ſtatuta † aut conſuetudines civitatum, ubi etiam dominicis diebus id concedi- tur tempore nocturno aut antelucano, cum nec miniſterio publico tum temporis officiat & in commune omnibus proſit.

L. Quadraginta. 6.

1. Quæſtionis *verbo quid in h. l. veniat.*
2. *Non tantum tortura, ſed omnis cognitio criminalis tempore quadrageſima ceſſare debet.*

Q Uanquam hæc ſumpta eſt ex Cod. *Theo. lib. 9 tit. 15. de quæſtio: ordine.* 4 tamen Anianus vetus inter-

1 pres non de quæſtione torturæ † ſed cognitionis interpretatur, idque probat *l. 5. ibidem,* & l. quæ hac quoque in lege conſequuntur.

Cognitio inhibeatur.) non ait pœna aut † tormentū, a quo genere diſtat co- 2 gnoſcere, cum hoc ſit juriſdictionis, illud imperij meri & à juriſdictione ſeparati. *l. 3. de juriſdict.* ut dubio procul *h. l.* non tantum de tortura, verum & ut recte Anianus de quavis cognitione criminali ſit accipienda.

L. Omnes. 7.

1. *Finis omnium feriarum generalis qui?*
2. *Lectio h. l. a compilatoribus eſt depravata & n. 3. 4. & 5.*
3. *Feria ruſtica à judice ex conſuetudine cujusque loci, & anni fertilitate ſunt determinanda.*
5. *In memoriam Apoſtolicæ paſſionis feriæ nullæ ſunt celebrandæ.*
6. *Fungi, functio annonaria, & annona quid?*

A *D requiem laboris.*) notetur hic finis † feriarum generalis contra 1 Bart. doctrinam *in l. 1. inf. de agr. & cenſ. lib. 10.* Nam hic finis potiſſimū reſpicit eas perſonas, quæ ruri nec degunt, nec operantur, h. e. forenſes, ut judices, executores, notarios, advocatos, procuratores, nam & his certi aliqua laboris iſtius quotidiani intermiſſione eſt opus, præſertim tempore æſtivo, & in magnis frigoribus, qui abſque noxa cōtinuationem ejuſmodi laborum non admittunt, præſertim cum ut dicitur in *l. ult. C. Theod. eod.* iſtiusmodi litigijs & laboribus reliqui dies ſufficere queant.

Indulgentior.) Rectius † quam indul- 2 gentius, ut in quibuſdam exemplaribus legitur. Itaque & *Cujacius in l 2. C. Theod. eod.* rectè expoſuit *indulgentior,* quod interpretor de ubere & fer-

3 tu anno. Indulgentior † enim ſeu ſervilior annus geminos menſes à juridicis diebus exigit: ſteriles verò anni paucioribus menſium diebus cõtenti ſunt, ut vel hinc liqueat ejus rei determinationem judicis arbitrio relinqui. *l. 4. ff. eod.*

Excepit.) Codex Theod. habet aecedit ſed modicum eſt diſcrimen.

4 *Æſtivos.*) *Legitur † in C. Theod.* æſtivis fervoribus mitigãdis & autumnis fœtibus decerpendis. (Et hinc intelligi poteſt, qua fide noſtri reſcripta tranſcripſerint, itaque utile eſt ſtudioſis C. Theo. conferre, nam interdum multum lucis affert noſtris,textui.)

His adjicimus natalitios.) hi non ſunt hodie in uſu, ut nec ſequentes natalium Imperatoris aut imperij ejus.

Quibus debent jura differri.)legendum ex C. Theod. *deferri. l. 1. C. Theo. eo.* h. e. honorem tribuere.

Apoſtolicæ paſſionis.) Feſtivitatum Apoſtolorum, ut interpretatur gloſs. verius videtur memoriam Paſsionis A-

5 poſtolorum Petri & Pauli † deſignari, ſed hæc quoque feria jure obſolevit, ſecundum præceptum: Deum Dominum tuum adorabis, & huic ſoli ſervies *& l. ult. h. tit. in princ.* Ubi traditur dies feſtos majeſtati altiſsimæ eſſe dedicandos. Et quis verè pius æquo animo ferat, quod ſequitur cum manifeſta crucis Chriſti contumelia hanc paſsionem Apoſtolicam totius eſſe Chriſtianitatis magiſtram, id quod ſumptum eſt. *ex l. ult. C. Theo de ſpectaculis,* & jure hæc verba repudiantur, niſi malis pro Apoſtolicæ legere Dominicæ, quod probo cum *d. l. ult.* Quod ſi vero paſsionem Apoſtolicam interpretemur Chriſtianitatis magiſtrã exẽplo, & teſtimonio, non autem merito, vel cultu: [illegible] nihil ſic abhorrens dixeris, ſed ea [illegible] ferijs feſtis parum cõvenit, nec propterea dies feſti erant conſtituendi [illegible] majeſtati tantũ majeſtati dediti. *d. l. ult. h. tit.*

6 *Annonariæ functionis.*) Fungi † ſeu defungi inter alia ſignificat præſtare ſeu ſolvere. *l. ex empto. § idem. 1. verſ. emptorem de act. empt. l. 1. ſi famil. furt. fe. iſ dic. l. liber. 37 in fin. ad L. Aquil. l. 3. de collat. dotis l. filij. 12. ad municip.* Unde contributiones, † collationes, penſitationes, quæ publicè præſtantur, functiones appellari ſolent. *l. 4. inf. de donat. l. 3. inf. de apochis publ. lib. 10. l. 2. inf. de jur. emphyt. l. ſi minor l fructus 13. inf. de act. empti.* Eſt igitur annonaria functio † nihil aliud quam collatio, ut dicitur *in l. 1. inf. de præſcript. 30. annor.* ſeu præſtatio aut ſolutio annonæ, quæ Reip. debetur, & cõſiſtit in frumento, oleo, vino, ſale & carne, *l. 3. ad L. Iuliam. de anno.* Cæterum ego latius † hic annonæ nomen accipio, ut non modo cõplectatur quicquid ad victum pertinet. *tot. tit. inf. de annon. & tribut.* Verum etiam pecuniã ac ſtipendia, quæ publico debentur, quomodo etiã Vegetius ac noſtri ſæpius ſtipendij nomine utuntur, ut *l. at quidem. & paſſim. inf. de anno. & tribut lib. 10. l. jubemus, 14. ſup. de ſacroſ. Eccleſ.* quibus locis annonam ſeu functionẽ annonariam pro cujuſvis reditus penſitatione ſumi palam eſt.

L. Actus. 8.

1. *Ratio cur diebus feriatis manumittere, ac emancipare liceat.*
2. *Acta quid, ac quotuplicia.*

In his tamen & emancipandi & manumittendi) Rationem † reddit. *l. 1. C. Theo. eod.* quia gratum inquit, ac jucundum 1

cundum eſt ijs diebus, quæ maximè ſunt votiva compleri: Cujuſmodi puſtantur manumittere & emancipare, velut alia, de quib. *l. ult. h. tit.*

Acta.) nimirum publica ſeu inſinuationes factæ ad acta, *l. 2. ſup. de magiſt. muncip. l. 2. de edend. l. acta. 45. l. actorum. 46. de re jud. Cic. Phil. 2.* Commen-
2 tarios vocat publicos, & dividit † à materia in acta publica, quibus Publica jura inſcribuntur, & privata, in quibus teſtamenta & actus privatorum, de quibus hic. Ac conſtat emancipationes & manumiſsiones apud acta fieri ſolere. *l. 1. ſup de his qui in Eccle. ma. l. ult. inf. de emancipat.*

L. Penult.

1. *Omnes Magiſtratus dicuntur judices.*
2. *Latrones non gaudent beneficio feriarum, ſed quocunq; die poſſunt torqueri, ac in crucem mitti.*
3. *Latronum confeßioni quantum fidei ſit tribuendum contra ſocios remiſſive.*
4. *Ea, quæ ad procurationem publicæ ſalutis ſpectant, de feriato fieri non prohibentur.*

1 PRæſides.) Rectius † legas judices (nã judices in jure noſtro nominantur quivis magiſtratus.) ut in *l. ult. C. Theo de quaſt.* Unde hæc Lex deſumpta eſt. *Moneantur.*) hoc videlicet reſcripto atque ita rectius, quam ut eſt in quibuſdam, *moveantur.*

Latronum maximè Iſaurorum.) Iſaurorum tantũ meminit, *d. l. ult. C. Theo. de quaſt.* qui erant populi Gallogræciæ ad poutũ in Aſia finitimi latrociniis & piraticis infames, ut eſt apud Suidam & Marcellinum, item, *Alc. diſp. 3. lib. c. 20.*
2 Cæterum † hodie hoc ad reliquos quoq; latrones Iuſtinianus produxit, eoque legẽ hanc ſuo more interpolavit,

Quæſtionibus.) tortura, ut ſubſequentia oſtendunt, *per tormenta, &c.*

Proditio conſiliorum.) quæ ut ſequitur per latronũ tormenta quærenda; huic vero † quantũ fidei contra ſocios ſit tribuendum, traditur à *Bal. & Dd. in l. ult. inf. de appellat.* 3

Per quod multorum ſalus.) Nota procurationem † publicæ ſalutis, aut incolumitatis multorũ, ut Deo gratam, & publicè utilẽ, dieb feſtis nõ modo prohiberi, ſed & collaudari de quib. *lex fin. h. t. c. ult. ext. eod ubi gloß. ult. & in c. 1. eo. t.* 4

L. Vltim.

1. *Diebus ſacris nullis voluptatibus obſcænis dari debet locus, & n. 3. nullius actus judiciales exerceri, pacta tamen & tranſactiones nonnullæ celebrari non vetantur. n. 2.*
4. *Certamen Circenſe, & Circus quid?*
5. *Ludi venatorij qui, & an illi ſint ſublati.*
6. *Pœna eorũ, qui ſpectaculi, die feriato interſunt.*

NVllis voluptatib. volumus occupari.) Advertant, † quod dies feſtos non 1
ſanctificationi, ſed voluptati, & ocio datos putant. *Admonitio.*) Videlicet judicialis, quæ fit per viatorẽ citando, denunciando, &c. in quo tamẽ ſunt diſtinctiones, de quibus *ſup. dixi. & tradunt. Dd. l. 1. §. 5 de op nov. nunciat.*

Nulla fidejußionis.) videlicet judicialis, ut ſunt cautiones prætoriæ, judicio ſiſti, judicatũ ſolvi; *de quib. t. de prat. ſtip. cum mult ſimilib. & tit. qui ſatiſd. cog.*

Apparitio.) apparitorum officium † ſeu munus, vide *in l. 1. de exec. lib. 8. C. Theo. & l. 5. & ult. de exact. tribus. lib. 10. l. ult. de ſpectac. lib. 15. C. Theo.*

Vicaria pœnitudo.) Succedens † in vicem litium, ac offenſionum, quarũ religioſo die nonnunquam pœnitet. 2

Pacta conſtrant tranſactiones loquantur.)

tur.) Illa gratuito, hæ dato aliquo, &
mercede interveniente; Sunt n. hæc o-
pera pietatis ut oſtendit ipſe. *Apoſt.* 1.
Cor. 6. *Matth.* 5. & 12. accipio autem
ſecundum terminos ſubjecti argumen-
ti, videlicet de pactis litium, ſeu qui-
bus litis componuntur non etiam re-
liquis, quæ quæſtus gratia ineuntur.
Cur enim his magis indulgeatur, quã
reliquis officijs & artificijs. *l. 3. h. tit.* ac
operis, ut ait textus ſervilibus. *c. 2. eod.*
& ideo illicitis. *cap. 1. eod* ut igitur hoc
tempore mercatorum tabernæ & offi-
cinæ, nundinæque clauduntur, ſic &
tum conſultus, qui ibi peragi ſolent,
ceſſare debent.

Obſcanis voluptatibus.) Cujuſmodi
3 definiuntur † omnes quæ cum fine die-
rum feſtorum, hoc eſt, ſanctificatione
non congruunt, id quod ſumptum eſt
ex *hac & l. ult. C. The de ſpectacul.*

Scena.) quam definit Ulpian. *in l. 2. §. ult. de his qui not. inf. sm.*

Theatralis.) quod in Theatro ſpe-
ctanda proponatur. *d. l. 1 §. ult.* hoc eſt
ut Caſsiodorus interpretatur vicario.
lib. 11. de quo idem plura. *lib. 4. & no-
ſtri in l. 3. de oper. publ.*

4 *Circenſe certamen*) Ludi † Curules in
Circo. *de quibus. l. 1. 2. 3. de ſpecta. lib* 11.
ubi & agones dicuntur, ut & in *l. 1. de
expen. ludo. eod. lib* Ubi & Circus ferè
deſcribitur, qui erat locus muris ſe-
ptus. *d. l. 3. de oper. pub.* Unde & Cir-
cenſes equi. *de quib. l. 1. de mun. l. civi-
tatibus. de leg. 1. Alex. ab Alexandro ge-
nealium. lib. 5. cap. 8.* de his omnib. ſpe-
ctaculis & ludis plura extant, *in C. Theo,
lib. XV tit. V. de ſpecta. cũ multis ſequent.*

Ferarum lachrymoſa ſpectacula.) Venato-
5 rij ludi. *l. aut damnum. 8. §. ult. de pæn.*
in quibus feræ, aut inter ſe, aut cum ho-
minibus, maximè ad beſtias damnatis,
committebantur. *de quib. in tit. de pœn.
Ulpian. tit. 1. cap. 8.* & alibi paſsim. Fal-
litur porro Accurſ. dum ejuſmodi ſpe-
ctacula putat ſublata. *per l. unic. inf. de
glad. lib. 12.* non enim hæc, ſed gladia-
toria prohibentur, ut *& C. Theo. de gla-
diat.* ex nota hiſtoria quæ recitatur. *in
tripartit. lib. 12. cap. 1. & à Simacho lib. 1.
Epiſt. 7.*

In noſtrum.) Sententia hæc eſſe vi-
detur, ut ſi natalis principis, aut impe-
rij ejus incidat in diem feſtum, differã-
tur ludi & reliqua theatrica in diem
proximum. Nam in ferijs illis honora-
rijs ejuſmodi ſolere celebrari oſtendit.
l. 2. C. Theo. de ſpectac.

Amiſsionem militia.) videlicet Pa-
latinæ, hoc eſt, officij munerisque pu- 6
blici quod gerit. *l. in ſacris. inf. de prox.
ſacr. ſcrin. lib. 11.* ac propriè hic ſignifi-
cat munus apparitorum, quod Militia
vocatur. *l. 2. ſup. de ſpor.*

Proſcriptione.) hoc eſt, bonorum pu-
blicatione. Nec verò putet quis pro-
pterea ex uno delicto duplici quẽ pœna
affici. Nam publicatio bonorum in cõ-
ſequentiam venit.

Si quis.) in munere publici conſtitu-
tus, ut congruat ei quod ſupra de amiſ-
ſione militiæ dictum eſt; nam vulgum
ſeu populum ſpectatorem nõ puto hic
notari, ſed perſonas publicas, ut & ver-
ba ſequentia oſtendunt. *Apparitor.
credidit temeranda &c.* Nam
penè inter has præcipua
eſt culpa.

TITV-

TITULUS XIII.

De Iuriſdictione omnium judicum, & de foro competenti.

1. *Continuatio, ubi docetur, quando exceptio incompetentiæ ſit proponenda.*
2. *Partitio huius tituli.*
3. *Iudicis verbum in rubrica poſitum, quos judices hic denotet.*
4. *Notio nomen generis eſt, & duas ſub ſeſe complectitur ſpecies.*
Iuriſdictionis verbo in dubio venit ordinaria & n. 3. 6. & 45.
5. *Iuriſdictionis notatio.*
6. *Eiuſdem lata & ſtricta ſignificatio, ubi de intellectu* l. 1. ff h. t.
7. *Explicatio* l. 3. ff. h. t.
Iudicis & bonorum poſſeſſionis dandæ licentia ſunt mixti imperij.
8. *Iuriſdictionis propriè ſic dictæ definitiones à Bartolo & Goveano traditæ rejiciuntur, tanquam nimis generales, Cujacij verò approbatur, & explicatur.*
9. *Iuriſdictionis propria.*
Iuriſdictio an ſit ius reale, an verò perſonale.
Eadem an ſit ad heredes transmiſſibilis, & ceſſibilis.
10. *Iuriſdictionis partes.*
11. *Iuriſdictionis diviſiones à cauſa efficiente, item à materia num. 12. à forma, nu. 13. fine & effectu nu. 14.*
14. *Territorium quid? & num. 17. ac omnimoda, limitata, & minima juriſdictio quæ?*
15. *Iuriſdictionis in genere cauſa efficiens.*
16. *Iuriſdictionis ordinariæ cauſa efficiens, ſeu, quibus modis juriſdictio ordinaria acquiratur. & nu 17. 19.*
17. *Iuriſdictio & regalia quanto tēpore tàm de jure civili, quàm Saxonico præſcribantur. num. 18*
18. *Tempus ſingularibus præſcriptionibus jure civili præfinitum, jure Sax: non eſt immutatum, & quæ ſint præſcriptiones ſingulares.*
19. *Præſcriptio tranſmiſſibilis, territorio inhærens, acquiritur per ſucceſſionem, jure primogenituræ, & conſanguinitatis.*
20. *In acquiſitione juriſdictionis jure primogenituræ delatæ an nepos filij primogeniti defuncti præferendus ſit patruo?*
21. *Iuriſdictio dignitatibus cohærens quomodo acquiratur?*
22. *Iuriſdictionis delegatæ cauſa efficiens, ac à quibus eadem conferatur. nu. 24*
23. *Iuriſdictionis ordinariæ, quæ electione transfertur, cauſa impulſiva tam interna, quam externa.*
24. *Iuriſdictio privatorum conſenſu non datur, ſed prorogatur.*
25 *Iuriſdictio quibus dari, ac conferri poſſit, ac debeat.*
26. *Iuriſdictionis materia in qua.*
Iuriſdictio in dubio præſumitur adhærere territorio, non perſonæ.
27. *Territorio diviſo an dividatur juriſdictio eidem inhærens, & an feuda dignitatem Ducatus vel Marchionatus &c. annexam habentia, dividi poſſint. & n. 28.*
28. *Diviſio feudi de jure Saxon. perimit ſimultaneam inveſtituram, quod tamen ibid: limitatur.*
29. *Iuriſdictionis ordinariæ materia circa quam.*
Omnes perſonæ, res, & actiones juriſdictioni eius loci, ubi reperiuntur, aut agitantur, ſubiectæ præſumuntur, & n. 46. niſi exceptæ reperiantur, quod limitatur n. ſeq. & nu. 40. 41. 42. 43
30. *Minor in maiorem, aut par in parem non habet juriſdictionem, ne voluntariam quidem, niſi ſe ſponte ei ſubjiciat, ubi deprehenditur vulgata lectio* l. apud 18. §. 1. ff. de manum. vind.
31. *Nemo in ſemetipſum, aut ſuos juriſdictionem habet, niſi voluntariam, ubi de intellectu* l. 16 ff de offic præſid.
32. *Fugitivi & vagabundi, ubicunq; locorum inveniuntur, poſſunt conveniri.*
33. *Nemo ſtatim eo loci ſortitur forum, ubi divertit, niſi ibidem vel contraxerit, vel deliquerit, & citatio ipſi fuerit ibidem inſinuata.*

34. *Tabernam aliquo in loco habentes quatenus juriſdictioni ejus loci ſubjiciantur.*

35. *Cives eo loco, ubi domicilium contraxerunt, recte conveniuntur.*

36. *Incolæ, vicani, ubi forum ſortiantur?*

37. *Scholaſtici, ac mercatores ubi conveniendi remiſſivè?*

39. *Actionum non tantum extraordinariarum, ſed & ordinariarum ratione objecti quatuor ſunt genera, & quod ordinaria juriſdictio magis circa ea, quæ ſunt mixti imperij verſetur.*

40. *Iuriſdictio ordinaria ut olim loco, tẽpore, quantitate, ac qualitate cauſarũ fuit limitata, ita & hodie quoq; eodem modo variat. n. 43*

41. *Magiſtratuum municipalium juriſdictio olim quæ, ac quæ hodie. nu. 42.*

44. *Iure Saxonico quid in majorem ac minorem juriſdictionem veniat, & quando illa hanc ad ſe trahat remiſſivè.*

45. *Iuriſdictionũ delegatæ materia circa quam.*

Iuriſdictioni mandatæ tantum ſubjacent, ea quæ mandari poſſunt, ac mandata ſunt & n. 38.

46. *Iuriſdictionis verbo in dubio venit juriſdictio omnimoda, & ex uno actu juriſdictionis uſurpato, omnes ejus ſpecies, etiam merum imperium uſurpanti cõpetere præſumitur.*

Aucto territorio augetur juriſdictio.

47. *Qualibet civitas in locis ſibi ſubjectis præſumitur habere juriſdictionem omnimodam, & conſequenter ejus reditus.*

48. *Iuriſdictionis reditus qui? ubi diſquiritur, an his quoq; venationes & piſcationes ſint annumerandæ, an vero ſint de regalibus.*

49. *Conceſſione juriſdictionis etiam omnimodæ non veniunt regalia, multo minus ea, quæ pugnant cum honeſtate n. 51.*

50. *Regalia quæ?*

52. *Forma conferendæ juriſdictionis tàm ordinariæ quam delegatæ pendet ab arbitrio conferentis, ita tamen ne in collatione ejus contra jus naturale vel gentium quid præcipiatur.*

53. *Iuriſdictio invitis quoq; poteſt conferri.*

54. *Acquiſito per præſcriptionem aut conſuetudinem uno actu juriſdictionis, omnes actus ad illam ſpeciem pertinẽtes, acquiſiti intelliguntur [illegible] d [illegible] mutatur.*

55. *Iuriſdictio delegata [illegible] mandata nõ debet egredi, [illegible] ſecundũ præſcriptum mandatũ exerceri, juriſdictio vero ordinaria [illegible] præſcriptum juris communis.*

56. *Iuriſdictio per exercitium unius actus juriſdictionalis, quin imo & ſine omni ejuſmodi actus exercitio, modo ſubditi poſſeſſionẽ ejus per contumaciam, aut reluctationem non interverterint, ac præſcripſerint, retinetur.*

57. *Iuriſdictionem non tantum judicialiter per interdicta, ſed & extrajudicialiter manu militari defendere licet. & 64.*

58. *Iuriſdictio ordinaria quomodo probetur, ubi ſimul de modo formandi poſitiones, interrogatoria, & articulos in materia juriſdictionis.*

Probata una aliqua juriſdictionis ſpecie, tota juriſdictio probata cenſetur.

59. *Iuriſdictio delegata probatur reſcripto delegatorio.*

60. *Iuriſdictionis fines*

61. *Iuriſdictionis effectus, ac quibus actionibus, juriſq; remedijs ea poſſit defendi nu. 62*

Iuriſdictio affert dignitatem & honorem.

Ex juriſdictione præſumitur dominium illius territorij, in quo illa exercetur & n. 72.

Ex juriſdictione aliquo in loco exercita nõ tantum omnes res, ſed & homines, qui in iſto territorio reperiuntur, præſumuntur juriſdictioni illi eſſe ſuppoſiti.

62. *Liberi homines, ſubditi tamen, an poſſint vindicari.*

63. *Qui juriſdictionem habet, poteſt mulctare inobedientes, eoſq; coercere, verberibus caſtigare, incarcerare, & pignorationem, & repreſſalia concedere.*

65 *Iuriſdictionem habens omnimodam ſubditos ſuos ad arma convocare, & cuſtodiam ab iiſdem exigere poteſt.*

Subditi ad nova ſervitia non ſunt urgendi.

66. *Iuriſdictionis effectus extra territorium non extenduntur.*

Unde nullus judicum, niſi per ſubſidium juris, alterius territorij ſubditos citare poteſt.

Nemo ſententiam à ſe dictam in alterius territorio exequi poteſt.

Malefici in alterius territorio capi nequeunt.

67. *Iuriſdictionis adjacens eſt mixtum imperium, adjuncta vero, territorium, aut perſona magiſtratuum. nu. 6[illegible].*

68. *Territorij adjacentia & adjuncta n. 70.*

69. *Magiſtratuum adjacentia, & adjuncta.*

71 Iu-

71 Iuriſdictioni affinia, & num. 72.

73. Iuriſdictionis contraria, & n. ſeqq.
Ob denegatam juſtitiam, & bannum privatur quis juriſdictione.

74. Iuriſdictio licet ſolo non uſu non amittatur, & nu 56. tamen ſi ſuperior in denegatione obedientiæ, & prohibitione exercity juriſdictionalis acquieverit, amittitur

75. Interpretum juris circa præſcriptionem juriſdictionis paradoxon taxatur, eandemq; præſcribi poſſe docetur, ubi ſimul in veritatem illius regulæ inquiritur, actus meræ facultatis non præſcribuntur.

76. Iuri obedientiæ adverſus ſuperiorem an, & quanto tempore præſcribatur.

77. Inſignia juriſdictionis ſuæ qui deſtrui, ac tolli patitur juriſdictionem amittit.

DE FORO COMPETENTI

78. Forum competens, & incompetens quod?

79. Forum unde?

80. Forum quid?

81. Fori propria remiſſivè.

82. Fori partes tàm materiales, quam artificiales.

83. Fori ſpecies.

84. Fori competentis cauſa efficiens, item impulſiva num. 85. & ſeqq. materia num. 93. forma num. 94. & ſeqq. finis nu 100.

Forū competens alicubi tribuitur vel ratione
- Perſonæ, & ſūc vel propter:
  - Ordinem ac ſtatum, in quo degit num 85.
  - Conventionem, quam de ſe ſiſtendo in certo quodam loco cum altero inijt, n. 86.
  - Contractū alicubi celebratum n 87.
  - Delictum, & tum vel:
    - Proprium aliquo in loco commiſſum. nu. 88.
    - Iudicis nu. 89.
  - Domicilium nu. 90.
- Rei tam mobilis, quam immobilis n. 91.
- Cauſarum & actionum n. 92.

85. Diverſus perſonarum ordo ſingulis diverſum tribuit forum.
Vt patri in liberos, ita domino in ſervos juriſdictio quædam competit.
Dignitas & miſeria perſonarum non tantum forum cōpetens tribuit, ſed & ex competenti incompetens reddit.

86. Litigantes certum aliquod forum, quod aliàs eſt incompetens, ſuo cōſenſu eligere poſſunt, niſi prohibeantur, ubi referuntur illi, qui in alium judicem conſentire nequeunt.

87. Mulier ſequitur forum mariti.
Matrimonialium cauſarum forum competens quod?

89. Iudice competente juſtitiam partibus denegante forum ejus poteſt declinari, & ad ſuperiorem provocari, quod ſi hic quoq; jus & juſtitiam adminiſtrare recuſet, ad Eccleſiam provocare licet.

91. Rei immobilis ibi ſaltem peti poteſt, ubi ſita eſt, mobilis verò ibi ſaltem vindicari, ubi reperitur, alibi tamen actione perſonali peti non prohibetur.

92. Sicut Conſiſtorium Papæ omnibus Clericis ita curia Imperatoris, & cujuſvis Principis non recognoſcentis ſuperiorem, omnibus tam mediatè, quàm immediatè ſubjectis, eſt commune competens forum.

93. In forum ſive judicium deduci poſſunt cauſæ tam ſpirituales, quam ſeculares.

94. Actor forum Rei ſequitur, & ſi Reus eſt multiplicis fori, penes actorem eſt eligere, in quo ipſum convenire velit.

95. Præventio citationis quatenus Reum multiplicis fori ſubjiciat tantum juriſdictioni ejus, qui eum primus citavit.

96 Si Reus plura habet fora, ſed ſibi ſubordinata, non poteſt omiſſo intermedio ad ſuperiorem trahi, niſi per viam appellationis.

97. Quibus juris remedijs quilibet judex forum ſuum tueri poſſit.

98. In foro Eccleſiaſtico ſaltem ſecundum jus Canonicum, in foro verò ſeculari ſecundū ſtatuta, conſuetudines, & leges pronunciatur.

99. Sententia lata à judice rei conventi ordinario, mandatur executioni à judice loci, ubi bona eius ſita ſunt.

100. Fori competentis finis & effectus. Iuriſdictio uniuſcuiuſq; ipſi inviolata eſt relinquenda.

ctione ſimplici. *l. ult. h. tit.* etiam dele-
gata, *tot. tit. de offic. eius.* propriè tamen
juriſdictionem ordinariam ſignificat.
*tot. t. hic & ff. eod. & ſup. tit. qui pro ſua
juriſdictione. ac alibi paſſim.* Hæc de
nominis, nunc de rei definitione. Go-
7 veanus † dum ad *l. 3 eod* exiſtimat, ibi
juriſdictionē definiri, non videtur aſ-
ſecutus ſententiam Ulpiani, qui definit
ibi imperium, non juriſdictionem;
nam hæc ſanè latius patet, quam bono-
rum poſſeſsio, aut judicis dandi licen-
tia. Itaque ſecundum hanc interpre-
tationem vicioſa fuerit definitio, utpo-
te quæ definito longè anguſtior eſſet,
ſed nec dare judicem, aut bonorum
poſſeſsionem, ſunt juriſdictionis, ve-
rum imperij mixti: De judice dando
textus, *in l. cum prætor. 11. §. 1. in ver.
propter vim imperij. de jud.* de bonorum
poſſeſsione danda *in l. 4. ff. eod.* idq; vo-
luit Ulpian. *d. l. 3.* dividens imperium,
in merum, & mixtum, & illud defini-
ens eſſe poteſtatem gladij, ſeu poteſta-
tem ad animadvertendum in facinoro-
ſos, lege nominatim datam. *l. aliud. 131.
§. 1. de verb. ſignificat. l. 1. de offic. ejus.*
Hoc illud eſſe, cui & juriſdictio in-
ſit, exempli gratia, ut quod in danda
bonorum poſſeſsione conſiſtit. *l. 1. l. 4.
eod. tit* & judicis dandi licentia, hoc eſt,
poteſtate ſeu facultate, de qua *in d. l.
cum prætor. 12. de jud. & tot. tit. qui pro
ſua juriſdict.* nā licentia in verbis ſem-
per in malam partem accipitur, in fa-
ctis etiam in bonam. *ut Cic. lib. 3. offic.*
nobis noſtra Academia magnam licen-
tiam dat. *Tacitus. lib. 14.* ſtatuerent ut
vellent, data etiam abſolvendi licen-
tia. Hæc porro judicis dandi pote-
ſtas, ſicut & miſsio in bonorum poſ-
ſeſsionem habet annexam juriſdictio-
nem Neutrum enim abſque cognitio-
ne decernitur, nec jubere poteſt judi-
care, aut juriſdictionem exercere, qui
ipſam non habet. *ut l. 4. §. ult. & l. 6. de
offic. proconſ.* Sententiam hanc eſſe puto
to Ulpian, quamvis verba, ut alias ſæ-
pe, mutilata recitentur. Iuriſdictio † eſt 8
poteſtas jure publico introducta, cum
neceſsitate juris dicendi, & æquitatis
ſtatuendæ *Bart. num. 3. poſt gloſſ. l. 1. e-
od. & ibidem Zaſ. ac in l. 3. ff. eod.* ubi o-
mnes *Doctores. Oldend. in claſſibus.* &
alibi alijs locis eandem definitionem
explicant. Goveano eſt publica ſtatu-
endi de negocio criminali, vel civili
poteſtas, ſed hæc etiam imperium cō-
plectitur, & omnem juriſdictionem,
cum tamen in definitionibus verba
propriè ſint accipiēda, & à juriſdictio-
ne diſtinguat imperium utrunque. *Ul-
pian d. l. 3.* Cujacio *in par. is ff. h. tit.* re-
ctius eſt notio, & definitio cauſarum,
quæ magiſtratus proprio jure compe-
tit. Magiſtratum definit Ulpian. qui ſit
cum aliqua poteſtate. *l. cum. 13. §. 1. eod.*
hoc eſt, cum imperio. *l. poteſtatis. 215.
de verbor. ſign.* Cujacius, *ad tit. de orig.
jur.* publicam definit eſſe perſonam,
quæ juriſdictioni præeſt, quæ pro tribu-
nali cognoſcit, cui publicè judicium,
juriſque dictio data eſt. Notio ut ge-
nus ponitur. *d. l. notionem. l. ait prætor. 5.
de re jud* in quo eſt differentia, qua ju-
riſdictio ab ijs, quæ ſunt imperij, diſ-
cernitur, cum hac verſentur in execu-
tione. *l. 1 l. 3. ff. eod l. à divo. pio 15. de
re judica.* illa in cognitione, *d. l. 5. de re
judica.* Alteram differentiam exhibent
ea verba, quæ proprio Magiſtratus ju-
re competit. *l. 4. ver. cum propriam.
de off. eius cui. l. 5. in ver. qui eam ſu-
re non alieno beneficio. ff. eod.* & [illegible]

hanc primò ab imperio mero, quod non proprio magiſtratus jure, ſed ex ſpeciali conceſſu competit. *l. 1. de offic. ejus cui.* Deinde ab extraordinarijs cognitionibus, quæ certis ex legibus, aut moribus ſpecialiter magiſtratibus injunguntur. *tot. tit. de var. & extr. cog.* Tertio à mandata jurisdictione, quæ non proprio jure, ſed alieno beneficio habetur. *l. 5. 6. l. ſolet. 16 ff. eod. l. 1. 3. 4. de offic. ejus.*

Quarto ab arbitrio, cuius poteſtas non ex jure fluit magiſtratus, ſed privatorum conventione conſtat *l. 5. in prin. in ver. communis electio ſup. de recep arb.*

D Propria † jurisdictionis ſunt, quod ſit juris publici. *l. ſi quis id. 7. ff. eod. ubi Dd. l. 1. §. huius ſtudij. ver. magiſtratus. de inſt. & iur.* & quidem publica dignitas. *c. ſtatutum. 11. de reſcript. in 6.* ac univerſitas quædam, ſeu jus quoddam univerſale. *l. prætor. 17 ff. eod. Zaſ. l. 3. num. 10. de edend. Panor in c. cum ſeculum. num. 1. de iur. patr* item incorporale. *gloſſ. & Dd d. l. 3. ff. eod. num. 7.* cuius qualitas intellectu magis percipi, quam demonſtrari poſsit. *Bald c. 1. §. ad hoc. num. 4. de allod.* Eſt enim quiddam cogitatione à territorio abſtractũ, quod intellectu percipitur, ut ait. *Montu. præall. loc.* Quanquam juris interpretatione rebus corporalibus ſoli, ſeu immobilibus annumeretur *c. licet. 9. ubi Dd. de probat.* ut reliqua jura incorporalia *l. iubemus. 14 ſup. de SS. Eccleſ* maxime quæ rebus ſoli adhæret. *l. 2. infr. de ſervit.* quemadmodũ & iurisdictioni plurimum rebus ſoli, nempe territoriis, inhærent. *l. 1 § 4 de off. præf. urb.* propriè tamen non eſſe jus reale, ſed perſonale vult. *Bart. in l. ult. n. 4. uti poſſidet.* quamvis, quoties territorio inhæret, putarim potius eſſe jus reale, ſicut ſervitutes prædiales, quia tunc cum re tranſit, nec cum perſona extinguitur. *Bald. in l. 1. num. 26. inf de emancip. liber* ex ratione. *l. ſi debitor. 12 inf de diſtrah. pig.* ex iis quæ notantur *à Bald. Alvar. & Dd in c. 1. de cap. qui cur. vend.*

Cæterum quoniam incorporale jus eſt, ut diximus, ſequitur & individuum eſſe. *gloſſ. c. prudentiam. 21. ver teneatur. ubi Panor. num. 11.* eoq; pluribus exiſtentibus ſucceſſoribus in ſingulos in ſolidum tranſit. *Bart. in l ſi uni num. 9. de re iudic. & l ult. num. 3. de rer diviſ. Bald. in l. ſi plures, 5. n. 1. 3. 4. inf. de cond. inſert. Montan. c 78 n 7. cum ſequent. in tract. fin. regund.* Eſt & ſua natura jus perpetuum. *l. 3. cum ibi notat. inf de fun. patr. lib. 11. Bald. in l. 1. num. 20. inf. de emancipat.* & transmiſsibile ad heredem. *Boerius deciſ. 204. in fin. per doctrinam. Bald. in d l. 1* eoque ceſsibile. *d. c. 1. ubi Dd. de cap. qui cur. vend.* per ea quæ traduntur. *in l. ſi ex pluribus. 42 ubi Bart de adm. tutor. l. non ſolum. 67 § ſi puellæ. 4. de ritu nuptiar. l ſi ſtipulatus. 70. de verb. obligat.* niſi cum electione competit *Bart. in l. non ambigitur num. 2.* de ll. Omitto hic quærere an ſit ius præſcriptibile, nam jure veteri id quæſtionis eſſe poterat, quo incorporalia non æquè præſcribebantur. *l. ſervus. 43. §. 1. de acquir. dom.* quia nec poſsideri videbantur. *l. 4 § ſi viam. l. ſi aliena § 1. de uſucap.* jure novo non item, cum in his iam cadat præſcriptio. *l. ult. inf. de præſc. long. temp. l. 2. inf. de ſerv.* eoq; & in iurisdictione. *l. viros. 8. inf. de diverſ. offic & apparit. lib. 12. l. 2. infr. de fund. limit. lib. 11. cap. auditis. 13. c. cum olim. 18. de præſcr.*

10 Partes † jurisdictionis ſunt cognitio cauſæ, & definitio. *l. notionem d. l. aut prætor. l. judices 9. ſupr. de iud.* Partes eiuſdem facit Iuriſconſultus univerſitatem, & ſpeciem aliquam iurisdictionis, quam univerſæ iurisdictioni opponit. *l. ſolet. 16. l. prætor. 17. eod.* Dividitur etiam in habitum, quatenus eſt in potentia, & actum, quatenus exercetur. *Bald in cap. 1. §. ad hoc. numer. 4. de allod.* Ubi additur non minus eſſe jurisdictionem in potentia, quàm in actu. Partes & gradus meri & mixti imperii, & jurisdictionis ſimplicis variè ſtatuunt *Bart. Iaſ. Longoval. & alij. in l. 3. ff. eod. & Montan. lib. 3. de ratio. ſtudij. in princ.* quæ nunc perſequi non eſt neceſſe.

11 Iurisdictionem † à cauſa efficiente dividere poſſumus in Ordinariam, quæ datur à lege *l. 6. ff. eod.* aut eo, quod vim legis habet, ut conſuetudine. *l. 5. ff. eod.* principe, ſtatuto. *Bald. & Dd. in l. 1. infr. de emancipation.* mandatam. *l. 4. 5. 6. ff eod.* aut univerſalem, aut ſpecialem. *l. prætor. 17. eod* à quarum utraque diſtat judicem dare. *l. cum prætor. 12. de iud. l. legatus. 12. de off. proconſ.* item in prorogatam, quæ eſt extenſio jurisdictionis, facta privatorum conſenſu. *l. 1. hoc tit. l. ſi qui. 8. ſupr. de Epiſc. aud l. 1. 2. de iud.* Item dividitur in communem ſeu ordinariam, & ſpecialem, quæ aliqua ſpeciali lege datur; *ut in l. 1. de offic. eius & tot. tit. de extr.*
12 *cog.* A materia † dividere licet in criminalem. *l. ſolemus. 61. §. 1. de iud. l. 1. de off. præf. urb.* & civilem. *l. 1. hoc tit.* in forenſem & militarem. *l. penult. hoc tit. tot. tit. ſupr. de offic. milit. iud & de off. civ. iud.* Fiſcalem, & privatam. *l. 1. hoc tit.* Romanam, id eſt, urbanam, & provincialem. *l. ex omnibus. 10. de offic. præf. l. ultim. l. 2. ff. de offic. proconſul.* à qua diſtat municipalis. *l. incola. 29. ad municip.* Nam illa eſt Romanæ civitatis, hæc autē municipii. Itē in ſpiritualem, & corporalem. *c. 5. 7. 8. 10. de for. comp. cap. 4. de iud. & tit tot. ſupr. de Epiſc.* In allodialem & feudalem. *c. ex transmiſſa. 6. de for. comp. cap. cæterum. 5. de iud. tot. tit. apud quem vel quos: & de contr. feud. & an apud iudic. & de contro. int. Vaſ.*

A Forma † in contentioſam quæ 13
cum cauſæ cognitione peragitur, & voluntariam, quæ abſque contentione, de voluntate partium exercetur. *l. 1. ubi gloſſ. ad ver. conſilio & Dd. de off. conſ. Maran. in ſpecul. aur. par. jud 4. diſtin. 18. num. 2.* Item in ordinariam, quæ uſitato judiciorum ordine procedit, & ſummariam, in qua ſolennia iuris Civilis omittuntur. *clement. ſæpe. ubi Dd. de verbor. ſignif.*

A Fine & effectu † in omnimodam 14
plenam, ſeu largam, ut loquuntur Dd. & in limitatam, ſeu mediā; ac minimam quæ ex diſtinctione territoriorū dignoſcitur. Territoriū eſt univerſitas agrorū iurisdictione munita. *l. pupillus 239. §. territoriū. de verb. ſignif.* Iurisdictio, quæ adhæret territorio, quod facit provinciā, omnimoda, ſive plena dicitur. *l. 1. ſu. de off. rect. prov. d. l. ex omnib. 10. cum ſeq. de off. præf.* Media ſeu limitata iurisdictio putatur, quæ cohæret civitatibus, & aliis territoriis ſingularū civitatū, ut *l. ult. ff eod in authent de defenſ. Civi. tot. tit. de iurid.* Minima iurisdictio creditur adhærere villis, & Caſtris, quæ formam, & ius Civitatis non habent; ut exponit. *Bald. in c. 1. § ad hoc. num. 7. de allod. Bart. conſil. 189. num. 3.*

Sed

quando. de inoff. teſta. & ſimil. Derogatio enim juris communis, non tollit beneficium, aut jus ſpeciale. *l. decuriones. inf. de ſilentiarijs. lib. 12 gloſſ in Authen. de bar. ab inteſt. in princip. ad ur. vacantibus. c. cum ordinem. ubi CC. de reſcript. Iaſ. in l. 4. num. 15 ſup. de pact.*

19 Defertur etiam juriſdictio † quæ quidem territoriis adhæret tranſmiſſibilis, ſucceſſione, & regalis juriſdictio cum ipſo regno *c. licet. 6. de voto & voti redemt.* jure primogenituræ inter liberos, jure genituræ ſeu proximitatis inter collaterales. *d c. licet. in ver. ordine genitura. Bal. in Authent. ex teſtamento in fin. infr. de collat. laid Tiraq. in tract. primog. quæſt. 30. cum multis ſequent.* & quidem in infinitum omnibus quæritur, qui ſunt ex ſtirpe Regia, etiam ad centeſimum uſque gradum, ut loquitur *Bald. in c. 1. num. 3. de feu. March.* quæ eſt pulchra limitatio *ad §. ult. Inſt. de ſucceſſ. cogn.*

20 Cæterum an hac in parte † nepos ex filio primogenito defuncti ſit ſecundo genito præferendus, ex jure repræſentationis, quod magis obtinuit, & in quam ſententiam Doctorum major pars inclinat fuſiſſimè traditur *in d c. licet & c. grandi de ſucceſſ. prælat. Bald. in l. tutela. §. ſi duo. de legit. bar. Iſer & Pendiſta in c. 1. de feud. ſucceſſion. Iaſ. in l is poteſt. de acq. hared. & fuſiſſ. Tiraq.*

21 *de jure primogen quæſt. 40.* Quæ verò † magiſtratibus & dignitatibus adhærent, aut territorio, cujus juriſdictio non eſt tranſmiſſibilis, ſed perſonalis, ut in *l. de off. præf. urb.* ex per electionem deferuntur, & acquiruntur, ut imperatoria electione eorum principum, qui inde Electores dicti ſunt, *de quibus aurea bulla Caroli 4. c. Venerabilem. 34. de elect. Bart. d. l non ambigitur per totum. d. ll. II nniug. Coden conſil. 12. cum ſeqq.* Epiſcopalis jure Canonico electione capituli ſeu Canonicorum *tot. diſtinct. 62. & 63. & paſſim tit. de elect.* Iure verò civili, & veteris Eccleſiæ more totius populi, aut majoris partis conſenſu *l. ſi quenquam. 31. ſup. de Epiſcop. & Cleric. & Auth. de ſanct. Epiſcop. in prin.* Reliquæ juriſdictiones civiles, Romanæ quidem, tribuuntur à principe *l. 1. & 2. cum ibi not. ad l. Iul. de amb.* municipales vero, & univerſitatis electione communitatis, ſeu univerſitatis *l. ult. l. 1. gloſſ. in l. 6. ff eod.* ſeu ordinis, cui univerſitas commiſit *l. item. 6. §. 1. ubi Bart. num. 1. cum ſeqq. ll. ff. quod cuiuſq. univ:* pro more ſcilicet, & lege cuiuſq; regionis, quæ ſunt hic obſervanda, ut rectè inquit *Bart. in d. l. illud. n. 2. quod cuiuſq. univ:* Et conſenſu principis cui ſubſunt, (vel præfecti eius provinciæ, in electione Magiſtratuū municipalium *gloſſ. in d. l. 6 ff. eod. per § veterum. & §. etſi. eadem in Authent. de defenſ. civitat.*) qui eſt fons & cauſa cauſarum omnis juriſdictionis. *Innoc. in c. cum ab Eccleſ. nu. 1. de off. ord. Ang. & Dd hic in rub. & ff. eod.* in quo radicata eſt originaliter. *Bart l. 1. in fin. ff. eod. Mar. par. 4. diſt. 5. nu. 3.* apud quem tanquam fontem reſidet, à quo fluit, & in quem refluit, ſicut flumina in mare; Vnde ne minima quidem juriſdictio (ſcilicet ordinaria) ſine Principis autoritate, mediate, aut immediate confertur. *c. 1. §. judices. ubi FF. de pac. tenen. int. ſubd & c. juram. firm. Bal. in c. 1. in princip. quis dic. dux Mar. & c. 1. §. ad hoc num. 2. de allod. Pan. conſil. 6. nu. 2. vol. 2. Cur. ſenior conſil. 65. num. 2.* Et hæc quidem, de ijs cauſis, ex quibus ordinaria juriſd.

Dd defer-

deſertur, qua de re plura *gloſ. & Dd. in l. & quia 6. ad ver. nec ipſa lex ff eod.*

22 Cæterum delegatam juriſdictionem† conferre ij demum poſſunt, quibus lege aut more conceditur. *l. cum prætor 12. de jud.* quos & ipſos recenſet *gloſ. 1. in l. eu n. 13. & d. l. 6 ff eod.* ut ſunt princeps *l. 6. ſup. de jud.* Ordinarij *l. 4 5. ff eo.* Delegatus ad univerſitatem cauſarū, *l. 1. 5 ult. ubi Dd. quis à quo app.* non etiam alijs, niſi poſt litem conteſtatam *gloſ. in d. l. 6. arg. l. neg. ſup. de procur.*

23 Cauſa † Electionis impulſiva reſpectu juriſdictionis & territorij neceſſitas, ut quia vacat, & ſucceſſore opus habet. *c. quia. 42. de elect. & tit. ne ſede vacant. aliquid innov. ubi Dd.* quo ad eligendum non ambitio. *l. ſi quenquā. 31. ſup. de Epiſcop. & Cler.* aut ſuffragium proprium. *c. cum in jure. 33 de elect. c. in ſcripturis. cum ſeqq. 8. q. 1.* aut alterius, cujus non ſit eligendi. *c. Epiſcopo 8. q. 1* multo minus pecunia. *d. l. ſi quenquam 31. & § præ omnibus. in Auth. de ſanct. Epiſcop. c. per inquiſitionem 26. de elect. & not. in l. 1. ad L. Iul. de amb.* fama *c. auditu 29 de elect. d. §. præ omnibus.* metus & terror *Bal. in l. 2. §. ſed et ſi. num. 27. inf. communia de l. g. & tract. de ſchiſmate nu. 17* aut alius affectus pravus. *d. c. auditis.* ſed ſuffragatio virtutis, doctrinæ, & aliorū inſtrumentorum, quæ ad juriſdictionem obeundam ſunt neceſſaria. *d. l. ſi quenquam. 31. l. ſacroſanct. 34 ſup. de Epiſcop. §. 1. in Authen. eod. & Novella. 1 2. 3. c. 2. cum ſequent. diſtinct. 61.* quæ ſufficit in eligendo mediocria eſſe, quamvis magis idoneus inveniri potuiſſet. *l. cum quidam. 24. ubi gloſ. & Bartol. ad ver. qui non offenderint l. cum pater. 77. § rogo. 25. de leg. 2.*

Privatorum conſenſus † juriſdictionem non dat *l. 3. hoc tit. l. penultim. de jud. gloſ. d. l. 6. ff. eod.* quia quam ipſi non habent, dare alteri non poſſunt. *l. 4. §. ult. de offic. procons.* prorogare tamen poſſunt eam. *l. 1 2. de jud. l. 1. hoc tit. l. eſt receptum. 14. l. ſi convenerit. 18 ff eod.* 24

Dari † autem poteſt juriſdictio omnibus etiam invitis *c. paſtoralis 28. in princip. & §. 1. de off. delegat.* minoribus *l. quidam. 57. de re iud. c. cum vigeſimum. 41. de offic. delegat.* filijsfamilias. *l. filius 9. de his qui ſunt ſui iur. l. ille. 13. §. ultim. ad Trebellian.* Vni, vel pluribus *l. duo 39. de re iud. c. prudentiam. 21 c. cauſam. 17. de offic. delegat. c. plures. eod. in 6.* Civibus tamen potius, & indigenis cuiuſque loci, quam extraneis *l. Divi. 24. de tut. dat. c. ne pro defectu. 41. c. cum inter 18 de elect.* Etſi vero judicare quidam prohibeantur, vel natura, vel lege vel moribus, *l. cum prætor 12. de iud.* eoque juriſdictio his mandari non debeat, quæ induſtrijs eſt committenda, qui alio aſſeſſore, & cōſiliario non habeant opus *c. ſtatuta 11. §. aſſeſſorem. de reſcrip. in 6.* ordinaria tamen juriſdictio videtur & his concedi poſſe *l. quidam 57. de re iudica.* ſic ut & jure hereditario cum territorio ad perſonas minus idoneas transfertur. Nam & hæ perſonæ per ſubſtitutos (conſiliarios) quod ſibi deeſt ſupplere poſſunt, ut traditur in *c. dilecti 4. de arbitr.* 25

Materia † in qua ſunt perſonæ, & loca, ſeu territoria. *Bald. in d. c. 1. §. ad hoc num. 4. de allod.* juriſdictio ineſt ter- 26

ſito.

ritorio materialiter, & paſſivè, tanquā in re inanimata, ſicuti ſervitus in fundo, ut loquitur *Bald. in l.1. § in initio. num.2. de off praefe. urb & in d. §. ad hoc nu.4.* perſonis verò ineſt tanquam ſubjecto animato formaliter, & activè, ut loquitur *Bal. d. §. ad hoc num. 7. de allod. & in d l. 1. § in initio. numer. 2. de offic. praef. urb. Iaſ. in l.1. num. 25. ff eod. Boër deciſ. 227. num. 7. Monta. tract. fin reg. cap. 11. num. 5.*

Plerunque tamen, & in dubio cenſetur adhaerere territorio à communiter accidentibus, ut vult *Bart. in l. inter num. 1. 2 de acquir. rer dom. & in l. inter. 36. n. 6. de admin tutor. per d. l. 1. §. in initio. de offic. praefect. urb. d. l. pupillus. 239. §. territorium de verb. ſignif. d. l. quicunq. inf. de ſun. limitroph. lib. 11.* non perſonae, penes quam eſt tamen exercitium *Bart in d. l. inter. pro quol. ubi infr. ubi & ap. quem.* Unde cum territorio transfertur *Bart d l inter. Bald. & communiter. Dd in c. 1 de capit. qui cur. vend. Iaſ. l. 1. num. 6. ff eod latè Felin c. Rudo. ſ phus. 35. num. 7. de reſcrip.*

27 Et diviſo territorio, † cenſetur una juriſdictio diviſa. *Bart d l. inter. Caſtr. conſ. 187. notandum num. 2. 3. Alexand. conſ. 187 in conſultatione. num. 6. volu. 5.* ſicut reliquae ſervitutes *l. arbor. 19 §. aquarum Communi divid.* exceptis iis, quae prohibentur aut non poſſunt dividi. *Bart. in d l. inter.* ut ducalibus feudis, ac iuriſdictionibus regalibus. *c. 1. §. praeterea. de prob. feu alien.* In dubio enim intelligitur diviſio ſecundum legem fieri *l. 2. ubi Bald. in fin. hoc not. infr. de cond. inſer.* ſicut & reliqui contractus. *l. ſi prius. 17. § 1 de aq. plu. Dd. in l. nemo. de leg 1. latè Socin. conſ. 19. adjit. nu. 6. & 7 volum. 1.* Atque ita communiter diſtinguit. *Bal. num. 5 Alvar. nu. 7. d. §. praeterea. Item Bald. in l. ſi plures nu. 7. infr. de cond. inſer. Alexand. d. conſil. 187. num. 6. volum 5. Curt. part. feud 4. q. 30. num. 122. Henning. Goden. conſ. 20. de div. duc num. 8. & 14.* Quam ego diſtinctionem inanem, & frivolam puto: Nam aut non fit, nec fieri poteſt eiuſmodi territoriorum, & iuriſdictionum diviſio, ac malè tum de diviſione quaeritur, cum habeatur pro impoſſibili, quod ritè non licet, ut dictum eſt *ad tit. de cond. inſt.* aut fit iure, & fieri poteſt, puta ex conceſſu principis, & conſuetudine nunc univerſali, *ut Dd. teſtantur in d. § praeterea ducatus, & Alexand. conſil. 6. viſis. vol. 5. Oldrad. conſil. 237. Socin. conſil 18. viſis. num. 4. vol. 2. Schurf. conſil. 37. cent. 2.* & tunc verius eſt, cum acceſſorium ſequatur principale. *l. cum principalis. 178. de reg. iur. c. acceſſorium. eod. in 6.* etiam hic iuriſdictionem dividi, *arg. d. l. arbor. §. aquarum.*

Nec obſtat quod contrahentes ſe intelligantur informaſſe iuri; Nam hoc accipiendum eſt, non de iure abrogato, ſed uſitato, *ut Iaſ. & alij notant ſup. ad l. ſi contra ius vel util. publ.* Sanè quia † res haec de iure civili eſt diſputabilis, non tamen aequè iur. Saxon. 28
quo diviſio ſimultaneam inveſtituram rumpere putatur, eò quod omnia perfectè dividit **Lehenrecht.** *cap. 32. cum ſimil.* ideo principes Germaniae plerique, praeſertim qui non reguntur iure Saxon. & nominatim Brandeburgici, id privilegii ab Imperio habent, ut eorum ſimultaneae inveſtiturae, & communi juri nihil obſit territoriorum diviſio, quo caſu magis eſ. creditum

Dd 2 iuriſ.

juriſdictionis quam ipſa juriſdictio videtur dividi.

29 Materia circa quam † ſunt objecta juris, perſonæ res, & actiones, quæ omnes intelliguntur ſubjectæ juriſdictioni eius loci, ubi reperiuntur, & agitantur *c. 2. de reſt. ſpol. in 6. c ult. de off. archid c. cum Epiſcopus. 7. de off. ord. in 6.* niſi inveniantur exceptæ. *l. ult. ubi Iaſ. & Dd ff. eod.* Perſonæ excipiuntur ma-
30 jores † eo, qui jus dicit, id eſt, penes quem, eſt jurisdictio. *d. l eſt receptum. 14 verſ. ſi quis maior. h. t.* vel pares *d. l. eſt receptum. verb æquales. l. 4. de recep. arb. l. præcipimus. §. ult. inf. de apellat.* in quas non eſt imperium *d. l. 4.* nec jurisdictio. *d. l. eſt receptum. 14.* etiam voluntaria. *l. apud filiumf 18. §. 1. de manu. vind.* (*ubi text. Florent.* negativam habet, *non poteſt* cuius omiſſio in vulgatis Accurſium & Dd. *in d. l. eſt receptum* decepit) niſi ſponte ſe ſubijciant *d. l. eſt receptum. l. ille à quo. 13. §. tempeſtivum 4. ad S. C. Treb.*

31 Item † perſona propria jus dicentis. *l. 5 de off præſi.* & eorum qui ſunt in poteſtate, vel affectione, ut dixi *ſup. ad t. ne quis in ſua cauſ. jud. vel jus dic. ex l. qui juriſdictioni 10. h. t & l. in privatis. 77. de iudic.* cui addi poteſt. *l. pars literarum 48. eod. tit.* niſi in jurisdictione voluntaria *l 5. de manu vind.* Eodem pertinere putatur, & ſupra ad idem allegata eſt, *l. ſenatuſconſulto 16. de offic. præſ.* quæ propius intuenti alium ſenſum gignere videtur, nempe, ut eo ſenatuſconſulto nõ agitur de juriſdictione provinciali, quam præſides in ſuos exercent, ſed de urbana, ut videlicet de his quæ provincias regentes, comitesq; eorum, aut libertini, antequam in provinciam venerint, contraxerunt, (Nam quæ, poſtquam in provinciam ingreſſi ſunt, atque ita officium obire cœperunt, Romæ contrahunt, de his judicium patiuntur, ut in *l. non alias 24. cum l. ſeq. l. 2. §. omnes. 4. de iud.* ubi perciſſime jus dicatur, videlicet Romæ, & in eorum domicilio, ut in ſimili eſt tex. *in d. l. 2. §. legatis 3. de iud.* ita tamen ut actiones, quæ ob eam cauſam inſtitutæ non eſſent (nam iam inſtitutæ per litis conteſtationem perpetuæ fiunt, ut in his iſta cautione non ſit opus) poſteaquam eorum quis ea provincia exceſſetit atque ita Reipubl. cauſa abſens eſſe deſierit, reſtituantur, ſi forte dies eorum exigit, id eſt, præſcriptus eſt. *l. 1. l. item. 21. cum l. ſeqq. inf. ex quib. cau. major.*

In fugitivos ſervos † ubicunq reperi- 32
untur, Magiſtratus municipalis, habet juriſdictionem. *l. 1. de ſerv. fugit. l. pen. §. ult. eod.* quod nunc tralatitium eſt in omnibus fugitivis, & vagabundis Reis, criminoſis, obæratis, ut ubicunque inveniantur, jurisdictioni quamvis alias incompetẽti, cuiuſq; loci ſubijciantur. *glo. & Dd. l. 1. l. 2. inf. ubi de crim. l. 1. inf. ubi quis de curial. vel cohort. §. ſi vero. in Auth. ut nulli iud.* Cæteroqui † non o- 33
mni loco, ubi quis divertit, conveniri poteſt, niſi forum ibi contrahendo, delinquẽdo ſortiatur. *l. heres 19. cum l. ſeq. de iud.* nec tum quidem aliter, quam ſi citatio, quæ præventionem inducit. *c. propoſuiſti pen. c. ult de foro compet.* eum apprehendat. *c. Romana. §. cõtrahentes. de for. compet. in 6. gloſſ. & Dd. in d. l. heres abſens.*

Qui tabernam † aliquo loco habent, 34
ibi juriſdictioni ſubijciuntur, niſi confeſtim diſcedant. *d. l. heres. 5. 1. ut in nundinis. l unic. infr. de nund.*

Cæte-

35 Cæterum † cives cujusque loci, hoc
eſt, qui perpetuum domicilium ha
bent, & fidem dederunt, non dubium,
quin ſubjiciantur in territorio, non
extra. *l. 2. ſi quis in jus. l. 5. de jud. l. ult.*
36 *ff. de jurisd.* Ab his diſtant † incolæ *l.*
29. ad municip. Hi jurisdictioni quo-
que ſubjiciuntur, quia non confeſtim
diſcedunt, ut qui nundinantur. *l. 2. inf.*
de incolis. lib. 10. l. libertus. 17. §. ſola. 5.
l. domicilium. 20. ad municip. Sicut &
vicani proximi (qui in vicis habitant)
ſi nullo ſpeciali jurisdictione tenean-
tur. *l. qui ex vico. 30. ad municip.* & ita
accipiatur theorica. *Bart. in l. ſi conve-*
nerit. §. 1. de pign. act. Bald. in c. cum o-
lim. de præſcript.
37 Cæterum † qui nec ſubditi ſunt ra-
tione originis, vel domicilij perpetui,
nec incolæ ratione domicilij tempo-
ralis, nec contra ſtatim recedunt, ut
hoſpites, ſed diutius aliquo loco com-
morantur, ut ſcholaſtici, mercatores,
& ſimiles, quatenus jurisdictioni ſub-
ijciuntur, licet diſcere ex *Pan. & praci-*
puè Socino in c. ex parte. 15. & c. ult. de for.
38 *comp.* Et hæc obtinent † in ordinaria
jurisdictione; nam mandatæ non ſub-
ijciuntur, niſi illæ perſonæ, in quas ju-
risdictio eſt mandata, ſive in univer-
ſum, ſive in certas perſonas. *l. prætor.*
17. ff. eod.
39 Res & actiones, † quæ cognitioni
ſubjacent, in quatuor genera diſtri-
buit Calliſtratus. *l. 5. de Var. & extr. cog.*
aut enim inquit de honoribus, ſive mu-
neribus gerendis agitatur, aut de re pe-
cuniaria diſceptatur, aut de exiſtima-
tione alicujus cognoſcitur, aut de ca-
pitali crimine quæritur. Etſi autem de
extraordinarijs cognitionibus agat; ta-
men in ordinaria jurisdictione idem fe-
re ſubjectum, & argumentum eſt, ut
intelligi licet. *ex l. 1. & paſſim. tot. tit.*
ff. eod. l. 4. 6. de offic. proconſ. l. congruit.
& paſſim tot. tit. de off. præſ. & in Aut-
hent. de mand. princip.
Jurisdictio tamen ordinariorum, qui
tribunali præſunt, verſatur magis circa
ea, quæ imperium permixtum habent.
l. 1. l. 3. 4. ff. eod. cujuſmodi etiam ſunt
extraordinariæ cognitiones, quæ ſpe-
ciali lege ijs imponebantur. *l. 1. de extr.*
cog. & tot. tit. eoque nec mandari po-
terant. *l. cum hi. 8. §. ſed nec. 17. de trans.*
Habuit tamen & horũ jurisdictio † ſuos 40
limites, non modo ratione loci, ut Ro-
mæ præfecti urbis *l. in princ. & §. 4. de*
off. præf. urb in provincijs præſidum e-
rat jurisdictio. *l. 1. 2. 4. de off. proconſ. l.*
4. de off. præſ. tot. tit. de off. jurid. Alex.
aut temporis: nam olim Magiſtratus
erant annui, non ſolum Romæ, ſed et-
iam in provincijs, ut Cicero *in Epiſt.* o-
ſtendit: Et poſt ſub Auguſtis arbitratu
principum duraverunt, *ut ex Suetonio,*
Tacito, & alijs conſtat, etiam municipa-
les. *argu. l. 4. & ult. ſup. de def. civitat.*
Verum etiam cauſarum, ut Romæ pu-
blica tractarunt Conss. privata jurisdi-
ctio fuit penes prætores, & in his alius
civibus jus dixit, alius peregrinis, alius
de fideicommiſſ. *l. 2. §. cumq. 27. &*
ſeqq. de orig. jur. Deinde & ædiles ſu-
am habuerunt jurisdictionem circa
contractus, annonam, vias publicas,
&c. *de qua tit. de ædil. edict.* atque alij
aliam, nemo de cauſis capitalibus, abſ-
que ſpeciali conceſsione. *l. 1. de off. ejus.*
præterquam extra ordinem Dictator.
l. 2. §. 18. de orig. jur. & Conss. ex Se-
natusconſulto, ut viderent, ne Reſpub.
quid detrimenti caperet, ut liquet. *ex*
Saluſt. in Catilin. & Cic. in Phili. Verum

hæc quoq; ad ſpeciale privilegium re-
fero, ſed hæc poteſtas Dictatoris poſt
ordinariè penes Auguſtum fuit. *l. 1. de*
off. præf. ad quem ideo reliqui magiſtra-
tus remittere reos capitalis criminis ju-
bentur. *l. 3. §. 15. de ſuſp. tut.* non item
generatim in provincijs, proconſuli-
bus, aut præſidibus idem jus conceſſum
eſt, ut Dion teſtatur *lib. 53.* & oſten-
dit. *l. antep. de off. procon.* quæ faſces,
non etiam ſecures, aut jus gladij Con-
ſulibus tribuit. *& l. 4. inf. de locato.*
quæ ea, quæ ſunt majoris animadver-
ſionis, jubet præſides ad præfectum
prætorio deferre. *item l. 2. §. 1. de pæn.*
l. inter. 6. de interd. & releg. quæ præſi-
dibus jus auferunt deportandi. Aliqui
tamen jus gladij juriſdictionemque in
capita habuerunt, non quod præſides
eſſent, ſed quia ſpecialiter princeps
conceſſit, non omnibus, ſed quibus
vellet, & quatenus vellet, *Dion. lib. 53.*
hiſtor. eoque nec mandare potue-
runt. *l. 1. de off. eius. l. 6. in princ. de off.*
procon. Itaque quod dicitur in *l. ex o-*
mnibus. 10. cum ſeq. de off. præſi. Ex omni-
bus cauſis de quibus præfecti item q. Con-
ſules Romæ cognoſcunt præſidum eſſe no-
tionem, accipiendum eſt de ijs, quæ or-
dinario jure Magiſtratus ijs compe-
tunt non ſpeciali privilegio, ut jus gla-
dij, *d. l. 1. de off. eius.* aut certè reſtrin-
gendum ad eos præſides, quibus jus il-
lud principis privilegio eſſet conceſ-
ſum, de quibus accipio. *l. illicitas. 6. §.*
qui univerſas. 8. de offic. præſ. quanquam
eum de præfectis prætorio intelligere
mallem, niſi titulus repugnaret. Non-
nulli etiam certæ cauſarum univerſi-
tati fuere propoſiti, ut procurator Cæ-
ſaris *l. 1. h. tit.* Iudices militares, mili-
taribus cauſis, Civiles civilibus. *ſup. de*
off. mil. jud. Latrunculatorum quem Græ-
ci λῃστοδιώκτην appellant, cauſæ perti-
nentibus ad graſſatores & latrones,
quamobrem nec de re pecuniaria ju-
dicare poteſt. *l. ſolemus. 61. §. ubi de*
jud. Municipalium magiſtratuum,
† qui imperio carebant. *l. ea quæ. 26.* 41
ad municip. l. 4. ff. h. t. juriſdictio cir-
ca cauſas tantum pecuniarias olim
verſabatur *l. magiſtratibus. 12. ff. eod.*
& quidem intra certam quantitatem.
l. ſi idem. 11. l. cum quædam 19. ff. eod.
hoc eſt, 300. aureos. *Paulus ſent. lib. 5.*
tit. 5. Novella 15. de defenſ. civit. niſi
inter conſentientes *l. inter. 28. ad mu-*
nic. aut niſi pluribus diverſis actioni-
bus ageretur, quarum ſummæ excede-
rent. *d. l. ſi idem. 11.* aut de mutuis peti-
tionibus. *d. l. ſi idem. §. 1. & Novell. 95.*
ſed nec penes eos legis fuit actio, hoc
eſt, jus emancipandi, manumittendi,
adoptandi. *l. 3. de off. proconſ.* & reliquos
actus legitimos expediendi, qui recen-
ſentur *in l. actus legitimi. 77. de reg. jur.*
de quibus accipienda eſt, *l. nemo. 123.*
eo. tit. niſi ſpeciali conceſſu. *Paulus lib.*
2. ſent. cap. 22. ut jus dandi tutores ex
lege ſpeciali, *l. 3. l. ubi 19. de tuto. & cur.*
dat. l. muto. 6. §. 2. de tut. §. 2. & 3. Inſt. de Atti.
tut. Permiſſum tamen fuit Magiſtratui
municipali juriſdictionem ſuam de-
fendere captis pignoribus. *l. quemad-*
modum. 29. §. Magiſtratus 7. ad L. A-
quil. l. 3. §. 1. de reb. eo. l. 4. §. 2. de dam.
inf. Item mulctare. *l. 3. ſi quis in jus voca.*
non ierit. l. 2. § fin. de iud. niſi in edicto
damni infecti. *l. 4. §. duas 3. de dam. inf.*
de quo ait Ulpian. l. un. ſi quis jus dic. de-
fenſor mulctare nō potuit. *l. 5. de defenſ.*
civ. quia eius erat defendere nō coher-
cere. *l. 3. 4. cum ſeq. ſup. de def. civ.* Hodie
† ſicut jus gladij cohæret juriſdiction- 42

ju-

jure Canon. *c. quod ſedem. 10. ubi Socin de*
off. ord. ſic etiam Magiſtratibus municipalibus ſingulorum oppidorum, ut videre paſsim licet, attributũ, vel principis conceſſu, vel conſuetudine generali, de qua teſtantur. *Bart. in l. 1. n. 3 de dam. infect. Panor d. c quod ſedem, de off. ord. Cagnola. l. nemo. 71. de R. I. Socin. de citatione art. 4. n 7. Schurf conſil 26. diligenter n. 1 cent. 1.* Hodie tamen quoq; † plu-
43 rifariam jurisdictionis materia variat;
Alia verſantur circa ſpiritualia. *cap. per venerabilem. 13. ubi Panor. c. lator. 5. ext. qui fil. ſint leg. & c. 1. ſup. de Epiſc. aud.* aut temporalia, *c. cum ſi generale. & paſſim. de for. comp.* Et in his aut circa allodialia, de quib. *intit. de allod.* aut circa feudalia *de quib. c. ex tranſmiſſa de for. cõp. c. caterum de iud & in uſ. feud. Apud quẽ vol. quos. & de contro. inveſt.* Moribus
44 quoq; Saxon. † ſæpe penes alium eſt jurisdictio ſuperior obergericht oder Halßgericht/penes alium jurisdictio ſimplex Erbgericht. Quæ verò in utramvis veniant, diſcendum eſt. *ex art 13. 16. 18. li. 2. art. 68. lib 1. & art. 38. 70. 71 89. 88* Landr. *c. 23. & 51. & gloß la in. in fin d. art. 16. lib. 2.* Qua in parte quomodo major jurisdictio ad ſe trahat minorem, diſcendum eſt *ex l. per minorem 54. de iud. Iaſ. in §. ex maleficiis. n. 66. Inſt. de act.*

45 Mandatæ jurisdictioni † tantum ſubjacent ea, quæ mandari poſſunt, & quæ mandata ſunt. *l. ſolet. 16. l. prætor. 17 ff. eod.* Imperium tamen, quod jurisdictioni cohæret, item coërctio cum mandata jurisdictione tranſeunt, & rectè uſurpantur. *l. 1. §. ult. & l. ult. ff. de off. eius.* quia abſque his jurisdictio nulla explicari, & exerceri commodè poteſt. *l. 2. ff. eod.* qua in parte aliquid nobis ultimo loco dicendum eſt, de materia quæ jurisdictioni inſit, & quæ in eam venire putatur. In dubio igitur omnis juris-
dictio † non modo intelligitur eſſe or- 45
dinaria *c. 2. de off. vicar. 6. Panorm c. pen. eod tit. & c. pen. n. 3. de off. del. Alex in rub ff. eo. num. 4. Mar. 4. par. iud. diſt. 5. num. 35.* Sed etiam omnimoda, adeo ut vel ex uno actu jurisdictionis omnimoda cõpetere præſumatur, latè, *Schur. conſil. 59. in præſenti. num 28. cum ſequen. cent. 1 ex doctrina. Iaſ. in l 3 num. 23. cum ſeq. ff. eod.* ita ut intelligatur competere in omnes perſonas, & cauſas territorio compræhenſas. *Salicet. l. 1 in fin. inf. de emancip* & aucto territorio ſemper intelligitur augeri jurisdictio. *gloſ. c. 1. ver vivendo. ne ſede vacante. &c.* etiam extendi in flumina, ad eorum medium ſi ab una tantum parte territorium poſſideatur, per omnia vero ſi ab utraque, quatenus ſe ipſum territorium porrigit. *Bart in tract. Tyberiadis. tit de inſula. § nullius. Corn. conſ. 322. conſuluit. nu. 4. vol. 1.* item in mare propinquum uſque ad milliaria decem. *Fel n. 7. de excep. Caſtr. l. inſula. num. 2. & 3. de iudic. Capol. de ſer. ruſt. præd. cap. de mari. num. 14. Corneus. conſ 152. num. 1. vol. 4.* Quanquam principes & populi non recognoſcẽtes ſuperiorem in totum mare propinquum jurisdictionem extendunt, ut Veneti in Adriaticum. *Montan. tract. fin. reg cap. 11.* Sed & cum merum imperium hodie jurisdictioni cohæreat, ut antea diximus, intelligetur & illud in dubio ineſſe. *Schurf. conſ. 26. num. 3. cent. 1.* Et in locis ſubiectis
† præſumetur civitas omne imperi- 47
um omnemque jurisdictionem habere. *Schurf. ibidem. num. 1. per l. incola. 29. l. qui ex vico. 30. ad munic. Pan. c quod*

ſedem

ſedem in fin. de off. ord. & conſequenter
etiam reditus jurisdictionis, ut ſunt
48 † multæ. *l. 5. ſup. de inno. mulct. l. 2. §. 1.*
ubi gloß. ver. multa ſi quis in jus. Bart. l.
lege Agraria. 3. n 3. term. moto. Pan. &
Dd. in c. licet de pœnis. Pannicularia au-
tem. *l Divus Hadrianus. 6. de bon. dam.*
Schurff. d. conſ. 26. num. 4. & 5. & jura
quædam fiſci, ſaltem iure Saxon. ut
Landrecht. *lib. 1. art. 28. Fachſ. diff. 35.*
Reinh. diffi. 34. quæ etiam in rebus in-
ventis in terra, mari, aut flumine, vel
ereptis de manu ſurum, ac captorum
obſervari ſolent, quoties earum domi-
nus ignoratur. *art. 37. lib. 2.* Eodem et-
iam poteſt referri ius collectandi, per
modum iurisdictionis voluntariæ. *l. 1.*
ubi gloß. Bart. in l. 1. §. quod ſi nemo. &
Dd. ad ver. proconſul. quod cuiusque uni-
verſi. Alexan. conſ. 75. videretur. num.
4. volum. 6. Schurf. conſ. 59. in præſenti.
cent. 1. Eodem & Venationes publico-
rum locorum, ac piſcationes publico-
rum luminum, quæ per cuiusque terri-
torium decurrunt referri poſſunt, ea-
rumque fructus de quibus *in l. Venatio-*
nem. 26. de uſur. & fruct. nam hæc quo-
que putantur eſſe iurisdictionis nec
pertinere ad regalia, ut in terminis *Dec.*
conſ. 197. In caſu. num. 2. Iaſ. conſ. 119. n.
3. lib. 4. Tiraquel. de nobil. cap. 37. num.
150. Didacus in cap. peccatum. §. 8. de
reg. iur. in 6. Ego vero exiſtimarim po-
tius hæc nec iurisdictioni nec de rega-
libus eſſe, ſed res meræ facultatis. *l. 3.*
cum ſeq. de acquir. rer. dom. l 3 §. item.
feras 9. de acquir. poſſ. ff. § flumina § fe-
ræ. Inſt. de rer. diviſ. Landrecht. *lib. 2.*
art 61. l. iniuriam. de iniur. Cæterum
reditus & vectigalia, quæ huic faculta-
ti imponuntur, plane ſunt Regalia, ut
alia vectigalia, & indictiones. *l. inter. 17.*
§. ult. de verbor. ſignif. & ita accipien-
dum eſt. *c. ult. ver. piſcationum, quæ ſunt*
reg. Iacob. de inveſt. ver. & piſcationibus,
num. 1. ut & reliqua iura ſuperiorita-
tis, quæ in his habentur. *l 3 § plane 3*
quod vi aut clam. Hodie tamen venatio-
num quoque iura iurisdictionibus exi-
muntur, & ad regalia pertinere putan-
tur, vel ex *Conſt. Friderici. §. 5. verſ. ne-*
mo retia de pace ten. & eius viol. in uſ. b.
feud. quanquam hodie multi negant,
ut & Alvar. & Dd. ibi & Canoniſta in
c. non eſt. de decim. Corn. conſ. 211. lib.
4. aut ſaltem ex conſuetudine, & præ-
ſcript. immemoriali. *Guid. Pap. deciſio.*
218. Capol. de ſer. ruſt. prædior. cap. 21.
Schurf. conſil. 1. per totum. cent. 3. & Go-
den paſſim in conſil. de iure venandi. Ex
quo ſequens eſt, iurisdictioni hæc iura
venationum, aut piſcationum non in-
eſſe, quia ſunt res meræ facultatis, & ſe-
paratæ à jure ſuperioritatis quod in flu-
minibus aut territoriis ius dicentes
habent: Et quia, ſi quando iuris ſint,
ut ex conſuetudine referri ad regalia
ſoleant, nam in univerſum † conſtat 49
regalia in nullam iurisdictionem quan-
libet omnimodam venire. *c. generali.*
13. ubi gloß. ad ver. Regalia. de elect. in
6. c. 1. ubi Dd. quæ ſunt regal. Iaſon. in
tract. feud. Ver. cum mero & mixto im-
perio. num. 15. & 16. & de homag. num.
33. ut ſunt † iura fiſci. *l. inter. 17. in fin.* 50
de verb. ſignif. Vectigalia. *l. 1. & 2. ubi*
Sal. Nova vect. imp. non poſſe. Item de-
cimæ fodinarum metallicarum. *d. l. in-*
ter. ubi gloß. & Dd. de ver. ſignificat. di-
co decimas; nam ipſæ fodinæ, cum
reliquis obventionibus, iure noſtro,
ſunt in dominio cuiuſque, cuius in ſolo
fodinæ reperiuntur, excepta, ut dixi,
decima obventionum. *l. 3. §. ult. de reb.*

tor.

cor. qui ſub tut. l. fructus 7. §. ſi vir in fun-do. 13. ſo ut. matrim. l. ſi ex lapidicinis. 32. de jur. dot. tot. tit. infr. de metallar. & metall. Iac. de S. Georg. in tract. de feu. ver. cum argentifodinis. At ex ordinationibus imperij, ut bullæ aureæ, & jur. Sax. totum jus fodinarum ad Regalia refertur. *art. 35. lib. 1. Goden in conſ. 1. 2. & 3. de auri & argenti fodinis. Zaſ. conſ. 6. num. 6. volum. 2.* item jus cudendæ monetæ. *d. c. 1. quæ ſint reg. Zaſ. d. conſ. 6.* Ius collectandi per præceptum, & indictionem, non per jurisdictionem voluntariam. *c. ſuper. 26. §. præterea. de ver. ſignif. l. 1. ubi Dd. inf. de interdictionib. lib. 10. & l. 1 ubi Angel. num. 2. inf. de excuſ. mu. lib. 10 c. un. §. 2. verſ. illicitas. de pace tenend. int. ſubd. & juram. firm. in uſib feud. lib. 2. Iaſ. l. de quibus. num. 45. de ll. Iacob. ver & cum pacto. num. 75. & in ver. cum in mero num. 16.* Ita hanc indictionem diſtinguit ab ea, quæ fit per modum juriſdictionis voluntariæ. *Bartol.* quamvis obſcurè. *l. 1. quod cuiuſq. univ*: ſed clarius *Guid. Papæ. deciſ. 444 Firmianus tract. gabellarum in 7. par. num. 4. Petrus de Vbal. in eodem tractat. num. 1. Sarcineus tit. 1. §. 4 num. 44*

51 Non etiam veniunt † in jurisdictionem, quæ pugnant cum jure naturali aut gentium. *l. 3. §. plane 4. quod vi aut clam.* & conſequenter, quæ cum honeſtate. *l nepos. 125. de verbor. ſignif.* nam hæc pro impoſſibilibus habentur. *l. 1. l. conditiones. 15 cum multis ſimil. de cond. inſt.* ad quæ nemo obligatur. *l impoſſibilium. de R. I.* non enim intelligitur poſſe fieri, quod non eſt honeſtum *l. 15. de cond inſt. glo. l. vulgo. 23. de ſtat. hom. cum ibi all.* quamobrem ut jurisdictioni nō ineſt impoſſibilis præceptio, ſic nec *inhoneſta. l. quod ex liberta. 11. ubi hoc not. Bal. in fi. inf. de oper. lib. Iacob. de homag. in fin. num. 43.* [illegible] rationem, quod in omni ſuperioritate ius honeſtatis intelligatur eſſe exceptum. *Bald. d. l. quod ex liberta. per l 2. inf ne fiſ. rem quam vend. lib. 10. in ver. honeſtatis ratio non patitur. faciunt & tradita à Dec. & Dd. in l. factum. 131. num. 2. & 3. de reg. iur. clem. 1. ubi Card. de exceſſ. prælat. c. conquerente. Vbi Pan. in 2. not. de reſtitut. ſpoliat. Felin. in c. cum ordinem. de reſcrip.*

Forma † adipiſcendæ & acquirendæ jurisdictionis, ordinariæ quidem, dependet ab arbitrio principis, legis, & ſtatuti. *l. 1. in fin. à quib. appell. non lic.* cuius communis quædam deſcriptio extat in *Auth de man. prin.* Mandatæ ſeu delegatæ jurisdictionis arbitrio delegātis. *l. ſolet. 16 l prætor. 17. ff eod. l. ſolent. 6. de off. procon c. prudētiam, 21. de off. deleg. c. cum plures eod. lib. 6.* non tamē ut ſit legibus, & rationi diſſentanea, ordinemq; juris omittat, aut pervertat. *c. ſuper. 15 ubi gloſſ & Dd. de off. de leg.* ad quem, cum ordinarii, tùm delegati aſtringuntur. *c. exhibita. de jud. Bal. l 2. n. 25. ſup. ſi contra ius, vel util. publ.* niſi hæc forma mutetur, aut de partium conſenſu, aut de plenitudine poteſtatis principalis. *clem. ſæpe. ubi. Dd. de verb. ſignif.* qui tamē ibidem notant, ea tantū, quæ ſint juris civilis, non quæ naturæ aut gentiū mutari poſſe. Itaq; ſic mandari nō debebit jurisdictio, ut alterutri parti defenſiones, exceptiones, probationes, idoneæ præcidantur. *c. ex parte. 13. de off. del.* aut appellatio removeatur *c. ſuper. 15. de off. deleg. l. 1. in fin. à quib. appell. nō lic. Iaſ. l. 3. §. ſi is pro quo. 3. n. 4. quod quiſque iuris. in alter. ſtat. per l pen. ſup. de prec.* 52

imperat offer. Eoq; iſtiuſmodi clauſula adiecta ſit, intelliguntur tantum frivolæ & inanes removeri, non legitimæ, ac relevantes. *d c. ex parte.13. c licet. 6. ubi gloſſ. ad ver. exceptione remota. de elect. cum multis ibi allega c. 1. ubi Felin. num. 4. de reſcript. Mynſing. obſerv. 10. cent. 1.* Hac autē in parte † nihil opus eſt quærere de acceptatione eius, cui juriſdictio imponitur, ut in donatione, ac ſimilibus, *l. invito 96. de reg jur. cum ſimilibus.* Non enim ſumus hic in materia conventionum, quæ mutuum conſenſum requirunt. *l. ſicut. 3. inf. de oblig. & act. l. nec emere. 16. inf. de jure delib.* ſed juriſdictionis quæ invito imponitur. Forma per præſcriptionem †, aut conſuetudinem acquirendæ juriſdictionis eſt, ut exercito, & præſcripto uno juriſdictionis actu, ſimiles omnes illius generis intelligantur acquiſiti. *c. 2. ubi Innoc. nu. 3. de capell. monach.* non etiam quæ ſunt generis diſſimilis vel majoris. *Iaſon. l. 3. n. 23. eod. Schurf. conſ. 86. n. 10. cent. 2. Socin. c. cum contingit. nu. 26. de for. comp. Panor. c. quod translatione. 4. num 5. de off. legati.* niſi alius ſit in univerſali dominio, vel jure totius juriſdictionis, nam tunc una ſpecies juriſdictionis præſcripta non intelligitur genus quæſitum. *Innoc. d. c. 2. Panor. c. cum olim nu. 6. de præſcript.* ſed obtinet hic regula Bart. alias repudiata, Tantum intelligi præſcriptū, quantum eſt poſſeſſum. *l. 1. ubi Bar. de itin. act. priv. Immol. & Dd. d. l. 3 num 23. ff. eod. & l. 3. nu. 33. de acquir. poſſeſ.* Forma exercendæ juriſdictionis congruere mādato debet, *c. prudentiam. 21. de off. del. c. ſtatutum. 11. §. ult. de reſcript in 6.* aut quoties illud deeſt cōgruere ordini juriſdictionis communi, de quo in *d. c. exhibita. 10. d jud. c. ex parte. de off. d. l. 101. 111. inf. quomod. & quand. iud. ſent prof. deb. & l. prolatam 4. inf. de ſent. & interlocut. omnium iud.* Forma retinendæ † juriſdictionis, quod per exercitium unius actus tota juriſdictio retineatur *Bart. in l. hoſtis. nu. 4. de cap & poſtl. reverſ.* etiamſi centum annis aliqua ſpecies non eſſet exercita *Bald. in l. hac autem. 6. per illum text. de ſerv. urb. præd. Bart. in l. cum ſcimus. 22. nu 2. infr. de agr. & cenſ. lib 11. Cyn. l. 1. nu. 5. inf. de ſervit. Iaſ. l. beneficium. nu. 56. de conſt. pr.* Sic, per erectionem furcarum, aiunt, retineri imperium, ſeu juriſdictionem criminalem, etiamſi per 100. annos nemo fur ſit ſuſpēſus, aut aliud exemplum pœnæ conſtitutum *Bal. c. 1. n. 5. quid ſit inveſt. Bart in l. in filijs. n. 1. inf. de decur. lib. 10. gl. c. cum Eccleſia. 3. ver. trium de cauſ. poſſeſſ.* Ex quo inferri poteſt, nedum per actū unum juriſdictionis totam retineri juriſdictionē, ſed etiam abſq; ullo actu, dummodo per prohibitionem, aut cōtumaciam ſubditorum, vel aliorū poſſeſſio nō ſit interverſa, atq; ita præſcripta. *Bar in d. l. in filijs.* Nam exercere juriſdictionem eſt meræ facultatis, cui generi non præſcribitur, niſi poſſeſſione per prohibitionem interverſa. *Iaſ. in l. quo minus. de flumi. & in l. beneficium. nu. 56. de conſt. princ.* Sed & per exercitium in uno loco uſurpatum, retinetur juriſdictio in alio (intelligo de locis vicinis eiuſdem territorij, ſecus in locis ſeparatis, ex quibus nihil infertur) *Innoc. in c. cum dilectus. n. 1. de capel. Monach. Florianus. in l. ſi ſic conſtituta 7. in princ. quemad. ſervit. amitta.* Item & per ſocij uſum aut retētionem, tota retinetur juriſdictio. *l. ſervitus. ſup. in ver. per ſocium. & l. ſi communem 10. quem-*

quemadmodum ſer. amittit de quo plura Iaſon l. ſervi electione §. Labeo in fin. de leg. 1. Geminian. c. ſi ſententia. §. 1. nu. 5. de ſent. excomm. lib. 6. Retinetur & judi-
57 cialiter † vi jurisdictionis, per interdicta poſſeſſoria *c. licet. 9. de proba.* Extrajudicialiter vi imperij, & manu militari *Iaſ. l. quo minus. num. 100. de flum. Caſſanæus in conſu. Burgund. tit. 1. §. num. 8.* per quam etiam ab alio occupata juriſdictio poteſt recuperari, quam diu civilis poſſeſsio animo retinetur, etiam ex intervallo, & poſt decendium, quia domini terrarum, ſeu territoriorũ non facilè animo poſſeſſionem excutere præſumuntur, cum ſpem recuperandi habeant, *Bal. l. ult. num. 1. 2. inf. de his qui à non dom. & in c. in literis. nu. 4. de reſt. ſpol. Imol. l. 1. §. qui præſens. nu. 2. de verbor. obl. Ang. in §. quadrupli. nu. 21. cum ſeq.* dicens hoc perpetuo dominis terrarũ mente tenendum *Inſt. de act. Iaſ. in l. clam poſſidere. 6. §. qui ad nundinas. 1. de acq. poſſ. ff. & in l. 1. & 2. de vi & vi armat.*

58 Forma & modus † probandæ juriſdictionis varius eſt, ut per ipſum uſum. *l. certi juris eſt, penult. in ver. per uſum quotidianum ſup. de ind.* Unde qui juriſdictionem ordinariam exercet, eam probare non habet opus *Bald. l. ult. nu. 42. infr. de edict. divi Adrian. toll.* Velut rem notoriam. *l. ſi verò. 5. in verb. evidentiſſimè ff qui ſatis. cog. l. ea quidem. 7. ubi Bald. & Salic. inf. de accuſ. l. ex empto 11. § idem 12 ubi gloſ. ver. manifeſtum. de actio empt. Dd. in l. Barbarius. de off. prætoris.*

Cæterum ubi res dubia eſt, eoque juriſdictio probatione opus habet, poteſt juriſdictio probari, tam per inſtrumenta, quàm per teſtes. Et per certum per inſtrumenta antiqua. *l. cenſus. 10. de probat. l. monumentorum. 6. infr. de relig. & ſump. fun.* ut per antiquas inveſtituras. *Bald. conſil. 161. num. 3. volum. 3.* privilegia antiqua *Aret. conſil. 42. num. 4 Montan. tract. fin. regund. 61. num. 4.* per libros, & regiſtra publica cenſuum, mulctarum, pœnarum, cuſtodiarum *d. l. monumentorum. ubi Dd.* per ſcripturas ex archivo publico productas, hiſtorias, libros antiquos, edicta, mandata juriſdictionum publicè propoſita, diviſiones territoriorum vetuſtas, *c. cum cauſam 13. ubi Panormitan. Felin. & communiter Doctores de probatio.*

Sed & alia monumenta hic vice inſtrumenti funguntur, ut erectio furcarum, appoſitio inſignium alicuius domini vel familiæ. *Bald. c. 1. num. 5. quid ſit inveſt. & d. conſil. 165.* Nam ſufficit probare qualitatem, quæ juriſdictionem tribuit, quamvis actus non probatur. *Mynſing. obſervat. 9. centur. 2. num. 6.*

Per teſtes quoque probatur juriſdictio, ſi probent actus juriſdictionis exercitos. *Mont. tract. fin. regund. c. 52. num. 2. 3. & 5.* ut ſunt cognoſcere, exequi, apponere cuſtodiam loco, vel perſonæ, ſervare acta, ſigilla, archivum publicum juriſdictionis, mulctare, collectare, *Mon'an. d. c. 52. num. 5. & 6. Bald. d. conſil. 161.*

Item ſi probent percepta commoda juriſdictionis, *Bald. d. conſil. 161.* nam qui percipit commodum dicitur realiter poſſidere. *l. Pomponius. 29. quib. mod.*

 uſufr.

uſufr. amit. l. Titia 45. de ſolut. l. litibus. 20. inf. de agri. lib. 11. Bart. ibi. tradit multos modos probandæ poſſeſſionis, & præſumitur eſſe dominus. l. 2. ubi Bal. & Dd inf de probat hic autem illud notandum eſt non ſufficere, ſi probent teſtes edicta propoſita, vel præceptiones factas, niſi una conſtet & probetur, illis paritum, neq; contradictum fuiſſe Spec. de teſt. §. 1. nu. 57. & 58. Et in univerſum quo modo poſitiones, interrogationes ac articuli huius probationis formari debeant, videre licet apud Specul. tit. de teſte. §. iam de interrogatoriis nu. 13. Utile tamen eſt primò generalem proponi articulum de iuriſdictione, nempe in eius uſu producentem fuiſſe per annos 5. 10. 15. 20. 30. 40. ac poſt ſubiici articulos de certis ſpeciebus, & actibus exercitæ jurisdictionis ſi enim teſtes primum articulum verũ dixerint, nihil nocebit, ſi poſtea in ſingulis actibus diſcordent, ut eleganter Curtius in c. ultimo. n. ibi fol. 63. de conſuetud. per doctrinam Bart Bald & aliorum in l. de quibus 32. de ll. Panorm. Felin. & Dd in c. licet. 47. de teſt. Alex. conſ 172. viſis. num. 3. vol. 2.

Nam nec ſingulas ſpecies demõſtrari opus eſt, ſed genus, quod complectitur, & repræſentat ſpecies, ac contra in qualibet ſpecie repræſentatur genus, præſertim in hoc argumento iuriſdictionis univerſali. Lanfranc. c. quon'am. 11. ver. teſtium. num. 10. de proba. Mont. [illegible] ſin. reg. cap. 52. num. 1. 2. 3. cum ſeq.

Vnde ſufficit probari actum in quibuſdam & aptitudinem in cæteris. Iaſ. d. l. 3. num. 24. ff eod per l. ſi prius. 17. de aq pluv. arcen. Alexan conſil. 68 Et viſo num. 0. volum. 2. ſic licet in ſimilibus, non vero in diſparibus & ſeparatis. Panorm. & Canoniſta c. 2. de capel. Monach. Iaſ. d. l. 3. num. 23. eod. vel majoribus Schurf. conſil. 86. num. 9. & 10. cent. 2. Et hanc dicit communem, Iaſ. in d. l. 3. Quamvis non deſint qui opinentur nihil amplius intelligi probatum, quam quatenus probetur exercita iuriſdictio, non vero extendi exercitiũ ad actus alios, quã qui ſint probati. Bar l. 1. § ſi quis. n. 1. per illum text. de iti. act. Schurff d. c. conſil 86 num 9. & in hanc partem Cuiacius inclinat in l 1. & 3 ff eod. ſed difficile fuerit omnes actus iuriſdictionis probare, cũ non omnes ſpecies uno tempore occurrant.

Quamobrem & hic valeat argumentum à ſimilibus, ac iſtorum hæc poſterior ſententia tum demum accipiatur cum ius commune adverſatur iuriſdictioni uſurpatæ, c. 1. & 2. de reſtit ſpoliat. in 6 vel eſt iuriſdictio odioſa Schurff d conſil. 86. num 3. & 4. cent. 2. aut alius eſt in generali exercitio iuriſdictionis Innoc num. 5. & Dd. c. 2. de capel monach. Panor. c. cum olim. nu. 6. de præſcript. quod in practica multum commendat, & tenendum ait Iaſ. in l. 3. in pr. num. 34. 35. 40. de acquir. poſſeſſio.

Probatur etiam iuriſdictio ex fama communi Socin. conſil. 87 in controverſia num. 6 vol. 2. pro quo tex in c cum cauſam. 13. ver. famam. de probat. item præſumptionem, quæ ducitur ex probato territorij dominio, cui iuriſdictio præſumitur adhærere ſuper omnib⁹ territorio cõpræhenſis c ult de off archi d. c. 2. de reſt ſpol. c. cum Epiſ opus. de off ord laté Everh. in locis leg in fine proœm donec ſcilicet cõtra ꝓbetur l ſive. 6. inf de probatio. de quo probãdi genere eſt text. cum gloſ.

gloſſ. in l. ſuper. 6. inf. qui milit. poſſunt.
vel non. lib. 12. in l. 4. de peri. tut. Bart. l.
qui ſub conditione 111. *de cond. & dem.* &
hæc quidem in ordinaria. Nam man-
59 datæ juriſdictionis † forma optimè pro-
batur & conſtat per literas mandati ſeu
commiſsionis, quæ ea propter confici
& dari delegatis ſolent, ac ab his exhi-
beri iis, qui petunt, debent. *l.* 1. *ubi Dd.*
ſup. de man. princ. c. cum iure. 31. *ubi Ca-*
noniſtæ de off. del. ſpec. eod. tit. de off. iud.
del. §. excipi. num. 16.
60 Fines publici † & univerſales juris-
dictionis ſunt, ut vera religio defenda-
tur, & propagetur. *l.* 4. *ſup. de ſum. &*
trin. Reſpub. pacatæ ſint, & tranquillæ.
l. congruit. 13. *de off. præſ.* privata ultiò
inhibeatur. *l. nullus.* 14. *ſupr. de judæ.*
particulares & privati fines ſunt, ut po-
ſtulationibus ſubditorum ſatisfiat *l.* 9 §.
ult. de offic. proconſ. & ius quisque ſuum
conſequatur. *l.* 4 *l. nequicquam.* 9 *de off.*
proconſ.
61 Effectus † eiuſmodi ſunt, Iurisdictio
affert dignitatem. *c. ſtatutum.* 11. *de re-*
ſcrip. honorem. *l. honor.* 15. *& paſſim.*
tot. tit. de hon. & mun. & præſumptivè
dominium ejus loci, in quo jurisdictio
exercetur. *Panor. conſil.* 62. *num.* 18. *vol.*
2. *Mont. tract. fin. reg. cap.* 52. *num.* 3.
fundat intentionem habentis, juris-
dictionem contra omnes perſonas, &
res territorio comprehenſas, ut ante
dictum eſt. *c. ult. de off. arch.* facit con-
ſuetudinem efficaciorem, & ad jus fa-
ciendi ſtatuta, ac conſuetudinem præ-
ſcribendi, ut loquitur. *Bald. l. ult. num.*
3. *inf. de teſtam. & in l.* 2. *num.* 2. *inf. de*
62 *iure. aure annu.* producit etiam † actio-
nem confeſſoriam, & negatoriam: i-
tem interdicta poſſeſſoria, quibus de-
fendatur, *c.* 9. *de probat. c. conquerente.*

15. *de off. ordin. Ferrar. in forma lib. a-*
ction. confeſſ. ver. plenam. num. 7. nec
modo territorium, ſed etiam homines
ſubiecti, ex ratione & vi jurisdictionis,
vindicantur. *Bal. & Ang. in l.* 1. *§. per*
hanc de rei vendicat. Iacob. in tract. de
roydis. num. 10. (illud verum eſt liberos
homines nō venire in vendicationem,
quia non ſunt in dominio, quod igitur
aiunt Dd. ſubjectos homines vendica-
ri poſſe, non reſpectu libertatis, ſed ſub-
jectionis, & ſervitiorum quæ debent,
exaudiendum eſt) producit & alias a-
ctiones, ex variis edictis, quibus juris-
dictio defenditur, ne fiat luſoria. *l. ſi*
prætor. 75. *de iud. l.* 1. *ne vis fiat ei qui in*
poſſeſſ. miſſ. erit. ut actionem de albo
corrupto popularem, in aureos 500.
adverſus eum qui corrupit *l. ſi quis.* 7.
cum ſeq. de iuriſdict. §. pœnales Inſt. de
actio. item pœnales ex edicto, *ſi quis jus*
dicenti. Ex edicto. *ne quis eum, qui in vis.*
Et de eo per quem fac. erit. Et ne jus
fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt, ac aliis
innumeris, quæ paſsim occurrunt, &
à Rofredo cumulantur in ſumma a- 63
ctionum. Confert etiam † jurisdictio
poteſtatem mulctandi inobedientes
(nam alioqui eſſet ineſſicax.). *l. un. ſi*
quis jus dic. l. 2. §. 1. *ſi quis in jus. voc. tit.*
inf. de mod. mulct. coërcendi *l.* 2. *ver.*
qui coercere poſſunt de in jus vo. l. 2 *ff hoc*
tit. l. ult. §. 1. *de off. eius cui mand.* Caſti-
gandi etiam verberibus. *Bald. authen. ad*
hoc. num. 3. *inf. de lat. lib. toll. Iac. d. tract.*
de roydis. num. 10. incarcerandi. *l.* 2. *ver.*
jubere in carcerem duci de in ius voc. pi-
gnorandi. *§. pen. Inſtit. de ſatisdat. tut. l.*
1. *de adm. tut.* tam perſonas *l. conſentane-*
um. 8. *ubi gloſſ. ad verb. cogendi nos di-*
cimus. infr. quom. & quand. iud. quam
res. *l. ſi fideiuſſor.* 7. *§. ult. qui ſatisd. cog.*

tur ut ext. de ſequeſtr. poſſ. etiam repreſſalia concedendi ob denegatam ſubditis ſuis juſtitiam. *c. & ſi pignoratio-nes. de injur in 6. Bart. in tract. de repreſſ.* cum alijs multis quos cumulat. *Iac. tract. de rosjdiis.* 11. ubi tamen addit alias nomine injuriæ ſubditis factæ, non eſſe domino actionem, niſi in eius injuriā redundet; de quo *Innoc. Pan. & Dd. c. dilectus. 55. de appell. Bald in c. 1. §. denique. num. 1. in ſi. quæ fuit. prima cauſ. benefic. amitt.* Quanquam fortaſſe rectius repreſſaliæ non ad poteſtatem juriſdictionis, ſed magis ad ſummum imperium, & regalia poſſint referri. Licet in caſu neceſſitatis etiam inferioribus vi juriſdictionis permittantur. Facit
64 etiam † poteſtatem nedum actionibus judicialiter, ut diximus, ſed extra judicium quoque de facto, & manu militari juriſdictionem exercendi. *l. qui re-ſtituere. 68. de rei vend.* aut propugnandi. *Iaſ. in l. quo minus num.* 110. *de flum.* vel etiam recuperandi, *Bal. d. l. ult. nu. 1. inf. de his qui à non dom.* ac damnum reſilentibus, vel turbantibus dandi. *Bald. l. quemadmodum. 29. §. magiſtratus. 2. num. 3. ad L. Aquil.* de quibus modis tuendæ juriſdictionis plura *Bart. & Dd. in l. un. ſi quis jus dic. non obtem-*
65 *pera.* Habens quoque † omnimodam juriſdictionem poteſt vocare ſubditos ad arma (bellum indicere eſt tantummodo imperatoris, ſed arma inferre poſſunt etiam inferiores.) *Bart. in l. ſi quis miſſus 3. ne vis fiat ei & in l. hoſtes de captiv. & poſtl. n. 11. Bal. & Sal. l. 2. inf. de his qui latron. vel alijs crim. reos. occul.* nō tamen nulla, aut cōtra imperatorem, vel ſuperiorē, cuius autoritas in omni fidelitate videtur excepta. *c. 1. in princ. de prohib. feu. alie. per frid.* ſic & Iure Sax. hat er die folge *gloſſ. art.* 1? *lib.* 1. quo etiā referri poteſt ... collectas, cū tēpore neceſſitatis ad cuſtodiendum caſtrū, vel oppidū ſubiectorum operæ poſtulantur. *Iacob. de homagiis. n. 43.* qui tamen addit ſervitia ſuis limitibus debere eſſe contenta ex doctrina. *Bald. in l. hi quibus. 7. n. 2. inf. de fideic. libert.* nec ad alias operas, quā quæ debeantur, ſubditos urgendos eſſe ex regula. *l. 1 inf. ne ruſtici ad ullū obſeq. vocentur. lib. 11 & l. un inf. ne opera à collator. exig lib. 10.* quia novitas hic inducenda non eſt. *Specul. de fundo. § quoniā ſuper homagiū. in fin. per l. cum ſatis. pen §. caveant. inf. de agric. & cenſ lib. 10.* Nam nova ſervitia intelliguntur eſſe impreſſiva, & extorta *Bal. in c. 1. in pr. qual. vaſ. iur. deb.* nec duplici onere gravari ſubiectos congruit *l. 4. §. cum autem. 2. ad L. Rhod. de jactu. l. Titia. 34. §. qui invita de leg. 2. Iac. de hom n. 41.* ubi etiam diſputat an & domini terrarū poſſint ſubditis collectas imponere, *latè n 33. 34. cum ſeqq.* an mutuū ab ijſdē exigere ibidē. *n. 35. per communē doctrinā Doctorum in c. 1. de emptione in l. vēditor. 13. § ſi cōſtat com. prædi.* Effectus tamē omnis juriſdictionis † intra territoriū 66
& juriſdictionē cohibetur, *l. ult ff. eod.* Quare nec alibi degentes cōſtringit. *l. antep. de poſtu.* qui nec citari quidē poſſunt, niſi per ſubſidiū juris. *Iaſ. & Dd. d. l. ult ff. eod n. 24. clem. 1. & 2. de jud.* neque executio alio loco fieri poteſt *l penult. eod.* nec ab eo quidē, qui ſententiā dixit, niſi in loco ſui territorij. Nā extra ab ordinario loci, ubi perſonæ, vel res reperiuntur facienda eſt. *l. Epiſc 8. ubi Bald. Sal. ſup. de epiſc. audien. Bart. l. à divo pio. 15 § ſententiā. n. 5 de re judica & l. ult inf. ubi in rem act c. 1. de off ord Ferr. in form. executionis in princ. n. 15. Mynſ obſ. 08. c. ut 3. etc.*

ß nec [illegible] m[illegible] territ
[illegible] pateſt. *Dd c. ult. de*
for. compet. latè Henning. Goden. in conſil.
1. de territorio, quod tamen qui[illegible] mo-
ribus Saxon. non putant uſque quaque
ſervari in *art. 71. ubi gloſ. lib. 2.*
67 Adjacet † juriſdictioni jure Rom. im-
perium mixtum, non merum. *l. 3. ff eod.*
ut modica coercitio. *l. 2. eod. l. ult. de*
off. eius in bonorum poſſeſsionem miſ-
ſio. *l. 4. eod.* executio. *d. l. qui reſtitue-*
re. 68. de rei ven. l. à divo. 15. de re jud.
l. 4. ubi Dd. ſupr. ſi contra jus vel, &c. ad-
68 junctum † eſt plerunq; & territorium.
l. 2. inf. de fund. limit. lib. 11. l. pupillus.
239. §. territorium. de V. S. l. 1. §. 1. de
off. præf. urb ubi Bart. & huius adiacen-
tia, ut pertinentiæ, diſtrictus. *Iaſ. in l.*
beneficium. 10. de conſt. princ. aut ſane
magiſtratus *l. eum. 13. eod.* Perſonis,
69 † quæ jurisdictioni præſunt, adiacēt ad-
minicula jus dicenti neceſſaria, virtus,
doctrina, integritas, de quibus ſupra.
Adiuncta verò ſunt officia complura
ut aſſeſſores. *c. ſtatutum.* 11. §. *aſſeſſorem.*
de reſcrip. in 6. notarij. *d. c. ſtatutum. §.*
notarij. c. quoniam. 11. in princip. de prob.
§. deinde. 4. in authentic. de defenſ. civit.
Novel. 15 executores, apparitores. *ſup.*
tit. de ſpor. l. 2. inf. de delat, lib. 10. ſa-
tellites, lictores, referendarij. *Novell.*
124. alijque magiſtratuum adminiſtri,
quæ officia generatim vocantur. *l. 6. u-*
bi cauſæ fiſcales. l. pen ſup. de paganis. olim
adiuncti erant & faſces. *l proconſul. 14.*
de off. proconſ. quorū vice nunc in ſum-
mis curijs præcipuis virgulæ ſeu vindi-
ctæ uſurpantur. Territorijs adiuncta
70 † ſunt varia ſigna iurisdictionis, ut fur-
cæ, cruces, inſignia territorij, vel domi-
ni, cui paret. *Bald c. 1. n. 5. quid ſit inveſt.*
71 *& conſ. 161. volum. 3.* Affinia † infra no-
ſtra ſunt jurisdictione. *l. 5. de re iud.* ſupra
imperium merum. *l 3. de iurisdict.* quod
tamen hodie ad adiuncta [illegible] poſſit,
vel ad ſpecies totius jurisdictionis ſaltē
omnimodæ. *c quod ſedē. 11. de off. ord Dec.*
Alb. & Dd. l. 1. de off eius Cagno. l nemo.
71. n. 4. de reg. iur. & ſuperius etiā rega-
lia, quæ tamen ab omnimoda iuriſdi-
ctione ſeparata ſunt. *l. 4. inf. de præſcr.*
30. annor c. ſuper. 24. §. 1. de verb. ſignif. c. 1.
ubi latiſſimè feudiſtæ præcipuè. And. de I-
ſer. & Affl. de regalib. Eſt etiam † affinis 72
proprietas, quæ præſumptivè ex iurisdi-
ctione infertur, quanquā non incōmo-
dè etiā ad adiuncta referri poſsit. *l. de-*
precatio. 9. ubi Dd. ad l. Rhodiā de iactu. iū-
cta. l. 2. cū ibi notat. inf. de quadrien. præſ.
Pan conſil 62. n. 18 vol. 2. Mon. d. tract. fin.
reg. c. 52. n. 3. Contraria † jurisd. eſt de- 73
negatio juſticiæ, propter quē etiā amit-
titur. *Mynſ. obſ. 24 & 74. cent. 2. & obſ. 57.*
cent 3. & obſ 95 cent. 1. Et bannū publicū
aufert jurisdictionē. *Mynſ. obſer 90. cent.*
1. an etiā non uſus? † Et quamvis nō u- 74
tendo privilegiū amittatur. *Bart. in l. be-*
neficiū. pen n. 6. de conſt. prin. itē ſervitus. *l.*
pen. inf. de ſervit. & iur. Sax. lib. 1. art. 29.
tamen receptū eſt, ſolo non uſu jurisdi-
ctionē non amitti. *Iaſ. l. beneficiū. n. 56. de*
conſt. prin per l. in filiis. ubi Bart. hoc notat.
n. 1. inf de decur. lib. 10. ſicut nec regalia.
Bald l. hac autem iura per illū textū. n. 1. de
ſer. urb prædior. Bart. l. cum ſcimus. n. 1. inf
de agr. & cenſ. & eſt text. in l. 4. inf. de præſ.
30 annor. Alex. conſil. 136. In cauſa. nu. 18.
volum. 2. Nā exercere vel non exercere
jurisdictionem eſt meræ facultatis. *Pa-*
nor. c. quod tranſlationem. n 4. de off leg. c.
cum Eccleſia. 3. nu. 4. de cauſ. poſſeſs. quod
genus non utendo nunquam amitti-
tur. *l. 2. de via. public. l. 4. §. ult de hæred.*
inſt. l. ult. inf. de cond. inſt. l. cum non ſ-
ſmi

ficut, 7. inf. de præſcrip. 10. annor. l. ſi cer- tis 35. ubi Dd ſup. de pact. & in l. ſolent fin. de off. procon ſ. niſi alius prohibeat, vel non obediat, ac in ea prohibitione acquieſcatur, *Iaſ. l. quo minus. num. 21. de flum. Balbus. tract. præſcript. 2. par. 5. prin quæſt. 2. n. 2* nam ab illo tempore etiam jurisdictionem præſcribi, & amitti confirmat pluribus, *Corneus. conſ. 268. num. 25 vol 4.* Sicut enim uſurpatio juris, ſciente adverſario, eſt loco tituli, in iuribus incorporalibus acquirendis, *l. 2. ubi Dd. inf. de ſervit.* ſic prohibitio & inobedientia, in qua acquieſcit is, penes quem jus eſt, iuſtus titulus, & idonea præſcribendæ libertatis cauſa habetur. *c. ſignificantem. 69. ubi Panor. de appell. gloſ. & Dd l. qui hominibus 10. de ſer. urb. præd. per c. Abbate. 3. de ſent. & re iudica in 6. Balbus. d. tract. 5. part. princ. quæſt. 2. num. 2.* Sed in

75 hac præſcriptionum materia, † quam multi ſint noſtrorum errores oſtendit, Cuiacius, *ad l. 4. & paſſim. tit. de uſu cap.* ubi & nos aliquid diximus, *ſicut & ad tit. de ſervit.* Certè in hoc argumento parum ſatisfaciunt. Nam cur non admittant. 30. annis jurisdictionem præſcribi, etiam abſq; titulo, cum hæc præſcriptio titulum nullum requirat. *l. ſi quis. 10 ubi Bal. num 4. ſi ſer. vend. Caſtr. l. aquam. 4. num. 1. & 2. inf. de ſervit. Bal. 2. par. 4. par. prin. quæſt 2. n. 7.* Nec vero unquam mihi placuit illa regula; quod actibus meræ facultatis non præſcribatur; An enim jus agendi non eſt facultatis liberæ, *ſup. ut nemo invitus. ag* aut adeundi hæreditatem? & ſimilia, quibus tamen omnibus conſtat præſcribi. Quare verior eſt diſtinctio. *Gabrielis Romani. lib. 5. de præſcrip. c. 1. cum ſeqq.* qui putat, ea tantum iura faculta-

tis non præſcribi, quæ non ſine [illegible] judicium de[illegible], hoc [illegible] bus nulla competit actio, nulla [illegible] orta obligatio; quæ vero in [illegible] nem deducta ſunt, eo[illegible] & judicium perduci poſſunt, his [illegible] ob negligentiam agere ceſſantis, [illegible] æquè præſcribatur, atque reliquis [illegible] bus, nulla eſt cauſa Atqui jurisdict. tale jus eſt, ut actionib defendi, ac vindicari poſsit, ut *ſup. diximus ex c licet cum ſimil. de prob.* ſequẽs eſt igitur, præſcriptione amitti per nõ uſum, vel cũ ipſo territorio præſcribi annis decẽ, aut vigintiſvel per ſe, ut jus incorporale annis triginta. Cæterum nec *Bart. in d. l. cum ſcimus. nec Bald. in d. l. in filiis generatim. infr. de decurion. lib. 10.* de præſcriptione juriſdictionis ſimpliciter agunt, ſed tantummodo hoc volunt, nullo tempore præſcribi jurisdictionem ea in parte, in in qua nullus caſus exercendæ iurisdictionis occurrit, quod eſt procul dubio veriſsimum, quia non valenti uſurpare jus ſuum nulla præſcriptio currit. *l. 1. inf. de annal. ex ep. Iaſ. d l. beneficium. n. 56* Sed de ſuperioritate † ac obe- 76 dientia quid dicendum? Nam ſi hæc non præſcribitur non utendo, ſequens videtur, nec jurisdictionem ita amitti cum hæc illis ſit implicata. Equidem hanc regulam qua traditur ſuperioritati non præſcribi. *c. cum non liceat. 11. de præſcript. cap. cum inter. 5. de conſuet.* accipio, ut non præſcribatur ſupremo principi aut ponti fici vel Eccleſiæ, *l. 4. inf. de præſcrip. 30. annor.*

Cæterum erga inferiores & hæc quoque amitti ac præſcribi argumento ſunt. *c. olim. 12. de privil. cap. cum perſonis. 7. eod. lib 6. Balb. 1 par. 5 partis prin quæſt. 12.* amplius dico, ſuperioritati, ac obe-

ac obedientiæ ſupremi principis præſcriptum ſecundum terminos ſupra dictos, quamvis non ordinariis temporibus, tamẽ immemoriali, & hanc ita, ut cætera regalia amitti *Dd. l. 4. inf. de præſcrip. 30. annor.* cum ſit loco privilegij à principe conceſsi, quomodo nunc extra Germaniam omnes ferme Europæ populi, & regna cætera, etiam civitates Italiæ plurimæ, libertatem præſcripſerunt, & ſuperioritatem omni Cæſari quoad ſe abſtulerunt *Bartol. de repreſ. quæſt. 2. & 3 Bald. l. 2. num. 3. & 4. infr. quæ ſit long. conſuet. & in l. cum in longi. num. 11. de præſ. long temp. & in c. 1. num. 1. & 2. de feud. March.* Contraria
77 eſt etiam † amotio ſignorum, quæ juriſdictionem probant, ut ſunt vexilla, inſignia, patibula, cruces. *Bart. de inſig. num. 2. Caſtren. l. un. n. 2 ſup ut nem. lic. inſig. Pan delicta. n. 3. de exceſ prel.* Nam ſi hæc deſtruantur, aut tollantur dicitur ſuperior privari juriſdictione, ſi acquieſcat, aut turbanti ſaltem ſeſe non opponat. *Arch. & Dd. in c. quæcunq. per illum text. 30. diſt. Panorm. d. c. dilecta. ubi eſt additio elegans ſub litera c. Iaſ. & Dd. in l. cum aliquis. 21. inf. de jur. delib.*

Contraria ſunt & ea, quibus juriſdictio finitur, quæ à nobis quia ſunt ad *tit. ff eod.* tradita, hic ad commemorandum non videntur neceſſaria, ſatis ergo ſit eò digitum intendiſſe, & ad ea quæ tradunt *gloſs ac Dd. in c. in literis. 9. de off. del. & noſtri in l. 4. & 5. ff. eod.*

DE FORO COMpetenti.

78 Ad juriſdictionis † adjacentia refeiatur etiam forum competens, quæ eſt ſecundum hunc tit. patet, ut inſcriptio declarat. Cæterum ut judex dicitur competens aut incongruus *l. 1. h. tit.* ſic forum competens perhibetur illud, cujus jurisdictioni quiſque ſubjicitur *c. 1. ext. de for. comp.* Incompetens, cui non ſubijcitur, ut in *l. ult. inf. de except. l 2. ſi quis in ius voc l. 5. de iud. l. penult. ſup. de pact.*

Forum † à fando Iſidorus ducit in *c. forus. 10. de verb. ſignif.* Rectius Varro à ferendo, quod in illud controverſiæ & res venales deferantur, ſic enim plerunque ædificantur baſilicæ ſeu curiæ forenſes, ut in ſuperiorem partem judicia, ac lites in inferiorem, res venales, cartimq; negoçia inferantur, ac exerceantur, teſte Vitruvio. Malè CC. maſculini generis forum faciunt in *d c. forus*, & à neutro diſtinguunt inepto ſignificatu, ut *Hoſt. Soc. Panorm. & omnes Can. in rubric. ext. de foro compet.* Nam hoc latinis in maſculino genere non hoc argumentum ſignificat, ſed in plurali numero Fori (quanquam Livio & Gellio etiam in ſingulari) tabulata navium *Virg. lib 6. AEneid*, laxatq; foros ſpectaculorum. *Cic de Senec.* & in diminutivo foruli, capſulas librorum *Suetonius in Auguſt. c. 3.* in neutro genere potiſſimum eſt quidem vocabulum, *Soc. & Dd. ext. eod.* ut oſtendunt etiam hæ phraſes foro cedere, *l. ſi hominem 7. §. quoties foro cedunt. numularij 2. de poſiti l. ult. de cur. bon. dan. Seneca. lib. 4. de beneficijs. cap. 39.* item foro uti, ut idẽ Seneca, utamur, inquit, foro, & quod fors feret, æquo feramus animo. Forũ agere *Cic. lib. 3. Epiſt. & 7. in Verrem Feſt. lib. 6.* Forum rerum venalium totius regni maximè celebrati. *Saluſt. in Iugurth.* 79
ſed tamen hic ſignificat locum

dictioni, in quo judicia exercentur, quomodo & *Cic. pro ſeſtio & lib. 2. ad Atticum de Quintiliano paſſim.* Vnde [illegible] fori. *l. ſi fidejuſſor. 7. qui ſatis cog* diſputatio fori. *l. 2 §. his legibus latis 5. de orig. iur.* præſcriptio fori. *l. ult. h. tit. l. ult. inf. de excep. l. fidejuſſor. qui ſatiſda.* foro interdicere *l moris. 9. § 4. de pœn. l. imperator. 8. cū ſeqq. de poſt.* nec opus eſt hic forum à ſubſelliis publicis Senatusque judiciis diſtinguere, ut facit Budæus ex Cic. nam ſcriptoribus nec latinis tam ſtrictè ſemper accipitur, ſed promiſcuè pro quolibet juriſdictionis loco uſurpari ſolet.

80 Eſt igitur FORUM † vel judicium ipſum, vel locus ubi judicia ſeu lites exercentur. *d. c. forus ubi Iſidorus* Forum inquit, eſt exercendarum litium locus *Hoſt. ext. de for. compet. nu 1.* Eſt tribunal ipſum ſive juriſdictio. *Panor. nu. 2. & Socin. in fin.* eſt territorium cuiusque juris, propriè vero eſt territorium ſeu tribunal competens *Panormit. ibid.*

81 *num. 2.* propria † eadem ſunt, quæ juriſdictionis, de quibus ſupra.

82 Partes † fori materiales apud Vitruvium, inferior, in qua res venum exponuntur, ſuperior in qua judicia exercentur: artificiales ſeu judiciales Iſidoro tres *in d. c forus,* videlicet, Cauſa, quæ in forum deducitur. Iudicium quod in foro agitur, ſeu quo cauſa diſceptatur. Lex ſive ſententia qua definitur.

83 Tria fuerūt olim Romæ fora Romanū, Iulium, & Auguſtum *Sueto. in Auguſto cap. 29.* in hoc argumento aliud eſt forum competens *tot. tit. ext. eod. & in ſexto & in clem. de foro compet.* quod & ordinaria ſedes dicitur. *l. 4. h. tit.* officium ordinarium *. ext. de offic. ord* itē forū diœceſanū *c ſignificaſti. 18. ex. eo. c. 1. per tot eod lib. 6.* [illegible] incompetens, de quo in *l. 1. h. t c 4. de iud. c. 1. 2. & paſſim ex. eod.* quod & vetitum ex [illegible] *h. tit. Soc. in rub eod. num. 18.* aliud eſt forum contentioſum. *de quo hic.* Aliud verò forum animæ ſeu pœnitentiale ſive conſcientiæ, de quo in *c. omnis. 12. ubi Socin. de pœnit. clem. 1 de pœnis. c. ſignificaſti. 18. de homicid. l. ex hoc jure ibi gloſ. in ver. jure. ff. de juſt. & jur.*

Cauſa † quæ forum competens efficit, lex eſt vel conſuetudo *c. ſi clericus 5 c. licet. 10. c. cum contingat. 13. eod.* item privilegium *d. c. cum contingat.* 84

Impulſivæ † ſunt partim quæ pertinent ad perſonas, partim quæ ad res, partim quæ ad cauſas, ſeu actiones, ut verbi gratia, in perſonis ordo, ut Clericus propter ordinem forum ſortitur Eccleſiaſticum non civile *c. 1. 2. 5. ext. eo. c. 4. de jud.* Laicus contra civile, non Eccleſiaſticum, niſi ob juſticiam denegatam *c. licet. 10. c. ex tenore 11. ext. eod. l. 10. ſup. de Epiſc. aud.* Sic Magiſtri & Rectores forum habent competens in collegiatos *l ult. h. tit.* diſcipulos. *gloſ. c. cum contingat 13 eod ad ver. vel conſuetudo.* Item Epiſcopi in Canonicos, *c. duo. 23. q 9* ſic ratione ordinis ſenatores aliud habent forum competens peculiare, *de quo inf. ubi ſenatores,* item milites *ſup. de off. milit. iud.* ſed & patris quædam eſt jurisdictio in filios *gloſ. in d. c. cum contingat ver. vel conſuetudo* domini in familiam, ex privilegio, vel conſuetudine. *d. c. cum contingat. 13. eod.* Sed & dignitas perſonæ mutat forum *l. 3. ubi Caſtr. inf. ubi cauſa ſtat.* ſed & miſeria perſonarum idem efficit. *c. ex parte 15. c. ex tenore 11. ext. eod. & tot. tit. inf. ſequente* Sic & perſonarum † conventio forum efficit com- 85

86

potest, ſive proprie facta ſit de ſiſtendo, *l. ſi convenerit 18. l. eſt receptum. 14. l. ſi per errorem 15. ff. eod. l. 1. & 2. de jud. l. penul. ſup. de pac.* niſi lege prohibeantur, ut Clerici etiam conſenſu adverſarij, & accedente juramento non poſſunt laici forum ſibi facere competens *c. ſi diligenti. 12. c. ſignificaſti. 18. ext. eod.* Eccleſiaſticum verò non aliter, quàm cum conſenſu ſui diœceſani *d. c. ſignificaſti.* ne quidem ſuperioris, non conſentiente intermedio judice ordinario & proximo *c. 1. eod. lib. 6.* quanquam Laici juramento ſit ipſi forum competens Eccleſiaſticũ *c. ult. eo. in 6.* cum obligatio juramenti & cognitio ad Eccleſiam pertineat. *c. ſi vero. 8. c. quidam, 12. de jurejur. latè Iaſ. in l. ult. num. 22. cum ſeq. qui ſatiſd cog. & in auth. ſacramenta. nu 83. ſup. ſi adv.*
87 *vendit.* ſive de quolibet contractu, † & obligatione *l. hares. 19. de iud. c. dilecti 17. eod. c. 1. §. pen. eod. in 6.* etiam conjugij per quod mulier tranſit in forum mariti. *l penult. eod. l. exigere 65. de jud.* & uterq; contrahens quoad matrimonium ſortitur forum apud conſiſtorium Eccleſiaſticum *c 3 ubi gloſ. ad ver. ſeparari. c. de ill 1 6. de divor. c. 5. qui fil. ſint legit.* vel ſolutionis in certum locũ collatæ *c. dilecti. 17. ext. eod. l. unic. inf. ubi conv. qui cert. loc. dare prom.*
88 quin & obligatio delicti † forum inducit. *c cum ſit. & c. cum contingat. 13. c. poſtulaſti. 14. eod. & l. hares. 19. §. ult. cum l. ſeq. ubi gl. de iudic. & l. 1. & t. 1. ubi de crim. agi oport.* nec modo delictum par-
89 tium, ſed etiam ipſius judicis † ut ſi recuſet, vel negligat juſtitiam partium; quo caſu incipit ſuperioris eſſe forum competens. *Boerius dec. iſ. 104. videtur num. 7. Mynſing. obſerv. 88. centur. 1.* aut ſi hic quoque ceſſet, ipſius Eccleſiæ *c. ex tranſmiſſa. 6. c. licet. 10. c. ex tenore. 11. eod.* domicilium quoq; † perſonæ forum competens efficit. *l libertus 17. & paſſim ad munic. l. 2. inf. de incolis.* ſic & 90
† res, de qua litigatur, forũ facit cõpetens, tam mobilis, quia ibi petenda eſt, ubi eſt. *l. quod legatur. 38. de jud.* hoc eſt, vindicanda. *l. actio. 18 de obl. & act.* nam perſonalibus actionib. etiam alibi peti poteſt. *d. l. quod legata. 38.* quàm immobilis, cuius forum competens eſt illud territorium, in quo ipſa res ſita eſt. *l. 1. & 2. tot. tit. infr. ubi in rem act.* ex quibus generalem regulam conficere poſſumus, quatuor ſcilicet modis regulariter forum competens induci ratione delicti, ratione contractus, ratione domicilij, & ratione rei, de qua contra poſſeſſorem cauſa movetur. 91

Cæterum & genus cauſatum † ac qualitas ipſius fori, forum quoque competens efficit. *c. ex tenore. 11. ext. eod.* Nam cauſæ Eccleſiaſticæ ad forum Eccleſiæ, temporales ad forum ſeculare, feudales ad Curiam domini pertinent. 92

Deinde & ipſa qualitas ἐξοχὴ, & ſupereminentia jurisdictionis facit ut Roma communis patria habeatur. *l. Roma. 33. ad municip* & commune ſit forum *c. ult. eod. l. ſed etſi. 26. § ul im. ex quib. cauſ. maio. l. 2. § legatis. l. non alias. 24 de iud.* quod jus ſicuti pontifices in Clericos uſurparunt *d. c. ult. c. ſtatutum, ubi gloſſ. ver. copia. de reſcrip. in 6.* Sic nunc aula Cæſaris, & cujuslibet principis, non recognoſcentis ſuperiorem

rem uſurpat *Bald. & Doctores. in ex-travag. ad reprimendum ver: ad edi-ctum.quemodo in laſa maieſt. reos proce-datur.* *l. jon. l. ultim. num. 9. & 24. de jurisdict. Marant. part. 6. in 1. memb. jud. num. 40. Beſſius de citat. num. 24. & in tit. de privil. & Iaſon poſt alios in d. c. ult num. 5.*

93 Materia † ſunt res, & cauſæ cuiusli-bet juriſdictionis, ut Eccleſiaſticæ. *c. 1. 2. 5. & paſſim eod.* quo referuntur quæ-ſtiones matrimoniales ut dixi. *c. cau-ſam. 16. ext. de offic. delegat. cum alijs ſup. alleg.* jurisjurandi. *latiſſ. Didacus Covar-ruv. in c. quamvis. 2. §. 3. numer. 8. de pact. in 6. Ferratus in Cautela, 16. per to-tum & Curtius conſ. 43.* Legitimationis *c. per venerabilem. 13 c. cauſam. 7 & paſ-ſim tit. qui fil. ſint legit.* nativitatis *c la-tor. 5. d. t. & d. c. cauſam.* Patronatus. Eccleſiæ. *c. quanto. 3. de iud.* decima-rum. *c. 12. c. 5. de uſu.* hæreſeos. *c ad abo-lendam. c. 9. de hæret clement. 1 eod.* Si-moniæ *d. c. 3. de Simon*: perjurij. *c no-bis. 13. de jud c. cum ſit. 8. ubi gloſſ. ad ver. mal. Doctores. de for. competent.* fractæ pacis *d. c. nobis.* & quælibet ad conſci-entiam ſpectans, *c. 4. de jud. ubi Doctores, & in d. c. nobis 13. eod. tit. Balb. de præ-ſcript. in princ. nu. 2. & 3.* Item tempo-ralium. *c licet. 10. cum ſim. l. eod.* quo et-iam ecclesiaſtica rerum ſpiritualium re-feruntur. *c. tuam. 3. de ord. cog. c. cum ſit generale ext. eod. Iaſon. num 6. & Do-ctores in l. 3. ſup. de iud.* & in his feuda-libus *ex tranſmiſſa. 6. c. 7. eod. c. cæterum. 5. eod.* ac his oppoſitæ allodiales. de quibus hic. & *Doctores in d. c. cæterum* quibus etiam poſſeſſoria rerum feuda-lium annumerentur. *c. ex parte. 15. ubi Doct. eod.*

94 Forma † eſt, ut actor forum Rei ſequatur *c. ſi clericus. 7. c. 5. ſi generale. eod. l. ult. inf. ubi in rem act.* Ita tamen ut ex pluribus competentibus actori e-ligere ſibi maximè idoneum permittit *l. 2. de eo quod cer. loc. d. l. ult. inf. ubi in rem act. ubi gloſſ. & Dd. c. cum ſit. 8 c cum di-lecti. 17. ubi gloſſ. ad verb. ubi extr. eod.* quin etiam † eſt in poteſtate alterius Iu-95 dicis competentis alterum prævenire, & ſuũ ſolius forũ facere competens, vel per perſonæ citationem *c penult. eod. c. 1. § penult. eod. lib 6. l. ſi quis. 7. de jud.* ſi-quidem ibi Reus inveniatur, & , ut a-iunt, citatione apprehendatur. *c. 1. §. penult. eod. in 6.* nec enim de domo aut foro ſuo extrahi debet. *l. pler. q. 18. ubi Dd. de in ius voc.* in forum externum. *Bal num. 3. post gloſſ. in l. præſes provinciæ. 3. de præſ. per text. in Nov. 53. de exh. reis* præſertim ultra duas dictas (h. e. iter duarum dierum) *c nonnulli. 28. de reſcrip. clem. unic. §. ijsdem. in ver. ultra duas dietas de for. comp.* quin etiamſi in-veniatur extra domum in foro ſibi competente, iuſta tamen ex cauſa do-mũ revocare poteſt. *c. ult. eo.* vel privata *d. l. hæres. §. 1. & 2* vel ex publica *l. 2. §. legatus. 3. l. ſi quis. 8. & paſſim de jud.* Ad formam etiam † pertinet, quod fora 96 ſint quædam ſubordinata, ita ut omiſ-ſo inferiore, vel ſubalterno, non liceat ſtatim ad ſuperioris adverſarium tra-here. Nam ordinaria appellationis via faciendum eſt, *c. 1 eod. in 6. l. 4. & 5. hoc tit.*

Quare nedum in alieno foro juriſ-dictio exerceri non poteſt *l. ult. ubi Dd. ff. eod. clem 1. de for. comp.* ſed ne quidem in ſubiecto inferioris, citra ordinari-am, ut dixi, appellationis viam, *c. duo. 9. c. paſtoralis. ubi Panormitan num 8. de offic. ord. c. 1. ubi Gemin. num. 2. c. ut*

Auguſtam-

litigantes. de off ord. in 6. c. 1. §. 1 de for. comp. vel etiam Vall. 1. *Bal. in d. c. caeterum in princ. Immol in d. c paſtoralis in fin. de off. ord. Felin in c quae in Eccleſiarum. num. 7. de conſtit. Cagnol. in l. conſilij. § ſo. ij. num. 3. & 4. de reg. iur. Iacob in inveſtitura. ver. ita etiam. num. 6.* (Sicut enim ſocij mei ſocius, meus ſocius non eſt, ita etiam ſubditi mei, & vaſalli ſubditus, non eſt meus ſubditus) ne quidem ſuper ſalarijs advocatorum ſive Curiae, *d. cap. 1. §. 2. eod. in 6.* neque per delegationes, hoc eſt, miſsis eo commiſſarijs. *cap. 1. §. ult. eod. in 6.* niſi per ſubſidium juris, hoc eſt, per illius manum, & exercitium, cujus forum eſt competens. *d. cap. paſtoralis. de offic. ord. Bart. in extrav. ad reprimendum ver. per edicta. quomodo in laeſae maieſt. reos; & in l. ſolent. 7. de cuſto reor. Iaſ. in l. ult. num. 24. de iuriſdict.* aut in caſu neceſſitatis, ſecundum formam traditam in *clement. 1. de for. comp.*

97 Forma cogendi † eſt, ut ſi citatus emaneat, quando comparere debet, iudex poſsit mittere in bonorum poſſeſsionem, quae ſibi ſubjecta ſunt. *d. l. haeres abſens. §. 1. & 2.* aut etiam interdum miſsionem decernere in bona alterius foro ſubjecta. *c. 1. §. pen. eod in 6.*

98 Forma procedendi † & definiendi eſt, ut Eccleſiaſticum forum ſecundum Canones, ſeculare ſecundum jus municipale, & conſuetudines, aut ſi hae deſint, ſecundum jus commune ordinentur, & terminentur. *c. quod Clericus. 9. eod.* Quare nec hodie Conſiſtoria noſtra matrimonialia ſecundum jus municipale, ſed ad normam Canonum inſtituuntur, ut jure Saxon. mulier non poteſt ſine tutore cōparere in judicio; at hoc jus non attenditur in foro Eccleſiaſtico, ac Commiſſorijs. Ideo in his etiam abſq; tutore legitimam perſonam ſtandi habet.

Forma exequendi † ut cognoſcat ordinarius fori competentis, fiat autem executio in bona ab ordinario ejus fori, ubi patrimonium condemnati habetur, *c postulaſti. 14. eod. c. 1. §. pen. eod. in 6.* 99

Finis & Effectus † ut cuique ſua juriſdictio relinquatur inviolata. *Clement. 1. in princ. eod. clement. 1. in fin. ubi Zabar. verſ. penult. de exceſſ. praelat.* quod ut fiat, Eccleſia ſuam quoque autoritatem interponere debet. *c. conqueſtus. 16. eod. c. 1. ubi Geminia. num. 2. de off. ord. in 6.* qui poſtea. *num. 4.* inducit hoc contra principes, & dominos terrarum, qui quaſi in quolibet caſtro, ſubiecto ſunt domini, Ita ſubitò deponunt officiales, vel commiſſarios & juriſdictionem exercent, licet ibi non habeant, niſi in certis caſibus contra tales inquit facit expreſsè. *§. non habeant licentiam cum ſequent. in authent. de defenſ civit. & §. iubemus, in authent. de collat.* 100

Et iſti inquit meritò debent prohiberi, quia ſunt oneroſi, & quaſi per alluvionem latenter ad ſe omnem juriſdictionem trahunt, nec percipitur alluvio, quia latens eſt incrementum. *§ praeterea Inſt. de rer. diviſ.* & potentioribus pares eſſe non poſſumus, *l. 2. de alie. jud. mu. cauſ. fact.*

Alter finis eſt, ne judicia reddantur luſoria contra *l. ſi praetor. 75 de iud. cum ſimil.* quod conſequi neceſſe fuerit, ſi non in foro quoque competente inſtituantur judicia. *tot. tit. inf. de his quae à non comp. iud* Reliqua cū iuriſdictione congruunt, quae hic repeti nō eſt neceſſe.

 Lex

L. non quidem, 1.

1. *Procurator Cæſaris in cauſis ſaltem fiſcalibus competens fuit judex, quod tamen ibid. limitatur.*
2. *Prorogatio juriſdictionis quid?*
3. *Prorogatio juriſdictionis non poteſt fieri in præjudicium ſuperiorum, ut illorum juriſdictioni per hanc ſubditi ſeſe eximant.*
4. *Prorogantes alicujus juriſdictionem an poſſint pœnitere, ubi verus ſenſus. l. 18. ff. h. t. eruitur.*

1 PRocurator Cæſaris.) cum tantum juriſdictionem habeat † cauſarum fiſcalium. *tot. tit. de off. procur. Cæſar.* non eſt in alijs judex competens, niſi de partium conſenſu, quo ejus juriſdictio prorogatur.

Prorogatio.) quod verbum etiam Cicero in hoc ſignificatu uſurpat. *Epiſt. famil. 72. & 1. ad fratrem*, eſt extenſio
2 † juriſdictionis ordinariæ. *l. 1. h. tit. l. 1. 2. de iud.* non delegatæ, niſi univerſa ſit mandata. *c. P. & G. 40. de offic. deleg. Dd. l. 1. ſup. de ped. iud.* ex conſenſu partium facta. *l. ſi qua ex conſenſu 8. ſupr. de epiſcop. audien.* ad eas, quæ jure communi non ſunt ſubjectæ, perſonas. *l. eſt receptum. 14. l. penult. eod.* res. *l. 1. h. tit. l. de qua re. 74. §. 1. de iud.* Cauſas. *l. inter. 28. ad Municip. gloſſ. ult. l. 1. h. tit.* vel in ſpecie. *d. l. eſt receptum. l. ſi convenerit. 18. l. penult. eod.* vel per univerſitatem. *Bal in l. manumiſſiones. 2. num. 2. & 4. inf. de oper. lib.*, & quæ adjuncta ſunt huic, loca. *c. ſtatutum. 11. §. in illo. de reſcrip. in 6.* & tempora *l. 2. §. 2. de jud.* aliaque de quibus. *Dd. d. c. P. & G. 40. de offic. deleg. Iaſ. l. ſi convenerit. 18. num. 2. & 3. de juriſdiction.*

3 Non tamen † per prorogationem poteſt, quis ſe [illegible] omnimodo juriſdictioni ſui ordinarij, & [illegible] cognoſcere. *Bald. d. l. manumiſſiones num. 4. inf. de oper. lib. per l. in con[illegible]do. de aq. pluvia. arc. l. 1. §. ſi quis. 1. [illegible] quid in fraud. pat.* Unde nec pro[illegible] in fraudem ordinarij facta valet. *Bald. in d. l. manumiſſiones.* per ea quæ ipſe notat & alij in *d. cap. cæterum. de iud.* Quanquam ſibi alium aſciſcere patronum, & defenſorem invito ordinario liceat, cum defenſio à juriſdictione ſit ſeparata, ut latè confirmat. *Schurſius conſil. 23. quod veritas. num. 1. & 2. centur. 3. per c. percipimus. ubi Panormit. hoc notat. in ult. notabili de privil.*

In hac porro materia † præcipuus vertitur nodus circa. *l. ſi convenerit. 18. ff. eod.* qua traditur poſſe ab hac conventione prorogationis recedi, priusquam judex adeatur, quod eſt contra communes contractuum regulas, alij alia addunt, nec ignoro, quid etiam hic Cujacius diſputet, ſed mihi etiam non adhuc placet illo in titulo non agi de re privatorum, ſed juriſdictione publica, & ejus jure omni tuendi, ut leges illius tit. & ſequentium oſtendunt. Ergo priusquam judex, qui placuit, adeatur, licitum eſt quo ad ipſum ſcilicet judicem ijs, qui convenerunt, pœnitere. Nec enim judex ullam adhuc in eos habet juriſdictionem. Atque alter alteri ad id quod intereſt ex illa ſtipulatione, aut alia conventione teneatur, nuſquam ibi prohibitum eſt, & proinde exiſtimo hoc ex communibus contractuum regulis judicandum eſſe. 4

TITV.

TITULUS XIV.
Quando Imperator, inter pupillos vel viduas, vel alias miſerabiles perſonas cognoſcat & ne exhibeantur.

1. *Continuatio,*
Iurudictioni ordinariæ eximuntur perſonæ miſerabiles.
2. *Perſonæ miſerabiles quæ? & quatenus judicis arbitrio ſit permiſſum æſtimare, quinam perſonarum miſerabilium cenſu ſint annumerandi.*
3. *Geminum in h. l. privilegium, ad unum tamen eundemq; finem miſerabilibus perſonis indulgetur, quorum alterum tamen plura continet capita. n. 4.*
Imperator, ejusq; delegatus licet ſint omnium ſubjectorum judices competentes generales, tamen extra provinciã in Curiam illorum ex ſingulari privilegio perſonæ miſerabiles trahi nequeunt.
4. *Perſonæ miſerabiles non tantum cum agunt, ſed etiam ſi conveniuntur, declinato ordinario foro, ad Imperatoris Curiam provocare poſſunt, etſi judex ordinarius ipſis jus reddere ſit paratus. n. 8.*
5. *Privilegiorum horum cauſa efficiens, item impulſiva. n. 6. cauſa ſine qua non. n. 7. materia. n. 9. forma. n. 10. finis n. 12.*
7. *Licet perſonis miſerabilibus judex etiam non requiſitus alias ſuccurrere debeat, hæc tamen privilegia, niſi fuerint petita, ipſis non impertit.*
8. *Imperator miſerabilium perſonarum ad ejus tribunal provocantium ſimpliciter eſt judex competens, etiam extra caſum denegatæ juſtitiæ, Eccleſia verò non niſi in caſu juſtitiæ denegatæ, cum ratione diverſitatis.*
9. *Quibus in cauſis perſonæ miſerabiles privilegiis h. l. uti queant.*
10. *Perſonæ miſerabiles privilegiis his uti volentes non quidem actionem inſtituere neceſſe habent, per ſimplicem tamen querelam ac libellum ſupplicem Imperatori id inſinuare tenentur.*
11. *Ex quo æquitatis fonte perſonis miſerabilibus hæc privilegia ſint indulta.*
Perſonis miſerabilibus ita eſt ſubveniendum, ne in alios redundet injuria.
Privilegia hæc non concernunt merita cauſæ, ſed ſunt inſtar interlocutoriæ ſententiæ & ideo modici habentur præjudicii.
12. *Privilegia hæc cur miſerabilibus perſonis ſint conceſſa.*
13. *Effectus horum privilegiorum.*
Violatis his miſerabilium perſonarum privilegiis actus ipſo jure nullus eſt, & violantes incurrunt pœnam arbitrariam.
14. *Affinia horum privilegiorum ſunt privilegia Eccleſiæ, & piis cauſis conceſſa, hæc enim omnia communicantur quoq; perſonis miſerabilibus; quæ licet ſint varia, ab authore tamen ad tria genera revocantur. n. 15. 16. 17.*
18. *Privilegiorum horum contraria, quod ſcilicet vel expreſſa, vel tacita renunciatione amittantur.*
Perſonæ miſerabiles ſi ab aliis idoneè defendantur, aut cum alio ejusdem ſortis contendunt, privilegiis his uti nequeunt.
19. *Privilegiis his in terris Electoris Saxoniæ locus non eſt.*

DIctum eſt in genere † de Iurisdictione & foro competenti, quod poſuimus eſſe ordinarium regulariter, Nunc ſubjicitur hujus regulæ exceptio, qua privilegio quodam aliquæ perſonæ ordinariæ jurisdictioni eximuntur, ut ſunt perſonæ miſerabiles, † hoc eſt miſericordia dignæ, ſeu ut ait, *h. textus*, fortunæ injuria miſerabiles, & quarum miſericordia naturaliter propter carũ infortuniũ, neceſſitatẽ, & deſertionẽ cõmoveri debemus. 1 2

Aco,

35 Forma † probandi delicti diſcatur *ex l. ult. inf. de probat. ubi omnes Dd. præſertim Caſtren.* quæ lex tres modos probandi criminis proponit, videlicet teſtes, inſtrumenta, & indicia. Teſtes accipe omni exceptione majores. *l. 3. l. lege. 4. & paſſim de teſt. gloſſ. & Dd. cap. 1. de conſang. c. teſtimonium. de teſt. Caſtr. in l. 1. in fin. ſup. de ſumm. trinit.*

Inſtrumenta accipe, quibus crimen commiſſum eſt, ut in falſo, famoſo libello, ac ſimilibus, cætero quin delicta inſtrumentis non probantur. *l. 3. §. idem divus. 3. de teſti. & notant. Dd. in l. in exercendis. 15. inf. de fid. inſtru.*

Indicia intellige, quæ lex ipſa pro ſufficiente probatione habet, ut *in Authent. ſi quis & l. ſi qui 34. ad L. Iul. de adult. §. hoc quoq. in authent. ut lic. mat. & avia. c. literas. 14. de præſump* de quibus late *Alciat. tract. præſumpt. in princ.* Nam ſecus eſt in alijs quæ non ſufficiunt ad probationem in criminalibus, etiam illo caſu, quo probant in civilibus, ut latè perſequitur. *Decius conſil. 178. in cauſa num. 6.* & ſufficiunt in[illegible]dum ad quæſtionem non verò ad condemnationem, ut rectè inquit. *Alexan. conſil. 1. num. 3. vol. 7.* niſi in iis, quæ aliter probari non poſſunt. *l. penult. ubi Dd. de probatio. Boer. deciſ. 264.* Quo tamen ipſo caſu verius eſt pœnam ordinariam eſſe mitigandam, quotiescunque ſcilicet quis ex præſumptionibus, non veris probationibus, damnatur, ut communiter tradunt. *CC. in c. 2. & c. quia veriſimile non eſt de præſumption. Caſtrenſ. in d. l. ult. infr. de probat. Hypp. in rub. eod. num. 24. Tiraq. de pœn. cauſ. 7.* 36

Cauſa finalis † abſolutè conſiderata noſtris quoque cauſa vocatur. *d. l. aut facta. 16. §. cauſa. 2. de pœn.* Conjuncta vero cum fine & exitu, eventus appellatur *d. l. aut facta. 16. §. eventus. 8. l. rem non novam. 14. ſup. de iud.* Præcipua porro voluntariorum certè eſt injuria ſeu animus nocendi. *d. l. aut facta. 16. §. 2. in ver. injuriæ gratia. de pœn. l. 1. ubi gloſſ. ad ver. in Criminibus. ſup. ſi adver. del.* Item libidinis *l. verum. 39. de furtis* lucri, *l. 1. eod. tit.* ulciſcendi. *l. ſcientiam. 45. §. penult. ad L. Aquil.* Nam quod tuendi cauſa fit, extra delictum eſt. *d. l. ſcientiam. l. 4. 5. ad L. Aquil. l. 7. unde vi. Dd. & præſertim Salomonius in l. 3. de juſt. & jur.* ut & quod emendationis cauſa fit abſque atrocitate: (nimia enim præceptoris ſævitia culpæ aſsignatur. *l. præceptoris. 6. ad L. Aquil.*) vel in honeſtate. *§. ult. ver. infamis injuria Inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. jur.* crimine vacat. *d. l. aut facta. 16. §. 1. l. unic. inf. de emen. propin. l. unic. inf. de emend. ſerv. Authent. ad hoc. ver.*

plagu

plagis medicis ribus. ubi Bal. & Sal. inf. de latin liber. toll. c. dum eminus. in q. 4. Alex. eleg conſil. 7. vol. volum. 3. Ce-
37 terum hic notandum eſt,† quoties plura crimina ad unum finem tendunt, toties pro uno habentur, & unum eſſe criminis titulum. *l. . §. & reſtituendi. 4. vers. unde quæritur. ubi Bar. de publican. gloſ. §. ult. ver. conſumata. ſi quadr. paup. fecis. dic. Decius l. nunquam num. 2. 3. de reg. iur. Bart. l. nunquam. de priv. delict. num 7. & l. illud. § ult. ad L. Aquil. l. vulgaris. num. 1. l. inficiando. § infans. de furtis.* latè *Bald. in l. quicunque n. 5. & 19. inf. de ſer. fug. Ang. in d. tract. maleſ. num. 6. Boſsius in pract. tit. dam. cont. num. 35.* quod tamen non eſt perpetuum, ut videre licet *ex c. 1. de ſentent. & re jud. lib. 6.*

38 Effectus † præcipuus eſt pœna, quæ delicto debetur. *l. ſancimus. 22. inf. de pœn.* & eſt commenſuranda. *l. perſpiciendum. 11. inf. de pœn. l. reſcriptum. 6. de his quæ ut indignis. §. oportet. 10 in Auth. de iudicib.* ſequiturque cum affectum delinquendi. *l. ſi quis 20. infr. de furt.* tum effectum *d. l. aut facta. 16. §. eventus. l. 1. §. 1. quod quiſq; iur.* tam inchoatum. *d l. 5. ſup. de Epiſc. & Cler. l. 1. de extraord crim.* maximè in atrocioribus. *l. 5. ad L. Pomp. de parricid. Bald. & Dd in l. 3. de his qui not infam. & lauſſ. Felin. in tract. an conatus puniatur.* quam perpetratum. *d l. 1. de extraord. crimin.* in caput videlicet eius qui deliquit. *l. ſancimus. inf. de pœn.* Quia pœna ſuos tenet authores. *d l. ſancimus.* & unuſquiſq; ex ſuo admiſſo ſorti ſubiicitur, nec alieni criminis ſucceſſor cõſtituitur. *l. crimen. 26. de pœn.* & noxa caput ſequitur *Inſt. de noxal. act.* Pœna †
39 autem eſt vel civilis, vel criminalis. Civilis improprie, quæ *l. ult. ver. civiliter de furtis l. unic. infr. quando civ. act. §. in ſumma. Inſt. de iniur.* aut prætoria vel honoraria. *d. § in ſumma. l. in honorariis. 35. de obliga. & act.* partim ad id quod intereſt *l. pen. ver. hanc pœnam & ver. ceſſat pœna, ne quis eum qui in ius vocat. l. ultim. ſi quis in ius voc. non ier.* partim ad pœnam pecuniariam, ſupra id quod intereſt, damnum datum eſſe. *l. locatio. 9. §. quod illicitè. 5. de publican. §. ex maleficiis. 18. Inſt. de action.* quæ tamen parti petitur. *§. pœna. d. §. in ſumma. Inſt. de iniur. Bart. in l ult. num 3 & 4. de priv. del.* alia pœna eſt criminalis de qua *l. 1. 2. & tot. tit ff. de pœn.* vel pecuniaria, quæ petitur fiſco applicanda. *l. 3. ubi gloſs. ver. centum de ſepul. viol. Bart. in d. l ult nu 4. & d l. locatio 6. quod illicitè nu. 1.* aut cum fiſco dividi. *l. lege 25 §. ult. d. SC Syll.* vel corporalis, quæ petitur Reo infligi, quæ aut lege definita. *l. 1. l. ordo. vers. durante pœna legum. de pub. jud.* aut arbitraria. *l. 1. & t. tit. de extraord. crim. l. 1. in fin ver. coër. itionem extraordinariam. l. hodie. 13. de pœn.* Vbi ſubdit I. C. eos, qui pœnam pecuniariam egentes eludunt, coërcitionem extraordinariam pati, *d. qua l ult. de in ius vocan.* oſtenditq; etiam publicorum judiciorum pœnam hodie eſſe extraordinariã, quo etiam referri poteſt exilium *l. ſi quis. 6. § ult cum l. ſ. q l. aut damnum 8 de pœn.* atque adeo simplex relegatio *l. 2. ubi Bart. de pub iud. & in l. ſi conſtante. num. 30. ſolut. matr. Boſsius de carceratorum fideiuſſoribus. n 7.* Item carcer. *l. veluti. 7 in fi de pœn.*

Nam etſi præcipue cuſtodiæ adſignetur. *d l. aut damnum. § ſolent. 9. de pœn. l. incredibile. 6. inf eod. l. 1. l ult. infr. de cuſtod. reor.* tamen pro pœna quandoque ha-

betur, quia corpus affligit, ac ſpecies
eſt ſervitutis, & mala ut loquuntur
man.io. *Bart. l. alia. num. 14. ſolut. ma-
trim. Fab. §. ult. num. 2. Inſtitut. de actio.
latè Boſſius tit. de carcere in princ.* eodem
referri quoq; poteſt amiſſio libertatis.
*d. l. aut damnum 8. l. ſunt quidam. 17. de
pœn* civitatis. *l. ſi quis 0. §. ult. de pœn. &
paſſim tit. de capit dimin* dignitatis. *d. l.
aut damnum 8.* ordinis, muneris. *l. moris
9. de pœn* niſi quis malit has velut me-
dias collocare pœnas inter pecuniari-
as & corporales, de quibus plura I. C.
in *l. 6. §. ult. cum l. ſeq. l. moris. 9. l. capi-
talium. 28. de pœn.* Ab his diſtat Eccle-
ſiaſtica, ſeu Canonica pœna, quæ ſan-
guinaria non eſt. *c. ad audienti. m. 3. ubi
Panormitan. num. 4. de crim falſi. & c.
& ſi Clerici num. 11. de judic.* nec ad vin-
dictam imponitur, ſed plærunque ad
pœnam, eoque nec præſcribitur, ut
traditur *ext. de pœnit. & de pœn. & in
rub. de iudic. & c. du. . num 4. & 5. de
procur. 1. ubi Panor. num. 5. & 6.*

40 Ad pœnas † vero eiuſmodi itur tri-
plici potiſſimum via, ut oſtendit in-
ſcriptio *tit ext de accuſ. inquiſ & de-
nunt.* Per accuſationem ordinariè. *l. re-
ſcripto 6. §. ſi quis. 2. de muner. & honor.
c. nihil. c. de manifeſta. 2. q. 1. l. 3. de ac-
cuſ.* cum qua tamen civilis actio æquè
principaliter jungi nequit. *l. 4. de pu. jud.
ubi Bart. & Dd l. 2. §. 1. de vi bon. rap.
Ferrar. de inquis num. 10. Maran. part.
4. diſt. 1 num. 6* In ſubſidium officio ju-
41 dicis † per inquiſitionem *l. 2. §. 6. verſ.
& ſine accuſatore ad L Cornel. de adult. l.
3 § praeterea 4. de ſuſp. tut. c inquiſitionis.
c. qualiter. 24 de accuſ.* quod remedium
eſt extraordinarium, ſecundum com-
munem, etiam jure Canonico *Bart d.
l. 2. & §. 2. verſic. ſi autem extraneus. n. 2.
ad L. Iul. de adult. latè Boſſius in prac. crim.
tit. de inquiſit. num. 16. & 17. per commu-
nem doctrinam. Salic. & aliorum in l. ea
quidem. 7. inf. de accuſ.* ideo exiſtente
aut ſuperveniente accuſatore ceſſat, *ut
idem Boſſius eodem loco ex doctrina Salic.
in d. l. ea quidem.*

Nec denunciationis † alia eſt ratio, 42
nam ſuper eam, quæ facit is, qui eſt in
officio, jure civili formatur inquiſitio.
*l. divus. 6 ubi Bart & Dd de cuſtod. reor.
l. ab accuſatione. 6. §. 1. ad Turpill. l. 1. inf.
de decur. lib 10. Ferrar. de inquiſit. nu. 38.
latè Bald. Salic. & Dd in l. ea quidem. 7.
inf de accuſ.* jure vero & in foro Cano-
nico ad denunciationem cuiuslibet
proceditur, velut inſtituta accuſatio-
ne, *c qualiter. 24. de accuſ. c. licet. 31. de
Symo. c. cum I. & A. 22. de ſentent. & re
jud Ferrar. praall. loc nu. 38.*

Sed & per modum exceptionis † in 43
pœnam agitur, cum videlicet exceptio
non ad id tantum comparata eſt, ut ad-
verſarium repellat *l. 2. §. 5 l. ſi uxor. 3.
§. judex. 5. ad L Iul. de adult. c. 1. & 2 de
except.* vel teſtem. *l. Lucius. 11. de his qui
notan infam.* Verum etiam, ut pœna
exigatur, ut in *c cum dilectus. § ult. de
ord. cog. l. quoniam. 26. inf ad L. Iul. de
adult. ubi Bart. & Dd. & in d. l. 2. §. 2 ff.
eod. in d. l. Lucius. CC. d. c. dilectus & d.
c. 1. & 2. de except. Ferrar. praall. loc. nu.
36.* jure quoque pontificio † per viſita- 44
tionem in crimen itur, aut generalem,
quam Epiſcopus ſuo arbitrio inſtituit,
aut ſpecialem contra certam perſonã,
quæ non poteſt ex arbitratu inſtitui,
ſed tantum exemplo inquiſitionis, cum
fama præcedit. *d. c. qualiter. 24. de accu-
ſat. c. 1. de off. ord. d. c. licet. de ſymonia.*
& in promptu ſunt manifeſta rerum
argumenta, ut dicitur in *l. 3. § 4. de ſu-
ſpect.*

ſpect. int. qua de re Panorm. num. 8. *& 9.*
Felin. nu. 14 *c. olim. de accuſat. & c qua-*
liter & quando, 24. *num.* 21. *eod. & latiß.*
Socin. de viſitat. artic. 38. *num* 66. *Specul.*
de inquiſi. § *viſo. n.* 3. *& ſeq Hoſtien. de in-*
quiſit. nu. 6. ſed ne abeamus longius, ef-
45 fectus, † de quo hic agitur, eſt, quod ra-
tione delicti efficitur quis ſubiectus a-
lienæ juriſdictioni. *c. poſtulaſti. c. ult.*
ubi gl. ver. ratione delicti. de for compet.
c. 1. *de raptor. l.* 1. *& authent. qua in pro-*
vincia. h. tit l. 1. *inf. ubi ſenat. vel clariß.*
& datur juriſdictio, ei qui alias non ha-
bet *gl d. c. ult.* tollitur omne privilegiũ
fori. *d. auth. qua in provincia.* atq; etiam
dignitas. *l.* 1. *inf. ubi ſen. vel clariß. latè*
Panor. in c. ult nu. 1 *ext de for. comp.*

46 Affinis † delicto eſt, culpa, negligen-
tia de quibus *Bar & Dd. in l. quod Nerva*
depoſ. l. 1. § 2. *commod l contractus de reg.*
jur.

47 Contraria † delicto ſunt innocen-
tia conſilii *l.* 1 ... *ad L. Cornel. de ſica.* non
relatio criminis *l.* 5. *de pub. iud. Dd. in l.*
jure. 39. *ſolu. matr.* defectusq́; cauſarũ, de
quibus *ſup dictum eſt.* Item præſcriptio
alias quinquennalis, ut in ſtupris, vel
adulteriis. *l.* 5. *inf. ad L. Iul de adult.* re-
gulariter verò vicennalis *l. querela.* 12.
inf ad L. Cornel. de fal. quo ſpacio omnis
quæſtio delicti tollitur, quotieſcunque
minus non eſt expreſſum, ut eleganter
Cuiacius lib. 4. *obſ c* 4. nec tantũ accuſa-
tio, ſed etiã inquiſitio. *Bal. & Dd. in d l.*
querela. exercitius Boër. deciſ. 26. *per totum.*
Bal de præſcri. 4 *part.* 4 *partis prin. quæſt.*
2. *cum ſequen.* quia officio judicis, quo
illa ſuſcipitur, æquè prȩſcribitur, ut acti-
oni. *gl ad ver. perſecutione. & Dd. in l.* 3.
inf de præſcrip. 30 *annor.* nec habet locũ
officiũ, ubi deſinit actio *Boër. d. deciſio.*
26. *n.* 4. quia in locũ actionis ſuccedit.
l. quod ſi minor. 24. § *ult. l. in cauſa.* 16 *de*
mino. d. l. reſcriptum inf de mino. l 2. § *ſi*
publico. ubi Dd. ad L. Iul de adult. eoq́; o-
mnes exceptiones, quæ accuſationi ob-
ijci poſſunt, rectè obijciuntur judici in-
quirenti. *Alex. conſ.* 64. *n.* 4. *verſ. nec po-*
teſt dici vol. 1 *Hyppol. ſing.* 524. *inquiſitio.*
Aretin. in tract. malefic. in ver. ei ... bona
publicari. quæſt. 9. *Boër. d. deciſio.* 26. *nu.*
4. *&* 5. quia tamen poſtea *nu.* 26. dubi-
tat, & dubitatum eſſe ait, an talis præ-
ſcriptio currat, quando delictum igno-
retur; ſed benignius eſt, cum lex non
diſtinguat in *d l querela,* nec nos diſtin-
guere debere, præſertim in materia cri-
minali, quæ ſemper in benigniorẽ par-
tem eſt accipienda, *l. factum* 155. § *ult.*
de reg iur. l. penult. de pœn. cum & alio-
qui contra ignorantem præſcriptiones
currant. *l ult. in fin. inf. de præſcr. long.*
temp. & per ſe diuturnitas temporis pœ-
nis obſtet, & eas tollat *l. ſi diutino.* 25. *de*
pœn Tiraq. eod. tract. Cæterum † an 48
ex capite ignorantiæ detur reſtitu-
tio, alia quæſtio eſt de qua *Dd. in l. ſicut*
inf. de præſcrip 30. *annor. Panor. Felin c.*
vigilanti. de præſcription. latè Fran. Bal.
de præſ. 4. *par.* 4. *principal. quæſt.* 29. *Cra-*
vett. de antiq. temp. § *materia. num.* 44.
Tiraq. de retract. prox. § 35. *gloſſ.* 4. *num.*
36. quam ego nullo modo puto hic ad-
mittendam, cum quia in criminalibus
dari non ſolet. *l auxilium cum ibi nota.*
de minor. tum quia hæc commentitia
Doctorum ſentẽtia totam præſcriptio-
num materiam evertit. & planè incur-
rit in *d. l. ultim. de præſcript. long. temp.*
Quomodo enim revera & cum effe-
ctu currit præſcriptio contra ignoran-
tem, ſi reſtitui poteſt. Excipe ta-
men † pœnas Canonicas, quæ nullo 49
unquam tempore exemplo pœnitẽtiæ

præſcribuntur. *Panor nu.5. & 6. & communiter Dd. in c. tua de procurator. Felin. in c. cum a nobis. in fin. de præſcript. gloſ. c. admonere. ver. pœnitentia. 33 q.2. Boer. d. deciſ. 16. num. 11. Bal. præall. loc. Gran. de antiq. temp. par. 4. §. illam. num. 4.* Per-
50 ſolutio quoque pœnæ † delicto eſt contraria, quia per eam reatus tollitur. *l. Divus 7. de jur. patron. l. obnoxios. 11. inf. de relig. & ſum. fun. Felin. in c. 3. num. 6. de jureju.* Itē & mortalitas nocentis. *l. ult. ad L. Iul. Majeſta. l. 2. & tot. tit. infr. ſi reus mor. ſue.*

Porro de interpretatione † & regulis
51 delictorum aliquid dixi *ad tit. de privat. del.* addantur autem & hæc.

Delictum perſonæ non debet redundare in detrimentum Eccleſiæ, aut Reipubl. *c. delictum. 76. ubi Dyn. de reg. jur. in 6.* Non tranſire in alias, ſed ſuum tenere autorem *d. l. ſ. ncimus. inf. de pœn. tot. tit. inf. ex. del. def.* Et noxam caput ſequi. *Inſt. de nox. act.* quæ regula juris antiqui vocatur in *Nov. de decur.* etiamſi inter regulas juris non ſit relata. Deinde interpretatione quoq; legum pœnas molliendas potius, quam exaſperandas ait *l. pen. de pœn.* quæ aliis verbis inter regulas relata eſt in *l. factum. 155. in fin. de reg. jur.* Non tamē judicē recedere poſſe à pœna legis abſq; juſta cauſa latiſſimè evincit *Tiraq. de pœn. in pr. per l. 1. §. 1. §. ult. ad S. C. Turpill. l. ordine ad municip. l. ſi operum. inf. de pœn. c. indices 3 q. 7. l. ſi qua pœna. inf. de verb. ſignificat. §. oportet. in auth. de jud. cum alijs inf. allegat.*

Lex I.

1. *Non omnes delictorum pœnas hodie eſſe extraordinarias, aut arbitrarias, ſed quaſdam etiam ordinarias contra Cuiac. dem onſtratum, ubi de intellectu* l. hodie. 13. ff. de pœn.
Curiæ ſummorum Principum in judicando utuntur jure ſuorum ſuperiorum, quos repræſentant.
2. *Triplex quis forum ſortitur ratione delicti & num. 3.*
Delinquens quatenus ibi, ubi deliquit, obnoxius fiat juriſdictioni tam quoad perſonam, quam res & bona.
Remiſſiones reorum hodie non ſunt de neceſſitate, ſed magis de urbanitate.
3. *Delinquens eò loci quoq;, ubi delictū inchoavit, forum ſortitur, ita tamen ut judici loci delicti conſummati juriſdictionē judicis loci delicti inchoati, præoccupare liceat per citationem.*
4. *Si Reus conveniendus multiplicis eſt fori, penes actorem eſt eligere, in quo foro ipſum convenire velit.*
5. *Delinquens porrò conveniri poteſt eo loco, ubi degit h. e. ubi vel habet domicilium, vel ubi commoratur, num. 6. vel ubicunq; reperitur num. 7.*
8. *Si reus criminis latitat, & nuſquam comparet, ut conveniri aut comprehendi poſſit, quid juris?*

QVæſtiones.) hoc eſt, accuſationes. ut *in l. 2. § deinde. 6. de orig. iur.* quanquam & inquiſitiones complectatur, ut in *d. §. deinde.*

Quæ legibus aut extra ordinem.) Nota crimina omnia † aut legibus puniri, aut 1
extra ordinem, nō igitur placet, quod Cuiacius vult pœnas publicorum delictorum, & alias legales eſſe hodie extraordinarias, atq; arbitrarias, negat id inprimis *l. ordo. 8. de pub. iud.* quam nunquam exiſtimabo correctam eſſe, una cum hac lege & tot aliis, quæ judicem ad legitimarum pœnarum obſervantiam alligant, quas cumulat *Tiraquell. in d. tract. de pœn. in princip.* per unicam illam *l. hodie 13. de pœn.* potius ſi cor-

ſi correctio eſſet admittenda, dicerem, hanc emendatam eſſe à poſterioribus conſtitutionibus. *ut hac l. & Novel. de judic. cum ſimil.* Verius verò id mihi videtur, quod & inſcriptio nobis ſubijcit, ſumpta eſt enim illa Lex *ex lib. 1. Vlpian. de appell.* Atqui olim de criminibus præſertim maioribus ſoli cognoſcebant magiſtratus à principe ſummi, ut domi præfectus urbium. *l. 1. & tot. tit de off. praef. urb. & ſup. eod. l. illicitas. 6. §. qui univerſas. 8. de off. praeſ.* in provincijs præſides. *l. ex omnibus. 10. cum l. ſeque. de offic. praeſ.* Ex quo ſequens eſt in criminalibus ab his ad principem fuiſſe provocatum. *l. 1. quand appelland. ſit. l. 1. ſup de poſt.* poſterioribus tamen temporibus ſub ætatem Conſtantini à præſidibus ad præfectos prætorio cœpit appellari. *l. à proconſulibus. 19 inf de appell.* etiam in criminalibus. *l. addictos. 29. inf. de appellation.* ſed & ad ſe provocationes inſtitutas ſolet princeps aut ipſis præfectis, aut ſuo conſiſtorio delegare. *l. 33. inf. de appellation.* qui cum in prætorio principis judicent, ac ejus jure atque nomine, perinde pro arbitrio judicant, atque princeps ipſe legibus ſolutus. *l. princeps. 31. de legib. l. 4. l. 1. ſup. eod.* & hoc tralatitium eſſe in Curijs ſummorum principum teſtantur. *Bart. & Dd. in l. AEmilius. 38. nu. 5. de min. Iaſ. l. quod minus. num. 2. de flum. Dec. conſil. 260 in fin. Cravetta. conſil. 198 num. 7. Guido Papa deciſ. 50. & 195. Mynſing. obſervat. 99. centur. 3.*

Eandemque poteſtatem fuiſſe præfecti prætorio, vel ex eo ſciri poteſt, quod principis vice judicet. *l. unic. in fin. de off. praef. praet.* quod ab ejus ſententia appellari non poſſit, tanquam ab ipſo principe dicta. *d. l. unic. verſ. red-didit. d. l. à proconſulib. l. un. inf. de ſent. praef. praet. l. 5. ſup. de precib. imperat. off.* ſic & ſenatus olim conſulto ſuo jus fecit. *l. non ambigitur. 9. de ll.* quo jure Conſiſtoria ſummorum principum, velut ſenatus, utuntur. Secundum hos ergo terminos accipe. *d. l. hodie.* videlicet de judicibus appellationum, de quibus illo libro Vlp. egit, qui ſunt aut princeps, aut præfectus prætorio, aut principis ſenatus, quorum omnium libera fuit, non aſtricta legibus judicandi poteſtas; inferiores ergo ſtatuamus. etiam nunc adſtringi legibus, & earum pœnis, de quibus ſupra dictum eſt: quod ſi generalius interpretere, *d. l. hodie.* quod tamen extra materiam ſubjectam fieri non debet.

Vbi Commiſſa.) Rectius ita legas quam *commiſſe*, ut quidam libri habent. Nam ſic ad crimina non ad quæſtiones hæc particula refertur, ut referri debet, idque conſentaneum eſt. *l extra. 16. C. Theod. de accuſ.* Itaque ponuntur hic † tria loca, in quibus delinquendo quis 2
forum ſortitur, & conveniri poteſt, quorum primus eſt, velut hæc verba ſonant, ubi crimina ſunt cōmiſſa. Nam ut contrahendo quis forum ſortitur eo loci, ubi contrahit. *l heres 19. de jud.* ſic delinquendo. *l. omnem. 20. de iudic.* quo quis obligationē ita contrahit, ut ſe obliget pœnæ apud poteſtatem, in cuius diſtrictu delictum commiſſum eſt. *l. unic. ubi Bal. num. 2. & 3. inf. tit. prox.* idque tam quo ad perſonā, quam quo ad bona. *c. poſtulaſti. 14. ubi hoc notat Panor. & c. ult. num. 6. de for. compet.* quod eſt abſque ſcrupulo, ſi in illo territorio citatione nocens ſit appræhenſus, nam tunc poteſt contra abſentem procedi, ut jurisdictioni iam ſubjectū,

 & cau-

& cauſa quaſi cœpta, quæ eo loco finienda eſt, ubi cepta eſt. *l. ubi 30. de iud.* non modo quo ad res, ſed etiam contra perſonam, quamvis abſentem, ut per bannimentum, excommunicationem, quia contumacia inibi eſt contracta. *c. penult. de for. competen. c. tua. ut lit. non conteſta. Panormit. d. cap. ult. num. 6. & 7. cum multis ibi alleget. de for. compet.* Sin autem citatione ibi appræhenſus non ſit verius videtur, tantum contra bona, ſi quæ ibi habet, non etjam contra perſonam, aut facultates alibi poſitas procedi poſſe. *Clem. paſtoralis. 2. de ſent. & re judic c. Romana. 1. §. contrahentes. de for. compet. in 6. l. hæres abſens, & ibi Dd. de iudic.* nam quatenus eſt extra territorium non ſubijcitur judici loci criminis. Nam non naturaliter, verum accidentaliter ei ſubijcitur, quatenus ibi citatione ſit compræhenſus. *Panor. d. cap. ult. num. 6.* nemo enim ſubditus eſt, niſi ratione domicilij & originis, quamvis alibi forum ſortiatur. *c. propoſuiſti. ubi Panormit. num. 1. c. ſignificaſti de for. compet.* ac ut citatio realis, hoc eſt, captura perſonæ, non poteſt fieri in alieno territorio *§. ſi vero quis comprehenſorum. in authent. ut nulli judic. lic. hab. in d. authent ſi vero inf. de adulter. Panorm. d. c. ult num 6.* ita nec verbalis. *d. clem. paſtoralis. de re iud. Bart. in extr. ad reprimendum in ver per edictum. & in l. 1. §. 1. de requir reis n 2. & 3. Panor d. c. ult. num. 1.* niſi per ſubſidium juris, hoc eſt, requiſito judice loci ubi degit. *d. l. 1. §. 1. de req. reis. & ibi Bart. Iaſ. in l ult. n. 24 de jurisdict Geminia. & Dd. d. c. Romana. §. contrahentes de for. compet in 6. Chiliſm c. 19.* von der mündlichen *citation.* à quo juſſus cōparere, niſi pareat, videtur committere in loco, ubi juſſus eſt per ſuum judicē adeſſe, *arg. l. ſi ut proponitur. 61. de fidejuſſ. l. contraxiſſe. 21. de oblig. & act.* Et proinde contra eum ut cōtumacem procedi poteſt, etiā à judice citante, nō tantum quo ad bona, ſed etiam quo ad perſonas *Pan d. c. ult. n. 6. & 8.* Sin autem judex ille non faciat remiſsionem, nec adeſſe jubeat, non poteſt ordinarius loci, ubi delictū eſt, proceſſum facere cōtra perſonā abſentis, nec ad iſtum effectum extra territorium citare amplius. *d. clem. paſtoralis* nam poſtquam diæceſin judicis evaſit, non habet ille jurisdictionē in perſonā, & ſic proceſſus fieret ab eo, qui nō eſſet judex, vel quod perinde eſt *l. de ſtatu. 15. de teſta. l. ult. inf. de cond. ind.* qui non eſſet certus de ſua jurisdictione. *l. 2. cum ibi not. ſi quis in jus. l 5. de iud.* eoq; redderetur retro nullus, idq; etiā hodie ſervatur, citatione per ſubſidiū juris facta, nec n per eam tolluntur exceptiones declinatoriæ, niſi fortè judex domicilii, eo cōparere mandet, aut remittat. *d. §. ſi vero quis comprahenſorum in Auth ut nulli iud. lic. haber. & in Auth. qua in provincia. h. t.* nam remiſsiones jam ſunt urbanitatis magis, quam neceſsitatis, ut tradunt. *Dd in d. c. Rom. § cōtrah. & in d. l. hæres. & in auth. qua in provincia, præſertim Pan. d. c. ult. n. 16. cū multis ſequent.* quæ cōſuetudo an valeat, diſputat ibidem. *Panormit. n. 23.*

Vel inchoata ſunt.) En alterum locum ſeu forum, † in quo propter delictū quis conveniri poteſt. Alia exemplaria hic habent, *inchoata ſunt*, ſic ut ambiguum relinquatur, utrum hoc ad quæſtiones, an ad crimina ſit referendum Accur. refert ad quæſtionē, ut ſcilicet ibi peragantur, ubi ceptæ ſunt. *l. ibi. 30. de iud. l. 1. ſup. de iurid.* verum hoç fit non ratione 3

fori

ſori competentis, de quo hoc in tit. agitur, ſed litis pendẽtiæ, de qua nullum hic verbum, ſed tractatur in *d. l. ubi cœptum & in d l.1.* Rectius ergo, ut ſuperius *commiſſa* ſic hic leges *inchoata* ut hoc referatur ad crimina, ſicut *in l. extra. 16. C. Theod. de accuſ* unde *h l.* ſumpta videtur, nam etiam ubi inchoata tantũ ſunt crimina, non perfecta, forum quis ſortitur. Verbi gratia, ſi quis in alio ſtans territorio, ſclopeto, vel ſagitta emiſſa, vulneret exiſtentẽ in diœceſi vicina, & diverſa. *gloſſ. Bart. Bald. & Caſtr. h. & in l. libellorum 3. de accuſat. Dd. c poſtulaſti. & c ult. de for. compet.* aut mandet, vel tractet alio loco cædem, aut proditionem, quæ alio poſt loco perficiatur. *Caſtren. l. unic inf. ubi de poſſ. agi oport. l. ſi ut proponitur. 61. de fidejuſſ melior autẽ textus eſt in l. etſi. 9. de adult.* utrobiq; enim ſortietur forum, & conveniri poteſt quaſi utrobiq; deliquerit. *Caſtr. n. 2. in l. unic. inf. tit. 1.* & locus erit præventioni. *Pan. & dd. c ult. de for. cõpet* Quare quod *Dd in l 1. inf. tit. 1. Felin in c. ult de for. cõpet*, ajunt, eo ſolũ loco quo effectus violentiæ, aut alterius delicti ſit collatus, contrahi forum, velut ex contractu. *l. contraxiſſe. de oblig. & action.* haud ſcio an admitti poſsit, ac rectè. *Caſtr. ibi dicit. d. l. contraxiſſe* tantum obtinere in contractibus, non verò in delictis, nam in contractibus, ſicuti unus contractus eſt, ita tantum unum quoq; forum cõpetens eſt, videlicet ibi, ubi effectus contractus deſtinatus eſt; In delictis verò alia ratio eſt, quia hic non unum, ſed duo delicta intelliguntur eſſe commiſſa, alterum tractatione vel inceptione, quam & ipſam in crimine poni ac puniri diximus, alterum verò conſummatione, ut non mirum ſit utroque loco hic jurisdictionem eſſe competentem.

Vel.) Hæc alternativa † permittit fori electionem actori *l. ult. inf ubi in rem. l. 1. §. Scævola. 3. de eo quod cer.* quamvis alias alternativi debiti electio ſit penes debitorem. *l. plerunq; in fin de iur. del. c. in alternativis. de reg. iur. in 6.* 4

Vbi reperiuntur.) Tertius locus † fori competentis indicatur his verbis; in *l 2. verò biſce*: SI IBI DEGIT, quæ rurſum triplicem admittunt ſignificationem, ac tria velut fora conſtituunt. Poſſunt enim in primis accipi de loco domicilij, ut communiter accipiuntur. Nam ibi ſortiri forum delinquentem dubium non eſt. *c. 1. de privil. in 6 c. ult. de for. compet. l. 2. ver. degit. h. t. Iaſ. l. ſi idem. 11. de juriſd.* adeo ut contra abſentem, tam quo ad bona, quam quoad perſonam procedere judex domicilij poſsit. *Panormitan. d. cap. ult. nu. 6. 7. cum ſeq.* Nam ut ex dominio oritur obligatio & actio, ad res dominio compræhenſas; ſic jurisdictio, & ſuperioritas, quæ eſt inſtar dominij. *l. 20. de ſtat. hom.* parit actionem & executionem domino territorij, in, & contra omnes, qui in illo degunt, ut argumentatur. *Bald. in l. ſi adducta. 10. de furtis. num. 3.* nec obeſt, quod remiſsiones olim fuerint uſitatæ. Nam hoc verum eſt, quoties in loco delicti præventa eſſet jurisdictio per citationem judicis, & actionem accuſatoris, qui illum locum elegiſſet. Nam alioqui ut in Civilibus potuit, & in loco domicilij, & ubicunque reum apprehendiſſet, eum convenire, ut *ha. ll.* oſtendunt, & *inprimis Authent qua in provincia. h t* quæ diſertè agit eo de caſu, quo in provincia, ubi delictum eſt 5

com-

commiſſum, reus convenitur, atq; ita accipe, & reliqua jura ſimilia. *in l. 7. §. ult. l. ult. de accuſ. l. 1. inf. ubi ſenatores, vel clariſſ.*

6 Alio ſenſu accipitur † de loco, ubi quis degit. hoc eſt, converſatur, etiamſi domicilium non habet, velut ſcholaſticus in ſchola. *gloſſ. ult. l. 2. hoc. tit. Authent. habita. inf. ne fil. pro pat. ubi latiſſ. Rebuffus. Imola. l. 2. infr. de incol. lib. 10. l. domicilium. 20. l. incola. 29. l. libertus. 17. §. ſola. 13. ad municip.* Tertio

7 capi poſſunt † de omni loco, ubi delinquens reperitur, quantumvis ibi alias nullum ſortiatur forum, ſecundum regulam, ubi te invenio, ibi te judico *l. 1. ubi gloſſ. ver. à judice. inf. ubi quis de Curiali. & in l. 1. in fin. h. tit.* Sed hanc regulam noſtri ad vagabundos duntaxat pertinere putant, hoc eſt, qui nuſquam certum domicilium tenent, nec ſui conveniendi, aut appræhendendi poteſtatem faciunt. *l. 17. cum ibi not. de ædil edict. l. Fulcinius. 7. §. 3. & 4. quib. ex cauſis in poſſ. eat.* ſicut & debitor in civilibus fugitivus, ubicunque reperitur, appræhendi poteſt. *l. 10. § ſi debitorem. 16. quæ in frau. cred.*

9 Sed quid ſi nuſquam iſtiuſmodi erro compareat, ut compræhendi, vel conveniri poſsit? Equidem quamdiu hic abeſt, manendum erit in terminis ordinarij fori, & præventioni erit locus, ut conventus judex aut loci delicti, aut domicilij procedere contra abſentem fugitivum poſsit ad bannum, ut loquuntur, & annotationem bonorum, id quod moribus quoq; Saxon. ſervatur.

L. ſciens. 2.

1. *Ignorantia excuſat à delicto doloſo.*

SCiens.) Nam ignorantia ut antè poſitum eſt, excuſat à delicto. *l. 18. §. ult. de injur.* etiam in crimine plagij. *l. 2. 3. 6. ad L. Fau. de plag. l. plagij. 14. inf. eod.* Cuius Lex in dolum concepta eſt. *l. 1. 2. ac paſſim. ff. eod.* ut & L. Cornelia, *l. 7. de ſicar.*

Liberum.) vel filium alienum. *ut tit. de lib. exh.* vel quod magis probo liberum hominem, ut *tit. de lib. hom. exh.* ac ut ipſo in tex. ſequitur, puerum ingenuum.

Auth. qua in provincia.

1. *Remiſſio reorum an etiam in cauſis civilibus locum habeat.*
2. *Diſpoſitio hujus Auth. non tantum in criminalibus, ſed etiam civilibus locum habet, ut ſcilicet Reus tam in loco contractus, quam delicti, & rei ſitæ conveniri, nec ullo privilegio forum iſtud declinare, & ad locum originis vel domicilij revocare poſſit, rationem vide n. 9.*
3. *Actio finium regundorum in loco finium eſt inſtituenda.*
4. *Contumacia pro præſentia habetur, quod tamen in criminalibus cum grano ſalis eſt intelligendum. n. 7.*
5. *In criminalibus an & quatenus procurator admittatur.*
6. *Ex abſentiæ contumacia in criminalibus bannitus de jure quidem civili non poteſt impunè lædi, ſecus de uſu ac conſuetudine. & numer. 10.*
8. *Sententiam latam à judice delicti commiſſi an exequi poſſit judex originis, vel domicilij, aut alius quicunq; Rei conventi competens.*

tc. C-

10. *Contumaciæ pœna in criminalibus tam de jure Saxon: quam civili quæ, remiſſive.*
11. *Limitatio & exceptio a regula huius Auth. quod ſcilicet Reus non habeat jus mutandi fora prædicta, niſi forſitan Princeps cauſam ad ſuum Conſiſtorium avocet.*
12. *Reus ſortitur quoque forum, ubi reperitur cum re ſubtracta.*
13. *Idem eſt, ſi inveniatur in foro originis.*
14. *Si Reus pluribus in locis habet forum competens præventio habet locum, & quicunq; judicum Reum primus citavit, is ſolus eſt competens.*
15. *Princeps, aut quivis iudex ſuperior extra viam appellationis, non debet ab inferiore judice cauſarum cognitionem avocare ſine juſta aliqua cauſa.*
16. *Cauſæ criminales in Camera non recipiuntur.*
17. *Dilationum tempus pro varietate materiæ variat.*

SVmpta eſt hæc Auth. ex *Nov. 69. ut omnes obed. præſidibus. Deliquit.*) privato crimine. *Pecuniarum.*) pecuniæ debentur perſonali actione, Ergo & in
1 perſonalibus † habet locum remiſſio,
quod noſtris per mirum videtur? Reſpondeo, utiq; habet in caſu huius authenticæ, cum videlicet alibi habitans, in provincia, ubi convenitur, domum vel curatorem habet (factorem, ut loquuntur) ut oſtendunt ſequentia verba, *Ex cuius domo iniquum quid patior,* Item *ipſum qui id admiſit vel eius curatorem conveniant.* ita congruit hic textus planè cum caſu *l. heres. §. 2. & 3. de jud.* Annotavit & *Mynſing. obſerv. 88. centur.* 1 alios caſus, in quibus etiam in perſonalibus, & civilibus remiſsioni eſt locus, videlicet cum quis fori privilegio, aut exceptionis renunciavit. *l. pen. ſup. de pact.* & ſe certo loco ſtatutum judicio promiſit. *l. 1. & 2.* *ubi Bal.* *ſi quis in tan. vers.* Item ſi quis fidejuſſerit pro alio, alibi commorante, aut contrahente, eodem cum pacto renunciationis.

Criminum) publicorum, aut quæ his comparantur.

Sive de terra) hoc eſt, de fundis. Omnes enim † in rem actiones rectè ibi 2
proponuntur, ubi res ſita eſt *l. 2. inf. ubi in rem act.* Itaque probo Iuliani Iohannis & Accurſ. ſententiam, quam ſequitur & Cujacius *d. Novel. 69.* ut etiam in civilibus hæc Auth. putetur obtinere Semper tamen addit, dum illud forum actor eligat, &, ut ait textus ibi, reum conveniat.

Terminis) id eſt, finibus, quorum dominium & cauſam à dominio rei diſtinguit *l. ſi fines 10. inf. de evict.* ſicut & vendicatio diſtat ab actione finium regundorum, quæ & ipſa partim realis
eſt *l. 1. l. 4. l. 5. fin. reg.* eaq; † rectè in lo- 3
co finium intentatur ut *h. & l. 2. inf. ubi in rem act.*

Quod ius perpetuum) ſcil. in caſu huius Authent. quoties actor hoc forum eligit.

Contumacia) notanda eſt hæc aurea
regula †. Contumaciam pro præſentia 4
haberi, de qua *dixi ſup. ad l. properandũ, de iud.* An autem abſens † ad evitandã 5
hanc contumaciam poſſit per procuratorem comparere *latè Ang. tract. malef. ver. qui dominus videns. num. 13. cum ſequen.* Equidem etiamſi Bart. indiſtinctè velit admitti, ut proſit, non ut noceat in *l. ſervum. 33. §. publice. 2. de procur.* tamen contra receptũ eſt communiter, ad excuſandam huiuſmodi contumaciam, & allegandas juſtæ abſentiæ cauſas, procuratorem admitti, quo ſenſu accipitur *d. §. publice* non

[illegible] habeatur aut [illegible] ab-
[illegible]
[illegible] *ural.*
§ ult. de pub. iud. [illegible] in infra re-
[illegible]nem [illegible] receptum
eſt in *d. l. penul. & d. §. publice & l. 3 inf. de accuſ. ubi Cuiacius.* An vero ex contu-
6 macia [illegible] † impune poſſit violari
ex decreto Saxon. & aliis, ſicut banni-
tus ex [illegible] Nam quibuſdam placet
[illegible]e, cum ſit delictum fictum,
non verum. *Bald. in l. ſi filio 2. in fin. ſolut matrim. & in l. & in multis. 25. infr. de appellat. Imol. d. l. penult. §. ult num. 3. de pub. judic. Hipp. §. poſtquam. num. 52. in pract. crimin.* quia ficta eſt delicti
probatio, & proinde ſupra contuma-
ciam videntur requiri probationes lu-
ce meridiana clariores, quibus delictū
probetur, ut ex quibus bannum effectū
ſortiri poſſit. *Hypp. § poſtquam, num. 42. cum ſeqq. per l. raptores. 54. ver convicti, ſup. de [illegible] & Cler.* Contra tamen uſu
[illegible] contumacia ex cauſa deli-
cti [illegible] cum ſtatuta eiuſmodi
[illegible] pro confeſſo habeant &
[illegible]. *late Angel. tract. malefic. ver. qui d[illegible] nu. 27. & 24.* Cæterum
7 [illegible] † quod ad jus noſtrū
[illegible] ita accipiendus eſt, ut
[illegible] contumacia pro præſente da-
[illegible] pœna aliqua non capi-
[illegible] *de pœn. l. abſentem. 6.*
[illegible] non [illegible] in maioribus,
[illegible] locus relin-
[illegible] contumaci. *l. 1. inf. de re-*
[illegible]

[illegible] † in loco de-
[illegible] alius [illegible]dex, puta do-
[illegible] & bona
[illegible] *l. epiſcopa-*
[illegible] *audient. Bart. [illegible] à di-*
vo Pio §. 1. num. [illegible] de re judic. [illegible] form. executionis num. [illegible] [illegible] ſervat. 68. centur. 1. etiam [illegible] *in d. l. à divo Pio. §. 1. [illegible] de re judic. & in l. penult. [illegible] jud.* Equidem jure noſtro res [illegible] dita, cum omnes provinciæ [illegible] domino, co[illegible]que alter eius [illegible] ad alterius juſſum executionem [illegible] re cogeretur. *d. l. penult. § 1.* Cæterum, quando iidem domino uni non ſubjiciuntur, ut nunc ſæpius, major eſt quæſtio; Receptum tamen, ut judex [illegible] quo petitur executio, exequi poſſit [illegible] quæ cognitione ulteriore; aut ſi id maluerit, non cogatur, niſi novo proceſſu inſtituto, & inquiſitione ſuper meritis cauſæ facta, *late Boſſ. in tracta. de for. compet. num. 86.* dato etiam, ut ipſe loquitur, quod ad ipſum non pertineat prope cognitio per ea, quæ tradunt *Panormitan. & Dd. in c. 1. de off. ordin. cum aliis quæ Boſſius num. 87.* adducit.

Iam verò ut ad textum revertamur, qui vult omnino in ꝓvincia, ubi delictum eſt, cauſam cognoſci, † & contumaciter abſentem damnari, non prætereundæ ſunt rationes huius [illegible], quarum duas affert. *Nov. 69.* Primam paratiorem copiam probationum, quæ haberi poteſt in provincia, ubi delictum eſt commiſſum. *l. [illegible] inf. ubi de ratiocin. tam pub. quam privat.* Alteram ne extra provinciam cogeret litigare magnas expenſas & [illegible] majores, quam res ſit, facere cogantur, quæ utraque ratio, cum favorem [illegible] reſpiciat, [illegible] renunciare poſſit. *l. [illegible] ſup de pact.* & reum conveniri [illegible] tenti, *l. 2. ſup. de juriſd. l. ult. inf. [illegible]*

in rem actio. cap. ult. de for. comp.

Abſolvemus) Hæc explicata [illegible] *l. properandum. 13. § 1. ſup. de jud.* [illegible] quando ex contumacia alterius procedatur, diceturin *l. 2. ubi in rem act.*

10 *Damna reſarciantur*) Nam propria † contumaciæ pœna eſt, refundere damna, & expenſas. *d. l. properandum. l. ſancimus. eo tit. c. 2. 3. & paſſim. de dol. mal. & cont.* Cæterum moribus noſtris quomodo in criminalibus, quod propius hunc locum attingit, ex contumacia procedatur, diſcendum eſt ex *Chil. cap.* Von der Acht. *& in ſpecul. Sax. in fin ſub eod. tit.* Noſtrorum vero ſententiam ſi quis requirat, videre poteſt in *l. ultim. ubi Bald. infr. ut int. certi tempus. l. abſentem. 6. infr. de appellat. Bart. & alij in l. 1. de req. reu. Ang. in pract. ver. qui dominus per tot.* Quibus locis & hoc addunt. Etſi jura contra abſentem ultrà relegationem procedi non permittant, tamen nunc moribus non quidem capitalem ſententiam ob contumaciam irrogari: ſed loco relegationis nunc inductum eſſe bannũ, ut in damnatos banno liceat cuivis executionẽ facere impune, ac eas expetere pœnas, quæ in præſentem fuiſſent per ſententiam conſtitutæ, nec quoq; perpetuam eſſe defenſionis libertatem, ſicut jure noſtro. *l. 1. inf. de req. reu. l. 1. ff. eod.*

11 *Excipietur*) Quartum † hic proponitur forũ competens, ſi princeps ad ſuum conſiſtorium cauſam evocet *ut ſup. tit. quand. imperat.* in quo magis annuitur precibus agentium, quam rei *Cuiacius d. Nov. 69. ex ratione l. de die 8. qui ſatiſd. cog. l. 2. de eo quod cer. loc.*

[illegible] † ſi fur [illegible] 12
[illegible] quam [illegible] dominio, ex [illegible] *l. ſi dominũ. 4. de fur.* [illegible] juriſdictionem quot [illegible] aut præ[illegible] a [illegible] in alia jurid. repertus. *Bart. d. l. ſi dominum num. 2. & l. ſi abducta. 10 n.* [illegible] quanquam *Bald. ibi num. 5.* contra, [illegible] injuſtè contendat [illegible] fuit enim iniquum Bart.) *inf. de furtis.*

Subjiciam & ſextum forum †, videlicet originis, † ſi reus [illegible] repertus [illegible] apprehendatur *l. adſumtio 6. § filius 1. num. 2. ubi Bart. ad municip. Panor.* [illegible] *in fin. de for. compe. Caſtrenſ. in l. ult.* [illegible] *rem. latè Boſſ. de for comp. nu 7* [illegible] hanc eſſe communem & *Alex. in l. cum quædam 19. nu. 5. de juriſd.* [illegible] autem accipe tam paternam, quam propriam *d. l. aſſumptio. Alex. conſ.* [illegible] *volum 5. Boſſ. de fo. compet. nu. 27* [illegible] *quent.* quanquam ego propriam [illegible] feram, ſicut & *Socino* placere video *in rub. de for. comp.* Cæterum [illegible] in omnibus teneatur, præventionem locũ 14
eſſe *l. ſi quis. 7. l. ubi. 30. de jud. c. propoſuiſti ibi Socin de for. comp.* nec [illegible] ri judicem, etiam minorem, d[illegible] do competentem, ut lo[illegible] nocentem perſonam cum pro[illegible] alium etiam maiorem remittere. [illegible] *l. ſenatus. 14 in fin de accuſ.* [illegible] ordinariam appellationis *l.* [illegible] *de pœn. l. non tantum. 6. de app.* [illegible] tegatur fraus & collu[illegible] *pet. n 80.* aut n[illegible] accu[illegible] tus, contumax [illegible] præventus fuerit. *Fel. in* [illegible] *de conſtit.* vel al[illegible] as de præventione [illegible] capiatur, *Fel. ibid. Boſſ. de for comp.* [illegible]

Forma pragmatica.) Hinc ſumi poteſt definitio pragmatici, de qua *l. ult. ſup. de diver. reſcript.*

Occaſione publici.) Publica privatis ſunt anteferenda, *auth. res quæ. inf. com. de leg.* Diximus autē privatas eſſe cauſas, cur quiſq; in loco delicti & contractus defendi debeat. *d. Nov. 69.* Publicæ igitur his ſunt anteferendæ.

15 *Cauſa.*) Nota† principes nō debent lites, aut litigatores ad ſuam cognitionē evocare ſine juſta cauſa. Quiſq; enim in ſua juriſdictione major eſt omnibus aliis *Bal. l. ſi abducta. 10. num 3. inf. de fur. per l. eſt receptum. 14 de juriſd. l. apud ubi hoc not. Ang. de manumiſſ.* Unde ne quidem ſuperior extra viam ordinariam appellationis, inferioris juriſdictionē impedire debet. *c. 1. 2 ubi Gemin. nu. 2. 4. de off. ord n. 8.* ſed ſuæ juriſdict. contentus eſſe finibus *clem. 1. in fin. ubi Zabar. de exces pralat.* etiam ipſe princeps, *Bal. c. cæterum. num. 12. in fin. de jud. Cagnol. l conſily. 47. §. 1. nu. 3. de regulis juris.* niſi ex juſta cauſa, aut publica, *ut hic*, aut privata, ut ratione miſerationis. *l. un. ſup. quand. Imper.* vel denegatæ juſticiæ *Curt. de feu. par 6. quæſt. 1. Boër. de. iſ. 304. num. 7. ver Marchio. §. quæritur. n. 1. 2. Mynſ. obſervatio. 88. cent. 1. obſerv. 74. centur. 2.* h. e. ſi ſine juſta cauſa audientia denegetur, non etiam ſi injuſtè judicetur *Ferrar in form. actio. real. ad ver. dominum. vel quaſi. num. 19. 20. 24.* Ea tamen cauſa non præſumitur, niſi doceatur, & appareat. *Bart. l. item. 19. de procurator.* nec dum in judice. *c quoniam. 11. de probatio.* ſed ne quidē in principe *c. 1. de probat. Fel. in 5. conc. in Eccleſ. de conſtit.* eoq; rectè hic additur occaſione publicæ cauſæ. At dicat aliquis, unumquemque forum in curia principis ſortiri, ut alia cauſa non ſit opus. *l. ſed etſi. 6. § ult. ex quib. cauſ maio. l. 2. §. legatum l. nō alium. 24 de jud. c ult. de fo. comp.* id qui[illegible] ita eſt, ſed tamē princeps hac in parte [illegible] parci litigatoribꝰ, & cauſam in loco delicti, aut contractus cognoſci, ut [illegible]tur ſumptus, & probatio facilior [illegible]atur, *d. Nov. 69.* Itaq; etiam nunc, cum ad Imperatorem delata eſt cognitio, commiſſariosdare ſolet in ea provincia negocii geſti, aut ſaltem admodū vicina, niſi ex juſta cauſa *ut hic* dicitur [illegible] ſaltē de plenitudine poteſtatis cauſam ad ſuum conſiſtorium putet evocandā. quo caſu non opus eſt, ut citet per juris ſubſidium reſpectu illorum, qui imperium eius agnoſcunt *Iaſ. in l. ult. nu 24. de juriſdict.*

Aut ex lege hoc) per ordinariam ut exiſtimo viam appellationis. *l. 6. l imperatores 21. de appell* & in aliis caſibus lege expreſſis *ut l un. ſup quand. Imper.* quomodo & criminales cauſæ ad tribunal principis referuntur *l. 2. de pœn. d. l. 6.* quanquam parcius *l. 2. inf. quor. appell. non recip.* ſicut & hodie † Camera imperij 16
prorſus nullas recipit cauſas criminales. *Mynſing. obſer. 98 cent. 2.*

Induciarum tempus quatuor menſium)
Dilationes† variant pro varietate mate- 17
riæ ſubiectæ, ut videre licet apud *Speculat. & Hoſtien. de dilation. in prin ip.* in materia probationum tres menſes conceduntur, videlicet cauſa jam præparata *l. 1. ſup. de dilat.* hic quatuor, in ipſo ſcilicet litis exordio, & cauſa nec dum præparata, neque ſanè exacta temporum ratio reddi poteſt, ut tradunt *Zaſ. & Doctores. l. non omnium. 19. de leg. & in rub. de uſucap.* *Nova conſtitutione. Nov. ſcilicet 69.*

Uno

Vna aut duabus manſionibus. Rectius Haloander vertit *d. Novel. 69.* Et quidem ſi provincia in proximo ſit una aut duobus tantummodo provincijs in medio conſtitutis, quatuor illi menſium dilatio detur.

TITULUS XVI.
Vbi de poſſeſsione agi oporteat.

1. *Continuatio.*
2. *Poſſeßionis notatio, ejusque varia ſignificatio.*
3. *Ejusdem definitio.*
4. *Poſſeßionis proprium, ubi exponitur, quatenus poſſeßio ſit facti, vel juris.*
5. *Poſſeßionis ſpecies. & n. 6.*
   Poſſeßio plena ac minus plena item naturalis & civilis, quæ?
6. *Non omnis malæ fidei poſſeßio eſt injuſta.*
7. *Poſſeßionis cauſa efficiens tam remota, quam propinquior, & proxima n. 8. item materia. n. 9 forma tam acquirendæ, retinendæ, & amittendæ, n. 10. quam probandæ, n. 11 finis. remißivè. n. 12.*
8. *Poſſeßio acquiritur apprehenſione, quæ fit animo & corpore. & n. 10. Econtra vero amittitur, ſi animo & corpore res relinquitur.*
10. *Poſſeßio ſolo animo retinetur.*
11. *Poſſeßio rectius probatur teſtibus.*
    Ex priori poſſeßione præſumitur præſens.
    Quisq; præſumitur ſuo potius jure, quam alieno poßidere.
12. *Ratione poſſeßionis multiplex quis ſortiatur forum remißive.*

1 DIctum eſt † quòd in Criminalibus forum ſit competens, ſequitur videre quodnam in civilibus, quæ vel perſonalia ſunt, vel realia, hæc illius potiora. *l. plus cautionis. 25. de reg. jur.* quare præmittenda: in realibus autem de poſſeſsione litigatur, aut de proprietate. Prius de poſſeſsione, *l. ordinarij. 13. inf. de rei vend. l. 24. ff. eod.* De hujus itaque foro prius eſt videndum; ita tamen, ut quid ſit poſſeſsio ante omnia explicetur.

Poſſeſſio † compoſitum eſt à ponere & ſeſsione, quaſi poſitio ſedis. *l. 1. de acq. poſſeß. Alci lib. diſpu. 1. & 2. præ termiß. Hottoman. obſer. lib. 1. cap. 10.* Ea ſignificat alias rei proprietatem. *l. interdum. 78. de verbor. ſignifica. l. 2. inf. de probat.* etiam juris prætorij. *l. 3. de bon poß.* alias verò jus à proprietate ſejunctum. *l. naturaliter. 12. §. 1. de acquir. poſſeß.* atque ita plerunque, & propriè in jure ſumitur numero ſingulari; ſed hoc ſignificatu rurſus bifariam ſumitur, alias ἐν πλάτει ut complectatur etiam quaſi poſſeſsionem. *c. 2. de inint. reſtit.* item detentionem. *l. 2. in fin. pro hære. l. naturaliter. in princ. de acquiren. poſſeß.* alias verò ſtrictè, & propriè deſignat veram poſſeſsionem, ſeu plenam, quæ quidem ſeparata ſit à proprietate, effectu tamen & animo domini tenetur. *Theoph. inſt. quib. mod. toll. obl. & per quas perſ. cuiq. acquir.* Unde qui detinent hoc in ſignificatu non poſsidere dicuntur. *l. quod meo. 18. in princ. de acquir. poſſeß.* ſed in poſſeſsione eſſe *l. ſi quis. 10. §. 1. d. t.* Plenam autem poſſeſsionem habent, qui animo & titulo domini poſsident. *d. l. ſi quis. 10. de acquiren. poſſeß.* & ea eſt propria hujus juris ſignificatio, ſicut accipitur. *C. & ff. tit. de acquir. poſſeß. & paßim. toto jure.* Cæterum hoc in argumento accipitur ἐν πλάτει, agimus enim hic de judicijs poſſeſſorijs, eorumq; foro competenti, quo in tractatu non tantum de vera poſſeſsione, ſed etiam de quaſi de-

rentione, & injuſta poſſeſsione litigatur ut in *c. licet. 9. de probat.* Et hoc quidem in ſenſu à Theop. definitur eſſe corpo-
3 ralis rei detẽtio. *in princ. Inſt. de interd.* cui Duarenus addit cum affectu & animo dominij. *lib. diſp. 1. c. 18.* ſed hæc additio tantum civili poſſeſsioni congruit, non naturali. Cum autẽ utranq; poſſeſsionem complectatur ſuo genere, ſatius eſt, in definitione generis hanc adjectionem omitti, ut Theoph. fecit. Particula tamen, *corporalis*, non congruit quaſi poſſeſsioni, quam tamen hoc in argumento quoque complectitur, quamobrem non inconvenienter, quod ad hunc titulum attinet, poſſeſſionem ſic definiemus, cujuslibet rei detentionem, quæ ſit à proprietate ſe-
4 parata. Poſſeſsio † partim facti eſt, partim juris *l. poſſeßio. 49. §. 1. de acquir. poſſeß.* magis tamen facti quàm juris in acquirendo, *l. denique. 19. ex quibus. cauſ. ma. d. l. poſſeßio. 49.* Nam quæſita magis eſt juris, ut traditur. *deciſio. Rota. 5. tit. ut lit. pen. facit. l. nemo. 10. inf. de acquir poſſeß.*

5 Eſt autem † vel plena, vel minus plena, in qua aliqua ſpecies abeſt, puta vel civilis, vel naturalis poſſeſsio.

Civilis eſt, quæ animo domini tenetur, & ideo in jure conſiſtere dicitur, *d. l. nemo.* Naturalis eſt, quæ non animo domini, ſed aut aliquo, aut nullo jure corporaliter tenetur. Proprie enim naturaliter poſsidere dicitur, qui corpore eſt in poſſeſsione, Unde & in corpore conſiſtere dicitur *d. l. nemo.* & corporalis appellatur *l. ſed quod. 25. §. ult. l. cum heredes. 23. §. 1. de acquir. poſſeßio.* Item & is naturaliter poſsidere dicitur, qui utilitates rei percipit. *l. naturaliter. 12. de acquir. poſſeßion.* aut aliis ſcilicet, quam dominii, ut *l. 1. pro her.* ut uſusfructuarius. *d. l. naturaliter.* pignoris. *l. 2. pro her. l. ſi quis. 70. de acquir. poſſ. ß.* aut nullo. *l. pro herede. 11. cum ſequent. de pet. her.* Item alia † bonæ fidei eſt poſſeſsio, alia malæ *l. 3. §. pen. de acquir. poſſeſ.* alia juſta. *l. 2. l. 3. in princ. uti poßid. l. juſtè. 11. de acquir. poſſ.* alia injuſta. *d. l. 3. in princ. uti poßide.* qualis eſt prædonum, qui nullam juſtam cauſam allegare poſſunt. *l. pro herede. de pet. here. cum l. ſeq.* Itaque non omnis malæ fidei poſſeſsio, injuſta eſt, cum juſtum habere titulum poſsit, ut verbi gratia pignoris in creditore, ſervitutis in uſufructuario, qui tamen omnes mala fide poſsidere dicuntur. *l. 2. infr. de præſcription. 30. annor.* Eſt & quædam momentanea poſſeſsio de qua, *hic in l. un. l. 1. inf. ſi per vim. vel alio modo abſ. poſſ. l ult. ſup. qui legit per ſtand. in jud. l. momentanea inf. unde vi.*

Cauſa remota † Natura. *l. 1. de acquir poſſeß.* jus humanũ. *c. 1. diſt. 8.* Lex 7
civilis. *tot. tit. inf. de bon. poſſeß. cum ſimil.* decretum & ſententia judicis *l. juſte. 11. de acquir. poß. tot. tit. quib. ex cau. in poß. eatur.* Propior eſt titulus. *l. ſi nulla 6. cum ſeq. l. nec ex vera. 9. inf. de acquir. poſſ. ß.* isq; multiplex. *l. 3. §. ult. de acquir. poſſ.*
Proxima † eſt occupatio & appræhẽſio 8
rei, quæ fit animo & corpore. *l. 3. §. 1. l. quemadmodum. 8. l. 30. §. pen. de acqu. poſſ. l. ferè. 153 de reg. iur.* Animus hic duplex eſt, nempe dominii, qui civilẽ poſſeſsionem conſtituit, alter, qui habet conſcientiam rei alienæ; unde poſſeſsio naturalis cauſatur, aut jure aliquo, ut in uſufructuario, aut nullo jure, ut in prædone. *l. ult. inf. unde vi l. ſi nulla. 6. inf. de acqui poſſ.* Corpore acquiritur nõ tantum pedibus, & ipſa ſeſsione, verum etiam

iam

jam oculis, & affectionibus, ut ego [illegible] re mallem aſpectu, quibus res præſens apprehenditur. *l. 1. §. pen. de acquir. poſſ. Cuiac. lib. 4. obſer. cap. 3.*

9 Materia † ſunt res corporales *Theoph. in princ. Inſt. de interd.* Nā incorporales propriè nō poſsidētur. *l. 3. de acq poſſeſſ. l. 4. §. ſi viam. 27. de uſucap.* quæ quidem in commercio conſiſtunt, de quibus *in §. 1. Inſt. de leg. §. ult. Inſt. de empt. & vendit.* Etenim quæ extra commercium conſiſtunt, poſsideri nequeunt, ſed tantum teneri. *l. per univerſas. 30. §. 1. de acq. poſſ. l. 4. ubi gloſſ & Dd. de mortuo infer.*

Labeo. in fin. ff. commod. ſicut hæc ex
cauſa autoris. *l. 1. inf. de peric. & comm.*
rei. præſertim cum venditor habere li-
cere promittat. *l. ex empto. 11. §. qui autem*
tem. 18. de act. emp. quæ obligatio con-
tinet refuſionem ſumptus. *gloſ. & Dd.*
l. ſtipulatio. §. 1. de ver. obligat. Bart. d. l.
qui abſentem in fin de procur. facit. l. ſi
cum quæſtio. 17 ver. in damnis. inf. de
evict. l. fidejuſſor. 15. de doli except. ob-
ſtare vero putatur. *l. venditores. 102. de*
verb. obligat. quia ibi ex ſtipulatione de-
bentur: Mihi verò adeò nihil obſtare
videtur, ut magis hanc ſententiam cõ-
firmet: quod enim ſumptus litis em-
ptori ſtipulanti venditor promiſit, id
argumento eſt naturæ & obligationi
venditionis hoc ipſum ineſſe. Nam in
ſtipulationem ejuſmodi conferri ſo-
lent, quæ inſunt naturæ contractus. *l.*
4. de uſur. l. ex empto §. 1. de act. emp. l.
5. de prator. ſtip. Diſtinguendum tamen
eſt, ut ſicut de evictione non tenetur
autor, priuſquam res fuerit evicta *l. 3.*
inf. de evict. ita nec prius ad ſumptus
teneatur, quàm emptor damnatus ſit.
d. l. ſi cum quæſtio. l. ſi ſtatu. 18. inf. de e-
viction. Cujacius in d. l. venditores.
Quamobrem abſoluto emptore ſicuti
evictionem non debet. *l. ſi ſtatu. 18. ubi*
Bald. inf. de evict. ita nec ſumptum ul-
lum. Itaenim apparet injuſtia emptore
re conventum eſſe, at cujus injuriam
ipſum emptorem præſtare non decet,
l. ſi per imprudentiam. 51. de evict. Et hic
quidem effectus reſpicit proceſſum ju-
dicii, ſicut & finis prior. Alter pertinet
† ad eventum, ut ſcilicet de evictione 48
agi poſsit. *l. empti 21. l. ſi cum quæſtio.*
17 inf. de evict. l. minor. 39 §. 1. eod. cap.
ult de empt. poſtquam ſcilicet ritè de-
nunciatum eſt. *d. l. empti. l. ſi non inju-*
ria. 15. inf. de evict. nam hac non fa-
cta, nullam ad evictionis cauſam re-
greſſum emptor habet. *l. emptor. 8. ubi*
Bald n 1. l. ſi parentes. 20. inf. de evict. l. ſi
fundo 53. §. 1. ff. eod. Alexan. tamen &
pauci quidam. *in d. l. non ſolum. § morte.*
de oper. nov. nunciat. & Immo in d. c. ult.
volunt venditorem etiam abſq; denun-
ciatione ad evictionem teneri, niſi de-
monſtret, ſi lis ſibi denunciata foret, ſe
de ſuo jure docere potuiſſe, quod tàm
eſt à re & veritate alienum, quàm quod
poteſt eſſe maximum, cum hoc caſu
cõtra emptorem ſtet juris præſumptio
d. l. ſi fundo. §. 1. de evict. & eſt contra
communem Theoricam. *Bart. in l. at*
qui 19 §. cum me abſente num. 1. de negot.
geſt. quam latè confirmat. *Ruſin. in d. §.*
morte. num. 418.
Affinia † ſunt nominatio, de qua in 49
l. ſeq. & citatio, quæ propterea denun-
ciationis quoq; nomen meretur. *l. tres.*
denunciationes. infr. quomod. & quando
judex: Contraria † eſt notoria injuſti- 50
cia cauſæ venditoris *l. ex empto. 11. § idē.*
8 de act. emt. Bald. in l. emptor. 8. n. 5. infr.
de evict. & juſtitia actoris. *l. ſi cum quæſt.*
ubi poſt gloſ Bald. num. 2. infr. de evict.
Nam bonam fidem emptor agnoſcere
poteſt *l. at qui 19. § cum me abſente ; in*
principio de neg. geſt. neque malā cauſam
defen-

de[illegible] cogn[illegible] *l. [illegible] 14. ſup. de ind.* [illegible] ut probat *d. l. ſi [illegible] §. n.1. de evict. arg. a contrario ſenſu ſumpto. item l. 2. §. quod ſi quis. 18 v. ſi cæterum quid facere potuerunt de SC. Sylan.* Facit etiam ratio, quia venditoris tantum nihil intereſt denunciationem fieri: nemo autem petere ab altero debet, quod eius nihil intereſt, ut tradit. *d. l. ſtipulatio iſta. 38. §. alteri. 17. de verb. obligat.* qua ratione etiam putant † fidejuſſorem non audiri cum exceptione excuſsionis, ſi conſtet principalem nõ eſſe ſolvendo, cum ejus nihil intereſt excuti principalem, de cuius inſufficientia conſtet. *Caſtrens. num. 5. Iaſ. num. 9. & communiter Dd. in l. ult. ſi cert. peta. Bald. num. 2. Salicet. num. 3 in Authent. hoc ſi debitor. ubi gloſſ. verb. docere inf. de pignor. Socin. in regula. 134. num. 5.* facit & illa ratio, quod in notorijs non opus ſit citatione. *Bart. l. 2. §. quod te. de adminiſt. rer. ad civ. per. Bal. Sal. & Dd. in l. ea. inf. de accuſ.* quæ tamen ſolennitas eſt judicialis. *c. 1 de lib. oblat.* Quanquã autem hanc ſententiam in *l. ſi ideo. 55. de evict.* communem omnes fateantur, & in *l. 2. § voluntatem. 1. ſolut. matrim. & in c. ult. de empt.* latiſſimè *Rufin. in §. morte. num. 418. uſq. ad num. 4 3.* tamen non perperam ex adverſo diſputat. *Socin. in d §. voluntatem* & obſtat profectò vehementer aperta deciſio juris in *d. l. qui concubinam. §. hæres de leg. 3. & d. l. ſi fundo. §. 1. de evict.* quæ juris forma non videtur temerè mutanda. *l. Divus. 7 de reſt. in integ. Rom. conſ. 211. nu. 3* præterea non tantum fit denunciatio ad inſtruendam cauſam, vel obtinendam, ſed multò magis ad evictionis cauſam conſervandam.

51

Eſt autem tralatitium quotiescunque aliquam [illegible] [illegible] ſunt rationis, & [illegible] altera deficiente, [illegible] tamen [illegible] eſſe propter aliam rationem manentem per [illegible] tradit. *Iaſ. & Dd. in l. transigere. 8 ſup. de tranſ.* Et ut maxime vera ſit communis [illegible] tamen periculoſum fuerit emptori, hoc niti fundamento, cum probare ipſi debeat denunciationis nullum futurum fuiſſe effectum. *Bart. in d. l. at qui. 10 §. cum me abſente de neg. geſt. Rufin. in d. §. morte. num. 418.* quæ ſane probatio difficilis eſt propter dubium litis eventum, *l. quod debetur. 51. de pecul.* tum quod lex præſumat, cum ſua culpa hoc caſu litem amiſiſſe. *d. l. ſi fundo. 53 §. ult. de evict.* ut non poſsit non videri in dolo, qui præſcriptam à lege denunciationem omiſit. *d. l. ſi fundo. 53. § 1.* & proinde nec juvandus videtur, *d. l. qui concubinam. §. hæres.*

Ad contraria † etiam referatur, ſi emptor obtineat. *l. ſi ſtatim 18 ubi Bald. inf. de evict.* item ſi neceſſariã exceptionem omittat *l. ſi parentes. 20 inf. de evict.* Contrarius eſt etiam ejuſdem dolus (qualitercunq; commiſſus) *l. minor. 39. §. 1. de evict.* quo nomine etiam negligentia hic venit. *l. ſi fundo 53. §. 1. l. ſi cum venditor. 66. in princ. de evict.* 52

L. ſi quis, 2.

1. *Argumentum. h. l.*
2. *Nominare, ac nominatio, [illegible] & ſecundum ſubiectam materiam judiciorum quid denotet.*
3 *Authoris nominatio quid?*
4. *Exceptio nominationis quid differat ab exceptione laudationis & n. 5. 6. 7 8. 9 & 10.*
Exceptione nominationis quis poſsit uti ad hoc ut authorẽ ſuũ nominando judiciũ evitet.
5. *Nominatio authoris in quib. judicijs locũ habeat.*

6. Quo-

6. *Quomodo, ac quo tempore author in judicio nominandus?*
7. *Nominanti authorem ſuum in judicio an incumbat probare, ſe poſsidere nomine alieno.*
8. *Nominatio authoris quo fine fiat?*
9. *Nominationis factæ, & omiſſæ effectus.*
Authori, ſeu domino ad nominationem conventi comparenti an novus libellus edendus.
Exceptio nominationis interpoſita quatenus habeat vim litis conteſtationis.
10. *Sententia lata contra eum, qui alieno nomine poſsidet, non præjudicat domino.*

1 POſsidens † alieno nomine poteſt
reali actione cõventus dominum,
cujus nomine poſsidet, initio no-
2 minare. Nominare † eſt aliquem cer-
to nomine, vel deſignatione certa de-
monſtrare, deſignare, indicare, *l.* 1. 2. *l.*
9. §. 8. *de her. inſt.* *l.* 1. *cum ſeqq. de lib.*
& poſth. Sic nominare reum eſt defer-
re, indicare, accuſare. *l. libertus.* 17. §.
in quæſtionib 12. *ad municip. l.* 2. *de bon.*
eor. qui mort. ſibi conſciv. In judicijs ve-
rò civilibus propriè ſignificat nomi-
nando aliquem ſibi ſubſtituere, in quẽ
potius munus, aut actio derivanda ſit,
quam in eum, cui imponitur. Quomo-
do dicuntur nominari Magiſtratus, tu-
tores, curatores, &c. eorum fide, qui
nominant, hoc eſt, quibus delatum il-
lud munus eſt, ſed ſuo loco nominant
aliquem potiorem ſuo ipſorum peri-
culo. Nam mala electio vel nominatio
in culpa eſt, ut inquit, *Speculat. de exe-*
cut. §. 1. *num.* 2. Exempla proponuntur
in *l.* 2. § *ſeco.* 7. *de adm. rer. ad civit. pert.*
in l quid ergo. 13. *ad municip. l. ſeveriter.*
14. *inſ. de excuſ. tut Paulus lib.* 2. *ſenten.*
tit. 28. Unde dicta nominatio & nomi-
nator. *tot. tit. de fidejuſſ. & nomin. tut.*
qui & creator vocatur, *in d. l.* 2. §. *ſi eo*
tempore. de admin. rer. ad civit pert. Ea-
dem ratione qui in judicio conventus
alium ſe potiorem nominat, velut do-
minum, in quem judicium transferen-
dum ſit, nominare dicitur. Eſt † ergo 3
nominatio quædam exceptio velut de-
clinatoria, quod & *Bart. hic num.* 5. fa-
tetur, qua conventus poſſeſſor initio
judicii nominat Dominum, cujus no-
mine poſsidet, excipitque, in hunc à
ſe judicium eſſe transferendum. Hæc
† ergo multum à laudatione ſeu de 4
nunciatione diſtat, primum cauſa effi-
ciente, quia hæc interponitur ab eo,
qui ſuo nomine poſsidet, puta empto-
re, &c. *ſicut ſupra diximus.* Illa vero ab
eo, qui poſsidet nomine alieno. *l.* 2. *in*
princ. hoc. tit. ubi gloſſ. & Dd. in quo eſt
pulchra limitatio ad *l officium.* 9. *de*
rei vend. ut pluribus exponunt. *Iaſ. nu.*
100. *Faber. n.* 23 *in* § *omnium. Inſt. de act.*
adeo ut exiſtimetur eum qui ſuo nomi-
ne poſsidet, aut aliquod jus in re ha-
bet, ut vaſallum, Emphyteutam, ma-
ritum, fructuarium & ſimiles, alium
tanquam dominum nominare nõ poſ-
ſe. Qua de re conſulendus eſt. *Accurſ.*
hic ad ver. quolibet. Dd. CC. in c. quoni-
am. 5. § *in alijs. ut lit. non conteſta. & de-*
ciſ. Neapol. 217. *& Mynſing. diſtinctioni-*
bus rem expedie.ns, obſer. 58. *cent.* 2.

Secundo materia † quia denuncia- 5
tio, ut dictum eſt, tantum obtinet in
realibus, at nominatio etiam in judi-
cijs mixtis. *Mynſing. d. obſer.* 58. poſſeſ-
ſorijs. *Bart. h. num.* 10. *cum ſeqq. Panor.*
in d. c. quoniam. in fin. num. 52. *cum ſeqq.*
atque adeo, ut quidam volunt, etiam
in perſonalibus. *de quo Bart. h. num* 13.
& Dd. Forma, & circumſtantijs † quo- 6
niam ad plenam denunciationem mul-
ta requiri diximus, nominatio vero ſi-
cut

cui alia quælibet exceptio ex æquitate, hinc alia juris forma proponitur, & omnino ante litem conteſtatam nominatio fieri debet, etiamſi aliud in denunciatione ſervetur. *Bart. h. num.* 14. *Bal. & Dd. Maran in ſpec. par. 6, de nominat num. 2. & 3.*

Cæteroqui conventus, qui non ante oppoſuit, tanquam liti ſe offerens, condemnatur. *l. is qui ſe obtulit. 25 de rei ven. l. electio. 26. §. neq. 5. verſ. & ideo de nox. actio. Bart. & Dd. h. Marant. prealleg. loc.* quod & in declinatoriis plerunque ſervatur. *l. ſed etſi ſuſceperit. 52. ubi Doctores de iud. & ult.*

7 Forma probandi, † quia non cogitur nominans docere, ſe alieno nomine poſſidere, ſed illius dicto ſtatur, donec adverſarius probet contrarium. *Bart. h. num. 15. Panormitan. in d. c. quoniam. § ult. nu. 49.* Quod tamen mihi non ſatis ſit veriſimile, propter regulam. *l. in exceptionibus. 19. de probation. item ex regula l. 2. ubi Bal. num. 2. cum ſeqq. inf. de probat*

8 FINE: † quia laudatio fit ad inſtruendum proceſſum, & evictionis cauſam probandam, non verò ut iudicium omnino in autorem transferatur. At nominatio hoc plane fit fine, ut ſtatim abſolvatur nominans, & lis in nominatum transferatur, ut *h. l. 2. ubi Bart. num. 10. & Dd.* Differt ergo etiam Ef-

9 fectu: † Cum non modo judicium transferat in nominatum, ſi comparcat, *l. 2. h t* verum etiam omnem cauſam poſſeſſionis. *Bart h. num. 10.* itaque novo libello ac iudicio conveniri nominatus debet. *Dd. in d. c. quoniam. Bart. h. num. 9* vel etiam transfert poſſeſſionem in agētem, ſi nominatus nō comparcat. *l. 2. in fin. h. tit. c. quoniam. § ult.* Quemadmodum & cum facto nominatio facta ducetur. *l. ult. ubi Bart & Dd. de rei vend.*

Differt & in eo, quod nominatio vim habeat exceptionis declinatoriæ *Bart. h. num. 5.* item litis conteſtationis, ſaltem ad interrrumpendam actionis præſcriptionem, ut *in h. l. 2. circa finem in verb. tanquam lite conteſtata Bart hic num. 3.* Vnde & judicium novare, atque ita prius extinguere putatur. *per l. aliam. 29. de nova. l. non ſolet. 86. de reg. jur.* atque hi quidem effectus ſunt factæ nominationis, illius vero non factæ † hic, 10 ut reus pro poſſeſſore condemnetur. *l. offi. ium. 9. de rei vendica.* abſque tamen Domini præiudicio. *Bar. nu. 16. 7. & Dd. hic. & in l. peregrè. 44. §. quibus. 2. ubi Alexan de acquiren. poſſeſſio. Maran. de nomi num 2.* quæ omnia diſcrepant à denunciatione, ſicut ſupra vidimus; in reliquis ſatis conveniunt, quæ iterum repetere non eſt neceſſe,

L. Actor, 3.

1. *Verus huius l. intellectus remiſſivè.*
2. *De re mobili ibi, ubi eſt, aut invenitur, agi poteſt.*

HAnc † L. ſatis commodè Accurſius exponit, ut alia declaratione 1 non ſit opus: illud tamen addo, quandoquidem ambigit cum Bart. An hæc † Lex obtineat in rebus mobilibus? 2 In eo tenendam eſſe opinionem Azonis, ſcilicet, ut etiam ſuper his cogatur reſpondere Reus, ubi res eſt, vel invenitur. *l. quod legatur. 38. in fin. l. non alias 24. §. ſed ſi poſtulatur. 2. de jud.* & per alia multa quæ adducit *Salicet. hic, nu. 1. & 2.* ad omnia contraria reſponden-

TITULUS XX.

Vbi de hæreditate agatur, vel ubi hæredes ſcripti in poſſeſsionem mitti poſtulare debeant.

1. C[illegible]tio.
2. [illegible] & ea quid. nu. 3.
4. [illegible]prium, ubi declaratur, quatenus ea ſit dividua.
5. [illegible]tatis ſpecies, & n. 6.
[illegible]reditas teſtamentaria quatenus deroget hereditati legitimæ
7. Hereditatis teſtamentariæ cauſa efficiens remota ac propinqua, item impulſiva nu. 8.
Hereditas an, & quatenus pactis aut contractibus acquiratur, ubi de intellectu l. 1. §. 3. ff. ſi à parent. quis manum
9. Legitimæ hereditatis cauſa efficiens, ac impulſiva, num. 10.
11. [illegible] hered tatis materia, ſeu quid hereditate deferatur.
12. [illegible] hereditatis deferendæ, item acquirendæ, [illegible] retinendæ num. 14. & amittendæ [illegible]
17. [illegible] acquirendæ hereditatis, ac reliquarum mortis capionum, quanto tempore præſcribatur, ac an contra præſcriptionem ex capite ignorantiæ reſtitutio concedatur.
[illegible] Finis & effectus hereditatis acquiſitæ, & omiſſæ num. 1[illegible].19.
[illegible] [illegible] delicti, ſi cum eo lis fuit conteſtata, an heres teneatur in ſolidum, an vero [illegible], quatenus ad ipſum pervenit.
[illegible] [illegible] adjacentia.
[illegible] [illegible] ubi docetur, cur bonorum poſſeſſio nunquam dicatur hereditas.
[illegible] [illegible] contraria.

E[illegible] in rem actio petitio hereditatis [illegible] l. ſed & [illegible] 2[illegible] § petitio. 18. de pet. hered. l. in autem. 27. § 2. de rei vend. [illegible] propter peculiares [illegible] quidem.

Hereditas † [illegible] Heres ab [illegible] ro, & heredio, [illegible] dominus [illegible] minio, non aliunde [illegible] § [illegible]. Inſt. de her. qual. Eſt autem [illegible] ris. l. hereditatis. 119. l. pecunia. 178. §. hereditas. de verb. ſig. & propriè poſt [illegible] tem defuncti. l. qui ſuperſtitis. 94. de acq. hered. ante tamen aditam hereditatem. l. hereditas. 34. de acquir. rer. domin. l. mortuo. 22. de fideiuſ. nam poſt [illegible] patrimonio heredis, & hereditas eſſe definit, ut pluribus confirmat, Dec. in l. hereditas. num. 2. 3. de reg. jur per l. ſed etſi plures. 10. §. filio. 2 de vulg. & pupil. ſubſtit Eſt autē † ſucceſsio in univerſum jus, quod defunctus habuit l. nihil. 24. de verb ſinif. l. hereditas. 62. de reg. jur. l. ei qui. 54. & paſſim. de petit. hered Cicer. in Topicis definit eſſe pecuniam quæ morte alicuius ad quempiam pervenit, ſumpto ἐν πλάτει vocabulo Theophil. Inſtitut. de reb. corp. eſt [illegible] inquit, quoddam certo [illegible] conſtitutū, quod [illegible] patrimonii univerſalem dominum jure efficit. 3

Proprium hereditatis, † quod quoad partes bonorū & aſsis ſcindi poſsit. § hereditas. Inſt. de har. inſt. quoad jus nō itē, quia tota vel ex teſtamēto, vel ab inteſtato deferēda eſt, l. ius noſtrū de reg. iur. Propria etiam & illa ſunt, quæ a [illegible] de re rerum diviſ. tribuimus [illegible] ralib⁹. Quod ad ſpecies † attinet [illegible] hereditas legitima eſt, l. lege [illegible] S. nam prætor heredes [illegible], [illegible] de bon. poſſ ut nec dominū l. 3 [illegible] ta. [illegible] bonorum poſſeſſio [illegible] r. tit. ff. & [illegible] 4 5

[illegible] *inf.* [illegible] legitimam [illegible] [illegible] *d. l. 3. §. 2 pro ſoc.* [illegible] Teſtamentum [illegible] teſtamento [illegible] *d. l. lege.* [illegible], ut nomen [illegible], cauſam lege propriè nempe Teſtamentum *§ ult. Inſt. de cod. l. hereditas 5. inf. de pact. conuu. l. non codicillũ. 14. inf. de teſtam.* Itaq; rectè has in duas ſpecies tribuitur hereditas, legitimã, & teſtamentariam. *d. l. 3. § 2 pro ſoc. d. l. lege. 130. de verb. ſig.* quarũ hæc illi derogat. *l. quamdiu. 39. l. in pluriũ. 70 de acq. her. l. quamdiu 89. de reg. iur. l. 6. de iniuſto. teſt. §. cũ autem, Inſt. de her. quæ ab inteſtat.* niſi in partibus legitimis, ſeu quæ ex lege diſpoſitioni teſtantis eximuntur. *l. quoniã. 32. auth. noviſſima inf. de inoff. teſtam. & ff. eod. tit. Auth. ſed cum teſtator. ubi Dd. inf. ad L. Falcid. item Tit. ſi quid in fraud. patr. Iaſ. n. 18. & Dd. in auth. præterea. inf. unde vir & uxor.* Eſt tamen tertia quædã ſpecies. *Bald. l. cum antiquiorib. 19 n. 7. inf. de jur. delib.* quo illa exempta referri poſſit, ut cũ ex lege per exemptionẽ, de qua dictũ eſt, aut ex ſtatuto vel conſuetudine ſucceditur, veluti in feudali jure. *Bal. in c. imperialem. n. 19. de prohib. feud. alien. per Fred. Feudiſta in c. 1. de ſucceſſ. feud. Caſtr. conſ. 441. pro declaratione nu. 5. volu. 1. Brun. conſil. feudali in cauſa nu. 14. 15. Sigiſ. Neap. conſil. feud. 38. Quoniam n. 10.* quæ quodammodo eſt ab inteſtato cum nõ ſit teſtamentaria, ſed ex lege *c. 1. de ſucc. feud. Iaſ. n 19. & Dd. in d. auth. præterea.* quod & cautum eſt in Principis noſtri *Conſtit. part. 3. cap. 7.* Nã & alias in jure appellatione & jure ſucceſſionis inteſtatæ ſolet contineri *Sigiſ. Neap. conſ. 30. n. 10. per doctrinam Bald. in d. l. cũ antiquiorib. & d. c. imperialem,*

[illegible] hereditas [illegible] 6 [illegible] *tit. de teſt.* [illegible] *ſucc.* [illegible] civiliſque quã *tot. tit. inf.* [illegible] ſervatur & præcipuè [illegible] *de præt. hered. pet.* & [illegible] *tot. tit. de fid. her pet.*

Cauſa † ergo teſtamentariæ [illegible] 7 Lex eſt *d. l. lege 130. de verb. ſig.* [illegible] teſtamentum. *d. l. 3. de petit. hered.* [illegible] codicillus. *l. non codicillum. 14. inf. de teſtam. § ult. Inſtitu. de codicill.* non [illegible] ctum. *l. hereditas 5. inf. de pact. conuen. l. pactum. 15. ſup. de pact.* [illegible] *l. 4. inf. de inut. ſtipulat. l. ſtipulatio* [illegible] *de verb. oblig. l. donatio. 25. inf. de donat.* [illegible] *cum donationis 34. ſup. de tranſ.* [illegible] contractus quilibet. *l.* [illegible] *ſup. de pact.* ſive de acquirenda [illegible] hereditate. *d. l. pactũ. 15. d. l. hereditas* [illegible] ſive de dividenda. *l. ult. ſup. de pact.* ſive de amittenda. *l. 3. infr. de collat.* [illegible] *quando 35. §. 2. infr. de inoff. teſtam.* [illegible] *ſuperſtitis. 94. de acquir. heredit. c. 2.* [illegible] *pact. in 6.* Nam *l. 1. §. 3. ſi à parente quis manu:* non de pacto ſucceſſionis, [illegible] de præmio emancipationis, cui [illegible] ceſſionis ex permiſſione legis, & [illegible] triæ poteſtatis ineſt, loquitur *l. ult.* [illegible] *etſi non ſpecialiter.* Oſtẽdit [illegible] ſervari debuiſſe *inf. de emancipat.* [illegible] *inſt. de legit. agnat. ſucceſſ. §.* [illegible] *quib. mod. ius patr. pot. ſol.* [illegible] hæc vice teſtamenti *l. hereditas* [illegible] *vice teſtamenti inf. de pact.* [illegible] illud nullum factum ſit [illegible] tanquã ex voluntate [illegible] *ibid n. 15. & in l. ult. ſup. de pact.* [illegible] valeant ſaltem jure fideicommiſſi [illegible] *Authen. ex cauſa. num. 22. inf.* [illegible] *præt.* dummodo habeãt [illegible]

Digitized by Google

ſtrum numerum. *l. ult. inf. de donat. cauſ. mort.* ... *ult. inf. ... codicill.* Quod ... tū impugnari ... ut *Alex. conſil.* ... *poſide-* ... *num.* 2. & 7. *volum.* 3. *Schurff. in conſil.* ... *in propoſito. num.* 3. *cent.* 1. *per d. l. licet. ſup. de pact.* & *d. l. hereditas. ver. nulla actione.* tamen ex conſtitutione principis valent, etiam jure teſtamenti, ſi apud acta fiant. *par.* 3. *conſt.* 1. *ex ratione. l. omnium. inf. de teſtamentis.* Alias vero ſi habeant legitimum teſtium numerum videntur valere jure fideicommiſsi. *part.* 2. *conſt.* 43.

8 Cauſa Impulſiva † in conjunctis inſtantis propinquitas. *l. Titius.* 25. *ubi Iaſ. num.* ... *de lib.* & *poſthum.* in extraneis, benemerita, benevolentia. *l. nec adjecit* 9. *ff. pro ſocio.*

9 Cauſa † inteſtatæ hereditatis lex eſt. *d. l. lege* 130. *de verb. ſignif. d. l.* 3. *de petit. her.* ſenatuſconſultum. *d. l.* 3. & *Inſt. de S.C. Tert.* & *Orfici.* ſtatutum, conſuetudo. *c.* 1. *de ſucceſ. feud.*

10 Impulſiva † conſanguinitas vel cognationis, vel agnationis *tot. tit. inf. de ſuis & legit. Novell.* 1. 8. *de her. ab inteſta.* & *Inſtitut. de leg. ag.* arrogatio. *l. pen. inf. de adop.* non æquè adoptio. *d. l. pen.* §. 1. *inf. de adopt.* §. *ſed ea. Inſtit. de her. quæ ab inteſta.* neutra in feudis. *c.* 1. §. *adoptivus. ſi de feu. defunct. contro.* ſic nō etiam affinitas. *l. affinitatis.* 7. *inf. communia. de ſucceſ.*

11 Materia † eſt univerſum jus, quod habuit defunctus *l. hereditas.* 62. *l. heredem.* ... *de reg. jur.* niſi quid hinc decerpatur deductione æris alieni, *l. ult.* § *licentia.* 10. *inf. de jur. delib.* aut legatis ut fideicommiſsis, *l. legatum.* 116. *de leg.* 1. aut lege *d. Authen. noviſſima. infr. de inoff. teſt. d. authent. præterea. infr. unde vir.* & *uxor.* ſtatuto,

ſicut Gerada, res expeditoriæ, & ... lia, jure Saxonico ab hereditate ... ſeparantur. *art.* 19. 20. 24. 2... *lib.* 1. Forma † deferēdæ hereditatis cōſtit in ſolennib' teſtamenti. *d. l. heredi* ... 5. *infr. de pact. conuenu l. non codi* ... 14. *inf. de teſta.* aut diſpoſitione legis. *d. nov.* 118. *de her. ab inteſt.* Acquirendæ † 12
in factione teſtamenti, de qua in §. 4. *cū ſeq. Inſt. de her. qual. l.* 1. *inf. de her. inſtit.* & aditione, ac immixtione, de qua in *l. qui in aliena.* 6. *in pr. de acq. her.* & *l. ult. inf. de iur. delib.* & §. *ſecundum.* 6. *verſ. ſed noſtra Inſt. de her. qual.* Retinendæ † 13
in petitionibus, & exceptionibus, quib' res hereditatis vel petuntur. *l. ult. inf. de edict. Divi Hadria. toll. tot. tit. inf. de pet. here.* vel defenduntur. *l.* 1. *famil. hercisc. cum ſimil.* amittendæ † in repudiatione 14
tot. tit. inf. de rep. here. & abſtenſione, quæ opponitur immixtioni *l. ſi quis.* 7. 15
§. 1. *de acquir. hered.* & *tot tit. inf. de rep. vel abſt. hered.* etiam neglectione, ex qua præſcribitur iis, quæ mortis cauſa capiuntur uno anno. ut Geradæ Saxon de qua dixi, ſimultaneæ inveſtituræ, & ſimilibus, *differ. iur. Saxo.* ... *per art.* 28 *lib.* 1. itē petitioni poſſeſsionis bonorū, quæ parētibus aut liberis debetur. Nam cæteris breviore ſpacio nempe 100. dieb. præſcribitur *l.* 2. *l.* 4. *ubi gl.* & *Dd. inf. qui admitti ad bon. poſ.* reliquis hereditatibus jure communi triginta annis. *l.* 4. *inf. in quib. cauſ. ceſſat longi temp. l. hereditatis* 7. *inf. de pet. hered.* jure Saxon. triginta & uno annis *d. art.* 28. excluſa reſtitutione ex capite ignorantiæ, ut cōſtitutum eſt nuper *par.* 2. *conſt.* 9. ſcilicet in his lōgioribus præſcriptionibus. Nam in annalibus nunquam ignoranti præſcriptio currit, ut eleganter *Tiraq. de retract. proxim.* § 35. *gloſ.* 4. *num*

[illegible] *fuerint & [illegible] quibus [illegible] [illegible]. [illegible] & [illegible] ubi [illegible] .feud. a.ic per Lothar. [illegible] feudor.*

16 [illegible] & [illegible] † quod ante aditionem hereditatis dominii vice fungitur, & perſonam defuncti repræſentet. *l. hereditas. 34. de acquir. rer. domin. § ſervum etiam 2. Inſtit. de her. inſtit.* poſt aditionem verò, ut retrotrahatur ad tempus mortis. *l omnia 193. cum ſimil. de reg. iur.* ut dictum eſt, *ad tit. de acqui. hered. & Inſt. de her. qual.* ac hæres fiat familiæ dominus relictæ, *§. ult. eod tit.* quæ in ip[illegible] jus, & patrimonium tranſit. *l ſed ſi plures 16. §. filio. 2. de vulg & pup. l. heredem. 59. de reg. iur l. cum heredes. 23. de acquir. poſſ ff.* deſinatque exinde eſſe hereditas. *Dec. d. l. hereditas. de reg. iur. per communem doctrinam in l. 1. §. veteres. de acquir. poſſeſſ.* omneſque actiones civiles & active & paſsivè in eum transmittantur. *l. 2. ubi Dd. inf. de pact. inter emp tot. tit. inf. ut action. ab hered. & cont. her. incip.* non tamen pœnales. *§. 1. Inſt. de perpet. & tempor. action. l. pupillam. 111. §. in heredes. de reg. iur. l. unic. inf. ex del de funct in quan. hered. conv.* niſi lite conteſtata cum defuncto, ut ibi dicitur, quod factum defuncti præſtare debeat. *l. ex qua. 149. de reg iur. l. cum à matre. 14. inf. de rei vendic. l. ſi pater. 8. inf. de act. emp. l. ſi ab eo. 7. ſup de neg. geſt. l. ſi uxor. 7. inf. de bon. auth jud. poſſid.* quod ipſiuſmet eſſe cenſetur. *Decius. l. heredem. 59. num. 4. de reg. iur.* cum eadem perſona reputetur, *in Nov. 48. §. 1. de jureiur. à moriente praſt.* & proinde re[illegible]mento ex quaſi contractu debe[illegible] creditoribus. *§. heres. Inſtit. de obli-* *[illegible]* Denique omnium [illegible] [illegible] *l. here- dem. 59. de reg. iur.* [illegible] quaſtio. † [illegible] 17 [illegible] explicatam, [illegible] defuncti teneatur [illegible], quocunque tenetur [illegible] ad eum pervenit, de quo *Dd. in l. unic. inf. ex del. defunct.* [illegible]. Ex delictis defuncti non teneri heredem ante litem, ut diximus, conteſtatam, niſi quatenus ad eum pervenit. *l. in heredem. 26. de dol. mal. l. in heredem 5. de calum. l. videamus 17. quod met. cauſa l. 3. §. 1. de vi armat.* ſicut nec ex contractibus [illegible] teneatur *§. 1. verſ. aliquando. Inſt. de perp. & temp. l. quaſitum 8. §. ult. de precario l. unic. inf. ex del. defunc.* ex contractibus verò bonæ fidei teneri [illegible], etiam ſupra, quam ad eum pervenit. *l. 1 §. 1. l ſi hominem. 7. depoſiti. l. ex depoſiti. 12 l. ex contractibus. 49. de oblig. & action* Quam diſtinctionem [illegible] ſubjicit elegantiſsima regula *l. hoc jure. 152. §. ult. ubi Ravard. hoc attingit magis quam exponit de reg. iur.* Hæc omnia † in- 18 telligantur de adita hereditate *l ſi nemo 151 de reg. iur.* aut ſi pro adita habeatur. *l. qui in aliena. 6. in princ. & [illegible] de acquiren. hered. & tot. tit. ſi quis omiſ. cau. teſt.* nam tunc omnia [illegible] debentur. *l. 1. §. 1. verſic. plane. l. ſed ſi plures 10. §. 2. l. ſi filius. 12 de vulg. & pupill. ſub. Dec. in d. l. ſi nemo num.* [illegible] illa vero ex teſtamento non ſit [illegible] res redit ad cauſam inteſtati, *in princ. Inſt. de her. quæ ab inteſt* nec debentur relicta teſtamento. *l. 8. §. penult de inoffic. teſtam. l. 1. & tot. tit ſi omiſ. cauſ. teſtam.* niſi addita ſit clauſula codicillaris *l. eam. 14. inf. de fidei-comm.* vel [illegible]

[illegible] *[illegible]* publicat[illegible]to ſint [illegible] *l.* *cum ubi gloſ. & Dd.*

19 Cæterum h[illegible]re[illegible] ab ipſo [illegible] † idem jus adeundo c[illegible]qu[illegible]tur, quod inſti[illegible] [illegible] quo [illegible] [illegible], quod ſi [illegible] bona [illegible] à cre-ditoribus occupantur quando ſunt ex-hauſta ære [illegible] *ut Inſt. de eo cui lib. cauſ. cum tit. ſeqq.* aut ut vacantia fiſco [illegible] ad[illegible]cuntur *l. 1. in fin. inf. unde vir. & uxor. l. 1. & paſſim de jur. fiſc. & inf. de bon. vac. lib. 10.* qui jure quoque, & nomine tunc heredis utitur. *gloſ. l. 3. §. cum ex cauſs. de iur. fiſc. Bal. l. 2. in princ. inf. de vi publ. & in l. tutor. num. 2. inf. de [illegible]ent. paſſu. Dd. in l. ſi finus. 15. §. ſi de vectigalibus. 13. de dam infec.*

20 Adiacent † hereditati aditio, de qua *in [illegible]. de her. qual. & ff de acquir. heredi[illegible]* [illegible] miſsio in bonorum poſſeſsionē. *[illegible] l. ult. inf. de edicto. Divi. Adria. [illegible]* [illegible] accipit legem. *un. h tit Cu[illegible] obſer. lib. 5. cap. 19.* Affinis † eſt [illegible] bonorum ſucceſsio. *l. 1. §. 1. & [illegible] de poſſ hered pet.* ubi abuſivè he-[illegible] etiam dicitur, quia effectu in i-[illegible] [illegible] *l. 3. §. 1. cum ſeq de bonor. poſſ.*

21 Contraria † ſunt quibus quis ſe he-[illegible] [illegible]t indignum, de quo tracta-[illegible] *[illegible] de his quibus ut indignis & tit de [illegible]* [illegible] dati[illegible] de qua. *Inſtit de [illegible] & [illegible]th. & Cod de inſtit.* [illegible] hereditatis *§. poſte-[illegible] [illegible] teſt. infr.* præſcri-[illegible] *l. hereditas. 7 infr. [illegible] hereditas l [illegible] inf. in qui-bus cau[illegible] long temp. præſcript.*

L. Vnica.

1. *[illegible]*
2. *[illegible]*

Q[illegible]d de foro competente † here-ditatis hic traditur, ex[illegible] eſt: Cum enim ſit re[illegible] a[illegible] [illegible] ſupra diximus, poteſt inte[illegible] tam [illegible] loco, ubi domicilium Reu[illegible] habet, quàm in loco ubi hæreditas eſt ſita, vel tota, vel per partes. *Bald. h. n. 2 per l 9. & l. li-cet minimā. 10. de pet. her. ex regula. l. ult. ſup. tit 1.* At de poſſeſsione non æquè expeditum eſt, † quod h[illegible]c tantummo-do illi unum forū præ[illegible]tuatur, nempè ubi res ſunt, cum tamen poſſeſſoriæ a-ctiones ſint perſonales. *l. 1. in fin. de in-terdictis,* etia illa actio, quæ eſt ex *l. ult. inf. de edict. Div. Adria. toll. ut Bal. ibi [illegible]-firmat. n. 19.* atqui conſtat perſon[illegible] a-ctiones vel optimè in loco dom[illegible] proponi. *c. 2. §. 1. de for competen. in 6 [illegible]he-res. 19. per totum. de iud.* Torquent hic [illegible] varie Doctores, ut videre licet apud *Bal. & Salic. hi[illegible].* Conſidero quod tam in in-ſcriptione, quàm *lege hac unic.* dica-tur, poſſeſsio poſtulari. Poſtulare autem propriè nō actionis eſt, ſed imploratio-nis officij judicis, cum videlicet in jus, hoc eſt, apud tribunal prætoris poſtu-lat, implorato Magiſtratus officio. *l. 1. & 1. 1. de poſtuland* Quamobrem ſi quis ita petat poſſeſsionem, omnino petenda eſt eo loci, ubi miſsio in poſſeſ[illegible] [illegible] debet, quia ab alio nemine, quàm à judice i[illegible] loci in p[illegible] [illegible] quis poteſt *l 3. § penult cum [illegible] notat. [illegible] bon poſſeſſio. l. cum [illegible] de rebus autorit. iud. poſſid.* [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] quod [illegible]
[illegible]
[illegible] ad vid.
[illegible] ſedeat in [illegible], communi-
[illegible] ut [illegible] a-
[illegible] pro ſua [illegible] agere poſſit, vel
[illegible] rei, vel ubi miſſio in
bonor. poſſeſſionem facienda eſt.

TITULUS XXI.

Vbi de ratiocin. tam publicis quam privatis agi oporteat.

1. *Rei alienæ adminiſtrator de ratiociniis nō tantum in loco ſui domicilij, ſed etiam in loco rei geſtæ, licet ibidem non reperiatur, poteſt conveniri & n. 13.*
2. *Ratiocinium quid? ac quomodo aliàs ſoleat appellari?*
3. *Ratiocinij partes.*
4. *Media per quæ rationes ſolent reddi.*
5. *Ratiocinia quotuplicia?*
6. *Rationum reddendarum cauſa efficiens, impulſiva n. 7. inſtrumentalis. n. 8. materia ex qua n. 9. circa quam n. 10. forma. n. 11. finis. n. 12.*
13. *Quibus remedijs quilibet rei alienæ adminiſtrator ad reddendas rationes poſſit compelli. & n. 13. in prin.*
14. *Ratiociniorum reddendorum, ac jamdum redditorum effectus.*
Rationibus redditis quando alienæ rei adminiſtrator liberetur.
Errore in calculandis rationibus commiſſo an poſt abſolutionem a redditione rationum, & intra quod tempus [illegible] poſſint retractari, ut denuo computentur.

1 ACtiones † ratiociniorum etſi perſonales ſunt, ex geſtu enim [illegible] [illegible], *l. 2. ubi Bart. de negoc. geſt.* ta[illegible] [illegible] ad rec[illegible] [illegible] [illegible] pro[illegible] [illegible] *d. l. heres, 19. de iud. c. 2. § 1. de for. compet.* [illegible] etiam realis *l. [illegible] tit. [illegible] ult. ſup. tit. 2. l. 4. inf. tit. [illegible] cauſa ſ[illegible].* Verum etiam in [illegible], [illegible] res geſta, contractaq; eſt *h. tit. d. l. heres 19. §. 1. de iud.* quod licet etiam [illegible] [illegible] perſonalibus commune eſt *d. l. heres d. c. 2. c. ult. de for. compet.* hoc tamen intereſt, quod in his non ſit locus [illegible] miſsioni, nec [illegible] cognitor [illegible] us, niſi aut citatione ſit [illegible] *d. c. 2. §. 1. Panor. & Dd. c. ult. de for. compet.* [illegible] poreſt uti exceptione [illegible], ne extra ſuum domicilium [illegible], *gloſ. & Dd. d. l. heres abſens [illegible] vel quid aliud.* at [illegible] aliter ſe res habet, nempe ut [illegible] reus defendere cogatur in loco [illegible] geſta eſt: Siquidem actor [illegible] velit. *d. l. heres. §. 1.* nec ut in perſonalibus jus habeat revocandi domum. *l. 1. ver. ubi geſſit, rationem oportet reddere. h. tit. d. l. heres abſens. §. 1. Felin. poſt Panorm. in cap. ult. num. 22. ext. de for. compet.* prorſus ut in realibus. *l. 1. 2. [illegible] 1.* cujus rei ratio redditur in *l. 2. in [illegible] h. tit.*

2 Ratiocinium † al[illegible] [illegible] *l. non ſolum. 8. §. ſi quis. de liber. [illegible] 2. verſ. rationes l. 6. §. rationem. [illegible]* calculus. *l. unic. ſup. de error. cal. [illegible]* cinatio. *l. Spadonem. 15. §. [illegible] de excuſ. tut.* Rat[illegible] d[illegible] & [illegible] planum vocat Divus Paulus *ad [illegible] c. verſ. 15.* Eam Iurecon[ſ]ultus d[illegible] negociationē d[illegible], accipien[illegible], *l. ſi quis. 6. § rationē. 3. de [illegible] den. [illegible] c. 1. de obl. ad rat. ex ord.* vocat ratio[illegible]
[illegible]

redditionem, ad quam obligatus ſit, qui alienam rem adminiſtrat. *l.* 1. §. *officio & paſſim de rat. diſtr.* Iureconſulti definitio pertinet ad confectionem rationum, & editionem de qua ibi tractatur. & *Iaſ. ibid. num.* 2. *&* 3. *Hoſt.* vero ad redditionem, de qua hoc loco a-
3 gimus. Ejus partes † extremæ ſunt introitus & exitus. *d. l. non ſolum* 8. §. *is qui* 5. *de lib. leg. d. l.* 6. §. *rationem.* 3. *ubi gloſſ. adver. nec ullam. de edend. Socin. conſil.* 213. *cum præſente. num* 4. *& conſil.* 190. *Memini. num.* 2. *&* 3. *volum.* 2.

4 Media † ſunt Codices, & inſtrumenta rationum conficere, edere, conferre, diſpungere. *l. cum ſervus.* 82. *de cond. & demon. l. ſi ſtatuliberа.* 6. §. *ult. de ſtatlib. l. ult.* §. *inter.* 1. *de liberat. legat.* calculum datorum & acceptorum ponere. *l* 4. §. *ratio. l.* 6. §. 3. *de edend.* reliqua diſſolvere. *d. l cum ſervus.* 82. *de cond. & demonſt l. ſi purè.* 37. *l. ſi pater.* 47. §. *ſi Sticho.* 2. *de fideic. lib. l. qui libertatis.* 69. §. *ſervus,* 4. *de evict. d. l. non ſolum.* 8. §. *is qui.* 5. *de liber. leg. l. ſi quis.* 3. §. *ſi duo,* 2. *de ſtatu lib. l. quamvis.* 32. *de cond. & dem. l.* 4. *inf. de teſt. manu.*

5 Ratiocinia † aut militaria ſunt. *l.* 2. *h. tit.* aut civilia. *l.* 1. *h. tit.* deinde aut publica. *d. l.* 2. *h. tit. & l.* 2. *ac paſſim. ff. de adminiſt. rer. ad civil. pertin. l. inſtar.* 6. *inf. de jure fiſci. lib.* 10. §. *œconomus.* 23. *in Novel.* 123. *de Sanct. Epiſ. clem.* 2. § *ut autem de relig. domi. l. orphanotrophos.* 32 *ſup. de Epiſ. & Cler.* quod & inſcriptio hujus tit. oſtendit, *in verb. tam publicis vel privatis, & l.* 1. *h. tit. l. quadam.* 6. *de adminiſt. tut. l.* 2. *ubi Bart. num.* 2. *de neg. geſt.*

6 Cauſa † eſt quælibet adminiſtratio, tam publica, quàm privata rei alienæ. *d. clemen.* 2. §. *ut autem ubi Immo Zabar. & alij Bart. in l.* . §. *officio.* 2. *de tut. & rat. diſt. Hoſtien. num.* 2. *de oblig. ad ratio. redd. Socin. conſil.* 213 *cum præſenti. num.* 1. *&* 2. *volum.* 2. adducens illud ex Evangelio; Redde rationem villicationis tuæ, quo etiam digitum intendit. *gloſſ. ult. l.* 1. *h. tit. Schurf conſ.* 65 *quod in præſentiarum. numer.* 4. *cent.* 1.

Impulſiva † eſt æquitas. *l* 6. *& l.* 4. 7
§. 1. *de eden. Iaſ. conſil.* 316. *in cauſa. nu.* 3. *volum.* 1.

Inſtrumentalis † per quam petitur 8
ratio eſt, aut actio cujuſque contractus propria. *l. quadam.* 9. *de eden.* ut tutelæ *l.* 1. *& paſſim. de tut. & rat. diſt.* mandati. *l. idemque.* 10 §. *idem.* 9. *cum ll. ſeqq. ff. mandat.* pro ſocio. *l.* 2. *Ubi Bart. not. in* 2. *not. inf. de naufrag. lib.* 11. aut imploratio officij judicis. *l. quadam.* 9. *de eden. l.* 1. §. *officio. ubi Bart. num.* 3. *de tut. & rat. diſt.*

Materia ex qua † ſunt contractus o- 9
mnes in quibus verſatur alienæ rei adminiſtratio. *d. l.* 2. *ubi Bart. de neg geſt. Panor. conſil.* 12. *Magnificus,* *volum.* 1. *Corneus conſil.* 24. *num* 12. *volum* 1.

Materia circa quam † ſunt data & 10
accepta. *l.* 4. *l.* 6. *de eden. l.* 2 §. 1. *de adm rer. ad civit. pertin.* quibus etiam lucra ac damna includimus, *d. l.* 2. *ubi Bart. inf. de naufrag. & paſſim in tit pro ſocio.* item reliqua. *d. l. cum ſervus. de cond. & demon. cum alijs ſup. adductis.*

Forma † eſt ut rationes ex bona fi- 11
de conficiantur, & reddantur *d. l.* 2. §. 1. *de adm. rer. ad civit. pertin. l. ſi ita.* 8 *de man. teſt. l. ſi purè.* 37. *de fideic. liber.* & quidem annis ſingulis. *clem.* 2. § *illi in ver. annis ſingulis de relig dom. c. un.* §. *ult. de cler. agro. lib.* 6. *Bart. in d. l.* . *inſ.*

ad

[illegible] non ſimpliciter [illegible] ex [illegible] cum [illegible] nequeunt, judicis electione. *d. l. ſi purè verb. arbitrium l. 10. qui ſatiſd. cog.* non ſub [illegible] hoc eſt, tectè & involutè, *Socin in d. conſil. 213. cum præſenti num. 4. volum. 1.* ſed eundo, ut loquitur, à capite ad calcem per ſingulas partes, ſpecies, capita, ſingulis diebus data, & accepta. *Socin. d. lo. & conſil. 73. vol. 1. circa num. 6. Iaſ. d. conſil. 219.* integrè, & ab introitu ſeu capite ad exitum uſq;. *l. argentarius. 10 § 1. de eden. Bal. in l. penul. num. 17 inf. de cond. inſer.* ſic ut apertè ac dilucidè ſigillatim demonſtretur, ex qua cauſa, quid, quo tempore, cui, à quo, quo jure creditum, ſolutum, datum, quid, à quo, in quam cauſam, quando acceptum ſit, quantum reliqui ſit. *l. ſi ita. 8 l. qui filium. 22. de manu. teſt. l. ſi purè. 27. de fid. lib. gloſ. d. l. ult. §. inter. de lib. leg. Socin. d. conſil. Iaſ. conſil. 4 num. 1. volum. 3. Schurfius conſil. 9. viſis. num. 5. & 6. centur. 2. Molin. in conſil. Pariſ. tit. 1. gloſ. 6. num. 14. cum ſeqq.*

12 Finis † eſt ut examinentur, excutiantur, conferantur, diſpungantur rationes editæ, & collatæ. *l. ſi ſtatu libera. 6. §. ult. de ſtatu lib.* reliqua diſſolvantur, *l. cum ſervus 82. de cond. & dem.* ratio diſtrahatur. *l. 1. inf. de condict. ex lege d. clem. 2. l. 1. ubi Dd. de tut. & rat. diſt.*

13 Effectus † eſt, quod ad reddendam rationem, quivis adminiſtrator urgeri poſſit per actionem, judicis officii implorationem, & exceptionem. *d. l. quædam 9 ubi Dd. de edend.* Et quidem eo loci, ubi adminiſtratio geſta eſt. *l. 1. & 2. h. tit.* Quodq; calculus ritè redditus ob [illegible] adminiſtrationis, quatenus [illegible] *de tut. & rat. diſtr.* [illegible] & [illegible] obligatione [illegible] *de paſt. Iaſ.* [illegible] *ſup de tranſ. Socin. conſil.* [illegible] *volum. 2.* Quamobrem, D[illegible] inſtrumenta redden[illegible] & [illegible] volumina. *l. ſi ſtatu libera. de ſtatu.* [illegible] *purè. de fid. lib. l. non ſolum 4*[illegible] *inf. de* [illegible] *leg.* tanquam ipſius propria inſtrumenta. *l. 4. in princip. l. 6. §. 4. de eden.* Et quietatio, ſeu liberatio ei, qui reddit, debetur, *l. 1. & tot. tit. inf. de apoch. l. 5. 10. l. 2. ubi Bart. inf. de apoch. lib. 10 clem. 2. §.* [illegible] *ubi Zabar. num. 47. de relig. domib. Canoniſta in c. unic. §. ult. de cler. agrot.* dummodo ſcilicet ratio idoneè ſit reddita, ac etiam probata. *l. qui ſub conditione 111. ver. docere debet, comparare fid*[illegible] *de cond. & dem.* legitimis ut[illegible] probationibus, *Socin. conſil. 190. memini num. 3. volum. 2. conſil. 149. in cauſa volum.* [illegible] *num. 5.* Nam juramento eius non creditur niſi in modicis. *Bar. l. 1. § officio. de tut. & rat. diſtr. n. 1. Iaſ. in rep. l admonendi num. 136. de jurejur. Caſtrenſ. l. antepen. num.* [illegible] *de cond. & dem.* item [illegible] error calculi arguatur. *l. un. inf. de erro. calc. ubi Dd. l. ſi ſponſus. §. ſi quis. 10. de don. inter vir. & uxor. l. Aurelia. §* [illegible] *l. 12. de lib. legat.* qui etiam poſt [illegible] tam rationẽ accuſari, & retractari poteſt. *l. inſtar. 6. inf. de jur. f*[illegible] *ubi* [illegible] *Bar. nu. 2. Bal nu. 1. Caſt. nu. 2. Iaſ nu.* [illegible] *4.* [illegible] *l. unic. ſup. de erro. cal.* ad tri[illegible] annos, *gl. Bar. & Dd. in d. l. inſtar. & l. calculi. 9. de adminiſt. rer. ad* [illegible] *Bald. in l. qui ſine. 38. de neg. geſt.* ubi [illegible] per ipſo errore ſit tranſacti in *d. l. unic in fin.* aut judicati *d. l. un l 1 § 1. quæ* [illegible] *ſine app. reſcin. & utrobiq; Dd.* [illegible] *Bar. nu. 10. Salic. nu.* [illegible] *Iaſ. nu.* [illegible] *in* [illegible]

 ſi [illegible]

ſacramenta. ſup ſi adverſ. vendit. & idem Iaſon. in § ſi quis. num 11 Inſtitut. de act. quanquam ſi evidēter extr c ... ili error, licet ſententia, vel tranſactione, vel etiā jurejurando ſit confirmatus putaverim ret ... actationi locum c..., quia error expreſſus argumento eſt aperto, abeſſe conſen um *d. l ſi per errorem*, idq; probat I.C. *l. 1. §. 1. quæ ſen'en. ſine app. reſcin* Atque ita concilio diſsidentes hac in parte Doctorum opiniones in *d. l. unic. ſup. de error. cal. Iaſ. in d § quedā. num. 83 Inſtit. de act. Fran. cur. num. 7. & Dd. in c. unic. de cler. agr. lib. 6. Ancher. conſil 310. viſis & conſil. 180. viſa. num. 1.*

Lex I.

1. *Rei alienæ adminiſtrator an cogatur etiam in loco rei geſtæ rationem ſuæ adminiſtrationis reddere, & an eò ſit remittendus, ſi ibi non reperitur, ubi de ſignificatione verbi* oportet.

1 VBi hac geſſit, rationem oportet reddere. Dubitat hic *gloſ. ult.* An in† privatis rationibus omnino cogatur ibi reſpondere, & ſit locus remiſsioni? ſed ita concludunt *h. Bald Salic & Caſtren.* ac probat verbum hujus legis *Oportet*, quod in diſpoſitivis eſt neceſsitatis. *l. eum. 79. in princ. de jud. l. pen. de inter. act. Iaſon. l. 2 h. tit.* quæ licet de publico ratiocinio loquatur: tamen ratio legis in fine tradita pertinet etiam ad privatum, quia ibi, ubi geſtum eſt, teſtimonia meliora, & ſufficiens inſtru... ... ri poteſt, quæ certè cauſa in adminiſtrationū rationib' obtinet, ubi ... productiones requirūtur, propter varia, & implicata ſæpe illorū capita. A ... rationem *h. Caſtrenſ. num. 1.* quoniam ... ubi, in rationibus ... ſubeſſe ... au ..., at ... ita de crimine agi, in quo genere locus eſt remiſſioni. *Authent. qua in provin. is. ſup. ubi de crim. agi oport. §. ſi quis verò comprehenſorum in Authent. ut nul. jud.* Sed quia hoc non ſemper uſu venit in rationibus, neq; præſumendum eſt. *l merito ff. pro Soc. ubi Dd.* & in delictis minus hodie remiſsiones frequentantur, ut notant *Doctores & gloſſ. in d. authen. qua in provincia.* ideo illa ſuperior ratio, quam ipſe textus exhibet, longe eſt potior, quæ hoc ſpeciale in rationibus inducit, ut exceptionem domicilij Reo auferat *Felin. poſt Panorm. in c. ult. num. 22. de for. compet.*

TITULUS XXII.

Vbi cauſa ſtatus agi oporteat.

1. *Ratio ordinis.*
2. *Status hominum quid, & unde dictus? Servi ſtatum non habent.*
3. *Status quæſtio quæ?*
4. *Cauſæ ſtatus ibi peragendæ, ubi Reus degit, & quis in iiſdem pro Reo habeatur.*
5. *Actione ex* l. diffamari *hodie cujusq; ſtatus defenditur.*
6. *Actio* l. diffamari *ubi proponenda, ac quis in ea Reus eſſe intelligatur.*

AD realium actionū † claſſem pertinet & cauſa ſtatus. *Iaſ. in §. præjudiciales. num. 36. Inſtit. de action.* 1
Status eſt † jus perſonarum, ſeu hominum, *tot. tit. de ſtat. hom.* cujus tit. inſcriptio in *Inſtit. eſt de iure perſona.* Quæ eſt definitiò ſtatus non incommoda, ut dicatur eſſe jus perſonarum, ſeu condi- 2

tis acceſſus, ac velut baſis, in qua res ſiat, & conſiſtit. Unde & nomen ei. Quamobrem ut ſtatus imperij, cauſæ, obligationis. *l. eandem. 9. §. 1. de duob. reis ætatis.* Sic ſtatus hominum dicitur *tot. t. de ſtat. hom.* liberorũ ſcilicet *l. Cajus. 12. de iure patron.* nam ſervi ſtatum non habent *l. 3. de cap. diminut.*) in qua cõditione homo liber exiſtit, & venit, quamobrem ſemper addi ſolet in capite libero, ut in definitione tutelæ. *l. 1 de*
3 *tutel.*

Eſt igitur † cauſa ſtatus, quæſtio præjudicialis *§. præiudiciales. Inſtit. de act.* puta ſervitutis, libertatis Nã quæſtio libertatis, quæ ſtatus eſt, neceſſario habet quæſtionem implicatam ſervitutis *l. 1. 3. 4. h. tit.* libertinitatis. *l. 5. 6. & ult. h. t.* ingenuitatis *l. 5. & ult. h. t.* & hodie legitimationis. *c. cauſa. 7. ubi Innoc. nu 4. c. pervenit 11. ext. qui fil ſint legit ubi glo. ver. ſi eſt ita*, etiamſi dubitet *Panorm. d. c. pervenit. num 4.* atque adeo nobilitatis, & ruſticitatis, de qua *Schurf. conſil. 1 cent. 1.* item ſubjectionis, ut ſi quis aſſeretur alterius homo, de quo *Iac. in tractat. de homagio.* Nam & hæc ad jus familiæ, & hereditatis pertinent. Quanquam ſanè fatear, aliam eſſe dignitatis. *l. 3. de ſenat. § 1. ver. quib Inſt de capit. diminutio* quia neque ad libertatis, neq; ad familiæ, neq; ad civitatis jus pertinet, *l. pen de var. & ex. cog.* Quod ego ſane admiſero in dignitatib. nõ perpetuis: Cæterùm quæ perpetuò adhærent, præſertim in heredes tranſmiſſibiles, vix eſt, ut poſſit in cauſa ſtatus diſcernere, ut ſi quis negetur eſſe ex gente Senatoria, equeſtri, aut eſſe Doctor, Notarius. Quamobrem ejuſmodi quoque omnia
4 hic complectamur. In ejuſmodi ergo cauſa teneatur † regula ſuperior. Ac-

torem ſequi forum rei, ubi is degit. *l. 3. 4 h. tit.* Reus autem hic putetur, qui jus aliquod [illegible] poſſidet, quoniam hic, ut alibi, hoc commodum eſt poſſeſſionis, ut non cogatur agere, ſed tantum defendere. *l. ult. inſ. de rei vend. l. is qui deſtinavit. 24. ff eod.* Qui ergo eſt in poſſeſſione libertatis, vel alterius juris præjudicialis, ibi cõveniri debet, ubi degit. *l. 3. h. tit.* Qui verò petit ſtatum, in cuius poſſeſſione non eſt, ibi agere debet, ubi dominus, vel alius degit, qui eſt in poſſeſſione contrarii juris. *l. 4 h. tit.* quod etiam in fugitivis obtinet. *l. 1 in fin. h. tit.* coram judice ſcilicet cauſæ huius competente, de quo agatur. *l. 2. 5. & ult. h. tit. l. 3. ſup. de judic. ubi dixi. l. 1. ſup. de ord. jud. Govea nus lib. 21. lect. cap. 23.*

Hodie † tamen plerunq; in ejuſmodi proponitur actio *ex l. diffamari. 5. inf. de ingen. manu.* cuius uſum tradunt ibi Dd. præſertim *Cagnol. Schurff. in conſil. 34. cent. 1.* ad quam illud notandum eſt, quod maximè huc pertinet, & multos hactenus decepit, eam actionem proponi in foro actoris, qui hic non habet neceſſe ſequi forum rei. Nam agens hac actione eſt du[illegible] reus [illegible], & exceptionem objiciens diffamatori, ita eleganter *Felin. in c. ex qua num. 1. de ſenten. & re judi a. & copioſius Alexander in conſil. 113. conſid ratis, num. 1. volum 1.* ita & pronunciatum memini etiam, etiam ſi contra diſputet *Caſtr. in l. criminalis. 5. nu. 17. ſup. de judic.* & illam communem facit *Cagnol. in d. l. diffamari.* 5

TITULUS XXIII.

Vbi quis de Curiali vel cohortali aliave conditione conveniatur.

1. Continuatio.
2. [illegible] & cohortales qui?
3. [illegible] conveniendi.

1 Ad [illegible] † etiam actiones pertinet [illegible], quæ ad ſuam curiam, vel collegium, cohortales & curiales revocantur *gl. l. 1. ver. à judice. h. tit.* Cu-
2 riales † qui alicui civitati, vel univerſitati [illegible] obnoxij, & muneribus eius, [illegible] ſunt, dicuntur. Cohortales vero, qui cohortalibus addicti ſunt officiis, *l. 1. 2. h. tit.* ſeu apparitores & officiales ex cohorte præſidis. *l. 34. de reb. cr. d. [illegible]* cuiuſmodi cohortes provinciales muniendi ſui, & exequendi cauſa præſides opportunis locis, aut circum ſe habebant, Quanquam & Decuriones appellari cohortales, & corpus eorum cohortale exiſtimare licet ex *l. 1 & 2. ſup. de decſ. civit.* Conve-
3 niuntur hi † coram Magiſtratu eius loci, [illegible] conditioni [illegible] ionem vocamus. *l. 1. [illegible] Bald. h. tit.* Videntur [illegible] domicilium habere, cum alibi non facile officio funguntur. *l. 3. §. [illegible]. 11. l. ult. §. patrimoniorum. [illegible] de muner. & honor.* Quod ſi vero [illegible] tum, ſicut vagabundos [illegible], ubicunque reperiuntur, conveniri poſſe diximus. *l. 1. ſup.* [illegible] quoq; cũ ſpecies quædã [illegible] publicum munus [illegible], merito tunc etiam [illegible] fugitivorum

cre[illegible] [illegible] *l. [illegible]. tit.*

TITULUS XXIIII.

Vbi Senatores vel clariſsimi civiliter vel criminaliter conveniantur.

1. *Continuatio.*
2. *Actiones perſonales ubi proponendæ.*
3. *Penes actorem quatenus ſit electio, ubi reum multiplicis fori convenire velit.*
4. *Senatores in civilibus & criminalibus cauſis ubi forum ſortiantur.*
5. *Illuſtres ubi conveniendi.*

Expeditis † realibus, de perſonalium foro ſubijciendum eſt. Perſonali † 1 2
actione quiſq; convenitur vel ubi contraxit. *l. heres. 19. de jud.* ſi tamen ibi reperiatur. *c. 1. §. contrahentes de for. competen. in 6. Dd. in d. l. heres abſens.* vel ubi res, quæ petitur exiſtit. *l. ſed et ſi. 52. de jud.* vel ubi domicilium Reus habet, *d. c. 1. de for. competen. in 6. c. ult. eod.* Poteſt autem pluribus locis habere *l. 6. l. eius. 27. §. penult. & ult. ad municip.* item ubi habitat. *l. 2. h. tit.* vel ubi aſſiduè verſatur *l. 1. in fin. h. tit.* aut æqualiter pluribus locis. *d. l. eius. 27. ad municip.* vel ubi majorem bonorum partem habet. *l. 2. h. tit.* etiam eo loci, ubi contraxit. *d. l. eius. 27. §. penult.* Nec verò dubium eſt, quin ſemper actor hic forum rei ſequatur. *l. 2. ſup. de juriſd.* etiamſi eius ſit electio † *l. ult. ſup. ubi in* 3
rem act. dummodo reus ibi, ubi agere intendit, reperiatur. *glo. & [illegible] l. heres. §. 1. & 2. per d. c. 1. [illegible] contrahentes.* nec [illegible]. *[illegible] & Dd. [illegible].*

[illegible]

4 Inofficioſus † igitur dicitur qui contrarius eſt officioſo, & qui cōtra officiū facit, inde inofficioſum teſtamentū, quod non ex officio pietatis factum ſit. *l. 3. ff. eod.* ſeu ut definit *Paul. lib. 4. t. 5.* quod, liberis non ex officio pietatis exheredatis, fruſtra factum eſt, liberorum tantum meminit, quia de illis ſolum lex Glitia lata e.t *l. 4. h. t.* poſt producta ad parentes interpretatione. *l. 5 ff. eod.* Pietatem appellat eam, quæ liberis debetur *l. divus. 5. ad l. Pomp. de parricid.* maximè in ſucceſſionibus. *l. 4 inf. de liber. præter l. cum ratio. de bon. damnato. l. ſcripto. 7. ſi tab. teſtam nul. ext. unde lib.* quæ pietas quoniam & parentibus debetur, ad eoſdem & querela porrecta eſt. *d. l. nam etſi. 15. h. tit.* Exheredatorum tantum meminit, quia præteritis aliter conſulebatur, *l. 4 inf. de liber. præter.* Quod verò nonnunquam etiam præteritis dari dicitur, id accipiendum eſt de ea præteritione, quæ pro exheredatione habetur. Fruſtra fieri inquit, hoc eſt inutiliter fieri, quæ locutio doctis eſt familiaris. *in l. 5. ff. eod.* Inofficioſum teſtamētum † dicere, eſt allegare, quare actor exheredari, vel præteriri nō debuerit. 5 Omitto hic improbum teſtamētum, cujus *Cic.* meminit, & inhumanum, ac ingratum. Nam horum nomine non eſt querela, niſi uno caſu, quo ad fratres. *l. fratris inf. eod.* Querela autem inofficioſi † ſicuti duplicem habet reſpectum 6 & finem, primò ut reſcindat teſtamentum, deinde ut hereditatem petat: ita partim dicitur accuſatio, qua videlicet teſtamentum reſcindi petit, ut inofficioſum *l quemadmodum 7. l. ſi inſtituta. 27. l. pen. ff. eod.* & querela. *l. cum. 21. in prin §. 1. l. 6. §. 2. ff. eod.* partim verò actio. *l. cum. 21. l. 2. verb. agitur. l. 5. l. ſi ſuſpecta. 29. verb. agit. ff. eod.* & vendicatio ſeu petitio hereditatis. *l. qui repudiantis. 17. verb. hereditatem vindicaſſet. l. 3 in fin. de petit. hered.* qua videlicet hereditatem petit.

Eſt igitur † querela de inofficioſo 7 (ſic enim vocatur in *l. ſi quis filium 34. hoc tit. l. qui. 20. ff. eod. l. pen. de bon. poſſ. contra tab.*) actio civilis, realis, univerſalis, ſtricti juris, qua accuſatur defuncti teſtamentum, quaſi à non ſanæ mentis teſtatore, contra officium pietatis naturalis factum *l. 2. & 3. l. 4. in verbis. injuriam naturæ. ff. eod.* ac petitur eo ut inofficioſo reſciſſo, hereditas agenti, ut ab inteſtato proximo heredi adjudicari ac reſtitui. *l. Papinianus § 5 8. l. 17. l. mater. 19. l. qui. 20. l. 21. ff. eod. l. 1. l. 34. hoc tit.*

tit. Hac definitione † ipſa propria ex-
8 plicabo, cuiuſmodi ſunt, quod ſit civi-
lis, ex lege nimirū Glitia. *l. 4. ff. eod.* quæ
lex ad antiquas refertur *in l. quoni. m. 31.
h. tit.* Dico autem potius eſſe actionem,
quàm accuſationem, etſi enim hæc
quoq; inſit tamen propter petitionem
tantummodo ineſt, nō propter ſe. itaq;
à fine principaliore res æſtimādæ ſunt,
per ea quæ tradit *Bal. in l. ea 14 de fidei-
commiſſ.* Eſt autē † non perſonalis, quia
9 ex nulla obligatione oritur, pietas e-
nim illa naturalis de qua diximus, obli-
gationē non inducit *l. ſed etſi. 25. § conſu-
luit. 11. de petit hered.* Sed obligationes
tantùm contractibus, & delictis indu-
cuntur. *l. 1. l. 25. vers. in perſonam. de obl.
& act. & § 1. Inſt. de actio.* Sequens eſt igi-
tur eſſe realem, quia datur ratione juris
dominii, quod in hereditate actor præ-
tendit, & poſſeſſionis, quam actor ab
adverſario petit, quæ propria nota eſt
realium. *§. omnium. 1. Inſt. de actio. l. un.
ſup. de alie. mut. iud. cauſ. fac.* idq; oſten-
dunt etiam ll. paſſim modò allegatæ,
quæ dicunt hanc querelam eſſe rei ven-
dicationem, & hoc ipſum † convincit,
10 hanc nō eſſe judicis officii imploratio-
nem, nec enim officio judicis res po-
teſt vendicari, ſed tantùm actione ex
lege, quæ ſolum dominium adijcit, non
etiā magiſtratus, & judex, niſi ex lege.
*§. 2 Inſt. de bon. poſſ. ſ. l. qui uſumfructū.
3. ſi u. fr. peta.* Quanquā autē mixtam
habet hæc querela naturā, perſonalium
actionum ꝑpter perſonales præſtatio-
nes, ſicut & petitio hereditatis. *l. here-
ditas. 7. inf. de petit. hered.* & qua parte
agitur defunctus, ut parū ſanæ mētis
[illegible] *l. 2. ff. eod.* ut eatenus nō poſſit
d[illegible] actio; tamen cum à princi-
paliore etiam mixta æſtimentur. *l. repe-*

tenda. 15. § 1 de [illegible] hanc ſua ſen-
[illegible] potiſſimum [illegible] vin-
dicationem, ſeu [illegible] actionem
perhiberi, ſicuti & vendicatio in
plerisque ll. nominatur. Propoſitum
eſt † quod ſit actio univerſalis. *d. l. qui re-
pudiantis. verb. univerſam. ff. eod. d. l. 1. & 11
Dd. h. in rub.* nō præparatoria petitionis,
ut à noſtris exiſtimatur. *Bar & Dd. l. nā.
9. § ſin minor. 3. de jurejur. & l. poſthumo 6.
§ ſi quis. 1 n. 3 ubi gl. ff. eod. Azo ad hunc tit.
n. 24* nec imploratio officii judicis. *Bar.
l. poſthumo. 6 § 1 n 3. eo.* ſed potius petitio
de inofficioſo *d. l. ſi quis 34. hoc t.* Unde
& centumvirale judiciū olim fuit, ſeu in
centumvirali peragebatur *l. Titia 13. l.
qui repudiantis. 17. ff. eo. l. ult. inf. de liber.
prateri.* ſicut & alia petitio hereditatis
l. ultim. inf. de petit. hered. Sed utrum
† bonæ fidei, an ſtricti juris ſit hæc actio,
meritò dubitari poteſt? Equidē vendi-
cationes eſſe ſtrictas dubiū non eſt. *l. an- 12
tiq. 16. cū ſeq. de rei vendicat. l. videamus.
38. de uſur. l. cum fundus. ſi cert. peta. § præ-
terea. Inſt. de act.* Quamobrē olim & de
petitione hereditatis dubitatū fuit, an
eodē jure cenſeretur. *l ult. in fin. inf. de
peti her. § actionū Inſt. de actio.* argumēto
à genere ad ſpeciē ducto, de quo *Everh.
in loco à genere. & Dd. l. qua de. 76. de rei
vendic.* Sed Juſtinian. eam bonæ eſſe fi-
dei voluit. *l. ult. in fin. inf. de p. it. hered. d.
§. actionum. in fin.* De inofficioſi quere-
la non idem invenio cautū. quamvis er-
go petitio quædam ſit hereditatis, cui
cauſa petitionis, & titulus alius impli-
catus ſit. *l. 3. verſ. ſed & ſi quæſtionis.
inf. de petit. hered.* tamen cum alia ſit
ab illa, tutius, niſi fallòr, erit include-
re regulæ id, quod non invenitur ex-
ceptum. *d. §. actionum. f. cit l. cum
prætor. 12. de judicijs. l. maritus. 20.
ſup.*

ſup. [illegible] procuratio. l. Tribonius. 20. in fin. d. [illegible] Dec. l. 1. nam iterum ſeq de reg. iur. ecc Triboniano, alioqui verbis [illegible] inventionum jactater, ſub nomine Iuſtiniani proculdubio diſſimulaturus [illegible], ſi ſicut in petitione heredi tatis, ita & circa querelam fuiſſet aliquid innovatum, aut definitum. Nec arbitror olim inter Iuriſconſultos fuiſſe diſputationem de hac, ſicut de petitione hereditatis. d. l. ult. inf. de petit. hered. Multa enim ſunt, cur hæc querela ſtricti juris eſſe debeat, nō modò quia vendicatio. d. l. qui repudiantis. nam hoc commune habet cum petitione, ſed multo magis, quia eſt accuſatio, l. 2. l. 3. 4. 17. ff. eod. qua parte, ſicuti reliquæ accuſationes, proculdubio ſtricta eſt, & odioſa, cum favor teſtamenti ſit multiplex. l. 10 ff. eod. Eſt etiam reſciſſoria, juris civilis, reſcindit enim teſtamentum. l. qui repudiantis. 17. verb. reſciſſo teſtamento. l. Titia. 13. eod. l. cum duobus. 13. h. tit. quod jus civile omni meliore modo valere juſsit. l. verbis. 120 de verbor. ſignif. Ulpia. tit. n. Unde & temporalis eſt. l. ſimus. 35. §. ult. hoc tit. ex regula. l. in honorariis. 35. verſ. ſed cum reſciſſa ff. de oblig. & actio. §. rurſus. 5. Inſt. de actio. nec tranſiens ad heredes extraneos l. ſi quis filium 34 inf. hoc tit. niſi præparata. l. poſthumus. 6. l. Papinianus. 8. eod. quod genus prorſus odioſum eſt, ut tradunt in d. l. in honorariis. & d. §. rurſus. eoque ſtrictum. c. os dia. 15 de reg. iur. in 6 l. cum quidam. 19. de lib. & poſth. c. ſtatutum. 22. verſ. quod cum ſit pœnale reſtringi. de electio. lib. 6. Ex quibus puto jam ſatis confirmatum eſſe, querelam potius ſtricti juris, quàm bonæ fidei judicari oportere. Cæterum

13 † quod Goveanus, lib. 1. lectio. cap. 5. in fin. [illegible] hoc judicium eſſe [illegible] dammodo [illegible] : [illegible] rium ſequeretur, [illegible] querelam competere, contra l. 1. & ſeq. ff. eod. Certum enim eſt, quæcunque [illegible] publicis comparantur, ea omnibus [illegible] ri, ut l. 1. §. 6. de ſuſpect. tutor. 10. & tit. de popular. actio. Et privatam eſſe hanc injuriam, de qua hîc agitur, oſtendit. l. 1. l. Papinianus. 8. in prin. ff eod. cujus nomine publicum judicium, vel quaſi nō datur. l. lex. 5. de injuriis. cap. dilecti 51. de appella.

Illud ultimo † addo, querelam à Dd. 14 vocari adjutorium ultimum. l. 4 verſ. nam cum ultimum. inf. de liber. prater. hoc eſt, ſubſidiarium auxilium, ut noſtri loquuntur, quòd ſcilicet decerni tum demum ſolet, cum aliud remedium nullum ad conſequendam hereditatem ſupereſt. § ſed hæc ita. 3 Inſt. de inoff. teſtam. de qua re plura paulo poſt erunt dicenda. Et hæc quidem de Propriis: reliquæ verò partes definitionis, quæ pertinent ad cauſas, ſuo loco reddentur.

Partes † querelæ hujus ſunt duæ: 15 Prior accuſatio, ſeu querela de inofficioſo. l. 2. 4. 5. cum ſeq. l. Papinianus. 8. §. quoniam. ff. eod. Itaque videntur hujus partis duas rurſus eſſe partes, altera accuſatio, altera querela, Accuſatio refertur ad jus publicum. tit. de accuſ. querela ad privatum. l. injuriarum. §. ult. de injuriis. Accuſatio eſt quæ arguit teſtamentum, quoniam hoc publici juris eſt. l. 3. de teſtam. & hoc fortaſſe movet Goveanum loco ſuperiori. Sed accuſationes non impugnant jus civile, aut publicum, imò magis conſervant & perſequuntur. l. ita. 51. § ult. ad L. Aquil. ideoque cunctis dantur. § 1.

Inſt. de pub. judic. at querela impugnat, & reſcindit jus civile, & perſequitur rem privatam, eoq; paucis datur. *l. 1. h. tit.* etiamſi quandoq; de facto agat, cui jus agendi non ſit. *l. poſthumus. 6. §. 1. eod.* quanquam & illa l. accipi poteſt de herede remotiore, qui ceſſante, aut non apparente proximiore agit, & agere poteſt. *tot. tit. de ſucceſſ. edict.* Altera pars eſt querela, quatenus actor conqueritur de injuria teſtatoris ſibi facta. *l. Papinianus. 8. l. cum. 21. l. ſi is qui. 31 ff. eod.* & magis in toto hoc tractatu querela, quàm accuſatio nominatur, propterea quòd accuſatio non propter ſe, ſed reſpectu querelæ privatæ de injuria ſibi facta fiat, & hæc quaſi membra ſunt primæ partis principalis, Altera eſt unica & ſimplex. videlicet petitio hereditatis. *l. poſthumus. 6 l. quemadmodum. 7. l. nam. 15. §. ult. l. qui repudiantis. 17. l. mater. 19. eodem. l. ſi quis. 34. l. cum duobus. 13. hoc tit. l. pen. §. ult. de bon. poſſ. cõt. tab.* ex qua tanquam principali cauſa, & fine hæc actio eſt æſtimanda juxta regulam. *Bal. in l. eam 14. num. 1. inf. de fideicom. Socin. conſ. 165. num. 7. vol. 2.* maxime cum ſit concluſio hujus actionis præcipua, unde actiones dicuntur. *cap. dilecti. 6 c. demnato. 15. ubi Pan. nu. 1. 2. de judicijs Bald. l. 2. C. de probat.*

16 Species † inofficioſi tres eſſe vult *Bald. in l. 1. in prin. num. 1. inf. de inoff. dotib.* I. querelam inoff. teſtamenti, de qua *hic* II. inofficioſæ donationis, de qua *tit. ſeq.* III. inofficioſæ dotis, de qua *infr. tit. 2.* Hæc verò querela una eſt, niſi pro ſubjecta re velis aliam juſtam, aliam injuſtam perhiberi, vel etiam calumnioſam, ut in *l. ſi pater. 12. hoc tit.* Doctores quidem aliam eſſe volunt ſimplicem aliã m[illegible]am, [illegible] ſit, & implicita [illegible] pr[illegible]. *gl. & Dd. l. qui. 20. ff. eod.* ſed ego peculiarem & propriam hujus concluſionem eſſe arbitror, ut antea dixi. Cauſa † eſt 17 lex Glitia. *l. 4. ff. eod.* ubi citatur Cajus in (inſcriptione) *lib. ſingul. ad l. Glit. Cujac. obſ. lib. 2. cap. 21.* quod jus antiquũ appellatur. *in l. quoniam. 29. hoc tit. l. 1. §. ult. ſi quis à par. man.* & lex vetus. *l. quoties. 91. de reg. jur.* Cum enim frequentes eſſent de inofficioſo querelæ. *l. 1. ff. eod.* eorum, qui contra jus naturæ injurioſè exheredarentur. *l. 2. 4. cod.* viſum eſt ijs ſuccurrere. *l. Papinianus 8. l. 4 eod.* perinde ut inter vivos injuria affectis. *toto. tit. ff. & inſ. de injurijs.* quam ad rem opus fuit nova lege, cum jure. 12. tab. uti legaſſet, ita jus eſſet *l. verbis. 120. de verb. ſignif.* eoq; querela nec daretur exheredatis; quo ſenſu puto accipiendum. *l. non putavit 8. de bon. poſ. cont. tab.* cum ait jure civili teſtamẽta parentum non turbari, nec Prætor exheredatis ſuccurrebat. *d. l. non putavit. 8.* neq; faciebat etiam heredes præteritos. *§. 2. Inſt. de bon. poſſ.*

Impulſiva cauſa † eſt injuria. *l. Papinianus. 8. in prin. l. 5. eod.* & injuſta inclinatio exheredationis. *l. filius. 22. cod.* Videbatur enim injurium etiam in ipſam naturam, excluſis parentibus, aut liberis ſine juſta cauſa, alios facere heredes, cum his ne quidem eccleſia ſit anteferenda. *c. ult. 17. q. 4.* Itaq; non quælibet injuria ſufficit ad querelam, ſed quæ ſanguini in teſtamento facta eſt contra jus naturæ. *d. l. 2. 8 5. 8 eod.* & quidẽ per exheredationem, aut præteritionem, quæ pro exheredatione habetur, de qua accipienda eſt. *l. 2. ff. eod.* Reliquæ 18

præ-

[illegible] teſtamentum [illegible] *de exhered. liber. l. [illegible] 30. de liber. & poſth.* [illegible] cauſas quer[illegible] re[illegible]ſcindi non poſſunt, quia præſuppo[illegible] teſtamentum non valere, quod querela præſupponit eſſe validum, & reſcindi petit; Itaq; hæc contraria non conſiſtunt in eodem ſubjecto, *ex l. 1. inf. de furtis.* Neq; tamen inde ſequitur, præterito non dari querelam, ſi nolit jure præteritionis uti, quia tunc jure prætorio teſtamentum valet. *l. filio. 17. de iniuſto rup. & irrit. teſtam.*

91 Cauſa ſine † qua non eſt valor teſtamenti *l. Papinianus. 8. § ſi quis. 12. ff. eod.* nam quod nullum eſt, querela hæc reſcindi non poteſt. *l. 5. de iniuſt. rup. irrit. teſtam.* ſed validitas ſemper præſupponitur poſita querela inofficioſi, etiamſi teſtamentũ revera nullum ſit, ſemper n. favore ſui ſuſtinetur, ut validum, donec impugnetur, & convincatur ut nullũ. *l. filio. 17. de iniuſt. teſtam.* nam poteſt voluntas etiam non ſolennis agnoſci, ac nõ contradicendo ratificari. *d. l. filio. l. ſi duobus. 12. § 1. de bon. poſſ. cont. tab. l. Paulus. 46. de bon. liber.* Altera cauſa ſine qua

20 non † eſt aditio hereditatis, nam ante non naſcitur querela. *l. Papinianus. 8. § ſi conditioni. 10. eod. l. ſi quis filium. 34. in fin. l. pen. § illud. hoc tit.* nam ante aditionem hereditatis ſuſpenſa eſt cauſa teſtamentaria, & non poteſt habere locum propter non aditionem heredis, aut mortem, aut aliam cauſam. *prin. Inſt. de hered. quæ ab inteſt. l. un. § 1. inf. de caduc. tollen. l. quoniam. l. cum antiquioribus. inf. de iur. delib. cum ſimil.* Refertur eodem

21 & defectus † alterius remedij. *§. tã autem. 2. Inſt. eod. l. 4. inf. de liber. prater. l. ſi ponas. 23. ff. eod.* quod à noſtris non recte accipi [illegible] *hoc in tit.* [illegible] *Inſt. eod. & in* [illegible] *ex cauſa.* [illegible] *liber. præter.* Hinc [illegible] dic querelæ non eſſe locum, niſi juſta, & legitima exheredationis cauſa expreſſa, cum aliàs teſtamentum [illegible] nullum. *Novell. 115.* ſive [illegible] parentes, ſive liberi. *d. Novel. 115. §. adhuc. cum ſeq.* ſive non rite exheredati, hoc eſt, abſque juſta cauſa. *d. §. adhuc.* nam talis exheredatio pro nulla eſt. *l. non putavit. 8. §. 2. de bon. poſſ. cont. tab.* Non relinquunt igitur locum inter aſcendentes, & deſcendentes querelæ, niſi hoc unico caſu, ſcilicet cum cauſa juſta inſerta exheredationis eſt, ſed quam non eſſe veram exheredatus intendit, quem opinionem eſſe communem & veram in *d. Auth. ex cauſa vult Molin. ad tit. de inoff. donat. infr. num. 10. Dec. conſ. 86.* Cuja. verò

† *ad novell. 18.* in aliam opinionem abit, & totam illam novellam 115. accipit de querela, qua teſtamentum reſcinditur, & putat ibi de alia præteritione non agi, quàm quæ ſit pro exheredatione, qualis eſt materna, de qua ſola intelligit. *Auth. ex cauſa. infr. de liber. prater. inde ductam.* Sed de hoc quoque dubitare multa permittunt, nam ut maximè cauſam [illegible] conſtitutioni dederit exheredatio [illegible] a matre facta, de qua in *cap. hac autem. 5. d. Novell. 115.* Nihilo tamen minus obſtat generalitas ejus conſtitutionis, quæ certe in legibus eſt attendenda. *l. 1. §. 1. de legat. præſtan. l. 4. §. 2. verſ. ſed Cajus. de in ius vocan.* quam non reſtringit particularis cauſa aliqua impulſiva, ut in *l. 1. § 1. de poſtul.* Nam diſertè loquitur. *d. Novell. 115.* non 22

modo

tamen intereſt, quod heres Falcidiam retinere poſſit, ac detrahere, quamvis non ſit relicta, quia heres, & dominus eſt; at exhæredatus nullum eiuſmodi jus habet, quia nec dominus, nec heres eſt, præſertim cum hoc nulla lege cautum ſit, ut de Falcidia, ſed tantummodo ei eatenus ſubveniatur, ut querelam intentare poſſit. *d. l. non putavit. de bon. poſſ. cont. tab.* Deinde ut maximè præſtò ſemper eſſet petitio quartæ, nõ tamen ſequeretur, querelæ locum nullum eſſe; quid enim ſi in petitione actorem ſuccumbere contingat? certè à querela excludi non debet, ut in ſimilibus. *l contra. 16. hoc tit.* Nam *d. §. tam autem. Inſt. eod.* loquitur de eo, qui alio jure ex cauſa teſtamentaria hereditatem adipiſci poteſt; Itaq; ſi nõ poteſt, præſto etiam eſt querela *l. 2. l. cum 14. l. contra. 16. hoc tit.* Cum his enim remediis electivè quidem querela cõcurrit. *l. ſi ponas. ff. eod.* ſed ordinatè tamen, & in ſubſidium, alio horum remediorum deficiente. *d § tam autem. d. l. ſi ponas. l. 2. 3. hoc tit.* Reliqua remedia quibus contra tabulas, teſtamenti cauſa non ſalva manente, ſucceditur, omnino, ut arbitror, cum querela inofficioſi electivè concurrunt, ut manifeſtè oſtendunt exempla. *l. 2. l. in arenam. 11. l. cum 14. l. contra. 16. hoc tit. l. 1. in princ. & §. ult. ſi quis à paren. manu. l. 4. inf. de liber. prater. l. Papinianus. 8 §. ſi quis. 12. ff. eo.* Si quis, inquit Vlpianus, irritum dicat teſtamentum, vel ruptum, vel inofficioſum, conditio ei deferri debet, utrum prius movere velit. Omnes enim hæ actiones æquè odioſæ ſunt, quoniam æqualiter teſtamentum oppugnant, & reſcindunt, quare nõ eſt coarctanda facultas agendi, quin actor eligere poſſit. *l. quod in herede. 9 §. 1. de tribut. act. o.* & uno remedio deficiente, alio uti. *d l cũ. 14. d. l. contra. 16. h. tit.* cum ex diverſis cauſis habeant ortum. *l. 3. infr. de petit. hered.* At ſimul proponi hæc nequeunt. *d. l. contra. d. §. ſi quis.* Contraria enim ſunt dicere teſtamẽtum nullum, vel ruptũ, & dicere inofficioſum, quod præſupponit teſtamentum valere, & intendit eſſe reſcindendũ. Contrariæ autem actiones uno judicio non recipiuntur. *l. 1. ubi Dd. inf. de furt. Dd. in l. naturaliter. 11. §. 1. de acq. poſſ* ut exceptiones. *l. nemo. 8. de exceptio.* Itaq; qui cœpit ab aliquo remedio, puta quæſtione injuſti teſtamenti, non poteſt tantiſper hac agere, quoad illud judicium durat. *d. l. contra.* niſi fortè alternativa utatur, de qua *Ferrar. in formul act. realis verb. jure dominij vel quaſi. & in formul. appell. verb. dico eſſe nullam.* Et hoc eſt quod in *l. 4. inf. de liber prater.* ultimũ adjutorium de inofficioſi querela poſitum ſit, ſcilicet iis, qui alio jure non juvantur *l. nõ putavit. 8. de bon. poſſ. cont tab.* non autẽ inde ſequitur, qui alio remedio juvãtur, querela privatos eſſe, ſed tãtùm tamdiu, quãdiu quis alio remedio utatur, quo juvari poſſit, querelam ceſſare, & omnino tolli, ſi per aliud remedium actor poſſeſſionem conſecutus ſit, quo de caſu ibi tractatur, & hoc declarãt verba ſequẽtia, nemo, inquit, ex alio præſidio ortus ad hanc decurrere poſſit, hoc eſt, qui ab alio remedio petere hereditatem exorſus obtinuiſſet, non poterat amplius querela agere, quod exemplum ſequens probat in filia, quæ per bonorum poſſeſſionem jus accreſcendi hereditatem obtinuit; ſi verò ea occubuiſſet illis in petitionibus, quis nõ putet ei querelam competere? *d l.*

contr. hoc tit. Vt ergo concludamus, etiam nullitatione præteritionis, vel exheredationis injuſtæ liceat hodie teſtamentum dicere nullum, nulla exheredationis juſta cauſa expreſſa. *d. Novell.* 115. tamen puto etiam querelæ hodie uſum eſſe; Quid enim ſi actor illo judicio ſuccumbat, aut agere malit querela? certè electio alterius remedij non tollit aliud. *l. 1. in fin. ſi quis à parent. manu.* Illud ſanè fateor, rectius eſſe, agi primo quæſtione nullitatis, ut quæ ſit perpetua, & minus odioſa, cum nullum favorem mereatur teſtamentum,
24 quod ſit nullum. Excipio ſanè † illum caſum, quando in querelam deducitur res, & cauſa in priori judicio acta, & heres ſcriptus eam cauſam probavit, certè non poterit redire, qui ſuccubuit, actor ad querelam inofficioſi, qua dicat ſe injuria exheredatum, quia eandem rem deducturus ſit, ut meritò hic obſtet exceptio rei judicatæ. *l. 5. 6. de re jud.* quæ eſt impediens litis ingreſſum. *c. 1. de litis conteſt. in 6.* dummodo ſtatim probari poſſit. *l. ult. ubi Bal. ff. pro ſuo.* ſtatim autem probatur, quando ex actis conſtat, quia acta faciunt notorium inter eaſdem partes, ut *Soc. l. 2. in fin. de except.* & hôc caſu doctorum ſententiam admitto, non ob inhibitum concurſum, ut illi putant, contra *d. l. Papinianus. § ſi quis. 12. cum alijs.* ſed propter authoritatem, & exceptionem rei judicatæ. *l. 4. inf. de re judic.* quæ nō [illegible] ut iure exheredatus, & declaratur [illegible] movcat *l. in arenam. 11.* *l.* [illegible] *19. hoc tit.* & quia res judicata pro veritate habetur *l. ingenuum. 25. de ſtat. hom.* id[illegible] alio judicio eadem cau[illegible] eaſdem perſonas redintegrari.

l. 5. 7. 14. 17. de except. rei iud. Ex his non obſcurè intelligitur, quæ cauſam dixit qua non eſſe valorem teſtamenti, nam etſi non valeat, tamen niſi actor præſupponat, illud valere, à querela repellitur, ut contraria allegans.

Datur † querela liberis præteritis, & exheredatis. *l. 2. hoc tit. l. 3. ff. eod. l. non putavit. 8. de bon. poſſ. cont. tab.* in infinitum, ordine tamen ſervato. *l. ſi inſtituta. 27. § 2. ff. eod. l. omnimodo. 30. hoc tit.* utriuſque ſexus. *l. 4. l. liberi. 18. l. filijs. 24. l. 22. ff. hoc tit.* & lineæ. *l. 5. ff. eod.* tam naturalibus. *§. tam autem. 3. Inſtitut. eod.* etiam poſthumis. *l. 6. eod.* quam legitimis, hoc eſt, adoptivis. *d. §. tam autem. 3.* exceptis † arrogatis, qui 26 ex lege, & ſtipulatione publica quartam, tanquam æs alienum, habent. *d. l. Papinianus. 8. §. ſi quis.* nec hodie adoptivis, niſi qui ſunt heredes ab inteſtato. *l. pen. inf. de adopt.* 25

Datur † & ſpuriis contra teſtamentum maternum. *l. ſi ſuſpecta. 29. §. 1. eod.* non cōtra paternum, ut vult *D. Schneid.* *§ 1. Inſtitut. eod. per gloſſ. in 2. l. 1. verb. naturales de bon. poſſ. cont. tab.* pro quo facit *l. ſi totas. 5. inf. tit. 1.* quæ non dat illam querelam, niſi liberis ex legitimo matrimonio natis, Ergo & in hac idem videtur dicendum, cum illa ad huius exemplum ſit inducta. *l. 1. 2. inf. tit. 1.* 27

Quanquam autem hoc argumentum ſatis ſit concludens, ut ſcilicet ſpurius contra teſtamentum tam maternum, (contra quam modo dixi dari) quam paternum querela non detur, nec ſanè quoad paternum de hoc dubito, quòd ad jus vetus attinet; cum enim ſit

[illegible] io, ut dixi, non poteſt dari contra teſtamentum ejus, qui jure civili pater nominari nequeat. *l. vulgo. 23. cum ſeq. de ſtatu hom.* & quoniam hoc jure nullam ab inteſtato ſucceſſionis communicationem in bonis naturalis patris habebant, ut dicitur *l. 8. inf. de natur. liber.*) quia tamen hodie ab inteſtato non extantibus legitimis in duas uncias ſuccedunt, *Auth. licet. inf. de natur. liber.* videri poterant hoc ſaltem caſu querelam habere, quod tamen aſſeverare nolo, quòd videam illis legitimam non deberi in bonis patris, nec aliter illis ſuccurri, quàm facto teſtamento. Datur autem ſive addita ſit cauſa exheredationis, ſive non ſit, dummodo videtur, illa eſſe juſta. *l. cum te. 18. hoc tit.*

28 Datur † etiam ex interpretatione, ut exiſtimo, legis Gliciæ, parentibus *l. nam etſi. 15. eod.* utriuſque ſexus. *l. 1. l. nam etſi. eod. l. cum filium. 17. l. liberi 28. l. omnimodo. 30. ubi gloſſ. ver. alio. hoc tit.* etiam adoptivis *l. adverſus. 30. ff h. tit.* qui quidem hodie ſunt heredes ex *l. penult. inf. de adopt.* ſecundum reg. *l. 1. eod. ubi Ulpian.* generaliter, inquit, omnibus tam parentibus, quàm liberis de inofficioſo licet diſputare.

29 Datur † etiam patri nomine filii, ipſo tamen conſentiente, ſi conſentire poteſt. *d. l. Papinianus in princip.* quia filii indignatio eſt *l. filius 22. ff. eod.* etiam contra matris teſtamentum. *d. l. filius in princip.* etiamſi pater acceperit hæreditatem, vel legatum ex teſtamento. *d. l. filius.*

Cur enim minus hoc illi liceat, quam tutori *l. jure. § ultim. de teſta. tut.* qui plus juris habet. *l. ultim. & tot. titul. inf. de bon. quæ lib.* Excepto ſi mater [illegible] ſuſpicione de marito ſortè dilapidaturo [illegible] ea conditione, ut emancipentur, tunc enim non injurioſa, ſed utilis eſt exheredatio, quæ locum querelæ non facit *l. filium. 21. eod.* ut nec alias quoties conſtat præteritionem, aut exheredationem non conſulto, vel per injuriam, ſed ex alia cauſa factam eſſe. *l. 3. hoc tit.*

Fratribus † & ſororibus datur querela. *l. 1. ff. eod. §. ſoror. Inſtitut. eod. l. fratres. 27. hoc tit.* exceptis tamen uterinis. *d. l. fratres. 27. hoc tit.* Non ex L. Glicia alioqui ſimpliciter datetur, ſed ex conſtitutionibus *Molin. infr. tit. 1. num 3. per §. 1. Inſtitut. eod.* Non tamen indiſtinctè, ſed uno tantum caſu, videlicet turpibus perſonis *d. l. fratres* aut ingratis libertis inſtitutis. *d. l. fratres. l. circa. 24. hoc titul.* quibus locis etiam probant noſtri, tantum conſanguineis, non uterinis querelam dari. 30

Dabatur autem † his omnibus olim etiam inſtitutis alio dato coherede, ſi fortè exhauſta à fideicommiſſis eorũ pars eſſet. *d. l. Papinianus. § meminiſſe. 14. eod.* Nam olim non poterat peti ſupplementum, niſi ad id eſſet, ut id boni viri arbitrio ſuppleretur. *l. ſi non mortis. 25. eod. l. 4. C. Theo. eod. l. 1. C. Greg. eod.* 31

Quare dabatur querela etiam inſtitutis, non quidẽ ex aſſe, nã hi quartam Falcidiæ detrahere poſſunt *d. l. Papinianus. §. 4.* ſed coherede dato, *d. l. Papinianus. §. meminiſſe,* à quo non eſt quæſita deducta.

deducenda; De legatis enim, non de inſtitutione detrahitur Falcidia, id quod innuit. *l.* 3. *h. tit. Paul.. lib 4. tit. 5. ubi Cuiac.* ſed id hodie non obtinet, cum iſtis omnibus abſque hac adjectione ſit ad ſupplementi petitionem confugiendum, *l. omnimodo* 30. *l. ſcimus.* 36. *hoc tit.* §. *antepenult. Nov.* 115.

32 Datur & † heredibus liberis querela, quæ videlicet adhuc durat, nec repudiata eſt *l. ſi quis.* 34. *h. tit. l. nam etſi.* §. 1. *eod.* nomine parentū qui deceſſerunt, etiam non præparata. *l. ſi quis filium,* 34. *ubi Bald. num.* 1. *h. tit. & l. ſcimus.* 36. *h. tit.* §. *ult.* ad hereditates ſcilicet aſcendentium, vel deſcendentium perſequendas.

33 Nam quoad † collateralium: hereditates querela, ne in hos quidē tranſmittitur, niſi præparata. *l. ſi fratris.* 3. *inf. de iur. delib. Iaſ. in l. ſi pater.* 5 *num.* 2. *ubi contra gloſſ. communiter ita concludunt Doctores. ex d. l. ſi quis* 34. *h tit.* Ex quo infertur, fratrum filiis dari querelam non ſuo nomine, ut cum ſoli ex ſua perſona ſuccedunt, nec enim ultra fratres porrigitur querela, ſed quoties in locum patris ſubintrant jure repræſentationis. *Novell.* 118. *de hered. ab inteſt. ven.* Vt quando cum patruis ſuccedunt *gloſſ. in verb. agentes & Plat. ibi num.* 6. *ac Scheiden. num.* 16. §. *non autem.* 2. *Inſtitut. eod. Molin. c. inf. tit.* 1. *in princip. num.* 6 ſed nec in extraneos heredes querela tranſmittitur, niſi præparata, *l. ſi quis filium.* 34. *l. ſcimus.* 36 §. *ultim. hoc tit. l.* 6. *ff. eod. cum mult. ſeqq.*

34 Præparatur autem † per litis conteſtationem *l. ſi pater.* 5. *hoc tit.* aut bonorum poſſeſsionem petitam, ordinandæ litis cauſa. *l.* 2. *hoc tit. l. Papinianus* 8. *in prin. ip. eod. l.* 1. *ſi a parent. quis manu.* aut comminationem accuſationis, vel denunciationem, aut libelli oblationem, ut habet communis ſententia in *l.* 6. 7. *per illos text. ff eod.* etiamſi Conanus & Viglius contradicunt.

Agunt autem ordine ſucceſſivo, 35 ſicuti ſucceſſioni in ordine eſt locus *l. ſi is.* 31. *in princip. eod.* primo filii, aut, ſi victi ſunt, aut agere nolunt, nepotes atque ita cōſequenter, prout his ordine ab inteſtato defertur hereditas. §. *ita demum. cum ſeq Inſtitut. de hered. quæ ab inteſtat.* §. 1. *cum ſeq. Novell.* 118 *de hered. ab inteſtat.* poſt hos parentes, *l. pater.* 14. *eod.* Vnde petitio hereditatis concurrere dicitur cum inofficioſo. *Paul. lib.* 4. *tit.* 5. Nec enim alij præterquam heredes ab inteſtato futuri injuria per teſtamentum inofficioſum afficiuntur. Quare ſi alius quiſpiam, nemine repellente, obtinuerit, nō illi prodeſt victoria, ſed ab inteſtato venientibus. *l. poſthumus.* 6. §. 1. *eod.*

Ergo † ultra fratres agnati querelam 36 non habent, *l. fratres.* 27. *h tit. l.* 1. *ff. eod.* nec uterini fratres. *l fratres.* 27. *h. tit.* neque conſequenter naturales in *Nov.* 84. *de conſang. in princ. argumento à contrario ſenſu ducto*, cum ſint tantummodo uterini reſpectu matris, reſpectu verò patris non ſint conſanguinei. §. *vulgo quæſitos Inſtitut. de ſucceſſ. cogn.* neque legitimati *Salic. d. l. fratres. num.* 3. *per l. communium* 9 *inf de nat. lib.* quia tantum legitimatio affert jus conſanguinitatis inter patrem & filios, non inter collaterales, *Salices. ibi per d. l. communium. infr. de nat.*

nat. lib. num. 1. & d. Nov. 84. de cōſang.

37 Sed nec † fratres reliqui, ſi in eadem turpitudine, vel majori hæreant, qua inſtitutus. gloſſ. d. l. fratres. 27. ver. infames. per l. in arenam. 11. h. tit. aut in defunctum ingrati probentur fuiſſe. cap. hinc nos. 46. §. ingratitudinem in Nov. 22. de nupt. gloſſ. d. l. fratres. Sed nec parentes, aut liberi querelam habent, quotiescunque juſtè convincuntur exheredati. l. quidam. 132. §. 1 ver. quid ergò. de verb. obligat. ſive ſint liberi, d. l. quidam. l. in arenam. 11. l. ſi filiam. 19. h. tit. ſive parentes. l. liberi. 28. hoc. tit. etiam ob turpitudinem vitæ. l. ſi filiam. 19. h. tit. Quod tamen ita accipiendum eſt, niſi parens in eadem hæreat turpitudine. d. l. in arenam 11. h. tit. §. cauſas. Nov. 115.

38 Adverſus quos † autem agatur ſcire licet ex eo, quod diximus hanc actionem eſſe realem, cujus ea vis eſt, ut non dirigatur in perſonam, ſed in rem. §. 1. Inſt. de actio. l. unic inf. de alien. jud mut. cau. fact. l. pignoris. 17. de pign. & eam ubicunque ſit perſequatur. l. pignoris. 18. inf. de pig. l. ſi debitor. 12 inf. de diſt. pig. Datur igitur hæc actio in teſtamentum. l. 3. 6. eod. ſicut & contra illud judicatur. l. qui repudiantis. 17. §. ult. eod. quod ipſum argumēto eſt, in teſtamentum dari; quia ſententia conformis eſſe debet libello. l. ult. inf. de fid. libert. Datur etiam in hereditatem teſtamento illo relictam. d. l. 5. l. Papinianus. §. ult. ſic ut illud inofficioſi accuſetur. l. 2. 3. 4. 5. eod. l. ſi quis. 34. h. tit. Quamobrem quod Bart. in l. illud. 4. num. 1. de bon. poſſ. cont. tab. requirit adverſarium, in quem querela dirigatur, id ita acci-
39 piendum eſt, niſi ſit † adverſarius, qui teſtamentum defendat actori non opus eſſe querela, cum poſſit ab inteſtato proprià autoritate, ut proximus heres vacantem hereditatem occupare. Bald. l. ult. num. 3. ubi omnes Dd. inf. de edict. Divi. Adrian. toll. §. cum autem Inſtit. de ſucceſſ. ab inteſta. §. 3 Inſt. de L. Falcid. Nam cum teſtamentum pro non facto tum habeatur. l. ſi nemo 9. de teſt. tut. l. ſi nemo. 181. de reg. jur. ideo nec heres pro inſtituto. l. 2. §. 14. verſ. ſed ſi. ad SC. Tertull. itaq; petēti hereditatem nihil obſtat. l. 1 inf. de ſuis & legit. l. 4. §. 2. de bon. liber. Quod ſi verò heres inſtitutus adierit, neque tamen defendat idoneè, ſecundum petitionem contrà teſtamentum judicatur. d. l. qui repudiantis. 17 §. ult. Itaque nondum † ac- 40
cedere poſſum. Cujac. in d. l. Papinianus. 8. §. ſi conditionis. verſic. cum ego eod. exiſtimanti, querelam non dari contra lignum, hoc eſt, teſtamentum, ſicuti bonorum poſſeſſionem. l. quod vulgo. 19. de bon. poſſ. cont. tab. Nec verò ſufficit illa ratio, quod non detur ante aditam hereditatem; & priuſquam heres ex teſtamento exiſtat; Nam hoc ideo fit, quoniam ante non eſt teſtamentū, quod reſcindatur, & poteſt, niſi adeatur, heres ab inteſtato ſuccedere, tanquam non facto teſtamento. d. l. ſi nemo, d. l. 2. cum ſimilibus allega. ut ante illi querela non ſit opus. Cæterum † ſicut 41
alias in vendicationibus qui rem defendit, & ſe judicio offert, & contra actorem tuetur, non ut obligatus, ſed uti rei poſſeſſor, ac defenſor, convenitur. l. is qui ſe obtulit. 25. l. ſin autem. 27. l. ſi is. 7. de rei vendicat. Sic etiam in hac petitione illud uſu venit, ut cum plerunq; heres ſcriptus teſtamentum defendat. aut defendere, ſi heres eſſe velit debeat. d. l. qui repudiantis. 17. in fin. in hunc potiſſimum dirigatur querela

reia, & ab eo evincatur hereditas. *l. e-*
um. 21. §. 2. eod. ſive ſuus, ſive extraneus.
d. l. ſi is. 31. §. 1. eod. niſi quod à ſuo non
tota auferri poteſt, ſicuti ab extraneo.
l. mater. 19. l. circa. 24. eod. l. cum filium
17 l. ſi mater. 3. h. t. etiamſi Imperator ſit
teſtamento heres ſcriptus, nihilo eti-
am minus querelam dari. *d. l. Papinia-*
nus. §. 2. Sic & mater querelam contra
filiam inſtitutam ab altera filia habet. *l.*
cum filium. 17. h. tit. Addit Bald. exag-
gerandæ rei gratia etiam DEO inſtitu-
to, tamen querelam competere. *l. ſi in-*
ſtituta. 27. §. Reo. hoc eſt, ut exiſtimo ec-
cleſia vel pauperibus. *c. ult. 17. q. 4. l. ſi*
quis. 49. ubi gloſſ. & Dd. ſupr. de epiſ. &
42 *cler.* Datur etiam † non modo con-
tra heredes, ſed & alios poſſeſſores,
quod ipſum argumento eſt, dari non in
perſonam, ſed in rem, nec perſonam
hic conveniri, ut obligatam, ſicuti in
perſonalibus, ſed tantummodo ratio-
ne poſſeſsionis, ut in realibus. *d. §. omni-*
um. d. l. unic. ſup. de alie. iud. mut. ca. fact.
Itaque competit adverſus eum, qui pro
herede, aut poſſeſſore poſsidet. *l. 1. h. tit.*
ſicut & alia petitio hereditatis. *l. regula-*
riter. 9. cum ll. ſeq. de pet. her. Denique
43 † datur & contra fideicommiſſarium. *d.*
l. 1. h. tit. Paul. lib. 4. tit. 5. verſ. pœna.
ſubſtitutum. *Paul. d. lo.* Legatarium
l. ſi uſpecta. 29. in pr. eod. etiam fiſcum,
qui heredi tatem occupat. *l. ſi heredum.*
44 *10. h. tit.* Quod ſi nemo † reſpondeat, &
contumaciter citatus defenſor emaneat,
pronunciatur ſecundum petentem ex
contumacia partis adverſæ. *d. l. qui re-*
45 *pudiãtis. 17. §. ult. eod.* Quare † qui hac in
parte diſtinctionem faciunt Cujac. ad
Paulum lib. 4. tit. 5. Govean. lib. 1. lect. 15.
inter querelam, & aliam petitionẽ he-
reditatis, quod illa detur contra titulo
poſſidentem, hæc non item, neſcio an
recipiendum ſit. Nec enim querela da-
tur niſi contra poſſeſſorem hereditatis,
ſicuti nec petitio hereditatis alia *l. cir-*
ca. 14. eod. l. hereditatis. 7. inf. de pet. her.
niſi hoc ſic intelligatur, querelam dari
adverſus eum qui titulum teſtamenta-
rium obtendit ab eo, cujus hereditas
petatur: Petitio verò hereditatis ab eo,
qui talem titulum allegat, proponetur
contra eum, qui tali titulo caret. Quin-
quam nec hoc commodè dicitur. Nam
non tãtum petitur hereditas ab eo, qui
pro herede poſsidet. *d. l. regulariter. de*
petit. hered ſed etiam ab eo, quem actor
fatetur eſſe coheredem, ut cum actor
ſe æquè proximum eſſe defuncto, ac
poſſeſſorem, ait. Cæterum † hic quæri 46
poteſt, cum hæc actio ſit realis, quare
non detur adverſus quemlibet poſſeſ-
ſorem, etiam aliò extraneo titulo poſ-
ſidentem? Hoc autẽ ideo fit, quia que-
rela tantummodo perſequitur heredi-
tatem, non igitur obtinet, niſi contra e-
um, qui ut hereditatem poſsidet, & qui-
dem illius, cujus actor vult eſſe heres.
Nã qui alium titulum allegat, aliumq;
autorem, quam eum, cujus hereditas
petitur, potius jus ipſo actore habet, cũ
æquè poſsit eſſe dominus, atq; defun-
ctus, cujus ex jure actor petit, & acce-
dit poſſeſsio, quæ facit illum præſumi
dominum, donec contrarium probe-
tur. *l. 2. ubi Bald. num. 4. inf. de prob. l. co-*
gi. inf. de petit. hered.

Quamobrem adverſus talẽ non ali-
ter, niſi rei vendicatione [illegible] ita proba-
to dominio obtineri poteſt. Illud ſanè
fateor † querelam dari contra poſſidẽ- 47
tem titulo hereditario (nec cum qui
alio poſsidet, hac actione teneri) [illegible] in
hoc, ut cum titulum relevandat, [illegible]
[illegible],

lilien. *l. qui repudiantis. 17. § 1. eod.* petitionem bonitem, quæ non reſcindit, ſed tantum intendit ſibi præ, aut cu reo titulum ad ſucceſſionem eſſe. *l. 3. l. regulariter. 9. cum ll. ſeq. de petit. hered.*

48 MATERIA circa quam † eſt cauſa teſtamenti, nec enim aliter datur. *Molyna. inf. de inoff. don. num.* 1. Nam ab inteſtato non eſt quod accuſetur, cum quartam Falcidiæ detrahere heres ſemper poſſit. *l. filiusf. 18. ad L. Falcid. l. 3. 5. & paſſim. inf. eod.* quæ querelam excludit. *d. l. Papinianus. §. quoniam. 8. d. §. iam autem. Inſtit. eod.* Cæterum in cauſa teſtamenti verſatur querela partim circa teſtamentum, quod accuſatur, petiturque reſcindi *d. l. Papinianus. §. quoniam. 8. l. qui repudiantis. 17. §. 1. eod.* partim circa hereditatem ab inteſtato, quæ reſciſſa teſtamenti cauſa adjudicari, & reſtitui agenti petitur. *d. l. Papinianus. §. quoniam. verſic. hereditatem debeo petere.* Codicillis, quia non datur, nec adimitur hereditas. *§. ult. Inſtit. de Codic. l. non codicillum. 14. inf. de teſta.* ideo contra hos non datur querela; etiamſi teſtamentum præterea factum ſit. Querela enim non legata, aut fideicommiſſa, impugnat, quæ Codicillis relinquuntur, ſed ea ſaltem viriat jure veteri. *d. l. Papinianus, §. penult.* Iure autem novo ne viciat quidem, ſed tantum inſtitutionem. *Authent. ex cauſa de lib. præter. Nov. 115.* At hæc non niſi in teſtamento fieri poteſt. *d. l. cum codicillum. d. § ult.* Relinquitur ergo, tantum contra teſtamentum querelæ locum eſſe. Teſta-
49 mentum autem † quodcunq; & qualecunq; poteſt impugnari, etiã veterani. *d. l. Papinianus. 8 §. Papinianus. 3.* Olim tamen contra teſtamentum militis nõ dabatur querela. *d. l. Papinianus. §. 4. §. Papinianus. 3. l. ſi inſtituta. 2 . §. de inofficioſo. eod.* ſive factũ iure communi, ſive militari. *d. §. de inofficioſo. 4. l. de inofficioſo 9. l. Teſtamentum. 24. h. tit.* dummodo ſciverit, ſe liberos habere. *l. ſi cũ. 10. inf. de teſta. milit.* Nec intereſt, utrum de Caſtrenſi peculio, an alijs bonis teſtatus ſit *l. teſtamentũ. 24 h. t.* Sed nec cõtra Pagani teſtamentũ querelæ locus erat, quo ad diſpoſitionem caſtrenſis peculij, vel quaſi. *l. ult. h tit. l. ult. inf. qui teſt. fac. poſ.* Cujacius *obſerv. lib. 8 c. 32.* de querela patronorũ, & parentum accipit, idemq; in clericorum peculio obtinuiſſe oſtẽdit. *l. ſacroſancta 34 ſup. de Epiſc. & cleric.* Sed hæc hodie mutata ſunt, putaturque querela indiſtinctè cõtra hæc quoq; teſtaměta dari *ex d. Novel. 115. quod & Dd. ſentiunt poſt gloſ. in verb teſtã in l. ult. h. t. l. ult inf. de teſta. milit. l. ult. inf. qui teſt. ĩ. fac. per Authent. presbyteros ſup de Epiſc. & cleric. verſ. ut horum filij aut hu non extantibus parentes eorũ legitimã ferant partem.* Quibus verbis inductus *ibi Accurſ.* putat, hoc caſu non dari ibi querelam, ſed tantummodo condictionẽ ex lege ad illius quartæ petitionẽ, ſed quia querela plenius conſulit, nec enim ſolum quartam, ſed totam ab inteſtato partem agentis, cuius ſit illa quarta aufert. Idcirco volunt Dd. etiam hic competere querelam. *gloſ. Bart. & Dd. in auth. ex cauſa. inf. de lib. præter. & in l. ult. h. tit. ubi Iaſon. num. 5.* inquit, licet hac in parte gloſſæ varient; tamen hanc eſſe communem.

Ex quo & illud inferri videtur, quoad iſta teſtamenta Dd. & hodie admittere querelã, nõ æquè in alijs, quæ per exheredationẽ, aut præteritionẽ annihilãtur ut *ſup. diximus.* Non etiam † contra viriaci 50

aut

a it novercæ, aut ſimilium eſt querela. Nam licet quo ad honorem loco parentum ſint, *l. 4. de in jus vocan.* §. *alia. ubi gloſ. & Dd. Inſtit. de pub. iud.* tamen quo ad ſucceſsionem tales haberi non poſſunt, quoniam hæc affinitate nunquam inducitur. *l. affinitatis. 7. ubi Dd. inf. communia. de ſucceſ.* Sed nec † contra contractus eſt querela, exceptis donationibus, & dotibus inofficioſis, ut traditur *duobus. tit. ſeqq.* Nec obſtat quod aliquando vim habeant ultimæ voluntatis, ut *conſtit.* 43. *par.* 2. nimirum quando paciſcens, de cuius ſucceſsione cautum eſt, aliud teſtamētum non fecit. *l. tale pactum. 41. §. ult. ubi Bart. num. 3. 4. ac communiter. Dd. de pact. Iaſ. in l. pactum quod dotali. 15. numer. 3. ſup. de pact.* Nam ut hoc maximè verum ſit, quod tamen multi impugnant, præcipuè. *Alex. in l. hac ſtipulatio. de verb. obligat. l. licet. ſupr. de pact. & eleg. conſ. 28. ponderatis num. 6. volum 3. per l. 4. inf. de inut. ſtipul. l. 1. ubi gloſ. inf. de pact. conven.* tamen quia pactis non datur hereditas *l. 5. inf. de pact. convent.* idcirco cauſam teſtamētariam facere hæc pacta non poſſunt, ſed tantummodo valent ab inteſtato, velut quædam voluntas innominata, *Iaſ. in d. l. licet. num. 11. ſup. de pact. Bal. in l. ult. num. 19. ſup. eod. tit.* ideo heres ab inteſtato poteſt ſuccedere, & quartam detrahere, non obſtante ulla teſtamenti cauſa. *l. in donationibus. 12. inf. ad L. Falcid. l. 1. §. ſi quis ex mortis. 5. ubi Bart. quær. legat.* & proindè querela excluditur, cum quia aliter conſuli heredi [illegible] a voluntate poteſt per quartam [illegible] *§. quoniam. d. §. tam au-* [illegible] tum etiam quoniam hic [illegible] mentum, cuius præteritio vel exheredatio accuſatur, quæ non niſi teſtamento fieri poteſt. *d. l. non codicillum. 14. inf. de teſta. d. §. ult. Inſt. de codicil.* Et proinde deficit hic medium concludendi in querela, quod Bart. ponit in accuſanda præteritione, aut exheredatione teſtamenti in *l. 2. nu. 3. ff. eod.* Sed quoniam † conſtitutiones 52 novellæ falcidiam denegant contra tales contractus judicialiter factos. *d. conſt. 43. par. 2. & conſt. 1. par. 3.* ideo videtur de illis, quod de teſtamentis, tum judicandum, ut ſit liberis, vel parentibus præteritis ſubveniendum, ſi tota hereditas per iſtiuſmodi donationes, aut pacta data ſit. Nam generali pactione, vel ſtatuto non tollitur horum legitima. *conſt.* 12 *par.* 2. utcunq; de hoc diſputetur. *in l. ſi quando. 35. §. 2. h. tit. l. Gallus. 29. §. quid ſi. & ibi latè Alex. de lib. & poſthum.*

Quamobrem etiamſi. *d. conſt.* Falcidiam tollant, non tamen putaverim tollere legitimam illa generalitate, cum hæc alia ſit, quam Falcidia. Et hoc ipſum diſputabile, an ſtatuto etiam expreſſo tolli poſsit. *Dd. præall. loc. & in l. jura ſanguinis. ubi Dd. de R. I.*

Quanquam non putem querela hic ſubveniri, cum nullum ſit teſtamentum, aut exheredatio, aut præteritio, quæ arguatur, & quoniam per querelam tota ſucceſsio àb inteſtato quæritur. *d. l. Papinianus. §. ult.* quæ res planè everteret *d. conſt.* & contractus, & pactiones, quæ illis roborantur: Tamen exiſtimo condictione duntaxat ex lege tum legitimam peti poſſe. *arg. gloſ. ult. in d. Auth. presbyteros. ſup. de Epiſc. & cleric.* In querelam autem † venit 53 portio agentis, quam ab inteſtato habiturus fuiſſet, non partes coheredum. *d. l.*

51

d. l. Papinianus. §. *quoniam*. 8. *l. mater*. 19. *eod.* Nec enim quo ad aliorum partes affectus eſt injuria, cum eas ne quidem ab inteſtato habuiſſet.

54 Itaque illud † veriſſimum, ab herede inſtituto, qui ſimul futurus fuiſſet coheres ab inteſtato, non poſſe plus ſua portione peti. *d. l. mater.* nec alterius exheredati. *d. Papinianus.* § *quoniam*. cui non præjudicat coheredis actio. *l. ſæpe.* 63. *de re judica.* niſi partem ſuam repudiarit. *l. qui repudiantis* 17. *in princip. eod.* aut à querela deſtiterit. *l. nam etſi.* 15. §. 1. *eo.* vel tempore ſit excluſus, ſcilicet quinquennali *l. ſi pona.* 23. *ff. eod.* talium enim portio alteri agenti accreſcit, *ex l. unic.* §. 1. *inf. de caduc. toll. Dd. in l. quoties* 13. *inf. de her. inſt.* quaſi mortuorũ *d. l. qui repudiantis.* 17. ſi verò inſtitutus non ſit futurus heres ab inteſtato, ſed eſt extraneus, tunc eius portio & agẽti, & inſtituto accedit. *l. mater.* 19. *eod.*

55 Nec enim † contra inſtitutum heredem ab inteſtato ſolet agere, multo minus obtinere exheredatus *l. circa.* 24. *l. nam & 15. cũ ſeq. d. l. mater.* 19. *eod.* quæ tamẽ res diſtinctione opus habet. Nam ſolis inſtitutis ab inteſtato heredibus accreſcit exheredatus, quoties ſcilicet non judicio, verũ impedimento aliquo appareat exheredationẽ, aut præteritionẽ contigiſſe. *l.* 3. *h. tit. in pr.* Quod ſi vero id cõſilio factum ſit, eſt actio cõtra coheredes, quia inofficioſum eſt teſtamentum, ſecus quam caſu ſuperiori. *d. l.* 3. *l.* 1 *l. filio.* 16. *eod.* ſed hoc obtinet, quoties aliunde conſuli exheredato non poteſt. Nam extraneo herede inſtituto, à quo tota agentis pars recuperari queat, ut quod in eam ſit inſtitutus extraneus, cum hoc ſolo agendum erit. *l.* 3. *in fin. h. tit. l. mater. verſic. ſed non erit* (qui de tali caſu loquitur, & ad eum reſtringendus) a[illegible] etiam cum coherede, is abſolvi debet. *l. nam & ſi* 15. §. *ult. l. circa* 24. *eod.* ſin in minorem partem inſtitutus ſit extraneus, erit & in coherede actio ad totam partem agentis conſequendam *d. l. filio.* 16. *l.* 3. *h. tit.* ſin in plus ſit inſtitutus extraneus, puta in dodrantem, peti quidem, & obtineri in ſolidum contra eum poteſt, nec enim impedit coheres inſtitutus, qui ipſa aditione agnovit judicium defuncti, & querelæ renunciavit *l. Papinianus.* 8. §. *ſi conditionem.* 10. *eod.* ſed tamen non plus ſua portione ab inteſtato debita conſequetur agens, cum reliqua etiam ab inteſtato inſtituto coheredi debeantur, *d. l. mater.* Quare quod ibi dicitur, exheredatum tantum ſemiſſem vendicare, de effectu executionis, ac reſpectu coheredis dictum puto; niſi enim peteretur ab inteſtato tota eius portio, puta dodrans, futurum eſſet, ut in parte non petita remaneret heres, cum ſententia petitioni reſpondeat. *l. ult. infr. de fideicom. lib. cum ſimil.*

Quoad formam agendi breviter habendum, querelam, cum ſit vendicatio, in modum alterius petitorii judicii proponendam eſſe. *Bart. in l. illud in princip. num.* 1. *de bon. poſſ. cont. tab.* hoc colore quaſi teſtamẽtum, quod accuſetur, invalidum ſit, & nullum velut conditum ab eo, qui parum ſanæ mentis fuerit: *l.* 2. 5. *eod.* quod medium concludendi hic vocat *Bart. ad d. l.* 2. *num.* 3. *ff. h. t.* 56

Nam huius teſtamentum, qui jure civili factionem non habet; cuiuſmodi eſt furioſus, §. *Inſtitut. quib. non eſt perm. fac. teſt.* rectè impugnatur. *l.* 2. *eod.*

eod. & reſcinditur. *l. qui repudiantis 17. §. 1. eod.* Cum autem ex ſimili liceat iungere *l. illud. 3. ad L. Aquil. l. non poſſunt. 12. cum ſeq. ff de R.* & omnis fuerit, qui contra naturam, & officium pietatis, & ſanguinis præterit, vel exheredavit eos ſine juſta cauſa, quos præextraneis heredes facere debuiſſet ex voto naturæ, & præcepto legis, quæ contemnere, & violare quædam ſpecies dementiæ eſt. *l. nam etſi 15. in princip. eod. l. ult. de bon. dam. l. ſcripto. 7. ſi tab. teſt. null. ext. unde lib.* ideo hac querela poteſt eius quaſi dementis impugnari teſtamentum *d. l. 2.* & rectè *quaſi*, quæ eſt nota impropriètatis. *l. 1. §. 1. vers. quaſi in rem. de ſuperfic. l. qui cum dotem. 12. §. ult. ubi Bald & Dd. ſol. matrim. Bart. in d. l. 2. num. 1. ff h. tit. & in l. ult. num. 9. ad L. Cornel. de ſicar.* Nam ſi dicatur verè fuiſſe furioſus teſtator, nullum erit teſtamentum. *d. l. 2.* perinde ac ſi dicat I. C. eum, qui hic allegare velit ſimpliciter furioſum fuiſſe teſtatorem, ſe contradictioni implicaturum, cum illo petito, & quaſi confeſſo (conſtituitur enim actor, quæ allegat *Panormitan. c. examinata. 15 num 3. 4. de iud.*) alleget teſtamentum eſſe nullum: Hoc autem, ut reſcindatur, peti nequeat *l. ſi quis. 6. de injuſt. rupt.* atque ita contraria alleg antem repulſum iri *l. 1. inf de furt Iaſ num. 2. & Dd in l. naturaliter. 12. §. 1. de acquir poſſeſſ.*

57 Primum ergo † petendum eſt, ut teſtamentum inofficioſum, tanquam à furioſo factum *l. 2. l. mater. 19. eod.* qui non habuerit teſtamenti factionem pronunciatum. *l. qui repudiantis. 17 §. ult eod.* reſcindatur. *l. Papinianus. §. penult & ult eod.* quod magis probat. *Bart. in d. l. 2.* quam ſi petatur teſtamentum inofficioſum pronunciari *per l. nam & hæ. 1. ff. eod.* Quanquam etiam & hanc formam probet *l. qui repudiantis § eod. ubi eidem Bartol. num. 1.* Secundò petendum, ut eo teſtamento reſciſſo hereditas ab inteſtato agenti, ut legitimo heredi, reſtituatur *d. l. qui repudiantis. 17. & d. l. Papinianus. 8. § quoniam. 5. eod l. ſi maritus. 22. h. tit.* ſed de practica huius judicij plura noſtri in *d. l. 2. 3. 5. eod.* Pragmatici verò in formis libellorum eam omittunt, vel quod ferè eadem ſit agendi ratio, quæ in petitione hereditatis, de qua poſt ſuo loco, vel quod rarior huius ex communi ſententia putetur eſſe uſus; ſolus tamē non omiſit *Roffred. in form. lib. par. 6. rub. ſi exheredatus ſit aliquis.* ubi *num. 6. 7.* formam poſitionum actoris, & exceptionum rei quoque proponit, & hunc ſecutus *Oldend. claſ. 5. act. 2.*

Poſſeſſor bonorum † filius etiam per modum exceptionis, ſeu contradictionis, querelam obijcit, ſi ſcriptus heres ab ipſo hereditatem petit. *l. Papinianus. 8. §. ſi filius. 13. eod. ex regula. l. 1. §. 4. verſic. nam cuidam. de ſuperf c. qui ad agendum. de reg. jur. in 6. l. invitis. 156. § 1 de reg. iur.* 58

At ubi † proponenda eſt querela? A- 59
pud centumviros olim *l. qui repudiantis. 17. eod.* Hodie inſtar alterius petitionis hereditatis rectè puto coram ordinario proponi *l. unic. ſup. ubi de hered.* Eſt enim quædam hereditatis petitio, ut diximus, idcirco eius jure, & foro regi debet. *arg. l. 2. de fid. her. pet. l. 2. de poſſ. her. pet.* Sanè quanquam *ad d. l unic. ex gloſſ ult. & Dd.* ibi tradidimus, inſtitui hanc petitionem poſſe, vel in foro, ubi Reus domicilium habeat, vel eo loci

un-

ubi major eſt pars hereditatis, ac ſimilibus tamen textus id ibi non dicit, imò non aliter concedit agi, ubi res ſitæ hereditariæ, quàm ſi Reus ibi degat. Quanquam autem reales etiam rectè moventur eo loci, ubi res petita eſt, & poſſidetur. *l. ult. inf. ubi in rem act.* tamen cum petitiones hereditariæ non ſint meræ in rem actiones, ſed mixtæ *l. hereditatis. 7. inf. de petit. hered.* tutius exiſtimo ſequi dictum *d. l. un.* & inſtituere in domicilio Rei petitionem.

60 Sed quia † jure Sax; duplex eſt juriſdictio ſuperior, ac inferior. *art. 13. ubi gl. lib. 2.* putetur in foro Sax. cauſa hæc, ſicut alia pecuniaria, apud inferiorem juriſdictionem agenda eſſe *per ordin. huius provinciæ ſub tit.* Was aber Nieder oder zu Erbgericht gehöret. *fol. 50. vers.* vnd aller/ etc. Quanquam enim accuſetur teſtamentum inofficioſum, non tamen ullum delictum arguitur, nec rei coarctatu, quia nihil deliquit heres adeundo hereditatem ſibi delatam, nec defuncti, quia mortalitate crimen extinguitur *l. ult. ff. ad L. Iul. maieſt.* quia furoris potius inſimuletur, quam delicti, à quo furor diſtinguitur *l. Divus. de off. præſid.* Inſtituenda autem

61 eſt † poſt aditam ab inſtituto hereditatem. *l. Papinianus. 8. § ſi conditioni. 10. eod. l. ſcimus. 36. § ult. h. tit.* quoniam ante non naſcitur querela *l. Papinianus. §. ſi conditioni. eod.* Quamobrem ut adeatur peti poteſt, *l. ſi curatoris. 9. ubi Ang. Iaſ. & Dd. inf. de jur. delib.* Et hoc quidem caſu ſi præſens ſit heres intra ſemeſtre, ſic abſens intra annũ à morte teſtatoris computãdũ adeatur. *d. l. ſcimus. 36.*

62 *§. ult. h. t.* At quamdiu? † Datur querela ad & intra quinquenniũ. *l. ſi autem. 9 ff. eod.* ab adita hereditate computandum, *l. ſi quis. 3. in fin d. l. ſcimus. 36. § ult. h. tit.* Nam tum demum, ut dixi, naſcitur *d. l. Papinianus. §. ſi conditioni. 10.* Actionis autem, antequam naſcitur, non ſolet præteribi *l. 1. §. 1 in ver. ex quo ab initio competit & ſimul nata eſt, & §. ult. verſ. ex quo noviſſimum, i cœperit, inf. de annal. except. latè Anton. Gabriel. lib. regular. 5. tit. de præſ. con. lu. 6. num. 6. & con. 10. num. 9. Balb. trac. præſcrip. 4. par. 5. par. pr. quaſt. 1. 2. cum ſeq.* In quo à communi natura petitionum, quæ ſunt perpetuæ, *l. 4. inf. in quibus cauſ. ceſſ. long. tempor. præſcript. l. hereditas. 7. inf. de pet. hered.* exemplo reliquarum vendicationum *l. 3. & 5. infr. de præſcript. 30. annor.* querela recedit, quia jus teſtamentorum publicum, quod eſt favorabile *l. ſi pars. 10. eod.* oppugnat, & reſcindit, *l. Titia, 13. l. qui repudiantis 17. l. cum duobus. 23. h. tit* quod genus temporarium eſt, † & quoties ex jure 63
prætorio fluit, annale. *l. in honorarys 35. verſic. ſed cum reſciſſa. de oblig. & actio.* aut biennale. *l. ult. ſup. de dol* aut quadriennale. *l. ult. ſup de temp in in reſtit.* Quoties verò ex jure civili, quinquennale ut *hic l. un. ſup. de contrac. dicum tot. tit. ne de ſtatu defunctor. cum ſimilib.* quæ cumulat *Cuiac. tract. præſ. c. 24. de quinquennio.* Poſt quinquennium verò † querela datur aliquando 64
ex juſtiſſima cauſa *l. Papinianus. 8 § plane. 13. eo, ex ration. l. 1. § ult. inf. de ann. excep.* ut ſi quis per moram alicui judicij, puta injuſti teſtamẽti, imped. tus ſit agere. *l. contra 16. h tit.* Rationẽ † pro- 65
bandi putant noſtri nõ eſſe eandẽ, quæ eſt in reliquis. *l. actor. 23. inf. de probat. l. ſi. quidem cum ſimil inf. de except.* Nã exiſtimant jure veteri agentẽ quidem oportuiſſe probare. *l. liberi. 28. h. tit*

Hodie verò nō item, ſed Reo hoc onus incumbere probandi contrarium. *l. omnimodo. 30. hoc tit.* ſed convincuntur ex *l. ſi maritus 22 h. tit.* quæ etiam jure veteri ſibindicat oportuiſſe liberos agentes inofficioſi, offenſionis ſeu ingratitudinis convinci, quem ſcopulum, ut evitet ibi Accurſ. ait, id à compoſitoribus juris additum eſſe. Quid ergo, ſi dicamus, ſecundum regulas communes, & olim, & nunc, agentes de inofficioſo probare oportere? *l. liberi. 28. in princ. h. tit. l. 2. C. Theo. eod.* fundamentum ſuæ intentionis *Iaſ. eleg. l. ſi vero s § qui pro rei. num. 15. qui ſatiſd. cog.* Id autem eſt quod contra officium pietatis & ſuo immerito teſtamentum ſit factum inofficioſum. *l. 2. ubi Bartol. & Dd. eod.* Hoc vero ſine magna cauſa factum videri non poteſt, ob præſumptionem communis affectionis, & favorem teſtamētorū, qui ſemper pro validis habentur, donec contrarium probetur. *l. ſancimus. 27. inf. de teſt. l. 2 ubi Dd. inf. qui teſt. fac.* Probare igitur actor debet, ſe in officio fuiſſe, & alias benemerita in parentes ſuos, quoties in his fundatur intentio. *l ſi donatione. 13. ubi gloſſ. ver. poſtulaſſet, ſed clarius Iaſ. num. 4. poſt alios inf. de collat.* Nam & hæc facti ſunt *Cravet. tract. de antiq. temp. §. 3. num. 73 75.* ut non præſumantur, donec probentur. *l. aſſeveratio 10. inf. de non num. pecun.* Et licet quilibet præſumatur bonus, donec oſtendatur malus *c. ult ubi Dd. de præſumt. Alciat. latè tract. de præſumt. regul. 3. præſ. 2.* Tamen aliud eſt bonum eſſe in [illegible], aliud officium particulare alicui [illegible], *arg. l. fabriles. 6. de oper. lib.*

Sed & illa præſumptio nō attenditur in alterius præjudicium. *Alciat. præd. loc. num 2. per gloſſ. c. ſtatu um. 3. cum vero de reſcrip. in 6. cum alys ell gat.* Et quanquam alia quoq; præſumptione juvetur agens, nempè quod inofficioſum teſtamētum eo ipſo appareat, quod contra pietatem naturæ, & diſpoſitionem legis, qui inſtitui debuit, exheredatus ſit; cum nullum colorem pro bono filii, ut loquitur *Alciat.* habeat exheredatio. *d. reg. 1. præſ 2. num 2.* quæ apparet ex inſpectione teſtamēti, quod genus pro evidentiſſima probatione habetur. *Bald. l. 1. num. 1. inf. de edict. divi Hadriani. Marant. in Spec. aureo. par. 6. memb. 9. num. 15. latiſſimè Tiraq. in retract. proxim. §. 2. gloſſ. 1. num. 20.* Tamen eliditur hæc præſumptio rurſum contraria, quod præſumantur parentes, & vice verſa, ſalubrius capere conſilium pro liberis *l. nec in ea. 22. ad L. Iul. de adult.* nec facilè ab arctiſſima naturæ neceſſitudine recedere. *l. ſi eum qui. 34. infr. ad L. Iul. de adult.* quæ communiter obſervari ſolent, & unde præſumptiones dicuntur. *latè Alciat. d. reg. 1. præſ. 2. per tot. Crav. de antiq. temp. par. 4. §. materia. num. 18. cum multis ſeq. gloſſ. & Dd. in l. iſte 9. quod met. cauſ.*

Itaq; non ſtatim præſumitur mala mente exheredatio facta. *l. ſi patronus. 11. §. ſi quis non mala mente. de bon. lib. Bart. in l. ut juriſjurandi 7. §. ult. de bon. liber. & idem in l. 2. ubi latiſſ. Ripa num. 36 de vulg. ſubſt. Alciat. d. reg. 1. num. 2. præſ. 2.* Sed nec favor exheredati privatus tantus eſt, quin favor teſtamentorum major ſit, ut publicus *l. ſi pars. 10. eod. ex ratione Auth. res quæ infr. com. de leg.* In hoc igitur præſumptionum conflictu, quarū altera alterā eli-

cadit. *l. ult. v. 7. de in integ. reſtit. l. non omnes. 5. §. a barbaris. 6. de re mil.* non eſt abhorrens ab utraque parte probationes exigi. *ut l. ult. 22. inf. ad L. Corn. de fal.* quam in talibus terminis puto accipiendum. Probat ergo agens officium ſuum, contra quod facta ſit exheredatio. *d. l. liberi. 18. in princ. h. tit.* ac heres, qui excipit de ingratitudine, ſeu commeritis, & cauſis exheredationis; facit. *l. in exceptionibus. 19. de prob.* hoc exceptionis ſuæ fundamentum vice verſa probare debet. *d. l. ſi maritus. 22. l. omnimodo 30 l. ſi quis. 34 h. tit.* ita manifeſtè diſtinguit. *d. l. liberi in princ.* atq; ita videntur hæc jura abſq; odioſa correctionis mentione poſſe conciliari. Etiamſi fatear in foro communem Doctorum ſententiam obſervari, traditam *in d. l. liberi. & in d. l. ſi quis, ubi gloſſ.* ſcilicet, ut hic actor nil probare cogatur, donec heres ingratitudinem, & alias juſtas cauſas probaverit exheredationis.
66 In quo admonendi ſumus, † hic à Reo exigi | apertiſsimas probationes. *d. l. ſi quis. 34. ver. apertiſſimis probationibus oſtenderit ingratum. h. tit.* & exp. *l. ſi maritus. 22. ver. expreſſè convincitur. h. tit.* Et meritò quidem, quoniam delictum hoc à natura communi abhorret, ut ſi alias in delictis, certè hic debet eſſe luce clarior probatio facta per teſtes, aut idoneas ſuſpiciones, conjecturas, aut confeſsionem adverſarij. *l. ult. ubi Caſtr. & Dd. inf. de probat.* Ex quo ſequitur hic inſtrumentis non facile probari poſſe. *per not. Bartol. & Dd. l. in exercendis. inf. de fid. inſt.* quod tamen puto aliquando admittendum, ut ſi proferantur acta judicij, quibus oſtenditur filium atrociter parentem, à quo ſit exheredatus, accuſaſſe, detuliſſe.

§. item ſi delator, quæ fuit prim. cau. beneſ. amitt. in uſib. feud. l. qui cum major. major. 14. de bon. lib. aut proferantur literæ, quibus Actor contumelioſè teſtatoris famam laceravit, aut ſimiles cauſas complexus eſt, ex quibus jure poteſt fieri exheredatio. Quare ſicut delictum contrahendo commiſſum probari poteſt inſtrumento. *Bart num. 2. in l. in Senatusconſultum. 15. ad Turpill.* ita cum injuria, & ingratitudinis cauſa ſcripto etiam committi poſsit. *l. 5 §. penult. & ult. ac paſſim de iniur.* putandum eſt, & hic probationem interdum per inſtrumenta recipi poſſe, de quo plura. *Dd. l. ult. inf. de probat. Authent. apud. inf. de fid. inſtr. Oldrad. conſil. 199 pro fundamento. num. 2.* Illud probabilius; cum lex hic requirat apertiſsimas probationes. *d. l. ſi quis.* non ſufficere improprias, aut imperfectas, vel privilegiatas, cuiuſmodi eſt jusjurandum in ſupplementum probationis. *gloſſ. ver legitimis in l. cum de indebito. 25. in pr. de probat Hipp. rub. inf eod num 150. A. ex. conſil. 129. Titulus. num. 3. volum. 2.*

FINEM † oſtendit. *l. filiam. 15. hoc tit.* cum ait per querelam inofficioſi ad hereditatem aſpirare agentem ſcilicet ab inteſtato. *l. poſthumus. 6. §. 1. eod.* cujus cauſam & rationem exequuntur. *l. 2. 3. 4. 5. eod. & §. hac autem Novell. 115.* cuius ſumma hæc eſt, ut parentes & liberi contumelia teſtamentaria liberentur. Nam auferre his quodammodo proprium. *l. in ſuis. 11. de lib. & poſth.* aut certe omni jure debitum. *l. 2. verb. debita l. 5. ver. debitum bonorum ſubſidium. inf. tit. 1.* contumelia eſt. *l. injuriarum. 13. de iniur.* quam coërceri in Republ. utile eſt. *l. ita. 51. verſic. pro utilitate communi, ad L. Aquil.* 67

68 Effectus † ſeu quomodo loquitur Paulus. *l. harum. 7 ſi ſervo. vend.* eventus ei, ut actor cauſa cadens ſumtus debeat. *l. 1 in fin. eod. ſecundum regulam. l. proferendum, 13. §. ſive autem. ubi Iaſ. ſupr. de jud.* indignum ſe faciat relictis quæ fiscus aufert in teſtamento quod accuſavit. *l. Papinianus. 8. §. meminiſſe. 14. eod.* Unde facta eſt regula. Ex eo, quod quis niſus eſt impugnare, non debet lucrum conſequi. *c. ex eo. 38. de reg. iur. in 6. ex ratione. l. ſi patronus. 19. de bon. libert. l. ſi peculium. 20. in princ. de ſtatu. lib.* Ubi traditur indignum eſſe beneficio teſtatoris, qui voluntatem ejus evertere volet, facit & illa ratio, ut quod ſemel eſt approbatum, nō liceat improbare. *c. qui ſemel de reg. jur. in 6. l. Pomponius. 9. de neg. geſt.* ſic quod ſemel improbatum, & reprobatum eſt, non licet probare, & quæſtui ſibi habere *l. 4. & ult. inf. de repud. her. cum ſimil.* ſalva tamen † fideicommiſſario aut ſubſtituto ſua cauſa. *Paul. lib. 4. ſentent. verſic penult d. l. Papinianus. §. meminiſſe.*

69

70 Sed & † ex alia cauſa non prohibetur agere petitor, qui in iſta ſuccubuit, vel inter vivos, puta donatione cauſa mortis *l. poſt legatum, 5. §. qui mortis 13. de his quæ ut indign.* vel ab inteſtato. *l. 3. de pet. hered.* vel ex alia cauſa etiam teſtamentaria *l eum 14. h tit.* Cum enim ſententia ſt... juris ſit *Bart. l. 1. § item ſi quis in jus vo. at late Socin. conſ. 18. progrediendo num. 45. volum. ... per notata. in l. ... ſi plures una ſent. cond. ubi Bald.* ... non p... neque debet aliam ad ... *l. 1. § 7. 9 ... 1. & paſ-*

71 *ſim de except rei jud.* Obtinens vero † in ... inteſtatum facit te... m. *l poſth 6. §. 1. eod* quaſi hereditate ex teſtamento non adita. *l. eum.* 21. §. *ult. eod.* & proinde ... hereditatem. *d. l. eum ... ult. eod. l. cum duobus. 13. h. t.* & ad ſucceſſionē ... *l. filiam 15. h tit.* ab inteſtato. *l. cū duobus. 13. h tit.* in eam partem, quam habiturus fuiſſet non facto teſtamento. *d. l. cum duobus 13* & ſic quaſi legitimus heres. *l. nam etſi. 15. §. ult. eod.* quia quaſi furioſi judicium defuncti ultimum damnatur. *l. mater. 19 eod.* eoque totum

† teſtamentum reſcinditur *l. Papinian.* 72 *§. ult. eod.* unà cum codicillis, & aliis ultimis voluntatibus. *l. Titia. 13. eod.* Nā qui non habet teſtamenti factionē, nec codicillis relinquere poteſt. *l. 2. §. furioſus. 3. l. 8. §. 2. de iure codic.* Quare nec ab inteſtato hic fideicommiſſa debentur. *l. nec fideicommiſſa. 36. de leg. 3. l. qui repudiantis. 17. §. ult. eod l. cum duobus. 15. h tit. l. Titia 13. eod.* ne quidem clauſula codicillari adjecta. *d. l. Titia, Mo'yn. inf. tit. 1. in princ. n 2.* quæ aliàs teſtamento annihilato ab inteſtato ſuſtentat legata. *l. eum. 15. ubi gloſ. ver. traduntur & Bd. inf de fideicomm.* Sed hæc jure veteri obtinuerunt Novò autem cum nec quidem nullitatis quæſtio quic... præter inſtitutionem teſtamenti evertet, multo minꝰ id efficiet querela. *Auth. ex cauſa inf. de lib. præter. Nov 115 §. aliud cum ſeq* quem text. Viglius. *Inſtit. eod. in princ.* in terminis de querela inofficioſi loqui voluit, & hoc nove à Iuſtiniano inductum eſſe aſſerit *ibidem Cujac.* & aſtipulantur, *Iaſ. & Salic. l. 4. h. tit & Eluct. conſt. 9. par. 3* confirmat ex ratione. *c. utile 37. de reg iur. in 6.* Cum enim tantum in inſtitutione peccatum ſit, injurium videbatur, reliqua, quibus nihil vitij ineſſet, perire, ... æquitate contra ſtrictam juris rationem inductum eſt. Nam alias ſublato inſtitutionis

t[illegible] fundamento. §. *ante.* [illegible] *de* [illegible]
rel[illegible] ſubſiſtere non [illegible] *l.* [illegible]*6. de*
ex ept rei judic præſertim relicta ab eo,
cujus quaſi furioſi judicium ſit damna-
tum. *l.* 2. §. 3 *de codicill. l. furioſum. 9. u-*
bi Cyn. inf. qui teſt. fac. poſ. & annihila-
tum. *l. filio.* 17. *de injuſt rup. teſt.* ut ita
nullum parere debeat effectum. *l* 5. *ſup.*
de B l. non putavit. 8. §. non quaviv. 2. de
bon. poſſ cont. tab. quam ad hoc adducit.
Sed ut & alia, ita & hoc contra ratio-
nem diſputandi, cujus prætextu perni-
cioſè nonnunquam erratur. *l. ſi ſervum.*
91. § ſequitur. 3. de verbor. obligat. pro
communi utilitati receptum eſt. *l. ita*
vulneratus. 51. in fin. ad L. Aquil. Itaque
in legem jam latam non eſt amplius in-
quirendum. *c. in iſtis. 3. diſtinct. 4.* Si in
73 prima inſtantia † obtinuerit petitor,
quamvis Reus appellat, tamen cogi-
tur actori ob paupertatem ſumptus re-
fundere *l. ſi inſtituta. 22. §. ult. eod.* Nã
ſententia appellatione ſuſpenſa pro vi-
ctore aliquam præſumptionem indu-
cit. *Clem 1. de ſeq poſſ.* ut multis probat.
Alciat. reg. 3. præſumpt. 9. num. 8. per
cap. in præſentia. 6 ubi Inno. de renun.
contra Panor. & Dd. in c. quoniam. 11. de
74 *probatio.* Evicta autem † hereditate per
inofficioſi querelam perinde omnia
obſervantur, ac ſi hereditas adita non
fuiſſet, & ideo petitio integra heredi
ſupereſt. *l. cum. 21. §. ult. eod.* Interdum
75 tamen † evenit ut contra unum obti-
neatur, contra alterum non. *l nam etſi.*
15. §. ult eod. ut ſi frater contra duos di-
verſæ conditionis agat, quorum alter
honeſtus ſit, alter turpis. *l. circa. 24. eod.*
aut ſi agat filius contra fratrem, & ex-
traneum, poteſt enim obtinere adver-
ſus hunc, contra fratrem non æquè. *d. l.*
nam etſi. § ult. cum l. ſeq. l. mater. 19 ff eod.
quo [illegible] pro parte teſtatus, qua heres
ſcriptus vicit, pro parte inteſtatus, qua
ſuperatus eſt, decedit teſta[illegible] *d. l. nam*
etſi §. ult. l. circa. 24. eod. contra regulam
l. jus noſtrum. 7. de reg. jur. propter rei
judicatæ autoritatem. *l. 4. inf. de re jud.*
& ſcinduntur obligationes, & petitio-
nes pro rata. *d. l. nam etſi. §. ult.* liberta-
tes tamen debentur. *l cum duobus. 13. h.*
tit. & tutelæ. *l. ſi nemo. 9. de teſt. tut.* item
pupillares tabulæ, hoc eſt, ſubſtitutio-
nes. *d. l. Papinianus. §. ſed cum 3.* quia
ſunt individua.

Quare licet legata putentur non de-
beri pro parte, qua teſtamentum eſt
reſciſſum. *l. cum duobus.* 13. *h. tit.* tamen
hoc accipiendum erit de legatis divi-
duis, non autem individuis, ut ſunt ſer-
vitutes, & ſimilia, *ex ratione. d. l. cum*
duobus. Quod ſi actor † in plus agit, 76
quam ei ab inteſtato debebatur, reli-
quis coheredibus ceſſantibus, quorum
exceptione non poteſt extraneus inſti-
tutus uti. *Bart. & Caſtr. in l. 1. de excep.*
rei judica. per l. 4 §. 2. ſi ſerv. vend. & ob-
tinuerit, etiam reliquis, qui tamen non
repudiaverunt. *l. ſi ponas. 23. § ult. eod.*
l. filio. 16. cum l. ſeq. h. t proderit victo-
ria. *l. mater. 19. eod. ex ratione l. ſæpe. 63.*
de re judicat. ſi enim in totum prodeſt
ab inteſtato ſucceſſuris victoria. *d. l.*
poſthumus. 6. § 1. eod cur non & pro
parte? *l. quæ de tota. 76. de rei vendicat.* I-
ta tamen ut partem ſumptuum facto-
rum ferat. *l. ex parte. 29. fam. herciſc.*

Adjacet bonorum † poſſeſsio, un- 77
de liberi, & unde agnati, quæ litem que-
relæ ordinat. *l. 2. l. in arenam 11. h. tit.*
Cujac. Nov. 18. de trien, & ſemiſſ. & ad
trans-

[illegible] a remiſsionem præparat. *l. poſthumus. 4. §. ult. cum l. ſeq.* ea eſt tamen ſine effectu donec obtineatur. *l. 2. h. tit.* item pœna tertiæ partis, ſi inſtitutus heres ijs, quibus querela competit, agnoſcentibus voluntatem defuncti, aut legitimam petentibus, ad ſententiam uſque diſtulerit ſolvere. *l. ſi quis ſuo. 33. in fin. pr. h. tit.* Adjacet & petitio quartæ, ſeu legitimæ, quanquam hæc etiam ad affinia referri poſsit. *d. l. ſi quis. 33. hoc tit.* Eſt autem perpetua, quia non reſciſſoria actio ſecundum communem, quam propugnat. *Bald. Iaſ. & Dd. contra Bart. d. l. ſi quis filium. 34. h. tit. Guid. Pap. deciſ. 81.*

78 Affinis † eſt petitio hereditatis, & bonorum poſſeſsiones reales. *l. in arenam. 21. h. tit. l. 1. §. ult. ſi quis à par. manu.* querela rupti teſtamenti. *d. l. Papinianus. 8. § ſi quis. 12.* vel injuſti, neque ſolennis, *l. contra. 16 h. tit.* accuſatio falſi. *l. cum. 14. h. tit. l. Lucius. 47. de pet. heredita.* quæ durat viginti annos. *l. querela. 12. inf. ad L. Cornel. de fal.* Quæſtio vero nullitatis ſeu jus dicēdi teſtamentum nullum æquè ut petitio hereditatis. *l. 4. inf. in quib. cau. long. temp. præſcript.* ad triginta annos durat. Ut actio injuſti, rupti teſtamenti. *Iaſ. in l. ſi filius. num. 14. de lib. & poſth. Caſtr. & Dd in Authent. ex cauſa. inf de lib. præter Guid. Pap. deciſ. 597. Ferrar. in forma libell pro hered ex teſtam n. 22.* quia ſcilicet petitur nullum declarari non jure actionis, ſed officij. *Bart. in l ſi expreſsim. 19 nu. 13. de appel. Inno. & CC. in cap. ult. de off. jud c. perpetuo. 12. de fid. inſtr.* quod 30. annis durat. *l. 3. ubi gloſ. ver. perſecutione. inf. de præſ. 30. ann.* item, quia non [illegible] ut querela, non [illegible] qui nullum petit, *l. 5. de* *inoff. tep. teſt.* Affinis eſt † etiam deductio Falcidiæ *l. Papinianus. [illegible]. §. quarta. 9. verſ. quia habes falcidiam eod.* quam pleriq; cum legitima poſſe ex jure Canonico detrahi putant, ſaltem cum utriusque dies non ſimul cedit. *c. Rainutius. 16. de teſt. ubi gloſ. ad ver. legitimā & Dd.* Et hanc communem facit. *Iaſ. in Authent. noviſſima. num 39. hoc. tit. Bart. & Dd. l. quanquam. 10. inf. ad L. Falci. ubi gloſ. ver. legis falcidiæ,* quod mirum eſt ſine diſtinctione, & quantum arbitror ſine ratione, & lege certa defendiſſe. *Contium. 1. diſputat. c. 3.* melius. *Cuiac. lib. obſer. 8. c 3.* & alibi ſæpius ſecutus. *Fulgoſ Cyn. & alios in d. L. 4.* exiſtimat, totam eam rem commentitiam eſſe, errore Pontificiorum ducto ex male intellectis legibus, & noſtrorum Commentarijs. Nam utramque quartam non deduci, ſed unam tantum utrovis titulo oſtendit, *l. 1. § pen. ſi cui plus. quam per L. falcid l. Papinianus. 8. § ſi quis impubes. 5. eod.* Et poſita contraria ſententia ſequeretur ijs caſibus, quibus filijs hodie ſemiſsis debetur, eos non tantum ſemiſſem capere, quod voluit Imperator. *Nov. 18. de trie. & ſemiſſ.* ſed totam dextantem, addito quadrante Falcidiæ, vel adeo totam aſſem, ſi vera eſt ſententia Cuiacij, putantis etiam hodie falcidiam auctam eſſe (quod verum non puto) quod dictu fuerit abſurdiſsimum contra, *l. 2. ſi quis à par. manu.* 79

80 Affinis etiam † eſt querela inofficioſæ donationis. *l. 1. 2. 4. 5. 6. ult. infr. tit. 1.* & querela inofficioſæ dotis *inf de inoff. dot.* Et condictio ex lege, qua quarta ex teſtamento presbyteri petitur, *gloſ ult. in Auth. presbyteros. ſup. de Epiſcop. & Cler.* Concurrere & alia remedia

nedi eſſend't *l. omnimodo 30. ver. teſta. mētis quaſi inofficioſis. vel à te modo ſub-vertēnais. h. t.* quorum altero finito alteri locus eſt. *l. contra 16. h. tit. l. 3. inf. de pet. hered.* Nam quamdiu unum pendet, aliud excluditur, ob contrarietatem. *l. ult. inf. de codicill. l. contra. 16. hoc tit.*

81 CONTRARIA † ſunt exceptiones, quibus agens, eiusq; ſucceſſor repellitur. *l. ſi quis 34. h. tit.* ut quod actor repudiavit hereditatem *l. qui repudiantis.17. eod.* aut querelam. *l. ſi ponas. 23. §. ult. eod. l. ſi quis. 34. h. tit.* qui pro mortuo habetur. *d. l. qui repudiantis in fin. pr.* etiamſi tacitè renunciet, puta deſiſtendo. *l. nam etſi. 15. §. 1. l. ſi ponas. 23. § ult. l. Papinianus. 8. §. 1. eod. l. ſi quis 34. h. tit.* item voluntatem defuncti agnoſcendo, approbando, tam expreſsè. *l. ſi ponas. 23. eod. l. ſi quando. 35. §. 12. l. ſi quis. 34. h tit.* quam tacitè accipiendo legatum, aut petēdo relictum ſibi, ſuisve in teſtamento *l. ſi duobus. 14. de bon. poſſeſſ. con tab. l. ſi pars. 10. § ult. l. nihil. 12. eod. l. ſi maritus. 22. h. tit.* quod ad excludendam querelam relinqui ſolet. *l. ſi quis. 33. h. tit. l. 5. inf. tit. 1.* aut contrahendo, tranſigendo cum heredibus ſcriptis. *l. ſi ponas. 23. §. 1. eod. d. l. ſi quando. 23. §. 2. h. tit. l. ſi ita 135 §. ult. de verbor. oblig.* quin & acceptum à teſtatore per modum tranſactionis querelam excludit, quocunque titulo ſit acceptum, *l. Papinianus. 8 §. ſi quis 6. eod. l. 1. ſi à par. man. quod probatur conſt. 19. par. 3.*

Et ſanè ſufficit ad excludendam querelam. *d § ſi quis. § 1, Novell. 15 de trien. & ſemiſſ.* licet non ad legitimæ, aut ſupplementi petitionem excludendam. *d. l. ſi quando §. 1.* Nam hæc ſpeciali & diſerta renunciatione demum excluditur, ut dicemus paulò poſt ad *Authent. noviſſima.* Item quod poſt quinquennium agit, *l. parentibus. 8. hoc tit.* quod quartam acceperit. *d. l. Papinianus. 8. §. ſi quis. 15. l. ſi inſtituta. 6 §. 1. eod. l. quoniam. 29. l. ſi quis. 13. hoc tit.* quia ſciens ſibi aliud jus competere, eligendo aliud priori renunciat. *l. 46. de bon. lib. l. 3. ſi quid in frau. patr.* Aut ſaltem quod accipiēdo quartam agere ad ſupplementum poſsit. *l. omnimodo. 30. l. ſcimus. 36. h tit.* niſi & huic petitioni fuerit ſpecialiter renunciatum. *d. l. ſi quando. §. ult.*

Quamvis autem hodie † titulo inſtitutionis relinqui debere legitimam receptum ſit. *§. aliud. Novell. 115. Iaſ. & Doctores in Authen. noviſſima h. tit. & Authent. ex cauſa inf. de lib. præt.* tamen ut hoc paucis expediam, in qua hæreat Iaſ. difficultatem præteriens *in d. Auth. noviſſima, num. 14. cum ſeq.* accipiatur hoc ita, opus eſſe inſtitutione, aut juſta exheredatione quoad confirmandum contra quæſtionem nullitatis teſtamentum. *§. 1. 2. Inſti. de exhered. lib. l. filio. 17. de injuſt. rup.* quæ nec quidem per legatum excluditur. *§. 1. Inſtit. de exhered. lib.* aut per fideicommiſſum univerſale. *l. ita. 27. §. qui rogatus. 9. ad SC. Treb.* 82

Cæterum quoad excludendam querelam, & actionem reſciſſoriam, ſufficit quoquo modo relictum eſſe. *d. l. Papinianus. 8. §. ſi quis. 6. l. quoniam. 2. l. ſcimus. h. tit.* Nec enim poteſt dici inofficioſus, qui quartam reliquit *Cujac. lib. 3. obſerv. c. 8.* idque probat. *l. omnimodo. 30. h. t. & d. l. Papinianus. § 6.*

In eo igitur Cujacio aſſentiri non poſſum, *Inſtit. ut. de inoff. teſtam. & in*

d. l. Papinian. quod exiſtimat. *Nov.* 115. hue .... è co... ... ... tamen ... ... non ... ... quod ... non modò ... ... adverſatur, quas modò ad ... ximus, ſed etiam *Nov.* 18. *de trien. & ſem.* §. 1 quæ direὶtè ac querela in ... ... agit, & eam quovis relicto ... excludi vult. Nec ſanè congruit hæc op... ... *d. Nov* 115. quæ non de querela, ſed quæſtione nullitatis agit, ut ... ... apertiſsimè oſtendunt. Ac quamvis Pulcheria à matre exheredata cauſam illi conſtitutioni dediſſet, quod mihi tamen non ſit veriſimile, cum exempli tantum gratia, quoad ultimum huius conſtitutionis membrum producatur in *c. hac autem,* 5. *verſ. unde conſtat.* & alias commemoret cauſſas ibi paſſim Iuſtinianus, ut ſcilicet parentes, & liberi indignis contumeliis teſtamentariis liberentur: tamen nō eſt putandum propterea Pulcheriam ibi inofficioſi querela egiſſe, cuius nulla ſit mentio, ſed potius imploraſſe judicis officium. propoſita quæſtione nullitatis ... verba exigunt, & hoc ſubjectum ... Pulcheriæ oſtendit: In... ... enim illam à matre exheredatam, non tantum in maternis bonis, ſed etiam paternis, ut text. habet, Quod ... mater facere non potuit, quia de ... ... alius, teſtamentū & ... ... facere poteſt, & debet *l.* ... *ter.* 79. §. *mando. verſic. quod non* ... *teſtari. de leg.* 2. *Bal. c.* 1. ... *feud.* ... quia eiuſmodi charta teſtamenti ... quam Pulcheria impugnabat ... ... ita fuerat contra de... ... voluntatem, ut diſerè teſta... ... Quod certè vel nullum ... ... valeat non ... *l.* 1 ... *inf. ſi quis aliquem teſtar. prohib. latè Bald. Iaſon & Doctores d. l. iubemus.* 29. *inf. de teſta. Molin. conſil.* 11 *cum aliis ſeq. per tot.* contra nullum autem teſtamentum non datur querela, ſed invalidum, *gloſſ. pen. l. ult. de here. inſt.* quia nullum reſcindi nequit, quod querela petitur. *l.* 5. *de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſt.* ſed potius, quod eſt, declaratur, & petitur nullum, quod ibi Imper. verba oſtendunt, *nulli eam modo permiſimus obtinere,* quod certè ipſum oſtendit, non fuiſſe actum inofficioſi, alios qui ſententia congruere libello, & reſcindere teſtamentum debuiſſet, ut antè poſuimus & Accurſ. quoque hæc approbat, ut non ſit neceſſe hic diutius immorari.

Contrarium † item eſt, ſi actor exheredatus juſtè perhibeatur. *l. in arenam.* 11. *l. liberi.* 28. *l. omnimodo. h. tit. l. cum ratio.* 17. *de bon. damn.* §. *aliud. d. Novell.* 115. aut quod perinde eſt ingratus nominatus. *l. omnimodo.* 30. *in prin. ubi gloſſ. verb. ingratos. h. tit.* Nam vice exheredationis eſt obiicere crimen ingratitudinis ... alio *d. l. omnimodo* 30. vel aliud quodvis cum convicio. aut contumelioſè. *l.* 3. *in princip. de lib. & poſthum.* dummodo à teſtatore fiat in teſtamento. *d. l. omnimodo in princip.* nam ab herede ſicut exheredari nequit is, cui querela competit, ... nec ingratus, aut indignus nominari. *d. l. omnimodo.* 30 *ubi gloſſ ver. non debiti. l. ult. l. his ſoliu.* 7. *inf. de revoc. donat. gloſſ. & Dd.* §. *item ſi fidelis. quib. mod. feud amitt. &* §. *item qui donationis verſic. porrò. quæ fuit prim. cauſ. benef. amit.* 83

Cuiac.

Cuiac. tract. ſcnd. part. 4. infer. Ag. ſ. obſerva. 9. vol. 3.

84 Caſtrium † 1 deſiniſſe teſtatore ut … facta videri poſſit *gl. & Bald.* … *in l. 3. § filius 2. verſ. ante heredis inſtitutionem. de lib. & poſthum.*

Alij vero octo, ut vocant, concurrentia requirunt 1. Ut fiat exheredatio purè *l. 3. § purè de lib & poſth.* 2. ut nominatim. *d. l. 3. § filius 2. ubi Bart. & Doctores.* 3. Vt à toto gradu, non à certa perſona *d. l. 3. § filius. 2.* 4. Vt à tota hereditate, non à re certa, aut à quadam parte. *l. cum quidam. 19. de lib. & poſth gloſſ. & Dd. d. l. 3. § filius. Bal. l. 1. num 9. infr. de lib. præter.* 5. Vt adeatur hereditas. *l filium. 20. ubi Bar. de bon poſſ cont. tab.* 6. Vt fiat in deſcendentibus jam natis *l. ſi quis. 33. § legis 1. h. tit. Bart. Bald & Dd. in Auth. ex cauſa inf de lib præter.* 7. Vt fiat ex aliqua cauſa ll. expreſſa. *in Auth. non licet. inf. de lib. præter. & d. Novell 115. ut cum de appell.* 8. Vt ea cauſa ab herede probetur. *d. Nov. 115.* Addo 9. Vt fiat in teſtamento, non alia ultima voluntate, & ſcriptura *§. ult. Inſtit. de codicill. l. non codicillum. 14. infr. de teſta.* 10. Vt fiat nedū in deſcendētibus, ſed etiam in aſcendentibus *d Novell 115. l. nam etſi. 15. eod.* 11. Vt liceat non neceſſe habeat teſtator deſignare tempus, & locum commiſſæ ingratitudinis *Alex. conſil. 203. ſuper. volum. 2. nu. 9. & Authent non licet. inf. de lib. præter* probare tamen eas circumſtantias heres tenetur. *Alex. d. conſil. 199. proponitur. num. 2. vol. 5. idem Alexand Iacob de S. Georg. Iaſ. num. 12. & alij in au*

thent. non licet per textum … 16. *de dol. mal. l. præter. … … c. 2. de teſtib. … … ubi Bart. de a… … 3 … 18. & 22. ſup. de eaden.* 14. Vt … *l. ſi patronus. 12 §. ſi quis. 2. de bon. liber. l. multi. 18. ubi Iaſ. de lib. & poſthum.* 13. Vt ex certa ſcientia, non … *& ſi poſthumus. §. 14. ult. de lib. & poſth.* Errantis enim nullus eſt cōſenſus. *l. nihil. 116 § ult. de reg. iur. l. 2. de iud. l. ſi per errorem 15 cum ſimil. de iuriſdict.* ut & eius, qui non omnes circumſtantias rei habet exploratas *l. in totum. 76. de reg. iur. l. quo enim 12. § Iulianus. 2. rem rat. haber Dyn c. ratam. de reg. iur. in 6. gloſſ. c. concertationi 8. verſic. ſcverit. ubi Gemin. Lanfranc. & Dd. de appell in 6.* quam auream vocat *Felin. c. a nobis 11. de exi cept. Rom. conſil 343. ex propoſito in fin.* His verò concurrentibus juſtè exheredatus pro mortuo habetur. *l. 1. § filium 8. in fin. de bon poſſ cont. tab.* & de numero liberorum quoad legitimam diſpungitur. *Bald. in l. pater. 14. in fin. ff. hoc tit. Caſtrenſ. conſil. 250. num. … lib 1.* Idcirco querelam non habet. *l quidam. 132. verſic. quid ergo de verb. obligation.* qua ſe indignum … commiſſo fecit *l. 5. eod. l. 30. in princ. p hoc titul*

Sunt autem juſtæ † exheredationis 85 cauſæ delicta, quibus pietas … debita proximis propinquis, & religio violatur. *l. cum te. 18. l. liberi. 28. h. tit.*

Hæ cauſæ jure veteri nō erant certæ, ut *Cuia. d. l. Papinianus. 8 § ſi quis. 6.* … Quanquā aliquas licet reperire expreſſas. *l. in arenam. 11. l. ſi filiam. 19. hoc titul.* ſed arbitrio centumvirorum relinquebantur

bantur examinandæ, quod oſtendit *l. cum ratio. 7. in princip. de bon. damn.* Ait enim non certis, ſed uni meritis de cauſis liberos à ſucceſſione ſummoveri poſſe. Idq́ue notat *Cuiac. Novell. 18.* & innuit *Novell. 115. ut cum de appellat. § illud.* cum ait, veteri jure non omnes fuiſſe proditas, & quaſdam etiam expreſſas non ſatis dignas, verbi gratia de luxu filiæ. *l. ſi filiam. 19. h. tit. l. non tantum. 3. §. ſi emancipatus. 5. de bon. poſſ. cont. tab* quæ cauſa primum temperata eſt in majore 25. annis. *d. Nov.* 115. *§. ſi vero. Auth. ſed ſi: h. tit.* jure Saxon. prorſus ſublata *art. 5. lib.* 1. alias vero dignas eſſe prætermiſſas, quarum complures ibi recenſentur: quatuordecim quidem in liberis, quod repetitum eſt, *in Au h. non licet. inf. de lib. præter* octo in parentibus *d. Nov. 115. glo. d. Auth. non licet.* tres in fratribus *l. parentibus. & gloſſ. verb. legitimo h. t. & in d. Authen. non licet gloſſ. iur. Saxon. art. 17. lib.* 1.

8. Sed an alias † præter legibus expreſſas cauſas admittemus? cõſtitutio quidem excludit, quia taxativè loquitur. *d. Nov.* 115. ſed ſchola noſtrorum recepit ſimiles, aut graviores *Iaſon & Doctores in Authent. non licet inf. de lib. præter. CC. c. paſtoralis. 15. de reſcript. Alvar & FF. c. 1. §. prædictis. quæ fuit prima cauſ. benef. amit. Caſſan. tit. de ſucceſſ. §. 2. in conſ. Burg.* contra mentem procul dubio Iuſtiniani, qui diſertè cauſas expreſſit, nec alias ſufficere voluit, ne liceat heredi quaslibet confingere, & falſis liberos ac parentes cõdemnationib* implicare; & ut etiã ſemel quæſtionũ modus hac in re ſtatueretur, *§. aliud. 3 Nov. 115. §. 3. Nov. 18. de trient. ſem.* Quare ſi verbis textus inhærendũ eſt. *l. 1. §. licet. 20 ver. in re dubia. de exercitio* aliæ cauſæ non erunt admittendæ, quod quidem ad liberos attinet. Nam aliæ his verbis diſertè excluduntur. *d. Novell.* 115. §. *aliud. ut præter iſtas nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas apponere, niſi quæ huius conſtitutionis ſerie continentur.*

Hæc autem ſunt eiuſmodi. 1. Si parentibus liberi manus intulerint. 2. Si gravem & inhoneſtam injuriam ingeſſerint. 3. Si accuſaverint excepto Majeſtatis crimine. 4. ſi cum maleficis, ut malefici, verſentur 5. ſi inſidias vitæ parentum ſtruxerint. 6. ſi novercam ſtupraverint. 7. ſi deferendo parentes grave damnum illorum bonis dederint. 8 Si pro incarcerato patre ad ejus petitionem fidejubere filius noluerit. 9. Si parentem teſtari prohibuerit. 10. Si mimis ſe ſociaverit, & in ea profeſſione, cuius pater non fuiſſet, manſerit 11 Si filia parentibus, volentibus ipſi maritũ dare, non aſſenſerit, ſed turpiter vivere maluerit. 12. Si parentem furioſum neglexerint. 13. Si captum redimere, cum potuerint, ſuperſederint. 14. Si ab orthodoxis diſſenſerint, & pertinaciter perſeveraverint, quæ cauſæ quoad liberos exprimuntur. *d Nov. 115. §. aliud.*

Cauſæ verò in parentibus recitantur in § *iuſtum autem. 4. d Nov. 115.* 1. Si excepta majeſtatis cauſa capitali periculum liberis crearint. 2. Si veneno, aut maleficiis, vitæ inſidias ſtruxerint. 3. Si nuptiis, vel concubinæ ſe liberorum miſcuerint. 4. Si teſtari prohibuerint. 5. Si alteri[illegible]s parentis vitæ ſint inſidiati. 6. Si furioſum filium neglexerint. 7. Si redemptionem capti-

capt[illegible] ab h[illegible] [illegible] neglexerint. 8. Si [illegible] orthodoxa fide deciverint. Nec vero moveat q[illegible]equam, quod Accu[illegible] ſeptem tantum cauſas recitet in d. §. aliud verſ. has eſſe. Nov. 115. & §. hinc nos. ver. ingratitud. Nov 22. de nupt. l. parentib. 8. verb. legitimo h. tit. Nā duas neglectionis cauſas in furore, & captivitate connexit pro una, quas tamē in ſuperiorib. ſcilicet liberorū cauſis ſeparavit. In fratre exprimuntur tres cauſæ ſcilicet quoties querelam habere poteſt gloſſ. ver. has eſſe. §. aliud Nov. 115. & recenſentur. §. & quoniam. 47 Nov. 22. de nupt. 1. ſi vitæ inſidias frater ſtruxerit, 2. ſi capitis accuſavit, 3. Si damnū facultatibus dedit.

Cur autem lex pauciores in parentibus & fratribus, quàm liberis cauſas exprimat, expeditum eſt, quia non omne, quod atrociter committunt liberi in parētes, idem delictum eſt vice verſa, ut manus inferre. l. aut facta. 16. §. 2. de pœn. l. 3. inf. de patr. pot. ſicque cauſa neglectionis furioſi, aut captivi valet in aſcendentibus, & deſcendentibus, non tenet in collateralibus, quia ad idem officium æquè non aſtringuntur. gloſſ. & Dd. in l. 1. infr. de alen. lib. At data paritate terminorum, videlicet gravi, & inhoneſta injuria, idem ſtatuatur. Non enim convenit faciliùs liberos poſſe excludi, quàm reliquos, quibus minus debetur hereditas, quique propterea facilius excluduntur. gloſſ. l. ſi quis. 6. § ult. ad L. Cornel. de falſ. Iaſ. l. in arenam. 11. num. 1. cum ibi alleg. h. tit.

Quamobrem etſi quo ad liberos minus congruit Dd. opinio, cum ibi lex diſertè alias cauſas excludat, quo ad parentes tamen, & fratres vera putan[illegible]. Nam n[illegible] teſtamentum ad [illegible] cauſas exc[illegible] [illegible], neq; cur id faceret [illegible] ex lege nō æquè ſint heredes [illegible] 15. eod. atqui filii heredes [illegible], & legitimi, niſi legitima cauſa [illegible] dātur. §. 2. Inſt. de her. qual. verum [illegible] jam in liberis ſupra poſita ſententia Doctorum invaluit, quam omnes ſequuntur excepto. Alex. in d. Auth. non licet, & ſecundum eam conſuluit. Alexand. ſibi contrarius. d. conſil. 203. ſuper. num. 2. cum ſeq. volum. 2. Ang. l. lex Cornelia in princ. de injur quod [illegible] ſingularibus commendat. Hyppo[illegible] ſing 78. per tot. & poſſumus hanc a[illegible] rationibus confirmare, quam noſtri faciunt non modo argumento à pa[illegible], & m[illegible], quod eſt tralatitium. l. 3. 4. cum ſeq. ac ll. l. illud. 32. ad L. Aquil. Everhar. à minori & ſimili. Iaſ. l. 3 num 23. d. juriſdict. Sed multo magis ex eo, quod n[illegible] ſit dari, aut fingi par, vel gravi[illegible] cauſa, quæ nequeat dici expreſſa, & [illegible] ſa generalitati illarum cauſarum, ſi m[illegible] nus intulerit; ſi gravem injuriam ingeſſerit. Probo & exemplo, quia ponitur inter eaſdem cauſas Si furioſum non curavit. d. §. aliud. Authent. liberi ſup. de Epiſc. audien. cum tamen certum ſit, idem eſſe in eo, qui quomodocunq; ægrotantem neglexerit, non aluit, ſed deſeruit. l. 3. de his quæ ut indig. l. 1. §. ſed ſcimus. inf. de liber. lat. toll. eamque juſtæ exheredationis cauſam Græcos in libris βασιλικῶν ponere teſtatur. Cujac. Nov. 18. quæ etiam in conjugibus juſta eſt. gloſſ penult l. ſi ab hoſtibus. 11. §. ult. ubi Iaſ. n 47. ſolut. mat. quod confirmat. cōſ. 26 part. 3.

Cæterum † hic admonendi ſumus, 31
quamvis injuria omnis in parentem ra

ti ne perſonæ ſit atrox. *l. prætor 7. §. n 1. de inju. § atrox. Inſt. eod.* Non tamen in hoc argumento quamlibet ſufficere, ſed oportere alia ratione, quàm à complexu perſonæ, injuriam atrocem eſſe, alioqui tex. *ind §. aliud* non adjiceret injuriam gravem, & inhonestam. Non putaverim igitur verbalem ſufficere, niſi auctam valde atrocitate loci, perſonæ & aliarum circumſtantiarum. *Natta, conſ. 451. num. 25 volum 2.* Quo ſenſu accipio. *Ioan. Andr & Dd c ult. de donat. Alex. d conſil. 203 num. 1. cum ſeq.* dum dicunt ſufficere injuriam verbalem. Et hoc addo, quanquam hæ cauſæ exheredationis tantum in cauſa teſtamenti valeant *l. in arenam. 11. ubi Iaſ. num 1. h tit. gloſſ. & Dd. in l. omnimodo in princ. h tit.* tamen hoc accipiendum eſſe de cauſis privatarum injuriarum, quæ cum mortalitate extinguuntur, neque ab herede reſuſcitari poſſunt *l. ſi quis quendam. 11. ubi Iaſ ſi quis caut. in jud. ſiſt cauſ.* Nam quæ incidunt in publicum delictum, eæ ſemper valent, ut ... hereditas tanquam indigno auferatur, ut prohibere defunctum teſtari *l. teſtamenti. 23 h tit. l 1 ſi quis aliquem teſt. proh l. 2. inf. eod. tit. Paulus lib. 5. ſentent. lib 12.* Item non curare ægrotantem, aut captivum. *§. ſi quis. cum ſeq. Nov. 11 ... recitantur. tot tit. de his quæ ut indig ff. & C.* De quibus hic non eſt neceſſe diſputare, quia heredi inſtituto nō prodeſt exceptio tertii, ne quidem heredibus ab inteſtato *l ſi ſi quens. 11. de SC Syll. l. 2 § 1. de his quæ ut indig.* Nam indigni portio reliquis nō accreſcit, ſed vindicatur à fiſco. *d. l. 2.* aut ... quæ pietatem præſtiterunt *§. ſi quis Nov. 115.* De interpretatione ... hæc ſum multa di...

Circa hanc autem ... querelam ... teſtamenti ... ſi pater 10. et d. ... quoties 20 *l. ubi 185 de reg. iur.* ... teſtamentum ... *c ult. de re judic. Bald. & Socin in l. in condicionibus in princ. de cond. & dem.* Ubi ait quod lex ſic profequatur voluntatem defuncti, ſicut venator leporem ſequitur. *Cagnola. l. in teſtamentis. 12. per illum text. num. 5. de reg iur.* & idem favor hic adjuvetur à favore, qui heredi convento, ut Reo, debetur. *l. favorabiliores 125. de reg iur. c. cum ſunt. 11. de reg. iur. in 6.*

Authent. noviſsima

Tit. de inofficioſo teſtamento. 28.

1. *Argumentum hujus Authenticæ.*
2. *Legitimum quid, & unde?*
3. *Portio ex hereditate alicui debita unde dicta ſit legitima, & ejus nomine late & ſtricte ſumto quid veniat.*
   Statutum & conſuetudo pari paſſu ambulant.
4. *Legitima pro ratione ſubjectæ materiæ ...*
5. *Propria legitimæ ... & num ſeq. Legitima eſt juris civilis, maxime favorabilis ...*
6. *Legitima an & quo ſenſu pro ære alieno ..., quibus ea debetur, pro creditorib. ſint ...*
   AEs alienum liberis non imputatur in legitimam, ſed hoc, antequam ea præſtatur ... deducitur. & n. 74.
   Quarta, quæ ex conſtitutione ... debetur uxori ex bonis mariti, ... ante legitima liberorū deducitur ... n ...
7. *Legitima eſt jus incorporale, & quota ..., non hereditatis, & n. 22.*
8. *Jus petendi legitimam eſt perpetuum. & n. 83. ac tranſmittitur ad heredes ...*
9. *Legitima eſt dividua ...*
   Ius agendi ad ... quando ... abrogatum.

10. ...

10. [illegible]
Deinde [illegible] legi-
timam non posse capere legi[illegible] te-
mentariam, reliqua hereditatis parte re-
pudiata, [illegible] vel totam hereditatem
([illegible] ab intestato, capere,
[illegible] totam repudiare.
Legitima testamentaria an proprie possit dici
legitima.
11. Quam varia hodie sit legitima testamenta-
ria.
12. Species legitimæ testamentariæ quot modis
differant.
13. Causa [illegible] legitimæ, item impulsiva n. 14.
instrumentalis n. 15. materia circa quam
n. 29 & n 38. materia in qua n. 41 forma
n 62. finis n. 83.
Legitima non ex jure naturæ, sed civili origi-
nem habet & n 5. ac debetur ex speciali
quadam legis providentia & jure proprio,
non communi successionis jure, ac proinde
non potest tolli. & n 96.
Portiones communi successionis jure ex lege,
vel statuto debitæ possunt dispositione te-
statoris auferri.
14. Legitima ex quo æquitatis fonte à lege fuerit
introducta, ubi in fine conciliantur diver-
sæ Dd. opiniones, quorum aliqui legitimam
juris naturalis, aliqui juris civilis esse di-
cunt.
15. Legitima etsi ipso jure debetur, citra tamen pe-
titionem partis à judice non præstatur, aut
suppletur.
16. Legitima testamentaria nemini, præterquam
ab intestato aliàs successuris debetur, quod
fallit. n 22. & 39.
17. Unde qui eam repudiaverunt, aut ad succes-
sionem inhabiles sunt vel quovis modo ad he-
reditatem legitimam aspirare nequeunt,
legitimam petere non possunt. & n 19.
18. Limitatio nam liberis arrogatis emancipatis,
licet patri non succedant, tamen debetur
legitima.
19. Statute hujusmodi statuto, ut filia dotata do-
te sua sit contenta, & à successione patris
exclusa, filiæ dotem accipienti, non debetur

it [illegible] ut [illegible] quæ dotem accepta [illegible]
[illegible] eterne.
20 Statu[illegible] [illegible] in
[illegible] de jure com-
muni [illegible] in-
telliguntur [illegible]
21. Quod primo [illegible]
22. Sed [illegible] [illegible] alia [illegible]
tur [illegible], & fundamenta [illegible]
trariæ refelluntur.
Argumentum à [illegible] ad parem, & regula,
unius inclusio est alterius exclu-
sio, quando procedat.
Statuta stricte & quidem secundum com-
mune interpretanda.
In odiosis non [illegible] [illegible] [illegible]
ex paritate aut majoritate [illegible]
23. Stante statuto, ut filia dotata à [illegible] ab
intestato excludatur, si filia minus legitima
in dotem accepit, ad supplementum a-
gere non prohibetur. 99
24. Filius exheredatus, aut quocunque modo [illegible] à
successione parentum exclusus an computetur
in numero liberorum, ut reliquis in au-
genda legitima prosit.
25. Legitima quibus de jure debeatur & n. 26. 27.
nempe primo liberis secundum gradus præ-
rogativam.
De feudis legitima non debetur, quod limita-
tur n. 33.
26. Deinde debetur quoq; parentibus ordine suc-
cessivo.
27. Legitima nulli transversalium debetur, præ-
terquam fratribus & sororibus germanis,
aut consanguineis, unico salvo [illegible]
28. Argumentum ab alimentis, & à [illegible] ab
intestato ad legitimam an sit validum ac
concludens.
29. Legitimæ quantitas hodie pro numero libero-
rum est vel triens, vel semis quod [illegible]
num. 32.
30. In ineunda legitimæ ratione attenditur ac in-
spicitur quantitas & valor bonorum qui
fuit tempore mortis & n 45. 78. quod ta-
men limitatur. nu. 21. licet alio tempore
plus vel minus ea valuerint.

31. Legi-

31. *Legitima an vivo patre debeatur; & quæ ſit tunc illius quantitas.*

32. *Legitima curialium eſt dodrans.*

33. *Legitimam an filia ex novis feudis petere poſſit, & n. 60. ac quanta ea tunc eſſe ſoleat.*

34. *Legitima nepotum quanta ſit diſtinctione explicatur.*

35. *Parentum legitima an hodie ſit aucta, ſicut liberorum, & quanta illa ſit, ſi ſoli extant.*

36. *Parentum legitima quanta ſit, ſi una cum ipſis fratres vel ſorores defuncti concurrunt.*

37. *Fratrum legitima an ſit aucta.*

38. *Legitimæ quæſtio in cauſa ſaltem teſtati moveri poteſt.*

39. *Statuto vel pacto à ſucceſſione ab inteſtato excluſi legitimam petere non prohibentur & n. 61.*

Pactum de mutua ſucceſſione alterutrius paciſcentium morte confirmatum, teſtamenti inſtar, præſertim inter liberos, obtinet, & vim ultimæ voluntatis habet.

40. *Gerada an & quando filiabus, matre inteſtata decedente, in legitimam imputetur.*

41. *Legitima debetur de omnibus bonis defuncti*

42. *Legitima in corporibus hereditariis neceſſariò non eſt relinquenda, aut ſupplenda, ſi tamen nihil ejus nomine à teſtatore fuit relictum, in liberorum eſt arbitrio, utrum eandem ſibi in corporibus hereditariis, an vero in quantitate præſtari velint, quod limitatur. n. ſeq.*

43. *Liberi an & quando petere poſſint in legitimam ſuam ſibi aſſignari res in paterno teſtamento aliis vel titulo legati, vel inſtitutionis vel ſubſtitutionis relictas.*

44. *Bona intelliguntur, quæ deducto ære alieno ſuperſunt.*

45. *Auctis vel diminutis parentum bonis poſt mortem eorum, legitima liberorum nec augetur, neque diminuitur idem quoque eſt, ſi decrementum bonorum in vita ipſorum, modo non ex inofficioſa donatione, contingat & n. 48.*

46. *Liberi poſt obitum parentum ſuorum mortui, aut mortuorum loco eſſe incipientes legitimam ſuperſtitum non augent, aut deminuunt, ſecus autem [illegible] qui legitimam ſuam repudiant. & n. 47.*

49. *Liberi an a patre prodigo legitimam ſuam utiliter petere poſſint.*

50. *In legitimam ex comm. Dd. opinione omne id, quod quovis jure ex teſtamento, aut alias titulo lucrativo ex ſubſtantia defuncti capitur, imputari creditur. & n. 42.*

51. *Sed hæc ſententia diſplicet authori, qui ſaltem ea in illam imputari contendit, quæ accipiuntur ex bonis defuncti jure hereditario, niſi aliud ſit à teſtatore expreſſum, quod limitatur. n. 52. & ſeq.*

Donationes ſimplices quibus in caſibus conferantur, & in legitimam imputentur, ubi de intellectu c. 6. Nov. 18.

Donationes mortis cauſa, legata, & quæ jure accreſcendi, aut ſubſtitutionis obveniunt, item ea quæ conditionis implendæ cauſa, aut creditori quovis modo relicta ſunt, regulariter in legitimam non imputantur, ſed tum demum, ubi teſtator id expreſſerit.

52. *Ea quæ non donata ſunt, ſed ob neceſſariam aliquam cauſam tradita, ut dos, donatio propter nuptias, conferuntur & in legitimam imputantur*

53. *Veſtes nuptiales precioſæ, & ornamenta muliebria tempore nuptiarum data in legitimam imputantur, ſecus autem ea, quæ in feſtivitate nuptiarum ſunt donata. n. 54.*

55. *Sumtus nuptiarum an liberis imputentur in legitimam.*

56. *Expenſæ in emtione librorum aut pro conſequendo Doctoratus vel Magiſterii cingulo [illegible] liorum gratia à patre factæ, ſlijs non imputantur in legitimam, fallit tamen quibuſdam in caſibus, de quibus remiſſive & n. 58*

57. *Sumtus, quos fecit parens in comparanda militia unius filiorum, non conferuntur, nec ipſi imputantur in legitimam, niſi militia [illegible] ſit ad heredes tranſmiſſibilis, ubi explicatur l. omnimodò 30 §. ult. h. t.*

58. *Limitatio præcedentium.*

59. *Comparata liberorum cauſa in dubio non præſumuntur donata, ſed [illegible] demum [illegible] ipſis data fuerint, & proinde hæc ca[illegible] pr[illegible]*

ret

neq; collationi, neq; imputationi ſubjacent, ſecus autem poſteriori.

Explicatur l. ſi donatione. 13 C. de collation

Donatio ne inter cõjunctos quidem præſumitur, ſi alia cauſa, vel titulus translationis dominij dari poteſt.

60. *Feuda nova & hereditaria uni filiorum poſſunt prælegari, aut quovis modo peculiariter relinqui, ita tamen relicta ipſi imputantur in legitimam, ſecus autem feuda antiqua ex pacto & providentia.*

61. *Legitima non obvenit jure hereditario, ſed ut æs alienum jure quodam proprio & n. 92.*

Unde qui renunciavit hereditati, legitimam petere non vetatur & num. 39.

Qui reſtituere juſſus fuit hereditatem totam, legitimam reſtituere non cogitur.

62. *Legitima liberis & parentibus non autem reliquis, quibus ea alias debetur, n. 63. titulo honorabili inſtitutionis eſt relinquenda, ſi teſtamentum debet eſſe validum, licet ad excludendam querelam inofficioſi quovis titulo eandem relictam eſſe ſufficiat, quod limitatur num. 65. & ſeqq.*

64. *Legitima iiſdem verbis poteſt relinqui, quibus hereditas, nempe tam directis, quam obliquis, & communibus.*

Verbũ relinquo *quando importet inſtitutionẽ.*

65. *An valeat teſtamentum, in quo ita relicta fuit legitima,* tot vel tot relinquo filio vel patri meo pro portione ſua legitima, aut pro Falcidia, vel filiæ meæ pro dote, *nulla facta mentione inſtitutionis?*

66. *An ſuſtineatur teſtamentum, ſi pater titulo legati aut quovis alio, non tamen inſtitutionis aliquid legitimæ nomine reliquerit, & poſtea ſubjecerit clauſulam hanc generalem,* Omni meliore modo, *vel clauſulam codicillarẽ?*

67. *Teſtamentum, in quo eſt inſtituta pia cauſa, ſuſtinetur, licet liberis legitima non titulo inſtitutionis, ſed alio ſit relicta.*

68. *Idem juris eſt, ſi ſaltem inter liberos teſtamentum ſit factum.*

In teſtamento inter liberos ſemper ſubintelligitur clauſula codicillaris.

69. *Legitima, quæ ab intestato capitur, titulo quaſi inſtitutionis habetur.*

70. *Non neceſſe eſt totam legitimam titulo inſtitutionis relinquere, ſed ſufficit, aliquid ſaltem, quod eſt in bonis teſtatoris, hoc modo eſſe relictum, tunc enim agendum eſt ad ejus ſupplementum.*

71. *Legitima ſine omni onere & conditione eſt relinquenda, & conditio etiam commodo liberorum adjecta, pro non adjecta habetur.*

72. *Legitima non poteſt relinqui liberis alicuius debiti compenſandi gratia,*

73. *Legitima poſt excuſſionem bonorum detrahitur, & qua ratione bonorum quantitatem is, qui petiturus eſt legitimam, poſſit experiri.*

74. *Eadem debetur de bonis poſt deductum æs alienum, & num. 6. poſt deductam quartam uxori debitam n. 75. poſt deductas funerις impenſas. num. 76. reſiduis.*

75. *Legata quantumvis pia ante legitimæ deductionem non præſtantur, quod tamen fallit in quibuſdam.*

76. *Liberis, aut iis, quibus legitima debetur, permittitur electio, quas res in legitimam ſibi dari velint, modo tamen civiliter, & ut viros bonos decet, eligant; Nam ſi inciviliter eligunt, judex certas res ipſis aſſignabit.*

77. *Legitima ex æquo inter eos, quibus debetur, eſt dividenda, ita tamen ut deficientium partes capientibus accreſcant & num. 91.*

78. *Legitima ante mortem eius, de cujus bonis debetur, naturalem peti nequit, & num. 81. ubi explicatur, quo ſenſu liberis legitima vivis adhuc parentibus dicatur quaſi debita.*

79. *Pater bona ſua non prohibetur in detrimentum legitimæ alienare, niſi per inofficioſam donationem.*

80. *An pater filio propter delictum ad mulctam condemnato contineatur de legitima condemnationem ſolvere & num 31.*

81. *Patre civiliter mortuo liberis ante mortem eius naturalem, non debetur legitima.*

82. *Legitima ſemel tantum eſt præſtanda.*

83. *Ius petendi legitimam eſt perpetuum, & eidem intra triginta demũ annos præſcribitur, ubi ſimul recenſentur actiones pro legitima competentes.*

84. *In legitimæ petitione procedītur via ordinaria, & ea forum cum petitione hereditatis habet commune.*

85. *Petens legitimam tenetur probare, ſe eſſe defuncto, de cujus hereditate agitur, ab eo conſanguinitatis gradu conjunctum, ut ipſi de jure legitima debeatur, ubi remiſſivè docetur, quomodo idipſum probari poſſit.*

Filiatio aut ſimile proximitatis jus non præſumitur, niſi probetur, aut is, qui illud aſſerit, in ejus ſit poſſeſſione.

86. *Iure proximitatis, ex cujus vigore legitima debetur, probato, reus legitimæ nomine conventus probare neceſſe habet cauſam, cur petenti legitima non debeatur.*

87. *Fratres petentes legitimam tenentur etiam probare turpes perſonas eſſe inſtitutas.*

88. *Legitima cur a jure civili ſit inducta.*

89. *Effectus legitimæ. & n. 90 & ſeqq.*

Legitima & actiones pro ea competentes ad heredes transmittuntur. & n. 8.

90. *Rebus, quæ pro legitima ſolutæ ſunt, evictis, is, cui ſolutæ ſunt, de evictione adverſus ſolventem agere poteſt.*

91. *In legitima locum habet jus accreſcendi. & n. 77.*

92. *Legitimam accipienti contra factum defuncti venire licet.*

93 *Adjacentia legitimæ.*

94. *An fratres, liberi, ac parentes, quibus legitima fuit relicta, totam hereditatem evincere poſſint, ſi turpes perſonæ reperiuntur inſtitutæ?*

95. *Affinia legitimæ.*

A collatione ad legitimam argumentum eſt frequens & validum.

96. *Contraria.*

Legitimæ renunciari poteſt in ſpecie, vel jurato, non autem tacite, ac in genere.

Legitima ultima voluntate, & ſtatuto tolli nequit, quamvis ſtatuto minui poſſit.

[illegible] inventarij [illegible] non perdit legitimam, ſicut nec is, qui teſtamentum [illegible], de cujus bonis ipſi debetur legitima, impugnavit [illegible].

Q[illegible] plerique *h. tit. ff*, quarum [illegible] attigimus, [illegible] eadem [illegible] aliquid ad *Authen. noviſſima* commentari de legitima, quod [illegible] 1
[illegible] poteſt. Cum † ſententia eſt, quod legitima liberorū, quæ olim erat, quarta, ſeu quadrans bonorum *l. cum quæritur. 6. h. tit.* hodie ſit triens, ſi quatuor liberi ſint, aut pauciores, ſin plures ſemis, eamq; legitimam ſine onere liberi habere debeant: quæ tota res commodè per uſitata capita poterit exponi. Legitimum † à lege 2
nomen habet, & ſignificat quicquid lege inſtitutum, ac definitum eſt, ut legitima hereditas. *l. 1. de ſuis & legit. l. lege. 130. de verb. ſignif. l. 1. §. 2. ad S. C. Tertyll. l. 1. 2. 3. de petit. hered. l. is autem. 11. de jur. patr.* Actio. *§. ſed iſta Inſtit. de act.* uxor. *l. 4. de rit. nupt.* Tutela. *Inſt. de leg. tut.* Cognatio. *l. ſi quis. 12. § ult. de ritu nupt.* Quantitas. *l. donationes. 25. inf. de donat. int. vir. & uxor. l. ſancimus. 24. inf. de donation.* Uſura. *l. inter. 7. § pecuniæ. 4. de adminiſt. tut.* Ætas. *l. ult. ſup. de his qui ven. ætat.* Spacium. *l. Imperatores. 14. de ſerv. urb. præd.* Modus. *l. ut mihi. 21. de donat. l. 1 de ext. cogni.* Verba. *l. ult. de teſt. tut.* Libelli. *l. 3. § 1. de app.* Itaq; ex † 3
hereditate alicuius lege, ſtatutove, quæ debetur portio legitima eſt dicta, quod ex lege cauſam habeat *Bald. l. maximū. 4. nu. 14. inf. de lib. præter.* Id quod rectius eſt quàm Corraſij ſententia, exiſtimantis, hanc portionē ſic dici, quod æqua & iuſta ſit, *Corraſ. in l. filiū 24 nu 75. inf. famil. herciſc.* ſic etiam Falcidiam legitimæ nomine deſignari receptum eſt. *Nov. 18. in pr. de tri. & ſemiſ. & Nov. 1. in pr.* quomodo & hæc contra nomine Falcidiæ venit. *d. l. Papinianus. 8. § 5. cū ſeq. ff eod. l. quiſquis. inf. ad L. Iul. Majeſt. Bar. l. 1. in princ. ad L. falcid.* ſed propriè tamē, & communiter, Legitimam voca-

vocemus pertinentem de portionem [illegible] qui ... agere poſſunt. d. l. 6. h. tit. l. 1. inf. tit. 1. §. 1. Nov. 18. de trien & ſemiſ. & Nov. 1. in princ. Quoties vero conſuetudine vel ſtatuto (Nā hæc paribus paſſib. ambulant Crav. conſil. 137. n. 2. & 3. per l. de quibus 32. ubi gloſſ. & Dd. de l. l. omnes. 9 de juſt. & jur. eodemq; etiā jure, & nomine continentur. Crav. conſil. 351. nu. 3. Curtius tract. ſen. quæſt. 3. nu. 5. 10.) alia quantitas deſignata eſt, ſicut deſignari ſolet Bald. l. 4. nu 14. inf. de lib. præter. per l. ſancimus. inf. de nupt. toties nomen legitimæ de ſtatutaria, nō legali erit accipiendū. Bald. d. l. 4. n. 14. quia juris ac legis nomine ſtatutum venit, & juri communi derogat Bald. d. l. 4. in princ. Iaſ. la. d. l. 2. nu. 15. 16. ſup. ſi cont. jus vel util. publ. & in l. omnes 9 nu. 20. de juſtic. & jur. Marant. in diſput. 2. nu. 18.

4 Eſt igitur Legitima, † ut nomen indicat debita alicui ex lege portio hereditaria. l. 2 & 5. inf. tit. 1. ſive ab inteſtato debeatur l. parentibus. 8. h. tit. ſive ex teſtamenti cauſa. d. l. 2. inf. tit. 1. quo ſenſu potiſſimum legitimæ nomē accipitur hoc in argumento, cui ab inteſtato non eſt locus, niſi in iis, qui ab inteſtato excluduntur. ut declarat AEmil. in conſil. 1. num. 3. 4. cum ſeq. per tot.

5 Eſt autem † hæc legitima civilis, licet ex natura cauſam habeat. l. ſi arrogator 22. §. 1. in fin. de adopt. §. 1. Novell. 18. §. ſi quis autem. Nov. 1. Dec. in l. jura 8. num. 7. de reg. jur. & eſt favorabilis Corraſ. in l. filium. 24. nu 100. inf. famil. herciſc. quoniam omni jure, etiam naturali, debetur c. jus naturale, diſtinct. 1. l. cū ratio. 7. de bon. dam. & favorabilior quidem pia cauſa l. ſi quis. 43. ubi gloſſ. & Dd. in verb. ſimili modo ſup. de Epiſc. & Cleric. [illegible] §. 1. & ſeq. Inſtit. de ſucceſſ. liber. Falcidia, & Trebellianica, l. quanquam. 12 inf. ad L. Falc. l. jubemus. 6. ubi Bald. ad Trebell. l. ſcimus. 36. § illud. 2. ubi idem Bald. h. tit. Itaque bonæ fidei præſtetur eius eſt natura, & actio, ſicut eſt petitio hereditatis l. ult. in fin. inf. de petit. hered. § actionum. Inſtit. de actio. cuius partem cum petit. l. ſcimus. 36. §. 1. h. tit. Corraſ. d. l. filiū. 24. num. 101. inf. fam. herciſc. eodem jure cenſeri debet l. quæ de tota. 76 de rei vind. l. 1. & tot. tit. ſi pars her. pet. de qua plura Bald. in d. l. ſi quis §. legis h. tit. præſertim cum ſurrogari credatur alimentis Bald. l. lege 14. num. 1. verb. loco alimentorum. infr. de legit. her. l. ſi quis. 13. num. 5. h. tit. Cyn. in l. ſancimus. 24. num. 2. infr. de nupt. per § prohibemus. Novell. 18. poſt mortem ſaltem eius, qui alere debuit. Iaſ. in l. in ſuis. n. num. 8 & 15. de liber. & poſthum. & l. ic. poteſt 18. num 17 cum ſeq. de acq. hered. natura debitis l. 1. in fin. ubi Bal. & Doctores de juſtic. & jur. quorum maximus eſt favor l. 2. de fer. Surrogatum autem retinere debet naturam eius, cui ſurrogatur. l. ſi cum. 10. §. qui injuriarum. 2. ſi quis caut. ubi gloſſ. Iaſ. & Doctores. Sed & comparatur doti. Franc. Gemin. & Doctores. in c. 2. de pact. in 6. cuius cauſa pia eſt, & favorabilis, ut loquitur Cyn. d. l. ſancimus. 24. num. 2. inf. de nupt. Doctores in l. 1. ſolut. matrim. ut & hanc eſſe eiuſdē omnino naturæ dici debeat ex jure parium. l. ſi ſocer. 44 in fin. ſolut. matrim. l. ult. infr. de indict. vid. toll.

Et quoniam dos, quæ ſurrogatur legitimæ in d. c. 2. non debet melioris

conditionis eſſe, quã id, cui ſi rrogatur, ut principali *l. bi qui acceſſionis.* 34. *ubi Dd. de fidejuſſ.*

6 Cæterum † an pro ære alieno non habenda ſit meritò dubites. Corraſ. quidem habet indiſtinctè *d. l. filium.* 24. *num* 86. & 101. *infr famil. herciſc. ex gloſ. l. ſi quis. 6. verb. non poſſe. ad L. Corn. de falſ.* quæ tamen ait, hoc de æquitate procedere, non de rigore per *l. filius.* 14. *tot. tit. ad Corn. l. de falſ.* Rectè dixeris propriè & ſimpliciter nõ eſſe æs alienum, quoniam hoc ante legitimam deducitur. *l. Papinianus.* 8. §. *quarta.* 9. *eod. Iaſ. l. pro hærede.* 20 §. *ſi quis tamen. de acquiren hered.* nec in legitimam filio imputatur. *l. filium.* 54 *pater ad Falcid. Corras. d. l. filium.* 24. *num* 93 *inf. famil. herciſc. Bald. conſil.* 57. *num.* 2. & *per tot. volum.* 1 coque nec privilegia filius creditorum in legitima habet, neque damnum facere dicitur, qui eam amittit, ſed potius lucrum amittere *l. & quis.* 10. *proſecio l. ſi duo.* 38. *ubi Dd de a q her.* & *in l.* 3. *ſup. de jur. & f... Bart d. l. ſi quis.* §. *ult. ad L. Corn. de falſ Bald. l. jura 6 num.* 3. *inf. qui admit. ad bon. poſſ. Iaſ. conſ. ... vol.* 2. Itaq; & ſtatutum permittens uxori quartam relinquere, deducto ære alieno, ut Mediolanenſe & ordinatio Electoris noſtri *part.* 3. *ordin.* 7. non comprehendit legitimæ deductionem *d. l. Papinianus.* § *ſi quis.* 15. *ubi Ang Bald. & Dd in l.* 2. *infr. de revoc. ijs quæ in frau. cred. Iaſ. in d. conſil.* 181. *in præſenti per totum, volum.* 2. Ex quo ſequitur partem conjugi debitam *ex Authent. præterea, ubi Iaſ. num.* 18. *infr. unde vir. & uxor.* vel ... *d. ord.* 7. *par.* 3. ante legitimam deduci, ... æs alienum, *Auth. ... nunc autem. vers. ſalvo jure uxoris. ſup. de Epiſcop. & Cleric. Bald. conſil.* 57. *quis ... num* 2. *volum.* 1 *per l. ſcimus.* 6 *in prin. verb. repletionem. h tit.* ſecundum tamen quid dici poteſt æs alienum, & debitum *l.* 5. *verb. debitum. inf. tit.* 1. *l. un verb. debita inf. de inoff dotib.* ſicut & debitum vocatur *Nov* 18. §. 1. & quidem ſecundum naturam §. 1. *Novell.* 1. *ac her. ... l.* reſpectu ſcilicet bonorum, quæ deducto ære alieno ſuperſunt *l. ſubſignatum.* 39. §. 1. *de verb. ſignificat.* Nam ea legitimam tanquam æs alienum debent. *d. Novell.* 18. *Iaſ. l. cum filioſ ... nu.* 46. *de leg.* 1. & *l. coheredi.* 41. § *cum filia de vulg. & pupill. ſubſtitut.* ... legatis, & aliis lucris hereditariis præferatur, & ante hæc omnia deducatur. *l. quanquam.* 10. *inf. ad L. Falcid.* & libera, ac pura eam ob cauſam debeatur, *ut hic in ... l. omnimodo.* 30. & *paſſim h. e tit.* Non quis igitur aberrarit, ſi dicat, non eſſe æs alienum hereditatis, fateatur autem eſſe alienum, ſeu debitum bonorum.

Eſt autem † jus quoddam incorporale, ſicut tota hereditas, in qua ſunt bona *Inſt de reb corpor. & incorpor. in fin.* quanquam propriè non ſit quota hereditatis *Iaſ. in l. Gallus.* 29. § 1. *num.* 16. *de lib. & poſth.* ſed quota bonorũ, quæ hereditati inſunt. *Iaſ. hic nu.* 3. *Angel in d l. Papinianus.* 5. *ſi conditionis.* 10. *ff h. t. Schurf. cent.* 3. *conſ.* 28. *cujus ... n.* 9. cum, ut dictum eſt, deducto demum ære alieno debeatur *d. l. Papinianus.* 8. §. *quarta.* 9. *eod.* 7

Eſt autem † ius perpetuũ *Iaſ in l ſi quis filium* 34. *n.* 6. *h. tit. l. certum. n.* 2. ... *ſi cert. petat.* & transmiſſibile *Iaſ in l. emancipata 4 num.* 4. *inf qui admit. ad bonor. poſſeſſ. in l. Lucius* 45. *num.* 34. *de vulg.* & *pupill. ſubſt.* 8

Et

9 Et † individuum ac dividuum ſtat hereditatis. *l. 1. inf. de a q. hered.* hoc eſt, hactenus individuum, ut partim acceptari nequeat. *Iaſ. in d. l. 1. nu. 11. & 12. de a quir. hered* cum ipſo jure tota debeatur, ac ſuppleatur. *Iaſ. in l. ex facto 43. num. 34. de vulg. & pupil. & in l. ſi imm. 36. in princ. n. 2 h tit.* etiam ſi filius aliqua re pro tota legitima contentus eſſe paſſus ſit *l. ſi quando. 21. § 1. 2. h. tit.* nec agere ad ſupplementum cogatur ex regula. *l. unic. ut nemo invit. ager. cogat.*

At alias partes recipit legitima, quas hereditas admittit, aut ſolum bonorum pars eſt, vel hereditatis, ut diximus. *l omnimodo. 30. l ſcimus. 36. Iaſ. in l. ſi quis. 34. num. 6. h. tit.* Quænam autem ſint hereditatis partes, diſcere licet ex *§. hereditas. 4. §. videamus. 7. Inſt. de hered inſtit. l. Sabinus. 18. eod* Itaque non integrè legitima relicta, vel ſoluta, reſidua pars peti poteſt, quæ vocatur petitio ſupplementi, ſurrogata in locum querelæ. *l. omnimodo l quæ nuper. 31. l. quoniam. 32. h. tit.* & odio ejus, ut loquitur. *Bald l ſi quis filium. 34. num 6. h. tit. Iaſ. in l. plane 34. §. ſi duobus. num. 20. de leg 1.* nec jure novo abrogata, licet diſputet *Iaſ. in d. l. omnimodo. in pr. num 8.*

10 Quod ad ſpecies † attinet legitima triplex putatur, Falcidia, Trebellianica, & hæc, de qua agimus *d. Nov. 1. & 18. Bart. & Dd in l. 1. ad L. Falcid.* ſed illæ ambæ non ſunt hujus loci pertinentes *inf. ad L. Falcid. & SC. Trebell.* De hac ergo ſola ſpecie hic tertia eſt tractãdũ; ſicut igitur duplex eſt ſucceſsio; una ex teſtamento, altera ab inteſtato. *l. 1. 2. 3. de pet. her. l. lege 130. de verb ſignificat. in princ. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt.* ſic duplex eſt legitima, quæ ex ſucceſsionis debetur, altera ab inteſtato. *l. parentibus 8 h. t.* altera ex teſtamenti cauſa. *l. Papinianus. §. 6. cum ſeq. eod* Legitima ab inteſtato eſt portio, quæ ad aliquem ex inteſtata hereditate pertinere debet. *d. l. parentibus 8 h. t.* ut tota hereditas regulariter eſt filiorum, & aliorum heredum ab inteſtato, legitima vero de bonis damnatorum, quæ quidem confiſcantur. *Authent. bona infr. de bon. præſcrips. ſeu damnat.* eſt ſemis. *l. ult inf. de bon. proſcrips. l 1. l. ult. ff eod.* interdum quarta. *l. quiſquis. infr. ad. L. Iul. Maieſt.* in naturalibus liberis ſextans. *Auth licet. inf de natur. lib.* Talem etiam legitimam ab inteſtato habent patroni in bonis libertorum poſt liberos. *Inſtit de ſucceſſ. liber.* Eccleſia in ſucceſsione clericorum. *l. ſi quis presbyter. 10. ſup. de Epiſcop. & Cler. cap. 1. 2. & paſſim de teſta. & tit. de pecul. cler.* Collegium in bonis collegiati. *l. 1. tot. tit. inf. de her. decur. Nov. 18. §. 1 2.* Uxor in bonis mariti. *l. 1. inf. und. vir & uxor* ac poſt eam fiſcus. *d. l. 1.* ac Magiſtratus, qui jura fiſci habet. *l. vacantia 4 ubi Bart. & Dd. inf. de bon vacant. lib. 10.* Iure vero Sax quilibet penes quem ſit ſuperior juriſdictio, non inferior. *Landrecht. lib. 1. artic. 28. Author. differ. diffa. 25. Reinh. diff. 29.* quod intelligo, non extante uxore. *d l. 1. inf. unde vir & uxor.* vel collegio. *d. l 1. & tot tit inf. de her. decur.* Cum enim. *d. l. 1.* non inveniatur correcta. *per Auth. ſeq.* quod innuit *d diff. 29. in fine* cur ſtatſ e prohibeatur. *l. ſancimus. inf. de teſtam.* Et hæc propriè legitima dici poteſt. *Iaſ. num. 1. 2. cum ſeq. l. unic. inf. quand. non pet. part.* ſicuti & legitima proprie eſt ſucceſsio *l. lege 100. de verb. ſign.* In qua

notandum, ab inteſtato non poſſe capi legitimam teſtamentariam reliqua parte hereditatis repudiata. *Iaſo. l. 1, num. 11. 12. de acquir. hered.*

Altera porrò legitima eſt Teſtamentaria, quam & legitimæ nomine propriè puto deſignari. Nec enim à noſtris rectè ſumitur argumentum à legitima ſucceſsione ex *d. l. lege. 130. de verb. ſignif.* Teſtamentaria enim ſucceſsio propriè legitima non eſt, quia aliam cauſam habet, quàm legem, nempe teſtatoris uoluntatem; At hæc legitima prorſus ex lege eſt, etiã contra voluntatem teſtatoris debita, ut ea rectè & propriè legitima nominetur. Fuit

11 autem olim † unica, hoc eſt, indiſtinctè quarta ejus portionis, quæ ab inteſtato deberetur *l. cum quæritur 6. h. t. l. 1 l. 2. inf. tit 1.* Hodie triplex habetur ſecundum triplicem ordinẽ eorum, quibus diverſimodè competit: Nam eſt quarta in collateralibus, etiã jure novo, ſecundum cõmunẽ. *gloſſ. hic in verb. titul, in fi 1. Iaſ. eod. n. 35. & 36. Bald. in l fratres. 27. n. 9 10. h. tit.* licet Cuiac. hanc quoq; putet auctam. *Nov. 18.* Triens in aſcendentibus, ſecundum communẽ. *Iaſ. h. n. 85. Ripa in rubr. ſolut. matrim. n. 45.* Triẽs vel ſemis in deſcendentib. ut *hac Auth. noviſsima & Nov. 18* In liberis tamen Curialium dodrans. *§. excipiatur. 2. ubi gloſſ. verb. lex. Nov. 18. § ſi quis autem. 6. Novel 89. quib. mod. nat. effic. ſui.* Eodem etiã referantur aliæ legitimæ, quæ ex cauſa teſtamenti debẽtur, nec à teſtatore auferri poſſunt, ut eſt arrogatorum. *l. fin. ſi quid in fraud. patron l. Papinian. 8 § ſi quis. 18. de inoff. teſtam. l. nec ei. 17. l. ſi arrogato 22. de adopt.* quam Antonianã vocat Cuiac. *d. l. Papinianus.* Item olim quadrans, hodie triens patronorũ. *l. 1. ff. ſi quid in fraud. patron. & inſ eod. §. ſed noſtra. 3. Inſt. de ſucceſſ. libr.* & eorũ, qui jura patronatus habent *l ſi quis. 20 ubi gloſſ. ad ver. legib. ſap. de Epi. & Cler. l. 1. ſi à par. manu.* Item conjugum quarta *Authent præterea ubi Iaſ num. 18 inf. und. vir & ux.* vel etiam non extantibus liberis ex novis conſtit. triens *ordinat. 7 part. 3.* Item Eccleſiæ quoad bona Clericorum, illius occaſione quæſita. *c. 1. 2. 7. 8 9. 12. & paſſim de teſtam.* Item & pro ſepulcris & ſacramentis alibi Triens aut ſemis pro loci cõſuetudine, quæ eſt attendenda. *c. 2. 3. 4. 5. 6. 8 9. de ſepult. c. officij. 14. cum ſeq. de teſtam.* eaque portio comparatur legitimæ liberorum. *gloſſ. d c officij. ubi Dd verbo. fraudaretur.* ſicut & alias horum, & Eccleſiarum comparari ſolet. *Tiraq. tract. de privil. pia cauſa. pri. 3. in fin & paſſim.*

Hæ quartæ † porrò omninò ſunt diſtinguendæ, ut ſpecies ſeparatæ, quoniam non tantum quantitate variant, ſicut modo vidimus, ſed etiam jure, & forma. Nam exempli cauſa liberis titulo inſtitutionis relinquenda eſt citra controverſiam, ad confirmandum teſtamentum. *d Nov. 115. §. 1. 2. Inſtit. de exher. lib.* De parentum legitima dubitatur; Et quanquã communius receptum eſt, hanc quoq; titulo inſtitutionis relinquendam. *Iaſ h nu. 37* tamen Bart. & Iaſonis hic contrarium tenentium ſententia juri pandectarum & codicis meo judicio cõſentanea eſt; quoniam parentes non æquè ſunt lege neceſſarij heredes, atq; liberi: Moveor tamen verbis. *d. Nov. 115.* ut exiſtimẽ hac in parte parentũ & liberorũ conditionẽ eſſe adæquatã, & utroſque ſimiliter eſſe neceſſarios heredes, quib. titulo inſtitutionis aliquid relinquendum ſit, ij ju[...]a

exhered. cauſa de [illegible] alib. & aliis, quia jus [illegible] mutatum, aſſeveranter dicere licet, ſufficere legitimã quoquo titulo relinqui *l 3 §. ſi debita 21. de bon liber. l. ſive. 21. §. 1.*
13 *ubi Bart. de jur. patr.* Cauſam † putatur legitima ducere ex jure naturæ Canoniſtis quidẽ in *c. Raynutius. 16. de teſtam. gloß. d. c. officy 14 verb. fraudaretur eod. t.* inſtar alimentorũ. *l. 1. in fin. ubi Dd. de juſt. & jur. c. jus naturale. verb. educatio. diſtinct.* 1. Noſtri tamen communius, & ut arbitror verius, cõcludunt, inductã eſſe lege civili, unde & nomen habet. *l. ſi arrogator. 22. § 1 in fin. de adopt. §. 1. in Nov. 18. c. 1. §. ſi quis autem. Nov. 1. de her. & Fal.* & hanc communẽ facit. *Decius in l. jura. 8. n 7. de reg jur. Jaſ. in l. ſanctimus. 24. ff 2. 3. inf. de nup.* Fatentur tamen omnes jure, & ratione naturali inductã eſſe. Itaq; quoties legitimã juris naturæ eſſe dicunt, toties accipiatur id ſecundũ quid, non ſimpliciter, reſpectu videlicet cauſæ, & naturalis rationis id ſuadentis, ut dicitur *in d. c. 1. § ſi quis autem. Nov 1. ſic Bald. in l. illud. 10. in princ. inf. de coll.* ait legitimã per prius favore liberorũ jure naturæ inductã eſſe, ſupplemẽtũ vero ejus partim favore teſtatorum, partim liberorum per poſterius. *l. omnimodo. 30. h. tit.* In legitima porrò aſcendentiũ minus dubitatur, quin hæc juris ſit poſitivi, quamvis ratione naturali inducta. *Bald. l. lege. 14. n 1. inf. de leg. her.* quod tamen ipſum jus naturæ vocat *hic in 1 quaſt.* cum & his alimenta (quibus ſubrogatur legitima) jure naturæ debeantur. *l. 1 inf d. lib. agnoſ.* qua ratione poteſt & de fratrũ Legitima idem dici. *Bald. l precibus. 8 n. 14 inf. de imp. & aliis ſubſt.* Nã & his alimenta debentur. *gloß. ult. l. 1. inf. de alen. lib. Bald. l. 1. in princ. inf. quand non pet. part. & d. l. precib. 8. n 14 Bart. l ſi quis. 1. §. ſed utrum. n. 5 de lib. agnoſ.* [illegible] ab iis, quibus legitima debetur, h. e. fratribus utrinque conjunctis, & cõſanguineis. *Schurf. conſ. 8 n 3 & conſ. 24 cent. 1.* Nec vero obſtat argumentũ neceſſitatis, quaſi in caſu tantũ indigentiæ his alimenta debeantur. Nam idem prorſus obtinet in parentibus, & filiis, qui hoc nomine nihil debent iis, qui alioqui ſibi ſuppeditare poſſunt. *d. l. 5. §. 7. cũ ſeq de lib. ag.* Ac mihi quidẽ videtur hac in parte non rectè ſumi ab alimentis argumentũ Nam de legitima quæritur tantũ illo tempore, quo nil alimentorum nomine debetur, hoc eſt, poſt mortem. Cauſam igitur legitimæ hic et indiſtinctè perhibere legẽ, unde nomen eſt inditum. *§ 1. Nov. 1.* ubi nullum ponitur inter legitimas totiũ ordinũ ſuccedẽtium diſcrimen, ſed omnes legitimæ lege ſtatuuntur, & ex ratione naturali ducuntur, ceu legis providentia, nõ teſtatoris. *Jaſ l. cũ filiofamil. 11. nu. 45. de leg. 1.* neq; prætoris, aut Magiſtratus. *Jaſ. l. 1. in princ. inf quand nõ pet. par.* quod omnino ſtatui neceſſe eſt, alioquià teſtarore & magiſtratu tolli poſſet, ſicut dari, eoq; etiã dicendũ eſt, deberi proprio quodã jure legis, non communi ſucceſſionum legitimarũ. Nã hæ à teſtatore tolli poſſunt, ſicut quælibet portiones lege, vel ſtatuto, ab inteſtato ſeu jure legitimæ ſucceſsionis debitæ. *l. Papinianus 8. §. ſed nec impuberis. eod. Bald l. 1. n. 5 inf de leg. her & in c. 1. §. quin etiã n. 3 Epiſ vel abb. in u. b. ſi ndor. Alex. cõſil. 131. transmiſſum. n. 1. cũ ſeq. 2 vol. 1.* unde nec putatur deberi titulo hereditatis lucrative quoties hereditas lucrativus titulus eſt, *l 1. ubi Dd. inf. de impon. lucrat. deſcript. lib 10.* nec jure hereditario accipi. *Alex. alleg. cõſil 110. n. 6. vol. 1.*

Imu

14 [illegible]mpulſiva † ſit jus affectio, pietas na-
[illegible] ratio. *d. Nov. 1. §. 1. verb. ra-
tione naturali & Nov. 18. Nov. 115.* quæ
valet in propinquis. *l. Titius. 25. ubi Iaſ.
num. 9. de lib. & poſthum & l. cætera. 41.
§. ſed ſi quis. 5. ubi Iaſ. num. 7. de lega. 1.*
maximè in liberis. *l. cum ratio. 7. de
bon. damnat. l. ſcripto. 7. ſi tab. nul. ext.
und. lib.* & commune naturæ votum.
d. l. cum ratio. 7. de bon. damnat. & ex-
emplum majorum, qui educando, &
inſtituẽdo ſuos liberos ad eandem pie-
tatem ſucceſſoribus nepotibus præſtan-
dam coſdem obligant. *c. hac autem. verſ.
conſiderare. Nov. 115. ut cum de app. Va-
ler. Max. lib. 2. cap. 4.* Eodem etiam
pertinet. *c. jus naturale diſtinct. 1.* quan-
quam poteſt ibi ſucceſsio tam de pro-
pagatione liberorum ſuccedanea, quã
de hereditaria bonorum adoptione in-
telligi, quod & gloſs. ibidem ſentit. In
parentibus eadem pietas eſt. *d. l. nam et-
ſi. 15.* ſed ordine turbato, ut ajunt. *gloſ.
& Dd. d. l. nam etſi* ceu ex defectu pro-
pagationis. *d. l. nam etſi gloſ. c. prædica-
tur. verb. parentibus. 16. q. 1.* Reſpectu
vero fratrum eſt turpium perſonarum
inſtitutio. *l. fratris. 21. l. fratres. 27. h. t.
§. 1. ubi gloſ. & Dd. Nov. 1.* Sic puta-
rem diſtinguenda, quæ noſtri aliter, at-
que aliter eloquuntur, ut quod Bald.
ait: Omnes ſucceſsiones de mundo eſ-
ſe juris poſitivi, quamvis naturalẽ ha-
beant cauſam coadjuvantem. *Bal. in l.
lex 4. num. 1. inf. de leg. hered.* diverſi-
[illegible] autem. *Iaſon. in l. coheredi. 45. §.
[illegible] ſi ia. [illegible] num. 11. de vulg. & pup.* Le-
[illegible]m, ait, omni jure deberi, eoque
[illegible], quæ tantum civili, vel præto-
[illegible] debeantur, præferri, cum duo vin-
[illegible] ligent, quàm unum. *c. 1. de
[illegible] & pac. auth. itaq. inf. comm. de*

ſuc[illegible]ſ. & duæ rationes præferantur u-
ni. *Bart. l. pater filium 14 num 11 ff. h. t.*
ſed infinitum fuerit iſta perſequi.

Quamobrem concludamus, ſucceſ-
ſiones etiam iſtas eſſe juris poſitivi, ali-
am tamen magis, aliam minus cauſam
ex jure naturali habere, & mutuari, e-
jus reſpectu dici poſſunt juris naturæ,
præſertim, quod ad liberos attinet. *d. c.
jus naturale. diſtinct. 1.* Cum cauſa &
ratio legis præcipua eius pars ſit, ac
quodammodo anima, ut noſtri lo-
quuntur.

Cauſa inſtrumentalis † eſt petitio. 15
*gloſ. ver. ipſo jure Bart. Bald & Dd. l.
ſcimus. 36. in princ. h. tit* juxta regul. *l. 4.
§. hoc autem. 6. de damno. infect.* Quan-
quam enim ipſo jure legitima debea-
tur. *d. l. ſcimus. 36. in prin. ve: b. ipſo jure
re ineſſe.* Tamen quia pertinet ad priva-
tam ejus, cui debetur, utilitatem, ju-
dex eam non ſupplet, niſi petatur. *Bald.
num. 11. 12. l. unic. ſup. ut qui deſ. advoc.*
cum ut alij favori. *l. penult. ſup. de pact.*
ſic etiam huic liceat renunciare. *l. ſi quã-
do. 35. §. 2. h. tit. l. filio. 16. cum ſeq. l. ſi po-
nas. 13 eod.* Pertinet huc etiam diſpice-
re, quibus † nam legitima debeatur? 16
In genere porro debetur tantum ab in-
teſtato ſucceſſuris. *c. aliud. 3. §. ſi quem-
libet. 8. verb. qui poſſunt ab inteſtato ad e-
jus ſucceſſionem venire Nov. 115.* non a-
lijs. *Bal. l. maximum. 4. num. 21. inf. de
lib. præter.* ne quidem filio, qui heres
non ſit ab inteſtato futurus. *Ang. l. 4.
num. 2. ad SC. Trebell. per l. jam dubitari.
86. de her. inſtit.* ut qui † repudiavit. 17
*Cuiac. Nov. 18. per d. l. filio. 16 l. qui rei
jud. 17. ff. h. t.* aut eſt incapax. *Bart. tract.
minoricarum. par. 3. diſtinct. 2 cap. 1* ut
deportatus. *l. 1. §. 8. de bon. poſſeſ. cont. tab.
l. 1. inf. de her. inſtit.* aut qui in vita pa-
tris

tum legitimam accipit. *Bald. l. lex Cornelia.18 num 2. de vulg. & pup.* item ad-
optivus emancipatus *§. at hi qui emanci-
pati 1.10. ſed ea omnia.14. Inſt. de her. qua
ab inteſt.* Nam in poteſtate retentus
cum aliis ſimiliter ſuccedit. *l. cum ratio.
7. §. 2. de bon. dam. §. 2. verſic. nec intereſt.
Inſt. de her. quæ ab inteſta.* juxta terminos
tamen *l. pen inſ. de adopt d §. ſed ea o-
mnia. Inſtit. de her qua ab inteſt.* Arro-
18 gato verò † emancipato puto nunc et-
iam deberi quartam Antonianam. *l Pa-
pinianus.8. §. ſi quis.15. l. ſi arrogatur.21.
de adopt.* cum non reperiatur ſublata,
nec aucta per *l. pen. §. ult. infr. de adopt.*
quod ſentire videtur, *Iaſ. hi. num. 55.* ſic
19 & filiæ † dotatæ, per ſtatutum excluſæ,
legitima non debetur, ſi credimus *Ang.
conſil. 105. ſtatuto. num. 2. AEmil. conſ. 1.
num. 4. 5. cum ſeq. Corn conſil. 209 circa.
in princ. part. 3.* cuius ſtatuti per Itali-
am frequentiſsimi meminit *Bart. in l.
Titio. 71. §. Titio 3. de cond. & demonſt.
Iaſ. h. num. 53.* Eademq; ratione idem e-
rit in filia dotata, pacto aut religione ju-
ramenti excluſa *c. 2. de pact. in 6.* In quo
20 † tamen occurrunt aliquot obices, qui
tacitè præteriri non poſſunt, ut, an ſta-
tutum generale alios vocans ab inteſta-
to petitionem legitimæ præcludat, ſic-
ut alicubi, ut Arnſtadij ſtatutum eſt, &
alijs locis, ut conjugi ſine liberis dece-
denti ſuperſtes conjunx in omnibus
ſuccedat. Hic quæritur. Num paren-
tes à legitima excluſi videantur. Dif-
ficilem hanc & arduam quæſtionem
vocat *h. Iaſ. num. 53.* in qua cum alios
ſibi non cōſtantes adducat, ut Alexand.
& alios, ipſe quoque eiuſdem culpæ po-
21 teſt accuſari Et crebrius quidem † itum
eſt ad eam ſententiam, ut qui tota ſuc-
ceſſione ab inteſtato removetur, eidem
nec pars [illegible] quinta, hoc eſt, legitima
debeatur. *l. Papinianus.8. §. quoniam &
eod arg. l. quæ de tota 76. de rei [illegible] l. jus
gent. § adeo ubi gloſſ Iaſ num 3. & Dd. de
pact.* Eius enim, quod non eſt, quarta
dari nequit, ut in hac materia concludit
*AEmilian. d conſil. . num 5. 6. 7. poſt
Corneum. conſil. 48 de pluribus num. .
volum. 2.* Etiam ante conſtituta eſt re-
gula; eos qui ab inteſtato excluduntur,
non habere legitimæ petitionem, præ-
ſertim cum pro extraneis, & mortuis
habeantur. *l 1. § ſi pater. 6. de coniung.
cū eman. lib. l. 1. § pen. & ult. de bon. poſſ.
cont. tab.* nec partem faciant *l. ſi poſt
mortem. 10. §. liberi. de bonor. poſſeſſ. cont.
tab.* Vnde non reperitur in toto jure
cautum, ut loquitur, ut alicui non
ſucceſſuro ab inteſtato legitima debea-
tur. *Corn conſ. 107. In hac. num 3. volu 1.*
quin potius contrariū *d. c. illud 3. § ſi
quemlibet. Nov. 115.* Et hanc quidem
partem tuentur. *Iaſon in l. ſi quando. 3. §.
ul. num. 10. h. tit. Benedictus in c. Raynu-
tius. 16 verb uxorem. num. 45 46 de te-
ſta. Caſtr. d. l. Titio. 71. § Titio. num 7 &
8. de cond. & dem. Fabianus de Monte h.
quaſt. 15.* & ita paſsim quiq; celeberri-
mi conſuluerunt. *Ang. d. conſil 105 ſta-
tutum. nu. 4. Bal. conſil. 455 ſtatuto num 2.
volum. 3. Rom. conſil. 312. viſis in fin. Iaſo.
conſ 113. in cauſa num. 4. Caſtrenſ. con-
ſil. 286. quoniam nu. 3. conſil. 19 in puncto.
num. 3. & paſſim. Alexan. conſ 88.
circa num. 6. vol. 4. conſil. . circa num. 3.
volum. 7. & in l. Gallus. 9 §. & quid, 2 in
fin. de lib. & poſth. Socin conſil 288. circa
num. 26. vol 1. conſ. 81. in cauſa. 2. 3. vo-
lum. 4.* Ac ne utar pluribus, hanc eſſe
communem vult *Dec. conſil. 18 & Corn.
conſ. 116. & paſſim lib. 1. Pariſ. conſil. 2.
præſuppoſito. n. 24. vol 2. AEmil d. conſ. 1.*

42 [illegible] tamen † cõc[illegible] Sa[illegible] [illegible] hanc opinionem [illegible] [illegible] d. l. ſin. [illegible] 24. [illegible] fin. inſ. ac nun. & Iaſ. n. 43. Bal. conſ. 452. cum ſeq. nu. [illegible] lib. 1. Alex. ſibi contrarius, conſil. 7. viſis. nu. [illegible] vol. [illegible] Cart. ſenior. conſil. 23 in fin. Alber. Brunus tract. de ſtatutis, qui fœminas excludit in quæſt. 9. art. 6. in qu[illegible]am partem ut benigniorem con[illegible] [illegible] eſt definiendo ord. 12 part. 3. Nec movere debet ratio ſup. poſitâ à toto ad partem. Quanquam enim ſit quota quædam quantitas ſucceſſionis, non tamẽ debitæ ab inteſtato, ſicut nec teſtamentaria, ſed eſt quædam quantitas bonorum à jure hereditario ſeparata, cuius jure non æſtimatur, ut dixi ſup. Non igitur magis pars eius, quam æs, aut res aliena, quæ ex bonis debetur. Non procedit autem argumentũ à toto ad partem, ubi ratio eſt diverſa l. ſed etſi. 25. § conſuluit. ubi gl. de pet. her. & in d. l. juris gentium. 2. §. adeo. de pact. ubi Iaſ. n. 6. d. l. Papinianus. § ſed nec 5. gloſ. ordin. clem 2. vers defenſor. de reb. Eccleſ. nõ alie. latè Everard. in loc. à toto. vers ne tamen erres. nu. 7. vel ubi jus diverſum quid in parte conſtituit, quam in toto. ſicuti legitima nõ pro parte hereditatis conſtituitur, ſed pro ære alieno bonorum. l. unic. inf. de vend. rer. fiſca. lib. 10. l. 2. ubi gloſ. inf. de comm. rer. alienat. Everard. præalleg. 1. loc nu. 7. ver. ſecundo non procedit. Vt igitur creditores non repellit [illegible] quod ab inteſtato non ſucce[illegible] [illegible] nec petitores legitimæ, tanquã [illegible], repellere debet, præſertim [illegible] quodam, & ſingulari jure [illegible] eũ nunquam intelligitur ge[illegible] [illegible] alterius legis derogatũ. l. de[illegible] 2 inf. de [illegible] lib. 12. ubi gloſ. [illegible] Bal. ſing. in c. 1. in fin. quo tempore miles inveſtit. in uſib. feud. & in c. Eccleſia nu. 8. de conſtit. c. cum ordinẽ. 6. in fin. de reſcrip. Iaſ. latè poſt gloſ. [illegible] 4 n. 16. 17. cũ ſeq. ſup. de pact. & regula [illegible] unius incluſio eſt alterius excluſio l. cum prætor. 12. de iud. locum non habet, cum quæritur de eo, quod alio jure, vel medio ineſt, quàm eius, quod includitur. gloſ. & Salic. l. qui de crimine. 9. infr. de acuſ. & in l. pacta. 6. ſup. de pact. ſicut alio jure legitimam, quam ſucceſſionẽ ab inteſtato dixi includi l. un. inf. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Quamobrem ſicut generalitate pacti non excluditur legitimæ petitio, vel ſupplementi, l. ſi quando. 35. §. 1. 2. ubi Dd. h. tit. Ita nec generalibus ſtatuti verbis excludi debet, præſertim cum ſtatutum ſtrictè ſit interpretandum, ut quam minimum lædat jus commune. l. 2. ubi Bald. Salic. & Dd. inf. de noxal. act. Iaſ. l. properandum. 13. in prin. nu. 5. ſup. de iudic. Dd. communiter. l. ſi cum dotem. 22. & l. ſi vero. 64. §. de viro. 9. ſolut. matrim. Inprimisque eiuſmodi ſtatutum, quod inſtar eſt exheredationis odioſæ. l. cum quidam. 19. de lib. & poſth. cuius effectum habet. l. qui volebat 61. ubi Dd. de her. inſt. eſt odioſum. Bald. conſil. 93. prætermittendum. in princ. vol. 5. Quod genus ne quidem ex ſimilitudine, aut majoritate rationis putatur extendendum gloſ. in Authent. quas actiones verb. excluduntur. ubi Caſt. not. nu. 5. de S. S. Eccleſ. & in clem. 1. ver. iiſdem de ætat. & qual. ſed & privatio juris, quod cuiq; competit, non ſolet excludi verbis generalibus, verum ſpecialibus duntaxat, & in caſib. expreſſis gl. ad c. fin. in fin. de iur. pat. sext. in §. cum igitur. verb. nec eſt lex aliquid tale dicens. Nov. 2. & Dd. in l. illam. 19. inf. de collat. Nec per ſubauditos novi juris

inte-

incidere... induceret antiqua ... l. ... ubi hoc notat Bal. Salic. & alij. inf. de cond. inſer. l. praecipimus. 32. inf. de appell. gloſ. ad c. capientes 16. ver. petere de elec. in 6. ſed antiqua diſpoſitio cum nova concurrere, ac ſervari in ſuo caſu debet gloſ. c. nullitas 28. in fin. de praeben. & gl. ult. in auth. de admi. offi. in ſacris. appell. Nov. 1. Nec movere debet quod filia jus rejurando excluſa removeatur à petitione legitimae. c. 2. ubi Dd. de pact. in 6. Nam jusjurandum nō pro generali, ſed ſpecifica renunciatione haberi ſolet. c. ex reſcripto 9. ubi CC. de jurejur. Bald. l. 1. nu. 4 inf. commod. Iaſ. §. item nu. 11. 12. cum ſeq. Inſt. de adopt. qua tolli legitima poteſt. l. ſi quando. 35. §. 2. ubi Bal. & Dd. h. t. Nec verò putandi ſunt extranei, & mortuorum loco habēndi legitimae petitores. Leges enim in id adductae de prorſus incapacibus loquuntur, ut deportatis l. 1. infr. de her. inſtit. l. 1 inf. de bonor. poſſ. cont. tab. juſtè exheredatis d. Novell. 115. At hic iſtud ipſum quaeritur; an iſti pro excluſis ſint habēdi. Eſt igitur petitio principij. Nec igitur obſtat regula ſupra poſita; legitimam non deberi ab inteſtato non ſucceſſuris. Nam ea de prorſus excluſis, & incapacibus eſt accipienda. Concludimus ergò, ſicut non obſtat creditoribus ſuum jus perſequentibus, quod non ſuccedāt ab inteſtato, ita nec idem obſtare in legitima quaſi creditoribus, quia nō petunt hanc jure hereditario, ſed ſeparato, nec ut heredes, ſed magis ut bonorum creditores; unde ſtatutū includendo alium heredē ex aſſe, quantumvis reliquos heredes excludat, & ideo iſtos quoq; quoad ſucceſſionem legitimam att... net; non tamen quo ad legitimam, quae alio jure venit, ac debetur. Cedat ergo communis opinio ve-ritati ... l. 1 §. ſed neq. ex ... ſup. ab uter ... nuc. c. ... et. ... 9.

Ex his † ... non 23
la d... tata à ſucceſſione ab inteſtato excluſa legitimae ſupplementum petere poſſit? Cum enim tale ſtatutum non tollat legitimam, ut modo vidimus, imò eo ipſo, quod dotem dare ... legitimam potius includit. Cyn. & I. d. in d. l. ſancimus. inf. de nupt. & ordin. 9. par. 3. in fin. Nec filia ejuſmodi prorſus ſit incapax, ſed partem potius faciat, & capiat. Bart. l. 1. § quod habebat. num. ..6. de bon. poſſ. cont. tab. omnino judicandū eſt, ei competere. l. ſi quando. 35. § 2. ubi Bal. & Dd. h. tit. Caeterum † cum 24
quo prorſus excluduntur, pura per jusjurandum, aut exheredationem ... ut ſup. poſuimus, aut contra ... l. poſthumus. 12. l. ſi. 10. 17. de inoff. rupt. ord. 10. par. 3. an ita excluſi quacunq. ratione partes aliis coheredibus facient, h. e. inter caeteros computabuntur. Verbi gratia; oſtendit haec Authent. ... tem quatuor liberis, ſemiſſem pluribus deberi, quid ergo ſi quintus ex numero liberorum ob ingratitudinem, aut renunciationem juratam excluſus ... utrum computabitur in numero ... reliquorum, ut ... ſit legitima ... quam quinque liberorum, an verò ... ens tanquam quatuor tātum ſuccedentibus? Attigit hanc quaeſtionem Bar. in l. plane 34. §. ſi duob. e. n. 1. de leg. 1. ... definit. In l. 1. § pen de bon. poſſ. cont. tab. videtur hunc numero eximere, Contra verò ſtatuit in l. pater. 14. num. 20 ff. eod. nec ſe ſatis de eadem re explicant Iaſ. h. num 47. & alij d. l. plane §. ſi duobus. quorū pleroſq. in maximo hoc errore verſatos dicit Cujac. Nov. ... 18. qui dicit illos tantum partem facere, & ...

m...

in numero eſſe, qui licet exhered[illegible]ri, aut excluſi, querelam tamen habe[illegible] *l. Papinianus. 8. §. quoniam. 8 eod.* reliquos vero omnes partem nullam facere, nec in numero eſſe per *l. ſi poſt 10. §. liberi. 4. de bon. poſſ. cont. tab. l. 1. §. ſi pater 9. de coniung. cum emanc. lib. l. filio 16. l. qui repudiantis. 17. l. ſi ponas. 23. eod. Harmenop. lib. 5. tit. 9.* ſed hæc jura omnia de prorſus incapacibus loquūtur: Quamobrem hac regula puto excipiendos, qui non prorſus ſunt incapaces, ut qui excluduntur propterea, quod aliquid acceperint, ut filia propter dotem: Non enim ſic ſunt incapaces, nec prorſus excluſi, imò magis excluſi, quod illis ſatisfactum ſit, eoq́; nec pro mortuis habendi, proindeq́; partes facient, & in numero habebuntur, & id videtur etiam ſentire. *Bar. in l. 1 § quod habebat. num. 5. 6. d. bon poſ. cont. tab. apertius Bald. in l. uni. num. 20 inf. quando non pet. part.* Nam ſi partē faciunt, & in numero ſunt, qui capere poſſunt, licet nō capiunt *d. l. Papinian. num. § quoniam 8. eod.* quod Curtius quoque fatetur *d. Novel. 18* quanto magis illi, qui jam ut capaces acceperunt. His poſitis, jam ſigillatim quibus, quo ordine legitima † debeatur eſt perpurgandum. Et quidem ut prima eſt in ſucceſſione liberorum cauſa, *§ 1. cum ſeq. Inſt. de her. ab inteſt. & l. ſi tab. teſt. nul. ext. und. lib. § 1. Nov. 118. de her. ab inteſt.* Nihil enim eſt tam [illegible] legitimum, quàm liberos ad parentum ſucceſſionem venire, ut dicitur in *§. ergo. vers. quidenim. Novell. 89. quib. mod. nat. effic. ſui.* ſic dubitari non debet, quin legitima primò debeatur liberis ordine ſucceſſivo, hoc [illegible] proximi ſunt heredes. *d. §. 1. Nov. 18. & Inſtit. de her. ab inteſt.* tam

25 (margin number beside "ſigillatim quibus, quo ordine legitima † debeatur")

in poteſtate conſtitutis quam emancipatis *d. Nov 118. Bart. l. cum ex filio. 19. num. 3. de vulg. & pupill.* etiam ſpuriis in materna hereditate *Iaſ. in l. Gallus. 29. § quidam. de lib. & poſth.* non paterna. *l. 1. § liberis autem ita demum. 2. de bon. dam. l. 5. verb. legitimo matrimonio nati. inf. tit. 1.* etiam fictis, *c. in præſentia 8. de probat.* filiis etiam legitimatis. *Iaſ. h. num. 14. gloſſ. in Authent. ſi qua mulier. verb. competere ubi Salic. & Iaſon. dicunt eam eſſe ſingularem ſup. de ſacroſanct. Eccleſ.* nō modo per ſequens matrimonium. *c. tanta. 6. & c. per venerabilē. 13. qui fil. ſint legit. Schurf. conſ. 1. n. 18 cent. 1.* ſed etiā aliter *Iaſ. conſil. 162. in cauſ. n. 1 1. vol. 2. Schurf. d. conſ. 1.* ſicut & adoptivis. *l. cum ratio. § ex bonis, de bon. dam. princ. Inſt. de her. ab inteſta.* Nō tamē hodie in bonis extranei patris adoptivi. *l. penult. inf. de adopt ubi Bald.* Non etiā in feudis; unde excluduntur tam legitimati *§ naturales, ſi de feud. defunct. cont.* quam adoptivi. *in §. adoptivus eod. tit.* exceptis ijs, qui per ſubſequens matrimoniū legitimātur. *Dd. d. § naturales, per d. c. tanta.* quod ſic quotidie practicari inquit *Schurff. conſil. 1. n. 16 cent. 1.* de quo hic quæri nihil attinet, quoniam de feudis legitima nec detrahitur, nec debetur. *Bart. in l. 4. in fin pr. de her. inſtit. Bald. Caſtr. & Dd. in l. ſcimus. 36 h. tit & in l. jubemus. 6 in princ. inf. ad Trebell.* Porro † non e[illegible]tantibus deſcendentibus, debetur ſecundo loco legitima aſcendētibus parētibus, ſicut & ſucceſſio. *§. 1 Novel. 118.* ut[illegible] uſq; ſexus *d. § 2. & §. aliud. cum ſeq. Nov. 115. & ordin. 17. per. 3.* gradu itidem proximis, & ab inteſtato ſucceſſuris, *§. 2. Novell. 118.* ſicut & Zonaras autor eſt, principum conſtitutionib. legitimā parentibus etiam contra teſtamentum [illegible]

eſſe 26 (margin number beside "Porro † non e[illegible]tantibus")

eſſe conceſſam, exemplo patris patrono debetur. §. *pen. Inſt. de ſucceſſ. libert. & tot. tit. ſi quid in fraud. patron.* cui hæc comparatur. *Inſt. tit. de leg. patr. tut. Iaſ. hic num. 37. per gloſſ. Bart. & Dd. l. 1. §. 1. ſi quis à par. manu.* quæ olim tantum ex fiducia debebatur patri. §. *ult. Inſt. de leg. agn. ſucceſſ. l. 1. & tot. tit. ſi quis à par. man.* Ex ſenatusconſulto matri nulla legitima teſtamentaria, ſed tantum duntaxat ab inteſtato ſucceſsio competit. *Inſt. eo. & inf. ad S.C. Tert.* Et his quidem indiſtinctè legitima debetur eo, quo ab inteſtato ſuccedunt, ordine, & modo. *d. §. 2. Nov. 118.* niſi per ingratitudinem, aut aliam cauſam excludantur. *d. Nov. 118. & inf. de his quibus. ut indig.*

27 Transverſalibus † legitima non debetur. *Dd. hic ut Bald. in 8. quaſt. num. 10. & Iaſ. num. 49. & in auth. nt ex cauſ. infr. de lib. prat.* quia nec querelam habent. *l. 1. eod. l. fratres. h. tit.* eoque nec legitimæ petitionem. *Nov. 18. in princ.* quæ ſurrogata querelæ eſt. *l. ſi quis. 33. l. omnimodo. 30. h. t. d. Nov. 18.* niſi uno caſu, & quidem in primo gradu. §. *ingratitudinem. Auth. de nupt. Nov. 22. ubi gloſſ. & in §. 1. in Authent. de har. & fal.* fratri nimirum, & ſorori utrinque conjunctis, aut conſanguineis, quoties turpes perſonæ, aut ingrati liberti inveniuntur inſtituti *l. fratres. 27. l. fratris. 21. h. tit.* Multo vero minus debetur extraneis, quamvis benè meritis, ut alumno, præceptori. *l. ult. ubi hoc not. Bald. in princ. & num. 1. inf. de infant. expoſ.* item affini, ut privigno, vitrico. *l. vitrico. 3. inf. comm. de ſucceſſ. ubi Bald.* quia cum ab inteſtato, hi non ſuccedant. *d. l. ult. de infan. expoſ. d. l. vitrico. 3. l. amita. 5. l. avunculo. 6. l. affinitatis. 7. inf. communia. de ſucceſſ.* ne quidem legitimam habent, ſecundum regulam ſupra poſitam. Ex quo ipſo † facile intelligi poteſt, non eſſe neceſſarium argumentum ab alimentis ad legitimam. 28 Nam indiſtinctè fratribus neceſsitate circumventis alimenta debentur. *gloſſ. l. 1. in fin. inf. de alend. liber.* & fortaſſe magis iis, quibus etiam major pietas debetur, ut alumno, & præceptori. *l. Aquilius. 27. ubi Bart. & Dd. de don.* multo minus à ſucceſsione ab inteſtato ad legitimam rectè inferri, cum hæc longè alio jure veniat, ut ſupra dictum eſt, nec à ſeparatis rectè fit illatio. *l. ult. de calum.* argumentò eſt quod collateralibus ab inteſtato debeatur ſucceſsio. *tot. tit. Inſt. de leg. agn. ſucceſſ. cum ſeq. §. 3. 4. Nov. 118.* Non tamen legitima, ut jam eſt expoſitum: imò fratribus non minus, quàm parentibus, & unà cum ipſis ſucceſsio debetur ex jure civili. §. 2. *Nov. 118.* etiam conſanguineis, & uterinis in ſui lateris ſucceſsione. *Bald. Salic. & Dd. in Auth. defuncti. inf. ad S.C. Tertull. latè S. burſſ. conſil. 5. per tot. cent. 1.* qui tamen legitimam pariter non capiunt, & uterini quidem nullo caſu. *d. l. fratres. 27. h. tit.*

Circa materiam † plures ſunt nobis 29 quæſtiones excutiendæ. Prima de quãtitate: Ea olim erat, quarta ejus, quod ab inteſtato debebatur *d. l. Papinianus. §. ſi quis. 6. eod. l. parentibus. 8. l. cù quæritur. 6. l. qua nuper. 31. h. tit.* hoc eſt, tres aſsis unciæ. *l. ex tribus. 26. l. mariti tui. 22. h. tit.* Hodie in liberis triens eſt, ſi quatuor, aut pauciores exiſtunt, ſi plures, ſemis, cujus rationem expo[illegible] §. 1. *in Nov. 18. de trien. & ſem. & l. [illegible] & l. plane. 34. §. ſi duobus. 11 [illegible] cum multis ſeq. de leg. 1. & in [illegible] 29. §. quid ſi tamen. [illegible]*

poſth. unde facti verſus.

Quatuor aut infra dant natis jura trientē
Semiſſem verò dant natis quinq; vel ultra.

30 Accipiatur autem † hæc quantitas de bonis, qualia ſunt tempore mortis. 31 *l. 6. ubi Dd. h. tit.* At interdū † uſu venit, ut etiam in viventis bonis de legitima quæratur, verbi gratia, cum filia ad quantitatem legitimæ eſt dotanda, aut quoties pater pro delicto filij legitimam ſolvit. Hoc caſu quanquā. *Bald. in l. ſi quis, 7. num. 3. de his qui ſunt ſui vel al. jur.* putet legitimam hanc commodè definiri non poſſe, tamen exiſtimo ſemper tum fore ſemiſſem bonorum præſentium, quorum ſtatus præſumitur & in futurum duraturus, *cap. mandata. 6. c. ſcribam. 9. de præſumt.* & ut maxime mutetur; tamen nullus de læſione quæri poteſt in poſterum, cum contrarium eventum res ſortiri potuiſſet. *Caſt. & Dd. in l. 1. ſup. de pact.* Ac quamvis unicum tantum filium filiamve, parens habebit, tamen ſaltē quatuor generare poteſt. *l. 3 ſi pars her. pet.* Et quamvis in ſenibus non eadem recte ducatur præſumptio, *l. penult. inf. de nupt. l. ſi maior. 12. inf. de leg. her.* tamen quod generationi in his deeſt, per adoptionem poteſt ſuppleri. *l. ſi paterfam. 15. § 2. ult. de adopt.* quæ etiam matri ex indulgentia principis conceditur. *§. fœmina. Inſtit. de adopt l. ſi ſuſpecta. 29. §.*
32 *3. de ino. ſi. teſt.* Excipio † ab hac quantitate parte liberos Curialium, quorum propter onera, quæ Curijs incumbunt, legitima eſt bonorum dodrans. *§ excipitur 1. Nov. 18. & Nov. 87.* Sed &
33 † conſtitutionibus principis uno caſu ſolius quarta eſt, cum ſcilicet legitimam ex novis feudis filia petit, ſicut petere poteſt, *Bald, num. 3. & Salic, in l. omnimodo 30 §. imperatori. h. tit. C ... ius deciſ. 2. nu. 6.*

In nepotibus † legitima quæſtio. Et 34
non eſt omnino expeditum, ita tamen diſtinguunt hic *Salic. num. 5. cum ſeq. Iaſ. num. 51. Alex. conſil 03. ſuper num. 1. 2. cum ſeq. lib. 2.* aut extant nepotes tantum ex unico filio, & horum quatuor trientem, plures ſemiſſem accipiunt inſtar filiorum, quia proprio jure, non patris, in capita ſuccedunt, *§ 1. de her. quæ ab inteſt. Nov. 118 Caſtrenſ. l. qui ſuperſtitu. 9., num. 34 de acq. hered.* aut ſuccedunt ex altero filio demortuo nepotes unà cum ſuo patruo, hoc eſt, avi, cui ſucceditur, filio ſuperſtite, & tum, quoniam intrant in locum patris demortui, unam tantum illius perſonam conſtituunt, ac repræſentant, quamvis plures. *§ cum filius. cum ſeq Inſtit. de her. ab int* Quamobrem legitimatum in duobus tantum erit triens, etiamſi nepotes duo, aut plures fuerint, idemque ſervabitur, ſi plures adſint nepotes ex duobus, aut tribus puta filijs. Nam & in ſtirpes ſuccedunt, partemq; dantaxat parentum ob concurrum diverſarum linearum accipiunt. *Ang. & Dd. in d §. cum filius & in § 1. Nov. 118*

In Parentibus † auctam eſſe Quar- 35
tam communi Doctorum ſcholæ placuit. *Iaſ. h. poſt gloſ. Bart. & Dd num. 35. atteſtans eſſe communem. Bart. & Dd. l. nam eſſi. 15. l. Titia. 13. cum l. ſeq. eo. Caſtr. & Dd. in auth. ex cauſa. inf de lib. præter de quo textus eſt in d. Nov. 18. §. 1. de trien. § cum igitur. Nov. 2. de non elig. ſecund nub mul.* confirmat idem. *Cradin. 8. in fin. 3. par.* Nam parentes hic filiis æquiparantur. *d. l nam etſi 15. eod.* In æquiparatis autem idem jus eſſe debet. *gloſ. l. quod vero. 14. de R. l. ſi quis ſervo. 20. inf.*

20. inf. de furt. & ... 1 *Nov. 115* ... *Imp.* in omnibus ... ſuccessionem eſſe legitimam, quibus olim de inofficioſo agere licuit, ſicuti liceat de parentibus *d. l. nam etſi 15.* oſtendit. Nec de alijs quàm parentibus intelligi poſſe ex eo convincitur, quod ante de liberis erat diſertè actum. Fratribus autem, & reliquis non competit querela, niſi uno caſu rarius incidente, quē veriſimile eſt Imperatorem ibi non conſideraſſe. *arg. l. 3 & 4 de ll.* Augetur etiam parentum legitima uſque ad Trientem non ultra, quia non in potiore conditione, quam liberi eſſe debent. At hi quatuor tantummodo capiunt trientē, eoq; nec parentes amplius capere poſſunt, quia nec ulterius multiplicantur, ſicut liberi. Nam duo tantum ex paterna linea, totidē ex materna ſuccedunt, non plures. *Cravet. conſ. 110. n. 3. volum. 1. Bald. conſ. 150. in pr. vol. 4. Socin. conſil. 75. vol. 3.*

FINIS † medius eſt, ut querelæ ſi- 88 milis quæ ultimæ voluntatis impugnatio excludatur. *l. 5. ver. ad ſubmovendam inoff. teſt. querelam. inf. tit. 1. l. omnimodo. 30. cum ll. ſeq. h. tit.* ultimus ut naturali pietati, ac juri legitimæ ſucceſſionis ſatisfiat. *l. cum ratio. 7. de bon. damn. d. Nov. 115. § 1. Nov. 18.*

EFFECTUS † quod legitimæ ob- 89 ligatio parit actionem. *d. l. omnimodo*

 cum

cum alijs ſup. allegat. quæ [illegible] tranſmiſſoria, tam in extraneos quàm legitimos heredes. *Caſtr. & Dd. l. cum avitquioribus. inſ. de jur. delib. l. ſi arrogator. 22. de adopt. late Alex. conſil. 150. viſo. num. 1. cum ſeq. vol. 1.* etiamſi teſtator prohibuerit legitimam dari. *Molyn. inſ. tit. 1. num. 6. 7. Dec. conſil. 81. nu. 2. 3*

90 Ineſt etiam † legitimæ obligatio evictionis, ſi contingat res hoc nomine ſolutas evinci. *l. ſcimus. 36. h. t.* quæ etiam contra primum, qui ſolvit, actionem ſubminiſtrat. *Bald & Dd. d. l. ſcimus. 36. § illud h. tit.* Ineſt & jus accre-

91 ſcendi, † ut deficientis portio alteri accreſcat. *Bald. l. 1. §. in primo. num. 11. inf.*

92 *de cad. toll* Et quoniam † is qui legitimam accipit non intelligitur eſſe heres, nec jure ſuccedere hereditario, *ut ſup vidimus.* Idcirco non prohibetur venire contra factum defuncti. *Iacob. verb & cum pacto. nu. 34. Affliċt. num. 9 & communiter Dd. in c Titius. 6. ſi de feud. def. contr. fuerit ex doctrina Bart. & Dd in l. ult. h tit.*

93 ADIACENTIA † legitimæ ſunt hypotheca, quæ hoc nomine in hereditate [illegible] os creditores ei indulgetur. *Nequz. in trac. de pig. 2. par 4 mēb. num. 102.* [illegible] & alimentorum nomine. *Bart & Dd l. 2. l. Lucius. 12. de alim. leg. Neguz. allega. loc num. 168.* item [illegible], ſi non ſolvatur ante [illegible]. *Bart in l ſi quis. 33. in prin. h. tit.* quamquam textus de pœna [illegible] potius agat. Item ius conſe [illegible] legitima venit *l. quoniā. [illegible] Bald. l ſi emancipati in fin. inf. de* [illegible] ſecundu commu[illegible] una cum legitima deduci [illegible] temporibus volunt in *ca.*

Raynutius. 16. & c. Raynaldus. 18 de teſtam. [illegible] eſt, ex Cuneo. An etiam [illegible] † querelam inofficioſi, turpibus perſo- 94
nis inſtitutis, ut quamvis legitima eis relicta ſit, poſſint tamen non modo fratres, ſed etiam liberi, & parentes totam hereditatem evincere, turpibus perſonis inſtitutis, aut ingratis libertis? Contendit id quidem. *Caſtrenſ d. l. fratris. 21. num. 3 cum ſeq.*

Sed quoniam nulla lege probatur, & in generalitatem earum legum incurrit, quæ per legitimæ relictum excludi querelam volunt, *l. omnimodo. 30. cum ſeq h. tit. §. 1. Nov. 18* Idcirco non auſim id temerè affirmare. Et contrariam opinionem ultimo loco ponit *Bald. in l. fratres. 27. num. 9. h. tit* ut eam approbaſſe videatur ſecundum ipſiuſmet & Angeli doctrinam *in l. ſi ſtem 11. §. ult. per illum text. de juriſdict.* Quod ſi vera eſſet prior illa ſententia, ſequeretur nullam eſſe fratrum legitimam contra. *Nov. 1. § 1. verſ interdum etiam fratres de her. & f lcid.* Sed turpibus perſonis inſtitutis abſque diſcrimine legitimæ querelam iis dari, eo quod tota inſtitutio, manentibus legatis, reſcindatur *Bald. in l fratris. 27. n. 8. 9. h. tit.* Quod ſane cum abſurdum, tum planè contra text. *d. Nov 1.* qui cum dicat interdum, hoc eſt, turpibus perſonis inſtitutis competere fratribus legitimam, ſimul & illud oſtendit, ea relicta querelam excludi *§. 1. Nov. 18.* alioqui nullus caſus dari poteſt, quo legitima hæc locum ſit habitura.

AFFINIA † ſunt alimenta. *Bart. 95
l Titio centū. 71. §. Titio genero 3. de cōd. & dem. Cyn. l. ſancimus. 24. num. 2. 3 inf. de*

de [illegible] Bald. [illegible] quoniam [illegible]. 1. [illegible] num. 9. h. tit. & l. [illegible] quando [illegible] part Item [illegible] *Tiraq. de [illegible] priv.* 3 4. 5. Item D[illegible] *l. quoniam [illegible] 9 h. tit. Franc & Dd. c. 2. de pact. in 6. Alex. consil.* [illegible] *trans[illegible] num. 1. volum. [illegible] 50 in consil. 71. viso. num. 11. volum 3. AEmyl. consil. 1. nu. 14.* item Falcidia. *Bart. & Dd l. 1. ad L. Falcid. pro quo text. in l. quisquis 5. inf. ad L. jul. maie. Nov. 18. in princ.*

Cujus ad differentiam hæc appellari ſolet Falcidia juris naturæ, *gloß. ver. ſimili & Dd. in l. ſi quis. 37. ſup. de Epiſc. & Cler.* item collatio, à qua ad legitimam, & contra duci argumenta ſolent, *d. l. quoniam, 29 h. tit. Iaſ. & Dd. in authent. ex teſtamento & paſsim. inf. de collat.* Aſſi[illegible] tamen non putatur legatum, aut fideicommiſſum, ut multis probat. *Bald. in l. ſi pater. 4. num. 20 inf. de inſtit.*

96 CONTRARIA † ſunt expreſſa renunciatio. *l. ſi quando. 35 §. 1. 2 ubi Bart. & Dd. h. t.* ſpecifica tamen. *§. cæterum. Nov. 115. ut cum de appell. Bald. & Dd. in l. ſi quando. 35. §. 1. h tit.* aut jurata. *d c. 2. ubi Dd de pact. in 6. Iaſ. d. l. ſi quando 35 §. 1. num. 3. h. t.* quæ pro ſpecifica habetur. *c. ex reſcripto. 9. de jurejuran. Bald. l. 1. num. 4. inf. Commo. Iaſ. §. ſi quis. num. 12. de actio. Alex. conſil. 27. viſo. num. 7. vol. 1.* Non igitur ſufficit tacita acceptatio, aut agnitio judicij defuncti. *d. l. ſi pater. §. 1.* quanquam ad querelam inofficioſi excludẽdam ſatis ſit *d. l. Papinianus. 8. §. quarta. 6. cum ſeq. h. tit.* Nec enim ultima voluntas contraria eſt legitimæ, ut maximè de facto ſit, de jure tamẽ eſſe nõ poteſt, quia per illam legitima tolli nequit *§. Cæterum. Nov. 115. Iaſ. & Doctores. h. & in Authent. præterea inf. und. vir. & uxor. & in l. ſi quis [illegible] Bald. & alij. ſup. de [illegible] & l. in Quod [illegible]* [illegible] *c*[illegible] et[illegible] *t*[illegible], ut [illegible], vel [illegible] poſuit, non tolli[illegible] *[illegible] Dd Dec. in l. jura. 8. n. 7 de reg. jur. [illegible] din. 2. par. 3.* Non etiam poterit contraria inventarij omiſſio. *§ ſi vero [illegible] Nov. 1. Bart. & Dd. in Authent. hoc amplius. inf. de fidei. com. Authent. ſed cum teſtatio. inf. ad L. Falcid. & in l. ult. § ſi quis. inf. de jure deliber.* ſicut nec teſtamenti impugnatio, aut accuſatio. *d. l. Papinianus. 8. § ſi quis. 25. ubi Dd. eod.*

TITULUS XXIX.

De inofficioſis donationibus.

1. *Continuatio.*
2. *Donationes inofficioſæ quæ, & quod remedium officium ne judicis an vero actio ad earum revocationem competat?*
   Quoties verba legis referuntur ad magiſtratum, toties non præbetur aliqua actio, ſed ſaltem officium judicis indulgetur.
3. *Quænam actio pro reſcindenda inofficioſa donatione detur.*
4. *Propria illius actionis, quod ſcilicet ſit civilis, extraordinaria, reſciſſoria, realis & n. 24. ſubſidiaria num. 16. temporalis.*
   Actio de revocanda inofficioſa donatione licet non ſit famoſa, aggravat tamen exiſtimationem donatoris.
   Sententia l. ult. h. t.
5. *Actio de reſcindenda inofficioſa donatione etſi videtur eſſe ſupervacua, [illegible] tamen habet uſum, ubi explicatur diſcrimen inter cõdictionem legitimæ, & querelam inofficioſa donationis & n. 11.*
6. *Partes querela inofficioſæ donationis & [illegible] hæc a querela inofficioſi [illegible] differat.*

7. Dona-

7. Donatio quotuplex, ac de quibus donationibus titulus hic ſit exaudiendus. & n. 25.

Falcidia licet de noſtris donationibus ex conſtitutione Electorali, ſicut nec jure civili de donationibus inter vivos detrahatur, tamen ubi illæ inofficioſæ fuerint, legitima de iiſdem detrahi [illegible] permittitur cujus rationem vide n. 15.

8. Donationes, per quas legitima fraudantur ij, quibus ea debetur, pro inofficioſis habentur, ſive illæ factæ fuerint animo fraudulento, ſive non, & n. 16. 24. 27. 3[illegible]. 33.

9. Patre erogante facultates ſuas gratia filiorum in emtionem feudorum novorum, filiæ hac ratione legitima fraudatæ querelam inofficioſæ donationis habent.

10. Querelæ inofficioſæ donationis ſpecies tam ſecundum communem Dd ſcholam, quam authoris nu. 11. & Baldi ſententiam, numer 12.

11. Querelæ inofficioſæ donationis cauſa efficiens remota & propinqua n. 14. impulſiva n. 15. duplex cauſa ſine qua non n. 16. materia circa quam nu. 25. forma eam proponendi num. 31. & probandi n. 32. finis. num 33.

Querela inofficioſæ donationis à quibus fuerit introducta.

13. Querela inofficioſæ donationis non habet ſe ad inſtar hereditatis, ſed alterius tituli à lege ad exemplum querelæ inofficioſi teſtamenti introducti & n. 17.

Querela inofficioſæ donationis [illegible] ad ſimilitudinem querelæ inofficioſi teſtamenti dicitur introducta, cum tamen majorem videatur alere ſimilitudinem cum condictione legitimæ. & actione Faviana.

15. Cur liceat legitimam de donationibus detrahere, cum tamen non ſit permiſſum de iiſdem Falcidiam decerpere

16. Querela inofficioſæ donationis non datur, niſi [illegible], quibus legitimam conſequi licuit, [illegible] decedente, nec ea ante obitum donatoris [illegible]getur.

17. Querela inofficioſæ donationis competit ſaltem iis, quib. querela inofficioſi teſtamenti datur.

18. Pater [illegible] donationem à ſe [illegible] liberorum factam propter [illegible] liberis [illegible] revocare poteſt querela inofficioſæ donationis.

19. Pater quando liberorum nomine actionem inſtituere poſſit [illegible].

20. Querela inofficioſæ donationis an & quatenus ad heredes tranſmittatur

21. Querela inofficioſæ donationis quando locum habeat.

22. Ea non datur liberis ingratis. & nu. 37. bene tamen iis, qui per ſtatutum à ſucceſſione excluſi ſunt

23. Ea datur contra donatarios, eorumq; heredes, non tamen adverſus ſingulares eorum ſucceſſores, niſi quatenus locupletiores ſunt facti. nu. 24. quod ibidem duobus modis limitatur.

24. Actio Faviana (quæ deſcribitur n. 36.) quatenus ſit perſonalis.

In pari cauſa potior eſt cauſa poſſeſſoris.

25. Quæ donationes huic querelæ locum faciant & n 7.

26. Ad cauſandam hanc querelam nihil refert, cui ſit donatum.

28. Querela hæc an locum habeat, ſi quis non quidem donatione, ſed luſu profuſo patrimonium ſuum exhauſit, ut legitima inde non poſſit exſolvi iis, quibus debetur.

29. Donationes ob cauſam an & quatenus huic querelæ ſubjaceant.

32. Ad probandam inofficioſam donationem ſufficit demonſtrare bona donatoris poſt mortem ſuam non ſufficere ad legitimam, quæ tamen ante donationem inde factam ſuffectura fuiſſent, & quomodo hoc ipſum probari poſſit.

34. Querela inofficioſæ donationis eundem ferè effectum habet cum querela inofficioſi teſtamenti, tam in ſententia abſolutoria, quam condemnatoria, ubi ſimul exponitur, quomodo a ſe invicem differant.

In querela inofficioſæ donationis [illegible] non perdit ea, quæ ibi a defuncto, quem effuſæ liberalitatis arguit [illegible] ſunt.

Facilius [illegible] ultimæ voluntatis, quam actus inter vivos.

Querela

Querela inofficioſæ donationis non reſcindit totam donationem, ſed ſaltem uſq; ad legitimam, quod aliqui perperam diſtinctioni involvunt num. 35.

35. *Enodatur* l. ſi libertus 15 ff. de jure patron. & l. Titia. 87. §. Imperator. 3. ff. de legat. 2.

36. *Affinis querelæ inofficioſæ donationis.*

An ad donationem factam uni filio, vel Eccleſiæ cõpetat remedium l. ſi unquã C. de revoc. donat.

Si uxor donat. decedens nulla immobilia bona, ſed ſaltem mobilia relinquit, maritus eadem non in totum lucratur, ſed de iiſdem tenetur liberis legitimam ſolvere, idem eſt, ſiquidem aliqua immobilia relinquit, non tamen ad legitimam ſufficientia, tunc enim legitima liberorum de mobilibus eſt ſupplenda.

37. *Contraria ejuſdem. & n. ſeqq.*

38. *Legitima ſi aliunde, quam ex facta donatione, iis, quib. ea debetur, poteſt eſſe ſalva, querela hæc ceſſat.*

39. *Expreſſè renuncianti querelæ inofficioſæ donationis ad eandem non datur regreſſus, ſecus aut illi, qui per agnitionem voluntatis defuncti querelæ tacitè renunciavit.*

40. *Iuramentum corporale de non amplius petendo, an revocationẽ inofficioſæ donationis impediat.*

Iuramentum corporale æquiparatur ſpeciali renunciationi.

41. *Iuramentum de non ſuccedendo, aut non plus petendo ab aliquo factum an noceat eius ſucceſſoribus, ubi explicatur, quatenus juramentum ſit perſonale, nec ad heredes transmiſſibile.*

42. *Si ii, qui per inofficioſam alterius donationem fraudatus eſt legitima, donatori heres exiſtat, donationem eius non tenetur habere ratam.*

1 AD exemplũ † inofficioſi teſtamenti inducta eſt Cõſtitutionibus querela inofficioſæ donationis. *l. 1. 2. h. tit. auth. unde ſi parens ſup. t. 1.* Quamobrẽ rectè ſubiicitur hic titulus omiſſus in pandectis, quia tota res ex cõſtitutionibus eſt recentioribus, ætati Iureconſultorum ignota Dicuntur † autẽ inofficioſæ donationes, ut & teſtamenta inofficioſa, quibus contra pietatis officium, cum fraude legitimæ, facultates exhauriuntur, quæ propterea valere non debent. *l. ſi ita. 135. §. ubi Iaſon nu. 11. de verb. obl.* quo nomine videri poteſt non fuiſſe actionem, ſed magis ex officio judicis ſubveniri. *l. 1. in verb. ſubveniri verba h. t.* quod extraordinariũ officii judicis auxilium denotat. *l. verum. 11. §. ſiſtendũ. 3. junct. l. quod ſi minor. 24. §. ult. de minor. l. 2. verb. qui provinciam regit auxilium ibi æquitatis impertiet. l. 4. ver. præſidis provinciæ auxilio uteris. l. 6. ver. præſes provinciæ juriſdictionis ſuæ partes exhibebit. h. tit.* Notum eſt enim quoties verba legis ad Magiſtratum dirigũtur, toties non dari actionem, ſed judicis tantummodo officium implorari poſſe *gloſſ. l. ſi ſoror 8. verb. reſtitui. infr. de collat. Bart. & communiter Doctores l. unic. de cond. ex leg.* 2

Verum communiter in alia eſt itum cum dicatur ad exemplum inofficioſæ querelæ hic quoq; agi. *l. 1. 2. 4. 6. l. penul. ult. hoc tit.* Ergo debet eſſe actio, alioqui non eſſet congruentia cauſæ, & temporis, ut requiritur in *l. ult. h. tit.* ubi etiã diſertè actio non minus quam querela nominatur *in verb. ut ſit in hoc actionis utriuſq;, &c.* probatur idem *l. unic. in fin. inf. tit. 1. in verb. exercendæ actionis copia tribuatur.* Sed quam † hoc nomine dari actionem dicemus? *glo quidem ult. ad l. 5. h. tit.* vult dari querelam ex *l. ult. h. tit. Molyn* autem *h. in princ. n. 6. 7.* magis probat eſſe cõdictionẽ ex lege, ſicut eſt petitio legitimæ, vel ſupplementi eius. *Caſt in rub. h. nu. 3* Ego magis aſſentior gloſſæ, cum hæc actio ſit tẽporalis, & ſubſidiaria inſtar querelæ induEcc cta. 3

cta *l. ult. h. tit.* Qua de cauſa arbitror quoq; in ll. ſupra allegatis, potiorem ad Magiſtratum remitti, ut is diſpiciat ante omnia, an non alio remedio, quã hac actione odioſa, & reſciſſoria ſubveniri poſſit. Eſt igitur hæc actio Civilis, revocatoria, & ideo ſubſidiaria, qua in defectum alterius remedij permittitur legitimã, aut quod ei deeſt, ex immenſis donationibus, tanquam inofficioſis revocari *l. 5. l. ſi mater. 7. l. penult. & ult. & paſſim hoc tit.*

4 PROPRIA igitur ſunt, quod ſit actio civilis. eſt enim ex cõſtitutionib⁹ *l. pen. h. t.* revocatoria. *l. ſi mater. 7 in fin. h. t.* eoq́; etiam realis, aut ſaltem in rem ſcripta. *§. item ſi quid in fraudem. 6 Inſtit. de action. ubi Theoph.* eoq́; ſubſidiaria, quia jus contractuum reſcindit. *l. 2. l. 4. h. tit.* magis quam in integrum reſtitutio. *l. 4. h. t.* ſicut & doli actio *l. 1 §. penul. de dolo malo.* cum qua congruere quadantenus videtur. Licet enim nõ ſit famoſa, quia famam nõ petit, aggravat tamen exiſtimationem eius, cuius inofficioſa donatio, tanquam in fraudem legitimæ facta, arguitur, quod genus non ſolet dari in parentes, aut alios, quorum ex bonis legitima petenda eſt *l. 5. §. 1 cum ſeq. de obſeq. paren. & patr. praſt.* Eademq; ratione eſt etiam temporalis *l. ult. h. tit.* potiſſimũ, quia querelæ inofficioſi ſimilis *l. 1. 2 3. 6. 7 8. 9 & 10. hoc tit.* Quo minus mihi placet *Molyn. h. in pr. nu. 6.* exiſtimans, ut dixi, eſſe ex lege hanc condictionem. Nam ſic etiam nõ temporalis, ſed perpetua foret. *l. 2. infr. de conſtit. pec.* ſicut eſt condictio legitimæ *d. l. omnimodo. 30 ubi Salic. & Dd. contra Bar. ſup. tot. tit. & Caſt. hic in rub. n. 3.* cum hæc ſit temporalis, *l. ult. h. tit.* quam licet Ruſſardus aliter interpretari videatur, nempe de conſuetudinibus, & moribus cuiuſq; ætatis, quibus actio congruere debeat. *Specu. § nunc dicendum, nu. 13 & §. ult. in prin. de lib. concep. Bal. l. de quibus. 32. in 1. lec. circa fin. de ll. per gloſſ. ibi ad ver. inveterata. Felin. c. 1. num. 16. de reſcrips. c. 1. num. 5. de lib. obl. Socin. c. ult. nu. 6 eod. tit.* tamen de quinquennio inofficioſi, de quo in *d. l. ſi quis 35. in fin. ſup. t. 1.* interpretantur eam non modo *gloſſ. & Dd. in d. l. ult. & in l. cum duobus. 6 h. t.* verum & antiquiſſimus interpres *Annianus. l. un. C. Theod. h. tit.* ſed nec ſubſidiaria eſſet, verum cum aliis cõcurreret, ſi condictio ex lege foret. *l. quoties. 41. de oblig. & act. Bar. l. un. num. 14. de condict. ex leg.* Quanquam igitur juris ſit civilis, verius tamen videtur, non eſſe ordinariam ex jure ordinario actionẽ. præſertim cum in rem potius ſit, quam perſonalis, & eam porrigi tantum in ſubſidium. *l. 2. l. 4. l. cũ duobus. 5. h. tit.* exemplo querelæ inofficioſi. *d. l. ult. h. tit. §. ſum 3 Inſt. de inoff. teſtam.* Dices ergo † quid hac actione, 5 aut quando opus eſt? cum liceat ſemper petere alia commodiore, & quidẽ perpetua, ac ordinaria actione legitimam, nec una, ſed pluribus, ſicut ſupra declaravimus. Reſpondeo legitimam peti ex bonis, quæ defunctus reliquit *l. 6 ſup. tit. 1.* nec extendi ulterius in vitam, quo tempore nulla prorſus legitima liberis debetur; Unde dixi in vivis alienando, aut conturbando, & æs alienum contrahendo, cauſam legitimæ exhauriri poſſe; At hæc planè contractus in vita geſtos impugnat, petitq́; bona nõ tempore mortis relicta, ex quib⁹ ſolis legitima debetur. *d. l. 6 ſup. t. 1* ſed in vita per donationem alienata, unde nulla certè legitima debetur, & revo-

cat

cat alienata, reſcinditque contractus, qui cuiq; permittuntur liberi, *l. ſicut inf. de oblig. & act. l. in re. inf. mand. cum ſimilibus.* ut meritò ſit temporalis, & ſubſidiaria *d. l. in honorariis. 34. de oblig. & act.* Nec hoc nomine dari condictio, aut petitio legitimæ poteſt, ſed tantum hæc ſubſidiaria actio datur ad exemplū querelæ, quomodo videbimus, & ad ſimilitudinem actionis Aquiliæ, ſubſidiarias etiam ex legibus civilibus dari *l. ult. inf. de L. Aquil. §. ult. inſt. eod. l. qui ſervandarum. 14. l. quoties. 21. l. quia it. de praeſ. verb.*

6 PARTES † licet hic eaſdem ponere, quæ in querela inofficioſi ꝓpoſuimus, videlicet accuſationem donationis, tanquam inofficioſæ, & petitionem ex ea portionis legitimæ, licet quantitate, & qualitate varient, cum illa totus as impugnetur hac quota tātum, quæ legitimæ reſpōdeat, ut ex omnibus huius tituli legibus intelligi poteſt & *Nov. 92. de inoff. donat.*

7 Donatio † porro alia eſt inter vivos, alia fit cauſa mortis *l. 1. de don.* de utraq; titulus hic accipiatur. & de ſpeciebus utriuſq; *Auth. unde ſi. ſup. tit. 1. & d. Nov. 92. de inoff. donat.* ſive in judicio, ſive extra judiciū fiant. *l. 1. h. tit. & conſt. 12. part. 2. §. Es ſol ab. & §. ult.* ſive pacto dotalicio, quo bona poſt mortem relinquuntur, quod ipſum pro donatione cauſa mortis habetur *ord. 43. par. 1.* (ſcilicet, quoad effectū) ſive donatione alia cauſa mortis, vel reciproca, ut fieri inter conjuges ſolet *l. in donationibus. 11. inf. ad L. Fal. Cyn. Bal. Sal. & Dd. in l. ſi pater 12. ſup. de inoff. teſtam. Schurf. conſil. 45. n. 5. cent. 1. gl. ad ſtio. ad art. 44. lib. 1.* ſeu alia quævis *l. 2. de don. cauſ. mor.* Cū omnes pro cōtractu nō ultima voluntate habeantur. *Iaſon diſſens hanc eſſe communem in l. 28. 10. de lib. 1. Tiraq. de L. connub. in fin. ver. contrarium gl. 5. n. 69. uſq. ad 79* etiamſi in voluntatem ultimā incidant, tamē inde quoq; legitima debeatur. In omnibus enim liberi petitionem hanc habent & habere debent. Quanquā enim falcidia de donatione inter vivos non detrahatur. *l. Seia. 42. §. ult. de donat. cauſa mor. l. ſi uſufr. 80. ad L. Falcid. l. ſi ſponſus. 5. §. cōceſſa. 7. de donat. int. vir. & uxor.* ſed tantū de mortis cauſa factis. *l. in duobus. 12. ad L. Falcid. l. 1. §. 3. ubi Bart. quor. bonor.* Ex conſtitutione verò Electoris noſtri de neutris *ordin. 1. par. 3* Tamen hanc quaſi legitimam beneficio huius tituli revocare inde, ac decerpere licet. *d. conſt. 12. par. 2. & t. h. tit.* Nec etiā diſtinguo † ſive donatio ſit re, & conſilio inofficioſa *l. 1. verb. ad excludendam querelā l. pen. h. t. Iaſ. in Auth. unde ſi parens num. 16. ſup. tit. 1. Caſtr. in rub. h. n. . & 3* ſive re tantū, & eventu. 8
l. ſi liqueat. 8. h. tit. Caſt. in rub. h. nu. 2. de qua fraude plura Dd. præſertim *Iaſ. in l. ſi quis cum aliter. 35. de verb. oblig.* Quanquam enim inter hæc alibi diſtinguatur ut *d. l. ſi quis & l. ſi quis. 15. l. 6. § penult. & ult. l. ait 10. §. 1. quæ in fraud. cred. l. 5. inf. eo. tit. § 3. Inſt. quib. ex cauſ. manum. non licet* Tamen ut nec in inofficioſo teſtamento id diſcriminis attenditur *Caſtr. h. in rubr. num. 2. 3* Sic nec in hoc argumento ponderandum arbitror, ut nec alias, quoties in fraudem aliorū donationes fiunt. *l. quod autem 6. § ſimili. 3. quæ in fraud. cred. d. l. 5. inf. eod.*

Ad inofficioſæ porrò † donationis ſpecies referri poſſunt Feuda nova, quorū in emptionē pecuniæ cū diminutione legitimæ filiatū, in gratiā filiorum, aut agnatorū effunduntur *Bald. Salic. & Dd.* 9

 d. l. omnin

*d. l. omnimodo.*10.*ſup tit.*1.*l.*1. § *nec Ca-*
ſtrenſe. 12. *de coll. bono. Clarus de feud.*
*quæſt.*46. *num.* 2. *verſic. filij illud habere*
dicũtur beneficio paterno, l. in commodato.
17 § *ſicut* 3 *cõmodati.* quæ certè reſpectu
aliorũ liberorũ in iis non ſuccedẽtium,
ut filiarum *c.* 1. *de ſucceſſ feud.* eſt inof-
ficioſa, cum in eiuſmodi acquiſitio-
nem bona erogantur. Quanquam e-
nim quoad patrem acquirentem ſit ti-
tulus oneroſus, eſt tamen inter patrẽ, &
filios merè lucrativus, ut & hic ſuccur-
ri filiabus debeat. *Ripa. l. in quartam* 91.
*num.*129. *ad L. Falcidiam. Capitius deciſ.*
2.*num.*7. Quanquam id ex conſtitutio-
nibus ſic reſtrictius, quàm legitima ju-
ris communis poſtulavit.

10 Huius autẽ † actionis, retenta com-
muni quidem ſententia, poſſunt poni
duæ quidẽ ſpecies: Altera petitio quar-
tæ, quoties ſuis indiſtinctè donatio fa-
cta eſt. *l.*2 *l.* 4. 5. 6. 7. *h. tit.* vel extraneo
ſine fraudulento conſilio. Altera vero
petitio totius, quæ inſtar querelæ totã
donationẽ impugnat. & evertit, quan-
do ſcilicet in extraneũ fraudulenter do-
nationes ſint collatæ. *gloſſ & Dd in rub.*
& l. 1. *h. tit. per l. Titia.* 87. §. *Imperator.* 3.
de leg. 2. vel in turpem perſonam *l.* 3. *ubi*
Bart. & Dd. ſi à parente man. Verum †
11 quia hoc diſcrimen legibus noſtris pa-
rum congruit, ego ſic dividere malim,
ſi quantitas variaret ſpecies, ut alia ſit
querela ſolidæ inofficioſæ donationis,
toto h tit. alia verò petitio ſupplementi
ex donatione faciendi, quoties aliquid
legitimæ nomine relictum, vel acceptũ
eſt. *l. ſi mater.* 7. *h tit. Molina. hic in pr.*
nu. 3. *ex ratione. l. omnimodo* 30. *ſup. tit.*1.
licet ab illius condictione ſeiuncta ſit,
cum non detur, ut illa, ad bona, quæ
defunctus tempore mortis reliquit. *l.*
6. *ſup. tit.* 1. ſed quæ in vivis alienavit *t.*
h tit. Cæterum † quod *Bald. l.* 1. *num.* 12
1. *& Dd h. tit.* volunt duplex hoc eſſe
judicium alia ratione, alterum quere-
læ, quo donatio reſcindatur, alterum
vendicationis, quo reſciſſo per quere-
lam donationis titulo, petitorium in-
ſtituitur, non rectè colligitur ex *l. qui*
de inofficioſo 20 *ff. de inoffic. teſt.* cum &
illo tractatu dixerimus, querelam inof-
ficioſi non eſſe aliam actionem à peti-
tione, vel vendicatione, ſed has omnes
habere incluſas. *l.* 3. *infr. de petit. hered.*
ut alio judicio non ſit opus. *l. qui pro*
prio. 40. §. *item.* 3. *de procurat.* quam ad
hoc ponderat *Bald. in d l.* 1.

Cauſam † ſtatuamus Principum 13
conſtitutiones. *l.* 1. *verb. conſtitutum. l.*
2 *verb. iuxta conſtitutiones. l* 3. *verb pro-*
poſita reſcripta & paſſim h. tit. l. 1. *C. ibid.*
eod. Nam jure veteri tota res fuit igno-
ta. *l. Titia.* 87 §. *Lucius.* 4. *de leg.* 2. quod ab-
ſurdum videretur facultatem donandi,
ac contrahendi inter vivos coarctari,
ac quodammodo adimi ex eo, quod
demum poſt mortem in bonis debea-
tur. *l* 3. § *ult. ſi quis in fraud patro. l.* 2.
& 3. *ſi quid à par. man.*

Eſt autem primus huius rei author
Alexander Severus in *d l. Titia* 87. § *Im-*
perator. 3. *de legat.* 2. quod probat *Cuia.*
lib obſervat. 5 *cap.* 14. *& in Nov.* 92. *de*
immenſ. don. in princip. & in fin. ac ante
eum ſenſit *Caſt. in rubr. h. tit. num.* 2. *&*
3. Unde dicitur actio legibus & conſti-
tutionibus inducta. *l. ult. h. tit l unic. inf.*
tit. 1.

Ideo quidẽ quod exhauſtis per dona-
tionem inter vivos bonis, etiamſi que-
relã inofficioſi, vel petitionẽ legitimæ
poſtea liberi ꝓponãt, & hereditatẽ va-
cuam denuncient, nõ tamẽ legitimam
exle-

ex legis providentia conſequantur. *l. 1. h. tit. ubi gloſſ. verb. ex duabus. h. tit.* ſed inanis eis relinquatur actio. *l. 6. de dol. mal.* tantum in bona defuncti directa. *l. 6 ſup. tit. 1.* deinde querela inofficioſi, aut petitio legitimæ non datur liberis ſolis heredibus inſtitutis. *l. 3. ſup tit. 1.* quibus tamen evacuato per donationem patrimonio manet heredis nomen relinquitur. *l 3. h tit.* & hanc fuiſſe cauſam προκαταρκτικὴν huius novi juris oſtendunt. *l. 3. l. cum donationibus. 6. l. ſi liqueat. 8 h. tit. d. l. Titia. 87. §. imperator. 3 de leg. 2.* non autem debebat permitti inter vivos alienatio non neceſſaria, in fraudem legitimæ, quæ nec quidem in ultima voluntate conceditur *Inſtit. de leg. Fuſi Can. toll. ubi Angel. & Molina. h. num. 3. & Caſt. in rubr. n. num. 1.* Facit & illa ratio, quod donatarius titulo lucrativo poſsideat, cuius cauſa non debet eſſe melior conditione liberorum. *l. ult. inf. de codicil.* aut aliorum quibus legitima debetur. *l. unic. inf. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10.* qu tanquam creditores certant de damno vitando. *l. ult. §. licentia. 10. inf. de jur. delib.* Addit & illam rationem Imperator in *Novell. 92. de immenſ. donat.* quod injurium videatur, (cum maximè ſervanda ſit ex lege naturæ inter liberos æqualitas. *l. 4 inf. de lib. præter. l. penult. inf de coll. cum ſimil*) alterum ex liberalitate parentis diteſcere, alterum verò depauperare. His de cauſis hæc
13 querela inducta eſt, non ut titulus † juris hereditarij, (quod quidam malè putant) ſed legalis, & à jure hereditatis ſeparatus, cum non hereditatis titulum impugnet, ſed contractus. *Bald. l. 1. nu. 15. h. t.* inductus ad exemplum querelæ inofficioſi. *l. 1. verb. juxta formam. de inofficioſo. l. 2. verb. ad ſimilitudinem inofficioſi. l. 4. verb. ad inſtar. inofficioſi l. 6 verb. ad exemplum inofficioſi. l. 7. verb. ad excludendam inofficioſi. l. 8. verb. ad inſtar. inofficioſi. l. ult. verb. ad ſimilitudinem inofficioſi h. tit.* Quod ſanè quiſpiam mirari poſſet; cum longè magis congruat petitioni legitimæ, *de qua in l. omnino. 30. cum ſeqq ſup. tit. 1.* & Favianæ, quæ patronis ſimiliter in contractus à liberto geſtos datur. *l 3. & paſſim ſi quid in fra. patron.* Sed ſciendum eſt, quo tempore leges huius tituli ſunt latæ, eo nondum illius condictionis legitimæ fuiſſe uſum. Inventa enim primum fuit ætate Iuſtiniani. *d. l. omnino. cum ſeq* ut ita cum eo jure, quod nondum fuit, hæc querela non potuerit comparari, ſed nec Favianæ planè ſimilis eſt, quia illius petitio eſt non tam favorabilis, quam iſta liberorum, & parentum, *ut ſup. diximus.* Fateor tamen ſecundum quid omnibus iſtis actionibus hanc comparari, ut infrà ad locum de affinibus dicemus.

Eſt igitur remota † huius petitionis 14
cauſa conſtitutio, ſeu lex; proxima verò eſt læſio quæ ſit per donationem, ut non habeant legitimam, quibus ea debetur. *l. 1. in fin. h. tit. & d. Nov. 92. de*
immenſ. don. impulſiva † eſt æquitas. *l. 1.* 15
verb non injuria deſideratis. l 2 verb. auxilium tibi æquitatis. l. 3. verb. eadem æquitatis ratio. h. tit. quæ ne fraus fiat cùm legi. *d. Nov. 92.* tum ſanguini. *l. 4. de inoff. teſt.* permittit de donationibus inter vivos quaſi legitimam detrahi; licet id extraneis in Falcidia non concedatur. *l. Seia. 42. §. ult. de donat. cauſ. mor. Cuia. Novell 92* tanquam ex cauſa lucrativa petentibus. *l. Titia. 87. §. Imperator. 3. de leg. 2.*

16 Cauſa ſine qua non † eſt alterius re-
medij defectus. *l. 2 l. 4. l. 6. h. tit.* (ratio,
nã hæc querela magis eſt odioſa, quam
inofficioſi teſtamenti, quia aufert libe-
ram inter liberos teſtandi facultatem)
fraus item non tantum perſonæ. *l. 1. l. 7.
& 8 h. tit.* Verum etiam rei. *l. 1 §. pen.
ſi quid in fraud. pat.* quam ſubeſſe ſuffi-
cit, quoties contra titulum lucrativum
agitur. *l. 1. l. pen. inf. quæ in fraud. cred. l.
quod autem §. ſimili 7. ff. eod.* maximè hoc
caſu, ubi tantum lætio cõſideratur, quæ
ſi deſit, nulla eſt hoc nomine actio. *l. 4.
l. 6 h. tit. ex ratione. l. in cauſa. 16 de minor.
l. 3. § ſi debita. 15 de bon. liber. l. ſine. 21. §.
1. de iur. patron. l. omnimodo 30 ſup. t. 1. & d.
novell. 18. de trient. & ſemiſſ.* Ad cauſas
eãdẽ referatur mors eius cuius ad bo-
na alienata hac actione agitur, nam an-
te ei locus non eſt, ut nec leg timæ. *Bal.
h. in l. 1. n. 13. h. tit. per l. 1. § ſi impubere. 21.
de coll. bon. l. ult. ſi quid in fraud. patron.*

17 Datur † autem hæc actio liberis. *l.
1. 2. 3. 5. 6 7. 8. h. tit.* etiam heredibus vel
ex inſtitutione *l. 1 h. tit.* vel ab inteſtato
l. 3. h. tit. (Unde intelligi poteſt hunc ti-
tulum non eſſe ſucceſsionis, aliàs filius
teneretur donationem ratam habere)
quia heres teneatur preſtare factum de-
functi fideicommiſſo, item honeſtatis.
l. 6. h. tit. aut donatione. *l. ſi muer. 7 h. t.*
Datur etiam è diverſo parentibus con-
tra inofficioſam liberorum donationẽ.
l. 4 h. tit. item fratribus *g. eſſ. l. 4. h. tit.*
ad exemplum ſcilicet inofficioſi teſta-
menti. *l. ult. h. tit. ex l. fratres. 21. l. fratres
27 ſup. tit. 1.* quod etiam in reliquis ita
accipiatur, ut ijs detur hęc querela, qui-
bus & inofficioſi teſtamenti & legitimæ
petitio. Datur etiã fratrũ liberis, quãdo
jure repræſentationis cũ patruis ſucce-
dunt. *Molina. h. n. 63. cum ſeq.* Ipſi dona-
tor † num detur diſputat *Bal. poſt Bart.* 18
in l. 1 n. 13. h. tit. verum cũ fateatur huic
actioni non eſſe locum in vita donan-
tis, quod ſupra diximus, facilè apparet
huic iſtã actionem non dari. Sed malè
ſumitur argumentum ex *d. l. Titia 87 §.
Lu. t. m. 4. de leg. 2.* quoniam ibi demum
poſt mortem patris gravamen aſſumit
effectum, & fruſtra ſe noſtri torquent,
quomodo ibi donans potuerit donata-
rium gravare, cum ut heres inſtitutus
fuerit gravatus *d. l. unum 67. §. ſi rem. 8. de
l. g. 1.* qui reſpectu inofficioſæ donatio-
nis Falcidiã fratribus detrahere nequit.
Uno fateor caſu etiã donatori nomine
liberorũ dari hanc actionem. adverſus
filiũ donatarium, natis poſt alijs liberis.
l. ſi totas. 5. h. tit. qua in ſpecie hoc tantũ
remedium ad legitimã competit, non *l.
ſi unquã de revoc. don.* quod contra extra-
neos tantum datur *Cuia. Novell. 92. de
inoff. donat.* Nam ſi illi locus hic eſſet,
hoc ſubſidiariũ, & odioſum remedium
non daretur. *l. 4. & 6. h. tit.* & ſane tem-
pore Diocletiani qui eſt autor. *d. l. 5. h.
t.* nec dum fuit lata. *d. l. ſi unqua,* longo
pòſt tempore promulgata à Cõſtantio,
& Conſtante liberis Conſtantini, ut re-
ctè habet inſcriptio in C. Theod. nec
videtur etiã Auguſtini ætate obtinuiſſe.
c. ult. 7 quæſt. 4. niſi putemus ibi Augu-
ſtinum aut errore facti, aut errore juris
lapſum eſſe, cum aliquandiu poſt illam
ætatem floruerit. Cæterum † an aliàs 19
pater, qui ſuo nomine agere nequit, ſi-
militer ut *hic in d. l. 5.* habeat actionem
intuitu liberorum, ut in feudis, non eſt
hujus loci explicare, ſed pertinet ea diſ-
quiſitio ad *l. ult. inf. de bon. quæ lib.* qua de
re etiã Bart. nonnulla in *l. ult. § 1. n. 3 de
verb. obligat. Bal. Novellus in l. 1. n. 68.
ſolut. mat. Iaſ. l. cum plesſum. 8 n. 133. de le-
g. 11.*

gat. 1. Tiraq. de retractu proxim §. 1. gloſſ. 5. n. 58 uſq. ad 74. & in materia feud. *j. Dd. in c. 1. §. 1. de fr. s. de no feu. inveſt. Bald. l. 2 n 7. inf. de bo. mat. latiſſ. Sigiſm. Neapol. conſ. feudal. 10 n 18. 29. cum ſeq.*

20 Sed an † detur etiam heredibus filio mortuo? Equidē ſi retinemus ſimilitudinem querelæ inoſſicioſi teſtamenti per omnes hujus tituli ll. ductā, fatendū eſt ad heredes tantum ſuos hanc querelam tranſmitti. *l ſciemus penult. § ult. ſup. tit.* 1. ad extraneos non niſi præparatā. *l 5. inf tit. 1. l. 6. §. ult ff. de inoſſicioſ. teſt.* quod ſentire videtur. *Bald. in l. 1 num. 15 h tit.* cum hanc ibi opinionem ultimo loco ponat ex regula. *l. ſi item. 11 ubi Dd notant. de juriſd.* etiamſi alias jus ex donatione quæſitum ad heredes indiſtinctè tranſeat, *l quoties 3. infr de don. quæ ſub modo. l. qui ſolidum. 78. § prædiū. 3. de leg. 2.* ſicut cujuslibet contractus, *l. 2 inf de pactis inter. emp l. ſi pactum de probat.* atqui hoc jus non ex contractu habetur, ut perperam *Bart.* & alij in *d. l. 1.* diſputant, ſed ex lege, contra jus cōtractus *d. l Titia. §. Lucius 4 de leg. 2.*

21 Datur autem † his omnibus, quoties eis legitima debetur. *l. 5 h. tit.* & eam aliunde non habent. *l. 1. verb. quartā non habentibus. h. tit* aut habere poſſunt. *l. 4. & 6. h. tit.*

Cæterùm, quod noſtri ad *l. 5. & 7. h. tit. ac Molin num. 8.* volunt non dari illis hanc actionem, quoties aliquid legitimæ nomine relictum eſt, tum enim hac ceſſante ad ſupplementum agendum eſſe, prorſus adverſatur. *d. l. ſi mater. 7. verb in ijs donationibus, quas filio e largita eſt. h. t.* & etiā ratio, de qua ſupra dictum eſt. Nam ſicut non legitimæ actio, ſic nec cōdictio ſupplementi ejus hoc in argumento locū habet (alioqui nunquam opus eſſet hac ſubſidiaria actione. *l. 5. & 6 h tit.*) ad bona in vivis alienata, de quibus hic quæritur, ut ſupra vidimus, *ex l. 6. tit. 1.* Quare nō datur † in- 22
gratis. *l. 5 verb. non ingratis. h tit.* aut, ut volunt, ab inteſtato excluſis per ſtatutum. *Socin. conſil. 88. circa. nu. 14. vol. 19.* quod cū ſupra refutatū ſit, dicendū eſt, ſicut hi qui nō renunciarunt legitimæ, eam petere, quamvis excluſi, poſſunt! *l. ſi quando. 15. § 1 ubi Dd ſup. tit. 1.* ita nihil eſſe cauſæ, quamobrē & ab iiſdem, hæc quaſi legitima peti non poſſit, ut in terminis decidit. *Schurff. conſil 36. in præſen i n 6. & 7. centur. 2. per d. Clrinā. Iaſon. in auth noviſſima ſup. tit. 1. Cyn & Salicet. in l. ſancimus. 14. inf de nupt.* Datur autē
adverſus † donatarios tam fratres. *l. 1. &* 23
6 h tit. quam extraneos, *l 1 h tit.* eodem omnino modo, ut *d l. 1* oſtēdit, etiamſi noſtri in alia omnia abierint. Datur & in heredes ut diximus. *Molin. h. n. 2. &*
9. Sed an † contra ſingularem ſucceſſo- 24
rem, de quo in *c. penult. de reſtit. ſpol.* ut emptorem, aut alium rerum alienatarum poſſeſſorem? Pendet hæc res ex eo, utrum ſit realis, nec ne hæc actio: Favianam quidem vocat Ulpianus perſonalē in *l. 1. §. hac actio. 26. ſi quid in fraud. patr.* Sed hoc, ut rectè ajunt noſtri, ſecundum quid accipiendum; non ſimpliciter, reſpectu videlicet doli, qui arguitur. *l. quod autem. 6. § hoc edictum. 8 quæ in fraud. cred.*

At in hoc genere magis rei, quam perſonæ fraus inculatur, *d. l. 1. §. penult. verſ. magis enim fraud. in rei. & c. ſi quid in frau. patron* & dolus potius defuncti, quàm poſſeſſoris ſaltem tertij. *l. 1. § ſi quis. 12. verb.* [illegible] *um de dolo ejus non diſputetur, ſed liberti. quæ in fraud. patron.* quo reſpectu licet has

actiones

actiones perhibere reales, præſertim cum ex nullo cōtractu dentur, *Theoph. & Dd. §. ſi quis in fraud. Inſtit. de act.* Cum ergo in his ſufficiat fraudem rei ſubeſſe, & læſionem in legitima petitoris, dicendum eſt contra omnes dari, ad quos res alienatæ titulo lucrativo pervenerunt, quatenus quidem titulo lucrativo habent (niſi fraudis, quæ in ſolidum obligat. *l. ſancimus. 15. in fin. ubi Caſtrenſ. n. 11. ſup. de iud. c. 1. ubi gloſ. ult. de dol. & contumac. num. 6. l. 5. §. ult. ne quis eum qui in jus. Dd. late in l. ſi familia. 9. de juriſdict.* ſint participes, *l. 4. §. de autoris. 27. de except. doli.*) hoc eſt, ut alibi inquit Iureconſ. quatenus facti ſunt locupletiores. *l. quod autem. 6. §. ſimili. 11. quæ in fraud. cred.* Nam quatenus non ſunt locupletiores, peræquè poſſident ex titulo oneroſo & certant de damno vitando, atque ipſi petitores, ideo ſi dolus ipſorum abſit, injurium fuerit in eos dari hanc actionem. *arg. l. is qui. 9. quæ in frau. credit.* niſi precium iis refundatur. *l. 1. §. ſi quis 12. ſi quid in fraud. pat.* ab eo qui mala fide vendidit. *l. is qui 9. quæ in fraud. cred.* nam alias ceſſat in iis ratio. *l. quod autem. 6. §. ſimili. 11. quæ in fraud. cred.* & ſupra diximus in pari cauſa poſſeſſores præferendos. *c. in pari. de reg. jur. in 6.*

25 Materia circa quam † eſt voluntas defuncti, contra quam hac actione donata revocantur. *l. Titia. 78. §. Lucius. 4. de leg. 2.* voluntatem autem accipe tam donationis inter vivos, quam mortis cauſa factæ, ut ſupra dictum eſt. Quia licet effectu pro ultima voluntate habeatur. *l. illud. 37. de donat. cauſ. mort.* Forma tamen, quæ dat eſſe rei. *l. Iulianus. 9. §. 3. ad exhib.* contractus inter vivos eſt, *Iaſ. num. 8. & 11. l. 2. de leg. 1.*

Donationem autem intelligimus non quamvis, ne libertas donandi tollatur inter vivos. *l. 2. ſi à par. man. l. 1. §. ſi quis 12. ſi quid in fraud. pat.* per metum ejuſmodi reſciſsionis. *l. quod ſi 24. §. 1. de minor.* ſed immoderatæ liberalitatis. *l. 1. 2. 3. 4. h. tit.* immodicæ. *l. ult. h. tit.* profuſæ. *l. ſi mater. hoc tit.* enormis. *l. 6. hoc. tit.* hoc eſt, qua legitima lædatur. *l. 1. 2. 7. l. ſi mater. hoc. tit.* Modica itaque donatio huic querelæ locum non facit. *l. 4. de in integ. reſtit. l. 4. h. tit.* ut pondera verborum, quæ poſuimus, enormitas, & ſimilia magnam notant læſionem. *Immol. in c. cum contingat. 28. num. 50 &c. Quintavallis. 21. num 45. de iureiur.* arbitrio judicis pro complexu perſonarum, & rerum æſtimandam. *l. quod ſi minor. 24. §. 1. de minor. Salic. l. 1. num. 1. ſup. ſi adver. vend. pig. aq.* quam tamen non exiſtimo neceſſe eſſe ad dimidiam juſti precij æſtimationem aſcendere, ut in *l. 2. inf. de reſcin. vend. & in l. 3. inf. communia utriusq. jud.* ut quidam ibi Dd. volunt. Nam in ordinarijs remedijs id facilius recipitur: In iſtis extraordinarijs remedijs ob minorem læſionem occurri ſolet. *gloſ. & Dd. in l. 4. h. t.*

Objectum igitur hujus querelæ eſt inofficioſa donatio, ut inſcriptio tituli oſtendit, qua patrimonium exhauritur, ſic ut actores ea ſalva legitimam bona parte habituri non ſint. *l. ſi mater. 7. h. tit.* ex bonis parentum. *l. 1. 2. 3.* aut liberorum. *l. 4. h. tit.* vel etiam fratrum uno caſu. ut dixi. Nec intereſt, 26
† in quem illa liberalitas effuſa ſit, ſive filium, ſive extraneum *l. 1. l. 5. h. tit.* addo etiam piam cauſam. *Card. clem. 2. ver. verum. quæſt. 12. de ſepult. d. cap. ult. 17. quæſt. 4. Tiraq. l. ſi unquam. 8. verb. lis*

ber. is

bertis num. 63. & 66. inf. de revocan. do-
nat. Quod quidem ſi retineas liceb.t &
ita excuſare Auguſtinum *in d. c. ult.* qua-
ſi illa totius donationis reſtitutio ab
Aurelio Epiſcopo facta ſit, non jure fo-
ri, ſed jure poli, quoniam Eccleſia filii
inſtar *l. 5. h. tit.* non niſi legitimam na-
tis poſt liberis reſtituere cogitur. Nec
27 etiam refert quomodo facta ſit, utrum
re, & conſilio, an re tantum. Quoni-
am læſio ſemper eſt eadem. *gloſ. penult.*
in l. penult. h. tit. per l. 2 verb. impetu. h.
tit. melius probat. l. 5. h. tit. Ubi fraus nõ
potuit ineſſe donationi, cum illius tem-
pore alij liberi nec dum eſſent ſuſcepti.
28 Quamobrem † & ad profuſum ludum,
ut ſi pater omnia bona alea perdat, idẽ
extendetur *Bald. in l. 1. in fin. nu. 14. inf.*
ſi quid in fraud. patron. cum pro lucra-
tiva cauſa eiuſmodi acquiſitiones ha-
beantur. *l. 4. §. de autoris. 27. de doli ex-*
cept. Iaſ. num. 53. Zaſ. & Dd. §. ſi quis in
fraudem. Inſtitut. de action. ita tamen ut
de his oneribus tantum enormitas, (ſic
enim vocatur *l. 6. h. tit.*) quantum ad
legitimæ læſionem reſarciendam ſatis
ſit, detrahatur. *Auth. unde ſi parens. ſup.*
tit. 1. & Nov. 92. de immenſ. don. & tot h. t.
29 Quoniam autem † unius incluſio eſt al-
terius excluſio. *l. cum prætor. 12. de iud.*
& exceptio firmet regulam in caſibus
non exceptis. *Dec. l. 1. num. 20. cum ibi*
allegat. de reg. iur. ſequens eſt, cum hic
tantum de donationibus agatur, ut in-
ſcriptio oſtẽdit, reliquos cõtractus ob-
ligatorios, & oneroſos, quãvis damno-
ſos huic querelæ non patere. *Bal. l. 1. nu.*
14. h. tit. Nec enim viventibus debet
eſſe interdicta contrahendi facultas ob
legitimæ ſpem in futurũ. *d. l. 2 ſi à par.*
man. d. l. 1. §. ſi quis. 12 ſi quid in fraud.
patron. quod hac admiſſa ratione con-
tingeret. *d. l. quod ſi. 24 §. 1. de minor.* Et
cum hic poſſeſſor certet de damno vi-
tando, præferri debet actori in deterio-
ri cauſa. *d. l. Papinianus. 8. § quarta 9.*
vel pari. *d. c. in pari de reg. iur. in 6.* niſi
quatenus in lucrativum titulum hi cõ-
tractus incidunt *Bald. d. l. 1. num 14.*
Schurff. conſil. 36. quod in præſenti. num.
4. 5. cent. 2. ut ſi res precioſa modico vẽ-
datur precio. *l. apud Celſum. 4. §. de au-*
toris. 27. de except. dol. aut alius contra-
ctus donationi ſimulatæ obducitur. *l.*
cum in venditione. 36 de contrah. empt. l.
emti. 7. infr. eod tit l ſi quis. 3. vers. &
quod inf. de nat. lib. verbi gratia, ſi uni
filio, puta primogenito, aut uxori vili
precio præcipua bona pater aut mari-
tus vendat. *Bart. l. 2. num. 1. ſi à par. ma-*
nu. Bald. d. l. 1. nu. 14. text. in l. 1. §. ſi quis
cũ ſeq. ſi quid in fraud. patro. quẽ ad hoc
ponderat hic *Molin. num. 53.* Nam ea-
tenus eſt donatio, quatenus precium
non reſpondet. *l. ſi quis. 38. de contrah.*
empt. l. ſicut. 20. locati. Quamobrem † 30
quod ad donationes ob cauſam nõ ex-
tendi hanc querelam putat *Socin. conſil.*
13. præſentis. nu. 4. 5. 10. vol. 4. accipien-
dum eſt, quatenus donanti ea cauſa o-
neroſa, & neceſſaria eſt, non quatenus
exit in donationem. *l. un. inf. tit. 1.* per
ea quæ cumulat *Tiraq. in l. ſi unquam. 8.*
verb. donatione. n 69. inf de revoc. dona-
tion. Molyn. h nu. 51. & 54. Nam hacte-
nus exemplo reliquorum contractu-
um in puram donationem incidunt. *l.*
ſi ſponſus. 5. § circa. 5. de donat. int. vir.
& uxor. Caſtr. Alexan. & Dd. l. ſi dona-
tione. 13 inf. de collat.

Forma agendi † (nec enim ipſo iure 31
fit revocatio, ſed per querelam *l. 1. tit.*
l. 1. inf tit. 1. ut in contractibus ipſo iure
nullis. *l. ſi liber. 26 de iur. patron.*

Molyn. h ad l. 5. glo h. t.) eſt, ut de inofficioſa donatione petatur legitima *l. 2. 5. h. tit. l. un. inf. tit. 1.* quodam quaſi Enthymemate, cuius antecedens eſt accuſatio, ſeu querela inofficioſæ donationis. *l. ult. h. t. l. unic. inf. tit. 1.* conſequens petitio debitæ portionis. *l. 12. & paſſim h. t.*

32 Quod ad probationem † attinet, quanquam alias fraus & dolus probanda ſint, *l. dolum 6. ſup. de dol. mal.* tamẽ hic ſatis erit probare dolum reipſa ſubeſſe. *l. 1. §. pen. ſi quid in fraud. patr. l. 4. 5. & paſſim h. tit.* ut ſi filius probet ſibi deeſſe legitimam de bonis, prout nunc ſunt poſt tẽpus mortis paternæ, collatis ad illud patrimoniũ, quod ante donationem pater habebat *Molyn. h. num. 65.* in quorum utroq; opus eſt probatione ſi negetur ex *l. actor. inf. de probatio.* Nam & enormitas probanda eſt donationis tanquam læſio, *l. 1. verb. ſi ut allegatis* (Nam allegare, probationis neceſſitatem habet implicitam. *l. minor ã. 6. inf. de præd. min.*) *l. 4. verb. diſcuſſa fide veri. l. pen. ver. ſi liqueat.* ſicut & alia quælibet læſio in revocatoriis eſt probanda. *l. nam poſteaquã. 4. § ſi minor. in fin. l. 1. ſup. ſi advers. vendit. pignor. c. 1. ubi Panor. num. 2. de in integ. reſtit. l. 1. ſup. qui & advers. quos in integ. reſt. nõ poſſ. Mynſing. obſ. 16. 21. cent. 4.* Ea autem nõ aliter hic probari poteſt, quàm collatione bonorum, prout nunc ſunt, & tempore donationis fuerunt; Dilucidatur autem hæc res bonis excuſſis, de qua re agitur in *Authent. præſen. c. ubi Angel. & Dd. inf. de fideiuſſ.* Et per juſtum inventarium, vel jusjurandum poſſeſſorum. *l. ult. § licentia. ubi gloſſ. verb. ſimili inf. de jur. delib. l. 2. infr. quando & quib. quarta pars, lib. 10.*

Quamobrem poterit ſacramentum Reo deferri, ut declaret, quantum ex donatione acceperit, & contra agentis, vel alterius poſſeſſoris hereditatis juriſjurando, aut repertorio juſto explicari, quantum ſit in bonis defuncti repertum ex *d. l. 2. & d. l. ult.* & contra contumacẽ jurabitur in litem. *ex l. 1. 2. & tot. tit. inf. de in lit. iur.*

FINIS eſt † ut quartam liberi conſequantur. *l. 1. in fin. h. tit. & Nov. 92.* quæ hodie eſt triens, vel ſemis: *Authent. noviſſima & authent. unde ſi parens ſup. tit. 1.* Quod autem in *l. penult. h tit.* dicitur; adverſus eorum cogitationes, qui conſiliis ſupremum judicium anticipare contendunt, & actiones filiorũ exhauriunt, rationem depoſcere aditũ querelæ, hoc ad impulſivam, & finalem pertinet, ſic tamen, ut conſiliũ non ſufficiat ſolum ſine re, h. e. læſione rei, fraus autem ſatis ſit ſine conſilio, *l. 2. 5. h. tit. ut declarat gloſſ. penult. in d. l. penult.* 33

EFFECTUS † duplex eſt aut ſaltem dupliciter conſiderari poteſt, ſicut alius eſt effectus abſolutoriæ ſententiæ, alius condemnatoriæ, quia contraria ſunt *l. 1. ubi Dd. de re iudica.* Utrique autem in omni judicio poteſt eſſe locus, & potior eſt abſolutionis cauſa, cui in dubio deferendum eſt. *l. 5. de pœn. l. Arrianus. 47. de oblig. & action. c. ul. de re jud.* Abſolutoriæ hoc in argumento quis ſit effectus ſuperius ad querelam inofficioſi dixi, cuius jure æſtimatur *l. ult. h tit. Socin. d. conſil. 18. præſentis. num. 10. 11. volum. 4.* Excipe tamẽ non amittere relictum à defuncto, qui in hac querela ſuccumbit, ut in illa *d. l. Papinianus. §. meminiſſe. 14.* cum quia hæc non impugnat ultimum judicium defun- 34

defuncti, quo relictum eſt, nec etiam
totum contractum impedit, ſicut que-
rela inofficioſi teſtamenti, tum etiam,
quia petit portionem legi debitā, quod
genus non reddit agentem indignum,
*d. l. Papinianus. §. ſi quis ex ratione. l. 4.
inf. ad L. Iul. de adult. l. Paulus. 8. de
prætor. ſtip.* Effectus condemnatoriæ
congruit cum petitione juxta *l. ult. de
fideic. liber.* ſcilicet ut debitum bo-
norum ſubſidium de hereditate detra-
hatur per ſententiam & executionem
l. 2. 5. 8. 7. h. t. Molyn. h num. 59. &
reddatur ipſis petitoribus liberis. *l. 2. cū
ſeq.* aut ipſi donatori interitu liberorū.
l. 5 h tit. atq; ita intelligenda & reſtrin-
gēda eſt *l ſi mater. in verb quod imme-
deratè geſtum eſt revocetur h. e uſq; ad de-
bitū bonorū ſubſidiū*, ut inquit ibi *Accur.
in d. l ſi mater. per l. ſi tota 25. l 1. l penul.
& paſſim h. tit.* Eatenus enim geſtum
eſt duntaxat immoderatè *Auth. unde ſi
parens. ſup tit. 1. & Nov. 92* in quo differt
ab inofficioſi querela, quæ totum olim
teſtamentū *l Papinianus § ult ſup. de
inoff. teſt.* hodie totā inſtitutionem eva-
cuat, & reſcindit. *Auth ex cauſa. inf. de
lib. præter & Nov. 15.* Nam ultimæ vo-
lūtates facilius patent his querelis, quā
donationes inter vivos *l. etiam. 11 de in-
off. teſtam* quod pluribus perſequitur
*Molyn. hic n. 9. & 42. per l. tale pactū 40.
§ ult de pact. Tiraq. ad l. ſi unquam. verb.
libertis. n. 66. inf. de revoc. don* Huic ta-
95 men † declarationi obſtare putatur *l. ſi
libertus. 16. de iure patron.* qua moti in-
terpretes putant, hac etiā querela re-
ſcindi totum teſtamentum, quoties ex-
traneo fraudulenter eſt facta, *Bart. Caſt.
& Dd. l Titia. 87. §. Imperator de leg. 2. Bal.
l. n. . h. tit Caſt. h. in rubr. n. 2. & 3. Pa-
nor. c. ult. nu. 5. de donatio, Fer r. in for. lib.
pro donat. ver. irrevocabiliter.* Et hanc
communem facit *h. Molyn. n. 18.* con-
tra decitionem quantum arbitror ex-
preſſam *in l. 1. & l. penult h. tit* ubi do-
natio quælibet extraneo facta conſilio,
& re inofficioſa, non tamen niſi ad le-
gitimam revocatur. Quod autem ea
jura ſic interpretātur, & eludunt, quaſi
ibi quid relictum fuerit petitori, ut in
l 2. ſi mater 7. h tit. eoq; non niſi ad legi-
timam agere potuerit *ex l. quando. 30.
ſup. tit. 1.* mera eſt divinatio, non etiam
congruens huic argumento & titu-
lo, cum illa condictio *ex l. omnimodo.
ſup. tit. 1.* prorſus ſit, ſec' ac hæc ſubſidia-
ria actio, neque detur ad bona inter vi-
vos donata. *d. l. etiam. 11. de inoff. teſtam.*
nec rectè trahitur huc ex adverſo. *d. l. ſi
libertus. 16.* quoniam ibi nō in fraudem
patroni tantū, ſed etiam legis facta erat
alienatio, eoq; ipſo jure nulla. *l. 5 ſup.
de ll.* & jure in totū revocatur, ut ibi eā
rationem textus expendit, quæ hic locū
non habet. *d. l. etiam 11. de inoff. teſt.* Nā
ubi nulla eſt donatio, hac ſubſidiaria a-
ctione non eſt opus. *l. 4. h. tit. & in l. in
cauſa 16. de minor.* ac ne reſciſſione qui-
dem opus eſſet, cum quod nullum eſt
reſcindi non poteſt. *l. 5. de iniuſt. rupt.
teſt.* Obſtare videtur durius *d. l. Titia.
87. §. Imperator. cum ſeq* Vbi etiam nepo-
ti donatum, intervertēdæ querelæ cau-
ſa, pro dimidia parte revocatur, quod
Molin h. ex communi Dd. ſenten-
tia ibi accipit, de dimidia donationis
totius, & ita dicit aliquando iudica-
tum *Pariſ. num. 59. & 60.* perperam
omnino, cum ibi ne quidem extraneo,
ſed libero, nempe nepoti facta fue-
rit donatio, quæ etiam ex Doctorum
ſententia tantum ad legitimam revo-

poſſunt, ut omnes hujus tituli leges oſtendunt; Ceſſante nimirum hujus actionis cauſa, nempe in legitima læſione, & quia jam finis hujus habetur fruſtra fuerit de medijs illius diſputare. *§. ſuſpectus. Inſtit. de ſuſpect. tutor.* & obſtat exceptio; Petis quod jam ante habes.

39 Contraria item † agnitio voluntatis defuncti. *l. penult. h. tit. & conſtit. 12. par. 3.* ſcilicet à majore facta. *l. parentibus 8 ſup. tit. 1.* Nam minor contra reſtitui poteſt. *l. cum donationibus. 6. h tit. & tot. tit. ſi adv trans. & 1. t. ſi minor. ab hered. ſe abſtin.* quod accipit. *gloſ. in d. l. 6.* etiam de tacita agnitione, ut perceptione legati. Rectius *Bart. & alij in d. l. 6.* de expreſſa, & ſpecifica renunciatione tantum, quoniam agnoſcendo legatum approbatur quidem teſtamentum. *d. l. Papinianus. 8 §. ſi conditions.* ſed non approbatur donatio, quæ nihil habet cum teſtamento commune, nec ex eo dependet. Unde nec ita querelam hanc excludi putandum eſt, cum ex ſeparatis nihil inferatur. *l ult. de calumn. l. Papinianus. 20. verſic. quid enim commune habet de minor.* & limitata renunciatio, & transactio limitatum producit effectum. *l. 5 de transact. l ſi de certa. 31. ſup. eod.* & renunciatio omnis ſtricti juris eſt. *Iaſ. l. 4. num. 10. ſup. de pact.* ſicut & transactio. *Alciat. & Dd. in rub. de transact.* nec extenditur ultra id, quod expreſſum eſt. *Dec conſil. 132. num. 2* aut actum. *l. qui tutor. 9. de transact.* multo verò minus ad immoderata. *Immo. c. 5. num. 41. de jureiur.* & fraudulenta *l tres fratres. 35. de pact. d. l. 9. §. 1. de transact.*

40 Contrarium eſt etiam † jusjurandum de non amplius petendo, aut ſimile, quoniam habetur loco ſpecificæ renunciationis *c. ex reſcripto 9. de jureiur.* dummodo corporaliter ſit præſtitum. *l. 3. in fin. ſup. ſi minor. ſe maior. dix. Auth. ſacramenta. ubi Iaſ. & Dd ſup. ſi adv. vẽd.* non in ſcriptis. *d. l. 1. d. l. 3. in fin.* neq; per æquipollens, ut per fidem loco juramenti, quæ non ſufficiunt, ubi Lex pro forma corporale juramentum requirit. *Iaſ. & Dd d. Authent ſacramenta.* Nec enim tale eſt, quod pro tali habetur. *gloſ. l. mercis. 207. de verb. ſignificat. Bald. c. 1. in princ. de conſ. recti feud. & conſ. 12. num. 4. conſil. 49 num. 2. part.*
3. Sed nec † jusjurandum renunciantis 41
obſtat ejus ſucceſſori, ut vult *Bald. h. tit. l. 1. nu. 4.* quia perſonale eſt. *Imo. & Dd. c. veritatis de jureiur.* Nec obligat fidem ſucceſſorum ſuo jure venientium, *Caſt. late num. 3. 4. poſt Bartol. l. qui ſuperſtitis. 93. de acquir. hered.* quod verum arbitror, quoties caſus ſucceſſionis in vita ſucceſſoris, puta filij, aut nepotis contingit, ſecus ſi in vita renunciantis, qui jurat, ut diſtinguit. *Bald. in l. ult. num. 16. ſupr. de pactis. & l. pactum. 6. num. 13. inf de collat. Bart. Caſtr. & Dd. d. l. qui ſuperſtitis.*

Quanquam enim Iusjurandum ſit perſonale, quoad obligationem perjurij. *Innoc. & Dd. d c. veritatis. 14. de jureiur.* Non tamen quo ad obſervantiam contractus jurati, cui ſucceſſor obligatur, cum in eum obligationes cum omnibus ſuis qualitatibus, & acceſsionibus tranſeant. *tot. tit. inf. ut actiones ab hered & contra her. incip. l. 2. inf. de pact. inter emptor. & venditor* Ita ſubtiliores diſtinguunt, *ut Immola, num. 18. d. c. veritatis. Alciat. num. 120. in c. cum contingat. 28. de jureiur. Covar. in c. requiſivisti. 15. num. 2 de teſtam. & in c. quamvis. 2. part. 1. §. 3. num. 4. de pactis, in 6.* 4

42 Extra hunc † enim ſpecificæ vel juratæ renunciationis caſum non arbitror impedimento eſſe huic actioni, quod petitor donatori factus ſit heres. *l. 1. 2. 3. h. tit* quaſi contra eius contractus venire nequeat. *l. cum à matre 14 inf. de rei vendicatio* Nec enim facto defuncti legitimæ petitio deterior fieri poteſt. *l. quoniam 32 ſup. tit 1.* Nec hic propriè contra factum defuncti itur, ſed inde legitima velut æs alienum aufertur, quod à reſciſsione abeſt. *l. omnimodo. 30. cum ſeq. ſup. tit. 1.* nec impedit illam juris hereditarij obligatio *Bart. Salic. & Dd. l. ſi familia. 14. inf. fam erciſcund. Tiraq de retract. proxim. §. 1 gloſ 9 nu. 59. & §. 26. gloſ 1. num. 10. Molyn. in conſuet. pariſ tit 1. § 8. gloſ 3. num. 22. Arius Pinellus in l. 1. par. 3 num 99. Cod. de bon. mat. Feudiſtæ in c. 1. an cognatus vel filius. facit conſtit 48. & 49. part. 2.*

TITULUS XXX. De inofficioſis dotibus.

1. *Continuatio.*
2. *Omnis dos eſt patrimonium mulieris, ſed non contra omne patrimonium mulieris eſt dos, ſed illud tantum, quod ab ipſa dotis nomine marito datum eſt: omnia autem a muliere marito tradita, vel vere, vel ficte, præſumuntur dotis nomine data, niſi aliud vel expreſſe vel tacite fuerit conventum n. 4 & 5.*
3. *Dotis definitiones, de quibus poſtrema, quæ eſt communis, diſerte explicatur.*
6. *Dos inofficioſa quæ? & n. 16 31.*
7. *Actio inofficioſæ dotis quæ? remiſsivè.*
8. *Dotis propria & n. ſeqq.*
9. *Dotem eſſe ius quoddam univerſale cõtra Bald. Iaſ. & alios aſſerit author, licet horum ſententiam amplecti videatur. n 21.*
10. *Dos eſt contractus nominatus ad transferendum dominium habilis.*
11. *Dos eſt titulus oneroſus reſpectu mariti, non quidem ſimpliciter, ut communis Dd. ſ. ſola placet, ſed tamdiu, quamdiu matrimonium durat; hoc enim ſoluto incipit eſſe lucrativus. num. 12. reſpectu vero mulieris ſemper eſt titulus lucrativus n. 13. etiamſi huic ſententiæ quædam obſtare videntur. numer. 14.*
13. *Et ideo actio inofficioſæ dotis ſucceſſoribus mulieris adverſus maritum ſoluto demum matrimonio competit, adverſus mulierem autem eo conſtante. & n. 54.*
14. *Mulier licet neceſſario dotem dare non cogatur, eo quod matrimonium etiam ſine dote conſiſtat, tamen ubi maritus eam exigit, dotem ſuæ, maritiq; dignitati conformem inferre tenetur, quod limitatur n. ſeq*
15. *Mulier non tenetur omnia ſua bona in dotem dare, etiamſi maritus iis dignus reperiatur.*
16. *Dos tunc inofficioſa cenſetur, & locum querelæ facit, ubi per eam fraudantur legitima ij, quibus ea debetur n. 18. etiamſi fraus abſit n. 31 rationem vide n 41.*
17. *Dos eſt jus reale & propterea nuda promiſſione non conſtituitur, ſed ſaltem traditione. n 24. 33.*
18. *Proprium dotis inofficioſæ.*
19. *Actio de inofficioſa dote eſt ſubſidiaria, & ubi alio auxilio legitima iis, quibus ea debetur, poteſt eſſe ſalva, hæc ceſſat. n. 39.*
20. *Actio inofficioſæ dotis eſt univerſalis, quod limitatur n 21.*
22. *Actio inofficioſæ dotis an ſit bonæ fidei.*
Cujus naturæ eſt contractus, ejuſdem quoq; eſt diſtractus, ita ut ſi contractus ſit bonæ fidei, eandem quoq; naturam ſapiat diſtractus, quod tamen fallit in odioſis.
23. *Partes actionis de inofficioſa dote quæ?*
24. *Dos promiſſa an ſit proprie dos, & an ejus nomine detur querela inofficioſæ dotis num. ſeq.*
25. *Dotis ſpecies. n. 26. 27 28. 29. 31.*
26. *Dos putativa ſeu quaſi eodem iure cum vera dote*

dote cenſetur.

29. *Dos exigua pro dote non habetur, ſed illa ſaltem, quæ facultatibus mulieris, dignitatiq; mariti eſt conformis.*

30. *Dotis quantitas quæ? an ſcilicet ea legitimæ quantitate ſemper æquare debeat, an vero eandem excedere poßit.*

32. *Species actionis de inofficioſa dote.*

33. *Dotis cauſæ efficientes tam remotæ & n. 34. 35. quam propinqua n. 34. finis & effectus remißivè n. 58.*

35. *Dos ſine matrimonio eſſe nequit, unde res dotis nomine tradita ante conſummationem matrimonij non incipit eſſe dotalis.*

36. *Unde etiam lucra dotalia cõjugibus altero decedente ante matrimonij completionem, & thori conſcenſionem non debentur, quamvis privilegia dotis ſtatim à die factæ copulationis deberi incipiant.*

Argumentum à lucris dotalibus ad privilegia dotis, & contra, non eſt in jure validum. & n. 4.

37. *Querelæ inofficioſæ dotis cauſa efficiens remota, & proxima, tàm ex parte actoris, nu. 38. quam rei conventi. n. 41. item materia, n. 49. forma libellandi n. 52. & ſeqq. probandi n. 56 finis & effectus n. 51. & 58.*

39. *Querela inofficioſæ dotis ceſſat, ſi mulier dotem dans ſtipulando caverit heredibus ſuis, ut ſe mortua vel dotem totam, vel legitimã ſaltem inde petere poßint.*

40. *Bartoli & Baldi intellectus* huius l. un. *rejicitur, qui querelam inofficioſæ dotis tunc locum habere negant, quando læſio legitimæ contracta eſt per ſimplicem effuſæ dotis dationem, eo quod hoc in caſu remedium.* l. un. C. de rei uxor. act. *ad totam dotem revocandam competat: ſed tunc demum beneficium* h. l. un *dari contendunt, cum propter pactum de lucranda dote cum marito à muliere initum defraudantur legitima ij, quibus ea ex bonis mulieris debetur, ubi ſimul commemorantur plurimi caſus, quibus hæc querela indulgetur.*

42. *Querela inofficioſæ dotis, quibus detur & nu. ſeqq. nempe primo liberis prioris matrimonij, ſi mater eorum vitrico plus in dotem dederit, quam ipſis reliquerit. & n. 61.*

43. *Deinde datur quoq; liberis ſecundi & primi matrimonij, ſi uxor cum marito pacta eſt, ut ſe mortua maritus dotẽ integram lucretur, ſive ex illorũ matrimonio naſcituri ſint liberi ſive non, aut quando ex generali ſtatuto maritus mortua uxore dotem totam lucratur.*

44. *Datur etiam ſpurijs adverſus dotem immoderate datam à matre.*

45. *Eadem deficientib. liberis datur quoq; parentibus, & ſucceßive aliis, quibus legitima debetur, ſi ea per inofficioſam dotis dationem fuerint fraudati.*

46. *Querela inofficioſæ dotis ab ijs, quib. jure competit, tranſmittitur ad ſuos heredes, etiam non præparata, ad extraneos vero non niſi præparata.*

47. *Querela inofficioſæ dotis an & quatenus detur patrono contra libertum inofficioſe dotantẽ.*

48. *Querela inofficioſæ dotis contra quos detur.*

50. *Quia dotalicio conſtituto in Electoratu Saxon. dos expirat, quæſtionis eſt, an querela hæc inofficioſæ dotis ſit extendenda ad dotalitiũ, ut & inde legitima ijs, qui ea per effuſionem dotis defraudati ſunt, ſit ſupplẽda?*

51. *Querela inofficioſæ dotis non tota dos, ſed ſaltem usq; ad legitimam revocatur.*

53. *Querela inofficioſæ dotis ubi intentari debeat.*

54. *Querela inofficioſæ dotis à quo die competere incipiat & n. 13.*

55. *Eidem intra quod tempus præſcribatur.*

59. *Adjacentia dotis.*

60. *Affinia ejuſdem.*

6[illegible]. *Affinia actionis de inofficioſa dote.*

Actio, quæ ex l. hac edictali. 6. C. de ſecund. nupt. *cõpetit liberis prioris matrimonij pro dimidia dote conſequenda, eo in caſu, quo mater ipſorum ad ſecunda vota volans vitrico in præjudicium liberorũ plus in dotẽ dedit, quam liberis reliquit, querelam inofficioſæ dotis non excludit, aut tollit. & n. [illegible]2.*

Mulier, quæ omnia ſua bona in dotem dedit marito, eandem propter liberorum ſupervenientiam revocare poteſt per l. ſi unquam C. de revo. do n.

Pater lucra dotalia liberis illius matrimonij tenetur reſervare.

62. Con-

62. *Contraria dotis, & actionis de inofficioſa dote.*

Si immodica dos data eſt, & matrimonium poſtea propter adulterium ſolutum, querela tamen inofficioſæ dotis locum habet.

1 VT † donatio reſcinditur per querelam inofficioſæ donationis, ſic dos immenſa per querelam inofficioſæ dotis, de qua neceſſe fuit ſeparatim tradere, quia dos, nomine, ac jure donationis non continetur. *l. ex promiſſione. 19. de oblig. & actio. l. pro oneribus. 20. inf. de iur. dot.*

2 Dos licet † ſit proprium mulieris patrimonium. *l. 3. §. ergo. 5. in fin. de minorib*, non tamen omne eius patrimonium dos eſt. *l. ſi. ego. 9. §. 2 & 3. de jure dotium. l. maritus. 21. ſup. de procurato.* niſi eo nomine ſit omne datum. *l. mulier bona. 72. de iur. dot. l. nulla. 4. inf. eod.*

3 *tit.* Dos † Varroni eſt pecunia nuptiarum cauſa data: *Cujacio* pecunia, quæ marito uxoris nomine donatur. *obſ. lib. 5 c. 4.* Doctoribus eſt jus univerſale. *gl. l 5. verb. ſed dotis. de impen. in res dot. fact.* in ſe continens id, quod à muliere vel ejus nomine traditur marito, vel ejus patri ad onera matrimonii ſuſtinenda. *Bar. num. 11. & Dd. in rub. ſolut. mat. Bal. de Novel. in tractatu de dote. in princ. Socin. conſil. 51. vol. 1. num. 4.* Nec ob-

4 ſtat † quod dos ſine pacto, & promiſſione non conſtituatur. *l. ult. inf. de repud. l. ſi ego. 9 §. 2. de jure dot. & inf. tit. de dot. promiſſ.* Nam traditio, cuius fit mentio in definitione, titulum præſuppponit, & promiſſionis loco eſt. *l. quia autem. 23. de jure dot.* quam ad hunc ſtatum ſingularem putat. *Bald. l. nulla. 4. num. 2. inf. de jur. dot.* Habetur autem pro traditione pati aliquem ſuo nomine, ac jure rem occupare. *§. interdum. 44. & §. ſeq. Inſt. de rer. diviſ.* maximè in incorporalibus. *l. 3. de uſufr. l. 3. § 2 de act. empt.* cuiuſmodi dotis jus eſt. *gl. d. l. 5. de impen. in res dot fact.* Ex quo argui videtur poſſe, quæ vel tradit uxor marito ad onera conjugij toleranda, vel ab eo poſsideri hoc nomine patitur, ea omnia dotis eſſe. *gl. 1. ex Ariſtotele in topicis. d. l. mulier bona. 72. de jur. dot. Bar. l. ſi conſtante. 24 num. 78. ſolut. mat. & in d. q 7. n. 1.* præſumitur autem hoc nomine dari, & concedi, ſi aliud nõ exprimatur, cum ipſo facto talis titulus inter conjuges ſubſit. *Bar. quæſt 7 num. 7. Bal. Novellus. tract. dotis parte. 6. privileg 14.* alioqui res eſſet caſura in donationem, quæ nunquam præſumitur, ubi alia cauſa conijci poteſt. *Iaſ. & Dd. l. 3. de pact.* maximè inter conjuges, quibus ea eſt interdicta. *l. 1. 2. 3. & tot. tit. de don int. vir. & ux* Quamobrem cum ejuſmodi ita tradita, vel occupata à marito conveniant definitioni dotis, ab ipſis Dd. traditæ, conſequens eſt, quæ definitioni includuntur, & congruunt, eadem etiam convenire definito, & eidem ineſſe. *Eberb. loco à definitione in prin* utcunque hanc rem mirificis diſputationibus interpretes involvunt. *Bart. d. l. ſi conſtante. num. 73. & idem ſibi contrarius in d q. 7 per totum incipiente, Mulier magnum trahens patrimonium, Bald. d. l. nulla. num 3. & 4. inf. de jur. dot. Bald. Novel. parte. 6. privileg. 14 Phil. Porti. conſ. 81. num. 7. & conſil. 83. num. 1. 2. 3. Alex. conſ. 144. nu. 2. & 9. lib. 7. Rolandus à Valle ſuper ſtatu. de iur. dot. quæſt. 71.* quoniam ſententia contraria certè obtinere non debet extra odioſum argumentum, de quo tractant, videlicet lucrum dotis marito acquirendũ, cõtra cauſam favorabilem dotis,

dotis. l. in ambiguis. 85. de reg iur. ut cum de alienatione dotis, aut prioritate, aut ſimilibus dotis privilegiis tractatur: Illud tamen fatentur Dd. viduam quæ priorem dotem ad ſecundum maritum infert, dotem doti dediſſe videri Bart. d. q. 7 num. 2. Bal. d. l. nulla. inf. de iur. dot. Rolan à Val. d. tract. de lucro dotis. q. 71. per l dotem. quæ. 30. de iur. dot. l. cum maritus. 29. §. 1. de pact. dotat. l. pen. §. 5. ſolut. matr. Amplius dicit Bart. in l. Titio. 71. §. Titio. 3. in fin. de condit. & demonſt. quicquid mulieri nomine nuptiarum offertur, id omne dotis eſſe, etiamſi aliud non exprimatur, cum ipſæ circumſtantiæ rei oſtendant, hoc nomine dari. Bar. d. q. 7 Bal. Novel. d. privil. 14. & in ambiguis pro dote reſpondere melius eſt. l. in ambiguis. de reg. iur. cur ergo & non putabimus idem, cum marito, vel ſponſo nomine
5 ſponſæ, vel uxoris traditur: Unum caſum excipio, † cum videlicet aliud conventum eſt, aut expreſſum. l ſi ego. 9. §. 2. de iur. dot. d. l. maritus. 21. ſup. de procurat. aut tacitè, & per conſequentiam, puta cum dos in certis rebus tantùm conſtituitur. d. l. ſi ego. §. dotis. 2. l. ſi conſtante. 19. inf. de dona. ante nupt. quo caſu unius incluſio eſt alterius excluſio. l. cum prætor. 12. de iudiciis. atque ita accipio Baldum de Novell d. pri. 14. vers. ſecundus caſus principalis. & Iaſ in l. ma-
6 ritus. 21. num. 12. ſup de procurato. Hæc de dote, quæ inofficioſa dicitur, † quoties tanta eſt eius enormitas, ut per eam legitima minuatur. l. un hoc tit. quemadmodum & toto tit. ſuperiori inofficioſa hoc reſpectu donatio vocatur.

7 Definitionem † huius actionis hic non repetam: eſt enim eadem cum ſuperiore. Propria dotis † pene ſunt 8
inumerabilia, de quibus abundè Dd. in l. 1 ſolut. mat. & tot. tit inf. de privil dot. Bal. de Novel. Campezius in tractatu de dote.

Sufficiat hic ſcire titulum dotis
eſſe univerſalem †, ut vult quidem Bar. 9
num 18. in rub. ſolut. mat. pro quo. d. l. 5. ubi gl. verb. qui dotis. de impenſ. in res dotal fact. l. ſi marito. 31. §. 1. ſolut. mat l. ſi is qui. 56. §. quod dicitur. 3. de iur. dot. & l. 1. §. 4. verb. ad univerſitatem erit referendum. de dote prælegat. c. Raynutius. 16. de teſtam: quem tex. ad hoc ibi ponderat Anto de Butrio in notab. & Iaſ in rub. ſolut. matrim. num. 28. Contra tamen alij ſtatuunt, ut Iaſ. ibid. poſt Bal. quoniam aiunt dos vendicari poteſt. l. in rebus. 30. inf. de iur. dot. univerſitas non item. l. vendicatio. 56. de rei vẽdica. Facilis eſt reſponſio, quòd res dotales vindicentur, ut corpora l. doce. 9. inf. de rei vendic. non ius ipſum. d. l. vendicatio. 56. Ita accipe d. l. in rebus. aliud autem eſt dos, aliud res in dotem data. d. l. 1. § 4. de dote prælegat. d. l. vindicatio. Socin. Iun. in rub. ſolut. mat. parte 2. num. 99. quanquam contra hanc communem diſputet. parte 3 num. 29. Secundo quia jus univerſale manet omnibus rebus extinctis l. peculij 4. §. 5. l. peculium. 40. in fin. de pecul. l. qui filiſfam. 14. §. 1. de hered. vel act. vendita. dos non item. l. 1. l. plerunq. 10 in fin de iur. dot. Tertio ſi dos eſſet univerſale, quid ſententia circa eam lata incerta valeret? quod tamen negat l ult infr. de ſent quæ ſine cert. qu. n. ad textus, qui cum Bar. faciunt, hi reſpondent, dotem tum eſſe jus univerſale, cum mulier omnia bona in dotem dedit. l. mulier bona. 72. de iur. dot. vel univerſitatem aliquam, ut pa-

 tero-

ter omnem hereditatem *Iaſ l. Papinianus. 13 § in dote. 4. num. 4. de acq poſſ.* Quomodo & venditionū eſt quædam univerſitas, ſeu titulus univerſalis. *l 2. ff. de hered. vel act. vendit l 6. infr. de hered. vel. act. vend.* quam ad hoc allegat *Iaſ. in d l Pomponius. 13 §. in dote de acq. poſſ.* & fideicommiſſum. *Inſtit de fideicom hered. per totum*, in quo hanc diſtinctionem facere videtur §. *ult Inſtit. per quas perſon* ſicut in dote *l. 1. in prin. ubi gl verb. univerſa. ff de uſucap pro dote.* Quanquam autem hæc diſtinctio non eſt incommoda, ut dicamus dotē eſſe jus univerſale, cum univerſitatem continet, non verò quoties res ſingulares, puta prædium unum, & Baldus in *l. ult. nu. 4 & 5. inf. de ſent. quæ ſin. cert. quant.* communem hanc dicat contra Bartolum tamen à recentioribus Bartoli ſententia indiſtinctè recepta magis eſt, ut fatetur *Iaſ. in rub ſolut. mat n. 28.* quod pluribus oſtendit *Socin. junior. ſæpius* appellans hanc communem *in eadem rub. ſolut. matr. parte 3, num. 19. 20. cum ſeq* ad omnia cōtraria reſpondens, oſtendensq́; ſententiam incertam hic poſſe tolerari *parte 3. num. 32. cum ſeq.* Deniq; teſtantur hanc eſſe communē *Ripa ibidem nu. 43. & Baptiſ Villalop. in commun. opin. verb. dos dicitur jus univerſale. nu. 1·7 & Socinus in theſau. commun. ſenten. verb. dos. nu. 293. cum ſeq.*

10 Secundo † ſtatuamus dotē eſſe quendam contractum. *l. dotis promiſſio. 68. de jur. dot. toto tit. inf. de dotis promiſſ. & inf. de pact convent & ff de pact. dotal.* qui convertitur cum dote, ut multis oſtendit *Socin. Iun. rub. ſolut. mat. parte 3. num. 15. & 38.* & quidem contractum nominatum *l. 1. in princ. ubi Doctores, de uſucap. pro dote l. unic. in princip. inf. de rei uxor. act. Dd. communiter poſt Alexand & latiſſ. Socin jun. rub. ſolut. matrim. parte 3 num. 38.* ac quidem dominij translativum, ſeu habilem ad dominium transferendum. *d. l 1. de uſucap pro dote. l. ſi ego. 9. § 1. de jur. dot. l. doce 9. inf. de rei vendic. l. in rebus 10. ubi Dd inf. de jur. dot. §. 1. Inſtitut. quib. alien. licet vel non.*

Et quidem † eſſe titulum onerosum, 11 reſpectu mariti. *l ex promiſſione. 19. de obligat. & act. l. pro oneribus 20. ubi Bar. infr. de iur. dot. Iaſ l. ſi donaturus. 9. § ſi quis. num. 10. de condict causa data. & in l. licet. 19. num. 13. & 15 ſup. de pact. & in l. ſi emancipata. 3. num 2. ſup. de iur. & fac. ignor in l. Neſennius. 41. num. 5. de re iud. l. Mævia 49 §. 1. ubi & Bart. notat num. 1. ſolut. matrim. & idem Bart. in l. ultim. §. ſi à ſocero 1. quæ in fraud. cred. & in l unic. num. 26. infr. de imp. lucr. deſcrip. lib. 10. Campeg. de dote parte 2. q 55.* etiam, ut voluit, cum eidem lucro cedit. *Tiraq. in ll. conn nub. circa finem. gl. 6. num. 254. & l. ſi unquam. verb. donatione largitus. num. 173. infr de revocand. donat. per l. 1. § ſi verò ubi gloſſ. verb. ad lucrum. Bald. Ioh. Platea. infr. de impen. lucrat deſcrip. lib. 10. gloſſ Bart. Bald. Alex. & Rom. d. l. ſi donaturus. 9. de condict. cauſa dat.* Quia non eſt merum lucrū, cum propter onera matrimonii contingat. *d. l. ſi donaturus. 9. in princip. de condict. cauſ. dat.* & ex quadam coniugij neceſsitate ſequitur. *Caſtr hic in princ. num. 1.* ut in liberalitatem cadere non poſsit *l. ex promiſſione. 19 de oblig. & action. l. rem legatam. 18. de adim. legat* Verum † in 12 hoc non videntur noſtri reſpexiſſe ad hanc

hanc legem unicam, cui, poſita hac doctorum ſententia, locus eſſe nequit; Ad ea vero quæ Dd. hic adducunt, paucis reſpondeo, quàm diu durat matrimonium, atq; ita cauſa oneris durat titulo oneroſo dotem poſſideri, ſoluto matrimonio non item, ſed ſine cauſa dotem apud maritum eſſe, eoq; ex lucrativa cauſa deinceps poſſideri, quod prob. *d. l. ſi donaturus 9. l. ex promiſſione. 19. in verſ. ex lucrativa cauſa rem habere cepit de oblig. & act.* alioqui nunquam huic *l. unica* locus eſſe poſſet adverſus titulum oneroſum, ut ſupra vidimus:
13 Ex parte mulieris † non eſt oneroſus, ut hanc communem facit *Arius Pinel. in l. 1. parte 3. pag. 125. inf. de bon. mater. Covar. de ſponſal. parte 2. cap. 8 § 6. nu. 12. Soarez in theſau. ſent. verb. dos num. 304. vers. dotis cauſa quo ad mulierem lucroſa cenſetur.* Rationem eius puto, quia eandem ſine ſynallagmate accipit à patre vel alio, & quidem ſuo bono ad maritum affert, ſic tamen nõ ut amittat, ſed plurimis privilegiis illi ſalva conſervetur. *l. 1. & toto tit ſolut. mat. l. 1. 2. 3. & paſſim de pact. dotal.* ut non mirum ſit contra eam ſucceſſoribus mulieris hanc dari actionem, tanquam contra donationem, cum dos titulus ſit lucrativus reſpectu mulieris indiſtinctè, quo ad virum autem matrimonio demum ſoluto, quod per uxoris mortem contingere neceſſe eſt.
14 At hic iterum † obiicietur, mulierem neceſſariò inferre dotem ad maritum. *§. ult. ubi gl. ad verb. allegat Nov. 2. de non eligend. ſecundo nub. Bal. l. ult. num. 8. inf. de ſenten. quæ ſine cer. quant. per l. obligamur. 51. in pr. de obl. & act.* In neceſsitatibus autem neminem cenſeri liberalem. *l. rem legatã. 18. de adim. legat.* Equidẽ fateor, contractum dotis eſſe voluntarium. *l. 5. inf. de oblig. & act.* quia ſine dote contrahere coniuges poſſunt *Novel. 18. de trient. & ſem. §. neq. illo. 1. § nuptias. 3. in Nov. 22. de nupt. l. ult. inf. de dotis promiſſ. l. ult. inf. de repud.* Itẽ quoties cõvenrio facta non eſt, tum ſi maritus exigat eam, ab invita quoque fœmina eſſe præſtandam, pro dignitate, & facultate, cum ſua patriſq; ſui, tum etiam mariti *Bal. in d. l. ult. num. 8. & in l. 4. nu. 2. inf. de iur. do. per l. cum poſt 69. § gener 4. de iur. dot.* & alia iura quæ ad hoc allegat *Iaſ. rub. ſolut. mat. n. 25.* quatenus ſcilicet bona eius patiuntur, quæ ut alias *l. 2. §. 1. de collat. bono. l. ult. §. ubi autem inf. de bon. quæ liber. l. ſubſignatũ 39. § 1. de verb. ſignif.* ſic etiam hic intelliguntur deducto ære alieno, *l. mulier. 73 de iur. dot.* Idemque in bonis patris eius ſervetur, cuius eſt dotare filiam. *l. capite. 19 de ritu nuptia.* Cæterum † ad 15
datur & hoc, coniugem non eſſe obligatum, ut omnia bona in dotis cauſam effundat, niſi velit *d. l. mulier. 72. de iur. dot. l. nulla 4. inf. eod. tit.* ne auferatur illi quodammodo libera teſtãdi voluntas, nullo retẽto per ea, quæ tradũt *Bart. d. l. ult. ſup. de pact. & l ſtipulatio hoc modo de oblig. & act.* ac etiamſi tanta eſſet mariti dignitas, ut in toto mulieris patrimonio dote dignus videretur, nõ puto tamen totum patrimoniũ h[illegible] quoq; eaiu deberi, ſed retineri aliquid poſſe & ad teſtandi facultatem, & etiam ne ab argumẽto noſtro recedamus, ut ſit, unde legitima liberorũ, aut aliorũ, quo. d. [illegible] ta eſt, præſtetur *l. un. h. tit.* ubi ſi permittitur revocatio catenus, certè multò magis in initio cõceditur retẽtio *l. ſed ſi 11. ubi gl. verb. nõ h. .beb. de iureiur. l. ex quibus 51. de cond. indeb. l. ſi rẽ. 9. de evict.*

16 Cum igitur hactenus nulla ſit neceſſitas dandæ dotis, ſequens eſt, eatenus eam incidere in donationē, ac patere huic querelæ, quatenus legitimam lædit, quomodo & pro donatione habetur, quoties dos datur ab extraneo, qui nulla neceſſitate ad eam obligatus eſt, ut eleganter *Socin. Iun. parte 3. in rub. ſolut. matr. num.* 41. 42. & ſup. diximus etiam contractus onerosos incidere in donationem, quatenus aliam cauſam onerosam non habent.

17 Poſtremo † notandum & illud eſt, dotem eſſe jus quoddam reale. *tot. tit. de fundo dotali*, quod demum traditione conſtituatur. *l. 1. & tot. tit. inf. de dote cauta non num.* ſicuti reliqua jura. *l. 3. de uſufr. l. 3. §. ſi iter. 2. de act. empt.* & dominia. *l. traditionibus 20 ſup. de pact. l. id quod. 11. ubi Cuia. de reg. iur.* cujuſmodi dominium quoddam transfertur in dotem, & marito conſtituitur. *l. in rebus 30. inf. de iur. dot.*

18 Proprium inoffic. dotis † eſt legitimā imminuere. *l. un. hoc tit.* Proprium hujus actiónis † quod ſit ſubſidiaria. *Bald. hic num. 2. & 3. per l. ſi filius. 4. ſup. tit. 1.*
19 quare regulam *l. quoties. 43 de oblig. et act.* quæ nova actione veteres actiones non tolli, ſed cumulari, ait, *Bald.* hic negat obtinere in ſubſidiariis *per l. 4. 6. ſup. tit. 1. §. 3. Inſtitut. de in ff. teſt. l. ult. inf. de liber. præter. l. in cauſæ. 16. de minor.*

20 Item † quod ſi actio univerſalis, ſicut dos ſit quædam univerſitas ſecundum communem, de qua ſup. vidimus. Nā ut actio univerſalis, quæ datur ad univerſitatem *l. 1. cum ibi notat. de rei vend. §. ult. inſt. per quas perſon. nob. acq.* ſic etiam quæcunq; actio partem univerſitatis petit, ejuſdem naturæ debet videri. *arg. l. qua de tota. 76. de rei vend.* ſicut ex judicio familiæ herciſcundæ & ſimilibus intelligi poteſt. Cæterum † hoc 21 facilè conceſſero, cum jus univerſale in dote eſt, ut hereditas paterna, *§. ult. Inſt. per quas. perſon.* feudum magnum *Panor. c. cum: ſeculum. 13. num. 1. de iur. patro.* peculium. *l. ſi filiafam. 24. de iur. dot.* territorium. *l. pupillus. 239. §. territorium. 8. de verb. ſignif.* ubi hoc notat *Alciatus*, *Bal. conſ. 326. Rex Romanorum, num 8. vol. 1.* Alias verò, ſi pecunia tantùm ſit data, ut *l. ſi ei. 25. de iur. dot.* quæ res ſingularis eſt *l. 1. § ſi is qui 17. ad Trebell.* aut prædium. *l. quemadmodum 46. §. 1. de iur. dot.* quod & ipſum res ſingularis eſt. *l. quoties. 13 inf. de hered. inſtit.* abſurdum fuerit hoc caſu dicere actionem hanc eſſe univerſalem, quæ petat tantum partem rei ſingularis; itaq verior fortaſsis illa diſtinctio *Bald. & Iaſ. num. 14. in rub. ſolu. mat. Iaſ. l. Pomponius. 13 §. in dote. 4 nu. 4. de acqui. poſſeſſ.* videlicet dotem non aliter eſſe jus univerſitatis, quam cū univerſitatē continet; Ex quo ſequens illud erit, hanc actionem fore univerſalem, cum partem dotis univerſalis petat, ſpecialem cum in rem ſingularem eſt directa, quod etiam de ſuperiore actione dicēdum videtur.

Vnum illud addendum, † an hæc actio ſit bonæ fidei, ſicuti ipſa dotis formula. 22 *l. unic. §. ſed etſi. inf. de rei uxor. act. §. fuerat. 29. Inſtitut. de action.* Cujus cauſa omnis in bonum, & æquum eſt concepta? *l. eas. 8. de capit. minut.* Quod videri poterat, quia diſtractus ſunt ejuſdē qualitatis, cujus contractus *l. ult. verb. contrahentibus. vel diſtrahentibus ſup. ſi tutor. vel curat. interv. l. ab emptione. 58. ubi Br. num 2. & Iaſ. de pactis. l. 4. de inſt. & iur. ſchwiff. conſ.*

conſ. 17. in prima. nu. 9. & 10. cent. 1. per gl. & Dd. l. de tutela. 8. ſup. de in integ. reſt. mino. & actiones contrariæ bonæ fidei judicijs eandem retinent qualitatem, ſecundum communem doctorum ſententiam. in §. *actionum. ubi latè Iaſ. nu 69. Inſt. de actio.* Sunt tamen qui in contrarium aliter teneant, ut *Dyn. Fab. & alij* quos recenſet. *Iaſ in d §. actionum. num 70.* nec à contractibus ad diſtractus valet argumentum in odioſis, ut oſtendit *Schurſ. d. conſ. 17. nu. 6.* præſertim ubi ratio ſit diverſa. *Eberh. in loco à contractu ad diſtract circa fin.*

Neq; verò hæc actio contraria eſt ex illarum genere, quæ ſic nominantur *in §. de pig. act. cōmodat. depoſ. mad. decōd tut. act.* ſed magis impugnat dotis cauſam, & jus civile, tot privilegijs illam fovens, atque muniens, ut videri potius ſtricti juris debeat. *l. in honorariis de obl. & act.* exemplo ſuperiorum actionum, quibus adæquatur. *l. un hoc ſ.* præſertim cum ſit ſubſidiaria, ut antea poſuimus, quod genus ad bonæ fidei judicia referri non ſolet.

23 Partes huius actionis † duæ ſunt, ut ſuperiorum, altera querela inofficioſæ dotis, altera petitio quaſi legitimæ, ut ſuperioribus in titulis eſt declaratū. Dos
24 propria † & vera eſt. quæ traditur. *l. 1. ubi Dd. inf. de dote caut. non num.* ſicut & definitio ſup. poſita oſtendit; Promiſſio enim dotem non conſtituit. *l. dotale. 13. §. 2. de fund. dotali* ſed tantùm traditio *l. Titio 71 § 3. de condit. & demonſt. l. quemadmodum de jur. dot* ut aliud jus reale. *l. 3. de uſufructu.* Sunt tamen qui volunt etiam promiſſam tantummodo dotem propriè hoc nomine, & jure cenſeri *per tit inf de dote caut. non num.* idque probant alijs multis argumentis. *Iaſon. nu. 23. Ripa. num. 58. Socin. Iun. parte. 1. num. 48. 51. 53. cum ſeq. in rubr. ſolut. mat. latè Tiraq. de retrac. §. ult num 32 Vivius lib. com. op. 2. op 96.* ut
eam dividere liceat † in dotem promiſ- 25
ſam, & cautam, ſeu confeſſatam, de qua *Dd. l. 1. & tot. tit inf. de dot. caut non num. gl. in l. aſsiduis verb. data, inf. qui potio. in pig. Iaſ. poſt Angel. nu. 74. in §. fuerat. Inſt. de actio* & in dotem datam, ſeu numeratam, atque traditam, quæ propria eſt hujus loci. Nam quod datum non eſt, repeti nequit, multò minus da-
tio ejus peti poteſt. Hæc rurſus † divi- 26
ditur in veram, quæ eſt juſti matrimonij, de qua *toto tit de jur. dot.* & putativam, ſeu quaſi dotem. *l ſi ſerva. 39. de jur dot.* quæ licet propriè dos non ſit, tamen ejus nomine, ac jure venit, & habetur *Iaſ in rubr. ſolut. mat. nu. 28. & 29. & ibid. Socin. latè par e. 1. num. 83. uſq. ad num. 89. pro quo tex. in c. 2. & c. pen. qui filij ſint legit.* quod multis confirmat. *Tiraq. in ll. connub. gloſ. 6. in*
prin. Perhibetur & alia dos † profecti- 27
tia. *l. profectitia. 5. in prin. de iur. dot.* alia adventitia. *d. l. 5. §. ſi quis. 9. & paſſim de iur. dot. latè. Neguz. in tract. de*
pign. in 2 parte. membro. 9 n. 25. Item † a- 28
lia certa, cuius de qualitate conſtat. *l. tali. 48. de iur. dot.* alia incerta. *l. cum*
poſt 69. §. 4. § 9. de iur. dot. Item † alia 29
exigua, quæ pro dote non habetur. *gl. c. quicunq. 16. q. 7. Iaſ in rub. ſolut. mat. num. 25. cum ſeq.* alia congrua, quæ propriè ſic appellatur pro dignitate, & facultate mulieris. *l. quæro. 60. de iur. dot.* & patris eius. *d. l. cum poſt. 69 §. gener.* & mariti. *d l. cum poſt. Bal. l. ult. nu. 8. inf. de ſent. quæ ſine cert quant. Iaſ. num.*
21. ſolut. mat. quam putant † non debe- 30
re minorem eſſe, quàm ſit ipſius mulie-

ris legitima. *Iaſ. ibid num. 25. per Novel. 18. de tr. en & ſem in prin. & Auth res quæ. ubi Dd inf. comm. de legat. & in l. ult. inf de dot. promiſ. Francus. Covar. & alij in cap. 2. de pact. in 6.* quod veriſſimum eſt in ijs terminis, de quibus jura à Dd allegata loquuntur, ſcilicet cum vice legitimæ ut filiæ renuncianti, dos præſtatur. *d. c. 2. ubi Fran. Covar & Dd. Iaſ. præall. loc. Imol. & alij in d. l Titio. §. 3. Socin. Iun in rub. de legat. 1. num. 114.* ut ſit aliqua inter ſurrogatum, & illud, cui ſurrogatur, analogia *Eberh. in loco à vi ſurrogati* & ita accipio communem opinionem, de qua *Gramma. deciſ. 101. num. 20 Vivius. lib. 1. opi. 312. Soarez. recept. ſentent. num 328.* alias non tam exiliter libertatem dotandi puto ad calculos revocandam, præſertim cum poſtea liceat ſupplemētum legitimæ ſemper petere, poſtquam debetur, mortuo ſcilicet patre. *l. 20. ſup. de inoff. teſtam.* In vi[illegible] porro eius non recte petitur ad legitimæ quantitatem, cum nulla adhuc debeatur *l 6. ubi Dd. ſup. de inoff. teſtam.* Hoc igitur caſu tantum conſtituenda eſt, & conſtituitur congrua ex dignitate, & facultate perſonarum, ut dixi, arbitrio, ut inquit *Socin* boni viri. *l. 1. num. 170. ſolut. matri* hoc eſt, judicis, *l continuus. 137. §. 2. verb judicem id eſt virum bonum. de verb. oblig l vir bonus. 18 judica. ſol.* cum alijs quæ allegat *Bart ad hoc. l. ſocietatem 76 verſ. arbitrorum. nu. 4. pro ſo cio* qui in feudis ac quæſtionibus feudalibus, eſt dominus feudi. *c. 5 de judicijs. c. ex transmiſſa. 6. de for. competen.* Neq; nego tamen alias quoque actiones concurrere poſſe, ut remedium. *l. 2. inf. de reſ. vend. ſecundum Arium, Pinel. l. 1, parte. 4. num. 3. inf. de bon mater. Soarez. lib. 1. verb. dos. nu. 351.* ſed hæc perſequi fuerit infinitum & ab inſtituto alienum. Eſt igitur, ut 31
huc revertamur, † alia dos immenſa, ſeu immodica, quæ non tantùm excedit legitimam mulieris, ſed & imminuit illorum portionem, quibus ea de bonis mulieris dotatæ debetur: Hanc autem non dividam, ut noſtri, in fraudulentam conſilio, & re, & inofficioſam ſeu fraudulentam re tantum. *Bal l. 1. §. 1 ſup tit. 1.* nam ibi dixi, conſilium fraudis hic non attendi, fraudem rei, ſeu leſionem legitimæ ſufficere, etiamſi conſilium fraudandi abſit. *l 5. ſup. tit. 1.* 32
Sed nec † plures pono huius actionis ſpecies, poſtquam ibi demonſtratū eſt, actiones legitimas huc non pertinere, nec ad alienata inter vivos extendi poſſe.

Cauſa dotis prima, & remota † eſt 33
jus gentium, ad quod potius refertur, quàm ad jus civile, *ſecundum. Bar. nu. 24. in rub. ſolut. mat. per l. eas 8 de capit. dimin.* quod licet impugnet *Socin. Iun. parte. 3. ſolut. mat. num. 37* tamen fatetur hanc communem, & ſequendam eſſe: Ad remotam etiam cauſa † promiſſio referri poteſt, nec enim dotem conſtituit, ſed ſola traditio. *d. l Titio 71. § 3. d. l. dotale. § 2 de fundo dotali. l. quemadmodum. 46. de iur. dot.* vera, nec ficta. *Socin. Iun parte. 3. num. 13 & 19.* Ad cauſas etiam † referri poteſt matrimonium. *l. 3. de jur. dot. l. ult inf. de dona. ante nupt.* nam etſi res hoc nomine tradatur, tamen dos non ſit ante conſummatum conjugium. *d l. 3.* ut quæ habeat tacitam in ſe nuptiarum conditionem *l. ſtipulationem. 21. l. promittendo. 41. de jur. dot.* Itaque rectè Socinus

cinus inquit, dotem non dici, antequam matrimonium ſequatur. *in rub. ſolut. mat. parte.* 1. *num.* 18. & dos ante, & poſt conjugium data, ſemper reducitur ad diē, vel tēpus nuptiarū. *Neguz. de pig. 2. parte mem. b. 4. n* 79 ſic interpretans. *l.* 1. *qui potior. in pig. de qua Cuia. lib.* 11. *obſ. cap* 3. idque confirmatur. *Con* 9. *Elect.* 14. *parte.* 2. Quam ob rem

36 † etiam lucra dotalia, quæ ex ſtatutis, & pactis, alterutro moriente, conjuges conſequuntur, ex illo demum tempore locum habent, ut eſt communis Cornæi & aliorum ſententia. *in l.* 5. *inf. de bon. qua lib. & conſ.* 84 *lib.* 3. *Bal. de Novell. de dote parte.* 6. *privil.* 8. *Rolan. à Val. tract. de lucro dot quæſt.* 16. *nu.* 19. *Vivius. lib.* 1. *opin.* 319 *Soarez verb. dos. num* 299. Quanquam autem idem *num.* 300. contrariam ſententiam velit eſſe receptiorem, nempe à die traditionis hæc æſtimanda eſſe, ſecundum *Ripam num.* 68 *ſolut. mat.* & quæ ad illa allegat. *Villalob. verb. dos. num* 160. tamen ſuperior illa verior, ac receptior eſt, & approbata uti, ut *Villalob. in fin.* teſtatur etiam nupera *conſt.* 19. *part.* 3. quæ ex jure Saxon lecti conjugalis conſcenſionem requirit. *art.* 31. *ubi gloſſ. lib* 1. *& art.* 46. *&* 77. *lib.* 3. aliter quam *in d. conſt.* 24. *parte.* 2. ubi deductio ad ædem ſacram ſufficit, quo ad privilegia dotis; ut vel hoc argumento eſſe debeat, quod ſupra dixi, non admodum firmum duci argumentum à lucris dotalibus, quæ ſunt odioſa, ad privilegia dotis, cuius plurimus eſt favor, atque e diverſo.

37 Cauſam † huius querelæ ponamus & hic legem, ſeu conſtitutionem principis. *l. un. hoc tit. l. pen. verſ. lex quæ. ſup. tit.* 1.

38 Impulſivam, & proximam † legitimæ defraudationem, ſeu læſionem. 39 *d. l. un.* quæ quidem † nulla ſubeſſe videtur, cum poſt mortem mulieris dotatæ, nedum legitima portio, ſed tota dos ab heredibus eius actione ex ſtipulatu revocari poſsit. *l un* §. *illo. verſ. dos non in lucrum mariti cedat niſi ex quibuſdam pactionibus, ſed ad mulieris heredes ex ſtipulatu actio transmittatur inf. de rei uxo act.*

40 Hæc ratio † movit. *Bart. num.* 1 *Bal. num.* .. *&* 8. *hic ad l un.* ut poſt gloſs. dicerent, non eſſe hic permanſum in terminis dotis, ſed acceſsiſſe pactum ſuper ea lucranda, ſic ut non ratione dotis, ſed illius pacti emergat inofficioſitas, unde *Bald num.* 8 inquit, hac querela non infringi titulum, ſed lucrum dotis, quæ interpretatio non ſatis congruit huic titulo, quæ de inofficioſa dote, non pactione dotis agit. Sed facilis eſt explicatio is, qui ſciunt, tempore huius conſtitutionis nullam fuiſſe liberis revocandæ dotis, mortua matre, actionem, cum ea non daretur, niſi huic, & ejus patri, in cuius poteſtate eſſet. *l.* 2. *ſolut. mat. l.* 4 *infr. eod. tit.* & dixi pluribus. *ad* §. *fuerat. inſt. de actio.* Cæterum remedium. *d. l. un infr. de rei uxo. actio.* primum à Iuſtiniano inductum eſt, quo certè nec opus fuiſſet, niſi jure veteri aliter ſe ea res habuiſſet; Non igitur præſtò fuit illis aliud tum, quàm hoc, remedium; Hodie verò eſt. *d. l un. inf. de rei uxo.* ſed tamen & hæc ſubſidiaria actio nihilominus in ſimilibus etiamnu caſibus obtinere intelligatur, quoties videlicet leſio legitimæ

mæ ſubeſt, nec aliter dos revocari poteſt, ut cum pactum de lucranda dote adiectum eſt. *l. un.* §. *illo. verſ. nihil ex pactionibus. inf. de rei uxo. act.* vel cum pater, aut extraneus alius mulieri immenſam dotem dedit. *Caſtr. hic num.* 2. Nam hæc poſt dantis mortem ad ipſius heredes, liberos, vel alios non revertitur. *l. filiæ. 7. inf. ſolut. mat.* ut cum proprium dotatæ mulieris factum ſit patrimonium. *l. 3. §. 4. de minor.* itē quoties ex ſtatuto maritus dotem lucratur. *Bart. hic. num.* 1. ut jure Sax. in mobilibus conſiſtentem. *lib.* 1 *art.* 21. 29. & *lib.* 3. *art.* 31. cuius generalitate legitima minui non debet, *ut ſup. ad auth. noviſſima* dictum eſt, licet *Dec. conſil.* 19. & *alij* quos ſup. allegavi, contra ſtatuant, ſecundum quorum opinionem Magdeburgenſes pronunciaſſe dicuntur, ſed illa ſuperior opinio confirmatur *conſtit.* 12. *parte.* 3.

41 Cauſa igitur † per ſe non eſt immenſitas dotis. *l. 4. inf. de jur. dot. l. mulier. 71. ff. eod.* ſed inde ſecuta læſio legitimæ, quæ poſt mortem eius, qui dotabat, exhauſtis à dote bonis apparet. *Bald. hic num. 2. Caſtr. nu. 2.* ut enim dos in fraudem creditorum conſtituenda non eſt. *l. ait. 70. §. ſi cum mulier. 10. quæ in fraud. cred.* ſic nec in necem eorum, quibus legitima debetur, cum bonorum reſpectu, unde dos datur, pro creditoribus habeantur, ut *ſup. Auth. noviſſ.* declaratum eſt, ut hæc quidem ſit cauſa à parte agentis, à parte rei titulus, ſeu cauſa lucrativa ex dote proveniens. *Bal. hic num. 3. & 5. Molin. de donat. fact. num. 51. & d. inoffic. num. 72.*

42 Datur liberis † *l. un h. tit.* primi matrimonij, ut *Caſtr. hic. num. 3.* ex verbis huius tex. *tranſeunte ad ſecundas nuptias.* cui non obſtat quod in *l. hac edictali. 6. §. ſi verò plus. inf. de ſecun. nupt.* prohibetur plus dari in dotem marito ſecundo, quàm liberis prioris matrimonij relinquatur, ad quos etiam ipſo jure refertur, ſi quid amplius datum ſit. Hærent quidem in hoc noſtri, ut *Bald nu. 10. & Dd.* Sed ſciendum eſt, tempore huius l. nondum fuiſſe beneficium illud introductum. An ergo hodie hanc actionem excludet tanquam ſubſidiariam? Negant id quidem Dd. qui putant, illud lucrum diverſum eſſe à legitima, nec in eam imputari. *Bart. h. nu. 2. Caſtr. num. 4.* Quod licet Salic. non injuria impugnet, tamen ipſe fatetur, hoc receptum eſſe: An etiam † poſt natis (ex ſecundo matrimonio) detur, 43 maioris quæſtionis eſt, ut vult. *Bald. hic num. 4.* quem omnes Dd. fere ſequuntur, quoniam, inquit, magis ſibi mulier tenetur providere, hoc eſt, dote virum quærere, quàm alijs. *l. Iuliaenus. 26. ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti* & fortaſſe maritus eam abſque tali dote non accepiſſet: & ſi nupſiſſet mater, liberi nunquam nati eſſent; Quia itaque doti debent, quod ſint nati, ideo contra hanc cauſam, unde exiſtunt, venire nō debent. *l. cum quis 10. inf. de natural. liber.* & favetur primis nuptijs magis, quàm ſecundis. *Auth. cui relictum. inf. de indict. vidu toll.* Ita ſuo more ludit generalibus argumentis, licet idem ſequantur, *Cyn. & Caſtr. num. 3.* Nos verò teneamus, cum ſubſit hic cadē cauſa, & ratio læſionis legitimæ ex lucro dotis, cui illa præferri debet, eundem etiam ſequi effectum, ac peræquè hic competere hanc regulam, ex generalitate huius legis, ſicut datur actio ſuperior. *l. ſi totas. 5. ſup. tit.* 1. à qua hæc nihil,

nihil, quàm materia differt. *l. pen. ſup. tit.* 1. *l. un. hic.* ſed nec illud Bart. argumentum in fine aliquid facit, exiſtimãtis, liberis eiuſdem matrimonij hanc actionem non dari, propterea quod lucrum hoc nuptiale ijs integrum ſervetur, patre tantùm uſumfructum retinente. *l.* 1. *& Auth heres. Auth. uxor, inſ. de ſecund nupt.* Nam illud non ſemper obtinet propter pactum, aut ſtatutum contrarium, & etiamſi tum obtineret, non tamen tolleretur læſio legitimæ, quam ſtatim à morte matris liberi in eius bonis debent habere integram, abſque onere *Auth. noviſſima. & l.* 29. *ſup de inoff teſtam.* Nam qui putant ex collatione proprietatis, & uſusfructus ceſſare legitimę læſionem, quantum arbitror non ſatisfaciunt dictis juribus, cum filius ante patrem mori, atque ita proprietas ad uſumfructum patris ire poſſit, quo caſu nihil redibit ex legitima materna ad filium contra legum illarum ſententiam, & earum voluntatem; Quamobrem nec placet *Caſt. h. n.* 3. exſtimans, ob ademptum uſumfructũ querelam legitimæ ceſſare. Datur etiã
44 liberis ſpuriis † adverſus dotem matris cũ inhuius matris, ſucceſsione nihil à legitimis differant. *l. lex natura.* 24. *de ſtatu hom.* §. *noviſſimè.* 3. *Inſt. de Senatusc.*
45 *Orſ.* Cæterum † quæ de liberis dicta ſunt, eadem ad parentes, & alios quibus
46 legitima debetur, ſunt porrigenda. An autem † & heredibus eorũ detur, ſicut Pauliana? *l. ait.* 10. §. *hac actio.* 14. *& ult. quæ in fraud. cred* Suis dari dubiũ nõ eſt, cũ & inofficioſi detur. *l. ſcimus.* 36. *& pen in fin ſup. de inoff teſt.* Extraneis verò nõ dari placuit, niſi præparata *Bal. in l.* 1. *nu* 15. *ſup. tit.* 1. exemplo inofficioſi *d. l. ſcimus. ff. eod.* cui hæc comparatur. *l. un. hoc tit.* Patrono, † cuius in fraudem 47
libertus filiam dotavit, non datur. *l* 1. §. *ſed ſi liberti.* 10. *ſi quid in fraud. pat. Bal. hic in fin.* quoniam huic nulla legitima debetur præ filia. *Inſt. de ſucceſſ. libertor* ſecus videri poteſt ſi ſine neceſsitate extraneam dotavit, cum hic ceſſet hæc ratio. *d.* §. *ſed ſi libertus. verb. quia pietas patris non ſit reprehendenda. & l mulier.* 22. §. *cum proponeretur.* 4. *ad Trebell. verb. quod & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat,* ut hic obtinere dicitur clauſula. *l. adigere.* 6. §. 2. *de iure patro. l. quod dictum.* 32. *de pactis.* quanquam ne tum quidem hanc actionem dari putaverim, ſed potius Favianam, aut Calviſianam, ſicut & creditoribus Paulianam. *l. ait* 10. §. *ſi cum mulier.* 10. *quæ in fraud credıtor.* Proponitur autem hæc querela contra virũ † *Bal h. nu.* 3. *per l. ult.* 48
ff quæ in fraud. cred. & eius adeo heredẽ, ſicuti & aliæ actiones revocatoriæ in illos porrigũtur. *l. ait.* 10. §. *ult. quæ in fraud. cre* licet huic contradicat hic *Molin. n* 2. *&* 9. Atq; hoc quidem in caſu huius legis verum eſt, cæterum quoties dos à patre profecta in filiam, aut ab alio data eſt inofficioſè, tum etiam contra mulierem, quæ dotata eſt, & eius heredem rectè dabitur hæc actio, ſive maritum habeat à quo defendatur. §. *patitur. verſ. defendi. Inſt. de injur.* ſive vidua ſit, niſi fuerit aliud quid conventum *Bal. h. n.* 3. *&* 8. ac fortaſsis etiam adverſus alios hæc actio porrigatur, quia ſemper verum eſt, ex cauſa lucrativa, & ſine neceſsitate datam eſſe dotem, quo ad legitimæ imminutionem, niſi magis placet diſtinguere, ſecundũ ea, quæ de poſſeſſore ex titulo oneroſo diximus tit. ſuperiore, *ubi Bart num.* 3. *Bal. & Dd. l.* 1. *eod.*

49 Materia huius † actionis & ſubiectū
propriè nō eſt dos, ſed lucrum ex cauſa
lucrativa dotis proveniens *Bal. h. n. 2. 3.*
50 *&* 8. Quod an extendendum ſit † ad
dotem dotalitio conſumptam *conſt. 42.*
parte 2, meritò poteſt dubitari. Quidam
negant, q: videatur cōtractus onerofus,
cum fœmina marito diu ſupereſſe, atq;
ita ex dotalitio plus lucrari poſsit, quā
ſit in dote, quæ res ſpeciē habet *συναλ-*
λάγματος, & contractus onerofi, ac
mutui, eoq; quamvis aliter cadat, quæ-
ſtionem læſionis tamen excludit. *l. de fi-*
deicommiſſo. 11. ubi Caſtr. & Dd. ſup. de
tranſactio. Contrariū puto verius, & æ-
quius, nam & alia quævis dotata muli-
er ſupereſſe marito, & ſic repetere do-
tem poſſet. *l. dotis. 9. cum ſeq. & l. ult. inf.*
ſolut. mat. nihilo tamen minus poſt eius
mortē præſtò eſt heredibus actio, quo-
niam dos, eiusve cōtractus non eſt hu-
ius actionis objectū, ſed lucrū ex dote
proveniens. *Bal. h. n. 3.* & fraus, quæ re-
vera ſubeſt etiam in ipſo contractu, cū
non potuerit dos dari in detrimentum
legitimæ, tanquā æris alieni *d. l. ait. 10. §.*
10. quæ in fraud. cred. ut hæc res nō pen-
deat ab incerto evētu, ſed potius in ca-
ſu, qui tempore cōtractus provideri po-
tuit, & certè debuit, quia lex in diminu-
tionem æris alieni dotem dare prohi-
bet, & cum ne ſtatutis quidem genera-
libus legitimæ aliquid decerpi poſsit,
conſt. 12. parte 3. multò minus illud in e-
iuſmodi pactis admittendū eſt *l. ſi quan-*
do. 35. § 1. ubi Dd. ſup. de inoff. teſtam. per
ea quæ tradit *Eberh. in loco à ſtatuto ad*
51 *pactum.* Revocatur autem † hac actio-
ne debitum bonorum ſubſidium, ut ait
hæc lex, h. e. legitima, nō reliquum pa-
trimonium *Bal. h. nu. 1* etiamſi aliæ a-
ctiones hoc nomine dentur ex *l. 1. cum*
ſeq. inf. de bon. quæ liber. l. hac edictali inf.
de ſecu. nup. l. un. inf. de rei uxo. actio. cum
ſimilibus.

Formam † huius actionis enthy- 52
memate conſtare diximus, cuius an-
tecedens ſit querela inofficioſæ dotis,
quod illa legitima portio ſit minuta:
Conſequens petitio legitimæ, vel ſup-
plementi eius. Cavere tamen debet a-
gens, ne cōqueratur dotem immenſam
eſſe datam, aut omnia bona dotis dati-
one profuſa; Nam id fieri poteſt, *l. nulla.*
4. inf. de iur. dot. l. mulier. 72. ff. eod. ſed
intendere debet ea ratione illam dotis
dationem eſſe inofficioſam, quod per
eius lucrum alij obveniens agentis de-
bitū ſubſidiū auferatur, aut imminua-
tur, ita *Bald. hic n. 2. & 3.* At ubi † dabi- 53
tur hæc actio? In ea provincia, ubi qui
conveniuntur, domicilium habent. *l. ſi*
ſuſpecta. 29. § ult. de inoff. teſtam. l. un. ſup.
ubi de hered. agat. iuxta regulā. *l. 2. ſup. de*
juriſdict. c. 2. de foro compet. maximè iſto
caſu ubi mulier, totaq; dotis cauſa, ma-
riti & heredum eius domicilium ſequi-
tur. *l. pen. de iuriſdict. Tiraq. de ll. connub.*
in princ. n. 27. cum ſeq. etiam quo ad do-
tis repetitionem. *l. exigere. 65. de judicijs.*
At quando † ? ſoluto per mortem mu- 54
lieris conjugio, nec enim antè legitima
eius ſucceſſoribus debetur, neq; titulo
lucrativo, ſed oneroſo poſſidetur, ut
ſup. vidimus, niſi cū filiæ, vel extraneæ
dos data eſt, tū enim arbitror mortuo
eo, qui dedit, eius ſucceſſores legitimā
etiā vivente dotata, ac ſtante matrimo-
nio peti poſſe, quoniam eatenus titulus
dotis eſt injuſtus. *Bal. h. n. 3.* & cauſa me-
rè lucrativa *Soc. Iun. in rub. ſolut. mat. par-*
te. 3. n. 41. cum ſeq.

At quam diu? † Videtur eſſe
tem-

temporalis ad exemplū querelæ inofficioſi, *l. un. h. tit.* in vectâ. *l ult. ſup. tit. 1. ubi gl. verb. & temporibus. & l. ſi quis filium 34. §. ult. ſup. de inoff. teſtam.* ſi tamē vera eſt Dd ſententia, actionē legitimæ perpetuā eſſe, ut *ſup. ad Auth. noviſſima* declaravimus, certè de hac quoq;, & ſuperiore ex bono ſaltē & æquo idem dicendum videtur, præſertim cum ſint actiones legitimæ, & rei perſecutoriæ, q genus perpetuum eſſe ſolet. *l. in honorarijs 34. de oblig. & action. Inſtit. de perpet. & tempor. action. in prin.* nec hac parte ſimilitudinem habet querelæ, ut quæ ad donata inter vivos nō porrigitur. *l. etiam. 11. de inoff. teſtam.* ut actio legitimæ, & hæ querelæ, quæ ei comparantur *Auth. unde ſi parens. ſup. de inoff. teſtam. & Nov. 92. de immenſ. donat.* cuius actionē eſſe perpetuam innuit *Caſtr. d. l. ult in fin. ſup tit. 1.* Atq; hoc arbitror uſu obtineri poſſe, nunquā enim memini, has actiones, legitimam vel quaſi perſequētes, pro temporalibus eſſe habitas, etiamſi *Dd. in d. l. ult* aliter ſentiant.

56 Probationis ratio † hæc eſt eadē, quæ in ſuperiore, nempe ut læſio legitimæ cōtracta per effuſionem dotis probetur.

57 Idem fine † etiā & effectus ſunt, ut legitima petitori ex dote, velut æs alienū, detur, aut ſi aliquid hoc nomine acceptū ſit, ſaltē ſuppleatur. *Bal b. n 3.* ne liberi, aliiq; quibꝰ ea debita eſt, per lucrativam dotis cauſam legitima fraudentur. *Caſtr. nu. 2* Reliqua ex ſuperiore titulo

58 petantur. Cæterū de fine & effectibus † dotis dicere hic intempeſtivè eſſet, at qui volent, eiuſmodi petant à *Dd. in rub: & l. 1. ſolut mat. Campez Bald. de Nov. in tract. de dot.* Adjacent † doti tacita hy-

59 potheca *l. un. §. 1. inf. de rei uxo. act. l. 2. 3. inf. de privil fiſc.* & jus prælationis *l. dotis 9. inf. de jur. dot. l. ult. inf. qui potio in pign. ac ſimilia* Affinia † dotis dicantur 60 ex *Dd. ad rub & l. 1 ſolut. mat* ut ſunt legitima. *l. quoniam 29. ſup. de inoff teſt.* alimenta *Cyn. nu. 2. l. ſancimus. 24. inf. de nupt.* aliaq; id genus: Huic porrò actioni † affinis eſt querela inofficioſi teſta- 61 menti, & donationis, de qua dictum eſt *l. un. h. tit. ubi Caſtr. in princ.* Actio item ad integram dotem vendicandam. *l. 1. inf. de bon. quæ liber. l un. inf. de rei uxo. actio.* vel dimidiam dotem. *l. hac edictali. 6. inf. de ſecund nupt* quæ hanc non tollit. *Bart. h. in princ. & Bal nu 3,* cum diverſa dentur *Bal. b nu. 10.* ſic ut altero ſublato remedio, alterum nihilominus duret, ut *ibid. Bald. per l. 3 ſup. ſi tutor vel cur interv. l. 3. de oper. nov. nunc* maximè cum illud *l. hac edictali* lucrum, ut aliunde proveniens, in legitimam non imputetur. *Bart. h. nu. 2.* cujus ſententiam communem facit *Caſtr. nu 4.* licet *Salic.* hic repugnet. Poteſt tamen pacto dotali illud lucrum mutari, ſaltem uſq; ad legitimam, ut per multa probat *h. Bal, num. 6. & 7.* ſicut & ſtatuto *Bal. h nu.* . ut Saxones *author diſi ſer. 18. per notata art 76 lib. 3. God. n. conſ. 8. de ſucceſſ ab inteſt. in fin.* Atſine etiam eſt *l ſi unquam infr. de revoc. donat.* quod miror cur *Bald. h. num. 4.* deneget mulieri, quæ omnia bona in dotem dedit contra expr[illegible]ſum textum *l. ſi dos. 5. ſup. tit. 1.* Affine eſt quod pater lucra quæſita titulo dotis liberis illius matrimonii integra ſervare cogatur. *Bald. h. num. 4. ex auth. neq. quod ex dote.* quod jure Sax. non obſervere. *God. præall. conſ.* of en. lit. Actio deniq; Pauliana, & ſimilis revocatoria. *l. ait. 10. §. ſi cum mulier. 10. quæ in fraud. cre.*

 Contra

62 Contrariū † doti ſi matrimoniū non ſequatur. *l. ſi donaturus 9. l. ult. de condict. cauſ. dat. latè Socin. jun. in rub. ſolut. mat. parte 1 n. 25.* aut ob eius adulterium, & culpam diſſolvatur, quo caſu dos amittitur. *l. conſenſu 8. inf. de repud. l. Lucius. 38. l. etiam. 47. ſolut. mat c. 4. de don. int. vir. & uxo.* ſi tamen ea amiſsio creditoribus non noceat. Idcirco amiſsio fortaſſe nec huic actioni debet impedimēto eſſe, in quo agens quaſi creditor eſt, & conſideratur magis tempus datæ dotis, quàm eventus ſubſecutus, ut *ſup. dixi.* Contrarium etiam putatur huic actioni ſtatutum, quo vel legitima tollitur, vel lucrum dotis adijcitur marito, etiamſi liberi ſuperſint, cuiuſmodi Florentiæ eſſe teſtantur hic *Bar nu. 1. Caſt. nu. 4.* quæ non conveniunt iis quæ ſup. dicta ſunt de ſtatutis legitimam tollentibus, nec certè hic obtinere poſſunt, cum neq; generatim, & tacitè, nec etiā expreſsè ſine juſtiſsima cauſa legitima tolli poſsit. *conſt. 12. parte 3.*

TITULUS XXXI.
De petitione hereditatis.

1. *Continuatio, ubi explicatur diſcrimen inter petitiones & vendicationem.*
2. *Hereditas unde.*
3. *Heres & hereditas quid nu 4 & 5.*
6. *Hereditatis nomen licet anguſtius verbo ſucceſſionis, hic tamen mutua vice funguntur.*
7. *Hereditatis petitio quid?*
8. *Petitioni hereditatis propria.*
Petitio hereditatis eſt actio univerſalis realis, nō perſonalis, in rem ſcripta, mixta, perpetua.
9. *Petitionis hereditatis partes, ſeu quid ea actor intendat. & n. 31.*
10. *Species ejuſdem à cauſa efficiente n. 11. 12. à materia nu. 13 14. à forma n. 15.*
11. *Fideicommiſſaria hereditatis petitio an ſit civilis, an vero prætoria?*
15. *Petitionis hereditatis cauſa efficiens remota, & propinqua n. 18. impulſiva n. 17. materia. n. 25. forma num. 31. & ſeqq. finis n. 41.*
17. *Petitio hereditatis cur introducta?*
18. *Petitio hereditatis ut locum habeat, requiritur à parte actoris jus ſeu titulus aliquis hereditarius, ſive illum per ſe habeat, ſive per alios, à parte verò Rei poſſeſsio, vel vera vel ficta. & n 21.*
Hereditatis petitionem inſtituturus, an hereditatem prius adire debeat?
Hereditas non adita non tranſmittitur, niſi in linea recta.
Explicatio l. 1. §. 1. ff ſi pars hered. petat.
19. *Hereditatis petitio quibus, quibus non n. 20. contra quos. n. 21. & ſeqq. & contra quos non n. 27. detur*
22. *Petititio hereditatis non competit contra quemlibet poſſeſſorem, ſed ſaltem contra illum, qui vel pro herede illius, de cuius hereditate agitur, non vero alterius alicuius, vel pro poſſeſſore poſsidet jus aliquod, aut rem aliquam hereditariam, licet minimam.*
23. *Qui pro herede, vel pro poſſeſſore n. 24. poſsidere dicatur.*
25. *Debitor hereditarius an pro herede, an verò pro poſſeſſore poſsideat.*
26. *Coheres an poſsit petitione hereditatis conveniri & n. 22.*
28. *In hereditatis petitionem quænam res veniant, petiq; poſsint, & nu. ſeqq.*
Hereditatis petitionem inſtituens. ſi habet coheredē, an & quādo eius quoq; partē petere poſſit, & quid juris ſit. ſi ventrē habeat coheredē.
29. *Feuda an in hereditatis petitionem veniant.*
31. *Ratio petendi, & n. 32. ac libellandi nu. 33. in hac actione. Iura an poſsint vindicari.*
Hereditatem petens an in libello tenetur exprimere copulativè, & hereditatē eſſe ſuā, & propterea petere eandem ſibi reſtitui, an vero alterutrum deſignare ſufficiat.
Actor an teneatur exprimere, utrum ex teſtamento, an ab inteſtato, & an ex aſſe, an vero ex certa patre ſit heres.
32. *Actor an in libello petitionis hereditatis cogatur ſpecificare omnes res hereditarias.*

34

34\. *A poſſeſſore hereditatis an petitor cautionem de hereditate nõ alienanda, vel imminuenda exigere & n. 49. item an deſcriptionem aut ſequeſtrationem bonorum hereditariorum petere queat.*

35\. *Iudex ſicut agentẽ hereditatis petitione poteſt compellere, ut libellum obſcurum declaret, ita & reum conventum cogere, ut litem dilucide conteſtetur.*

36\. *Poſſeſſor conventus an cogatur dicere titulum ſuæ poſſeßionis. & n. 57.*

Miſſio in poſſeßionem bonorum ubi & coram quo judice petenda?

37\. *Petitio hereditatis quando inſtituenda, & intra quod tempus eadem præſcriptione tollitur n. 38. & 57.*

38\. *Actioni ad utenſilia, res expeditorias & victualia quanto tempore de jure Sax. præſcribatur.*

Adverſus ignorantem non currit præſcriptio annalis, aut alia brevior, bene tamen longior.

39\. *Petitio hereditatis. quoties intentanda.*

40\. *In petitione hereditatis quid ab actore probandũ.*

Mors alicuius quomodo probari poßit remißivè

41\. *Effectus huius actionis tam inſtitutæ, nondum tamen completæ, quam completæ, & tunc partim quo ad abſolutionem n. 42. partim quo ad condemnationem n. 43.*

Petitor hereditatis ut adverſus debitores hereditarios agere poteſt, ita adverſus hunc quoq; creditores hereditarij experiri non vetantur.

42\. *Petitore in petitione hereditatis non implente intentionem ſuam reus abſolvitur, petitorq; nullas amplius adverſus hunc, aut debitores hereditarios actiones inſtituere poteſt, quod tamen ibid. limitatur.*

43\. *Petitore in judicio hoc vincente, poſſeſſor tenetur omnes res hereditarias mediante inventario, aut juramento reſtituere una cũ ſuis fructibus perceptis, & extantib. nõ vero percipiendis & conſumtis, ſi poſſeſſor ſit bonæ fidei n. 46 ſecus autem ſi ſit malæ fidei & olim quidem in duplum eorum, ſed hodie ſaltem in ſimplum. n. 47.*

44\. *Bonæ & malæ fidei poſſeſſor n. 45. quis*

48\. *Poſſeſſor hereditatis quomodo ſumtus in ea factos deducere, ac quomodo pluribus ſimul petitoribus exiſtentibus reſtitutio fieri debeat remißivè.*

49\. *Petitionis hereditatis adjacentia tam ex parte petitoris, quam rei conventi, item affinia remedia quæ trium ſunt generum n. 50. & contraria. n. 51.*

Petitor hereditatis quas cautiones poſſeſſori præſtare cogatur,

50\. *Interdictum* quorum bonorum, *& condictio ex* l. ult. C. de edict. D. Hadrian toll. *nec non actio ad exhibendum ante hereditatis petitionem inſtitui, aut etiam cum ea cumulari poſſunt.*

51\. *Petitio hereditatis quibus exceptionibus poßit excludi.*

52\. *Iuri hereditati ſeſe immiſcendi, & adeundi quanto tempore præſcribatur.*

HActenus † petitiones ſucceſsionũ, 1
vel partis alicujus ex cauſa inofficioſi perpurgatæ ſunt: nunc reliquas perſequamur, quæ uno petitionis hereditariæ nomine cõcluduntur. Petitio actionem in rẽ denotat. *l. actio. 28. de obligat. l. pecuniæ. 178. verb. petitiones de verb. ſignif.* Quod nomen rectius huic actioni congruit, quam vendicationis, quæ propriè ad res pertinet corporales. *l. vendicatio 56. de rei vind.* & eas actiones, quibus dominium petitur, ac vindicatur *l. in rem. 23. & paſſim. de rei vind.* Hereditas † ab hero, id 2
eſt, domino putatur ducta. *Cuja. lib. 5. obſer cap 10. ex Caßiod. in pſal. 2.* Malim heredem ducere ab hero tanquam domino. *§. ult. inſtit. de hered. qual.* & ab hoc nomen hereditatis. Eſt autem heres † univerſi juris ſucceſſor, quod de- 3
functus reliquit. *l. cum heres. 11. de diver. & temp. præſcrip. l. heres. 37. de acq. hered* Hereditas † eſt illud jus, quod cer- 4
nit, & capit heres, id eſt, ſucceſsio in univerſum jus, quod defunctus habuit. *l. hereditas. 62. de reg iur. l. nihil. 24. de verb. ſignif.* Eſt igitur jus, ſeu nomen juris. *l. hereditatis. 119. de verb ſignif. l. hereditas.*

ditas. 50. eod. l. 3. §. 1. de bonor poſſ. incorporale. *l. 3. § 1. de bonor. poſſ. l. pecunia. 178. §. 1. de verb. ſignif. Inſtit. de reb. corp. in fin.* univerſale. *l. 3. in princ. de bonor. poſſ.* complectens omnis generis res univerſales. *l. hereditatis. 138. de verb ſignif l. ei qui 54. ff. eod. l. 3. in princ. de bonor. poſſ.* ſingulares *l. regulariter. 9. l & non tantum. 19. eod. tit.* corporales. *d. l. non tantum verb. corpora. cum l. ſeq.* incorporales. *l. hereditatis. 138. de verb. ſignif. l item. 18. §. ultim. verb. jura. eod.*

5 Theophilus † definit eſſe jus certis modis cõſtitutũ, & intellectu cõprehenſum, quod alieni patrimonij univerſalem dominum, nempe heredem jure efficit. *Inſtitut. de reb. corp. in fin.* videlicet civili.

6 Nam hereditatis nomen † civile eſt, ſicut & jus ipſum. *l. hereditatis 119. de verb. ſignif.* ſucceſsionis nomen latius patet; Eſt enim generale verbum comprehendens nedum hereditatem civilem. *Inſtit. de ſucceſſ. agnato.* ſed etiã prætoriã. *l 1. & tot. tit. de ſucceſſ. edict. l. 1. quis ord. in bon poſſ. l. 1. inf. und. vir. cum ſimil.* Itaque definitur eſſe ſucceſsio univerſitatis, qua ſucceditur in jus demortui, ſuſcipiturq; eius incommodum & commodum. *l 3. in princ. de bono. poſſ.* ἐν πλάτει tamen hereditas omnem ſucceſsionem deſignat in materiis communibus *l. 3. h. t. l 3. §. 1. verb. hereditas. de bon. poſſ. t. t. de poſſ here petit. & de fideicom. hered. petit.* Atque ita quidem accipi hoc in titulo hereditatis nomen neceſſe eſt; Non enim ſubjecti ſunt tituli ſpeciales velut in pandectis, ut de his omnibus hic agi generatim putandum ſit. *l. ſi ſcripti 9. verb honorario vel civili jure quæſiviſti. l. 3. h. t.* ſicut effectum in omnibus eadem eſt agendi ratio, idem eventus *l. 2. de poſſeſſ. hered. petit. l. 2. de fideicom. hered. pet.* Itaque valere hic debet regula, talia eſſe ſubjecta, qualia permittuntur à prædicatis. *gloſſ. ult verb. prohibemus. c. dudum. 31. de decim.*

Huius definitionem † tradidi *ff eod.* 7
cui addo & illam, quam exhibet, *l. licet. 10. ff. eod.* ut ſit actio civilis, qua heres intendit, hereditatem eſſe ſuam, & ſibi reſtitui oportere. Item qua petitur hereditas, vel res hereditaria à poſſeſſore. *l nec ullam. 11. §. non ſolum 13. ff. eod. Cuiacius ff eod.* ita definit, ut ſit vindicatio aſsis, qui ad nos aliquo jure pertinet, quæ definitio illi titulo congruere poteſt, propter ſequentes, ubi de petitione partis & ſimilibus agitur, non item huic, qui generatim qualeſcunq; hereditatis petitiones extra querelas, de quibus dictum eſt, comprehendit,
Eius propria ſunt † quod formá peti- 8
tio, ſicut dictum eſt, effectu vero vindicatio. *l. 3. verb vindicanti l. ſi ſcripti. 9. verb res hereditarias vindicare h. tit. l. legitimam. 8 eod* civilis *l. 2. verb. petitio civilis. ff. de fideicom. hered. petit. l. 2. verb civilib. actionib ff de poſſ. hered. petit.* univerſalis. *l. 1. ff de rei vend.* in rem. *l ſin autem. 27. ff. §. 2. de rei vind l. ſed etſi. 25. §. petitio. 18 l ſi bona fide. 49. eod l. 3 h. tit.* & ſecundum communem, ut teſtatur *Marant. par. 4 diſtinct. 3. num. 61.* quadantenus mixta *l. hereditatis. 7. h. tit §. quædam Inſtitut. de actio.* propter præſtationes perſonales

nales. *l. ſed etſi §. petitio, eod.* perpetua. *l. hereditatem & l. 4. ubi Caſtrenſ. infr. in quibus cauſis ceſſ. lon. temp. præſcript.* quia civilis & rei perſecutoria. *d. l ſed etſi. eod. d. l ſin autem. ff. de rei vindicat.* etiamſi res ſingulæ citius præſcribi queant. *l præſcriptione, 7. in fin. & l ult. cum ibi not. fin. regund. l. qui fundum. 7. §. 1. l. 2. §. cum Stichum, 6. verſic. ſed ſi fundus. ff. pro empt.*

Non obſtat, quod petitio bonorum poſſeſſionis ſit annalis in liberis. *l. 4. inf. qui admitt. ad bon. poſſeſſ.* aut centum dierum in aliis proximis *l. 2. infr. qui admitt. ad bon. poſſeſſ.* unde videri poterat ſaltem poſſeſſoria hereditatis petitio temporalis eſſe; Petitio enim hereditatis alia eſt, quam illius poſſeſſionis, quæ eſt inſtar aditionis hereditatis, & hanc præcedere debet. *l. ſi ſcripti. 9. verb. iure honorario quæſiviſti. h. tit. l. 1. in fin. in verb. quib. poſſeſſio data eſt. de poſſ. hered. petit.* Quo facto non alienum erit dicere, jam utili hereditatis jure quæſito, hanc quoque poſſeſſoriam hereditatis petitionem eſſe perpetuam. *l. 2. ff. de poſſeſſ. hered. pet.* petitorij judicij. *Iaſ. §. actionum. num. 214. Inſtit. de actio.* Item bonæ fidei. *l. ult. in fin. h. tit. §. actionum, verb. petitio hereditatis. Inſtitut. de actio.*

9 Duæ † ſunt huius petitionis partes, quarum altera eſt cauſa alterius, tanquam antecedens conſequentis; Priore enim petit actor, ſe heredem declarari. *Iaſ. in §. actionum, num. 214. Inſtit. de actio.* vel hereditatem ſuam eſſe. *l. licet. 10. eod.* Nam ita quoq; pronunciatur. *l. ſi à te. 8. in princ. verb. fuit judicatum hereditatem meam eſſe, de except. rei jud.*

Altera eſt, res illius hereditatis à poſſeſſore agenti reſtitui oportere. *Iaſ. præall. lo. ex Bar. & Dd. l. 1. infr. quor. bonor.* Nec verò quis exiſtimet, hanc partem poſſeſſorij potius, quam petitorij ſpeciem habere. Aliud eſt enim petere reſtitutionem poſſeſſionis, ut in poſſeſſoriis, aliud verò reſtitutionem rei; quod ab illo multum diſtat. *l 3. in fin. ff. uti poſſid.* Et in petitorium judicium cadit. *l. qui reſtituere. 68. de rei vend. Socin. late conſ. 262. in cauſa. nu. 1. cum ſeq. volum. 2.* poteſt tamen utraque pars una concluſione comprehendi, ſi videlicet hereditas vel res hereditaria reſtitui poſtuletur. Ex conſequenti enim hoc infertur antecedens, intendere nimirum agentem ſe eſſe heredem, cui cauſa hereditaria reſtituenda ſit, ut *l. nec ullam. §. non ſolum. 13. & paſſim eod.*

Species † complures, de quibus confusè *Bald. & Doctores. in l. ſi ſcripti, 9. h. tit. in l. 1. ſi pars her. petat.* Aliæ ſumantur à cauſa efficiente, ut quædam ſit civilis *l. 1. in princip. ſi pars hered. peta. l. 2. in fin. de poſſeſſ. hered. petit.* quædam prætoria. *l. 1. & tot. tit. de poſſ. hered. petit. d. l. ſi ſcripti. 9. ubi notat. Bald. ad verbum honorario jure, ita has ſpecies diſtinguens.* 10

Alia directa, & alia fideicommiſſaria 11

l. 1. 2. 3. de fideicom. hered. petit. quam
Dd. quoque civilem eſſe volunt. *Bart.*
& alij. l. 1. eod. quod ſanè priſco jure
non fuit, cum juriſdictione tantum
prætoria fideicommiſſorum jus con-
ſtaret. *Vlpia. frag. tit. 25. l. 5. inf. de reb.*
cred. §. 1. Inſtit. de fideicom. hered. Quin-
tilia. lib. 3. cap. 3. ac ex ipſa collocatio-
ne apparet, in Digeſtis hanc petitio-
nem prætoriæ annumerari. At hodie
ſanè fateor hanc eſſe civilem, poſtquã
conſtitutionibus jus fideicommiſſo-
rum legatis adæquatum eſt *l. 1. 2 infr.*
comm. de lega. ſic tamen, ut utilis po-
tius, quam directa ſit hæc actio, quoni-
am nec fideicommiſſarius directo, ſed
utiliter tantum heres eſt. *l. 1. cum ibi no-*
ta. ff. ad Trebell. & §. reſtituta. ac paſſim.
Inſtit. de fideicom. hered. quod & Ruſ-
ſard. annotavit, *ad l. 1 de poſſ. hered. pe-*
12 *tit.* Item & alia † eſt teſtamentaria. *l. 1. 2.*
3 ff. eod. Alia ab inteſtato. *d. l. 2. & 3.*
Alia ſtatutaria, ſicut loquuntur, quæ ex
ſtatuto vel conſuetudine datur ad no-
vas ſucceſsiones repetendas, præſertim
eas, quæ neque teſtamentarijs, nec ab
inteſtato ſucceſsionibus cõmodè poſ-
ſunt annumerari, ut eſt ſucceſsio feu-
dalis *Imol. in l. ſi patroni. 15. verſic. extra*
num. 3. ad SC. Treb.
13 A materia & ſubiecto alia † petitio
hereditatis de inofficioſo, quam ſup.
habuimus. *l. 3 h. t.* Alia de nullo, ru-
pto, injuſto, deſerto teſtamento. *l. con-*
tra. 16. ſup. eod. tit. Alia ex falſo. *l. cum.*
14. ſup. eod. alia ex alijs ſucceſsionis
14 cauſis. *l. 3. h. t.* Alia † in ſolidum & ad
aſſem. *l. licet. 10. & tot. tit. ff. eo.* alia par-
tiaria, ſeu particularis. *l. 1. 2. ſi pars he-*
15 *red.* A forma † quædam directa, quæ-
dam utilis. *l nec ullam. 13. §. quid ſi. 4.*
& §. ſi quis ſciens. 8. cum ſeq. eod. Bald. l. ſi
ſcripti. 9. in fin. h. tit. Cauſa remota
† iàm eſt jus antiquum *l. 3. h. t. in princ.* 16
Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l. lege. 130. de
verb. ſignif. quàm jus novuum, ut con-
ſtitutiones, Senatusconſulta *l. 1. 2. & 3.*
ff eod. l. 2. § item. 1. famil herciſcun. l. i-
tem. 20. §. non ſolum. 10. l filiifam. 34.
eod. quanquam olim & prætor has a-
ctiones dabat. *l. 1. in princ. ſi pars hered.*
ſicut & alias civiles. *l. 1. commod.* ante
formulas, & impetrationes ſublatas. *l.*
1. & 2. ſup. de formul. & impet. ſublat.
Ideo autem † neceſſaria fuit hæc actio, 17
quia licet per aditionem hereditatis,
aut impetratam bonorum poſſeſsio-
nem, jus illud univerſale, quod aditur,
conſequamur. *l. cum heredes. 23. de acq.*
poſſ. tamen hoc non aliter verum eſt,
quam ſi conſtet, heredem eſſe illum,
qui adit. *d. l. cum heredem in verb. cum*
heredes ſumus. Itaque altero illud infi-
ciante, neceſſe eſt, hac actione agi, qua
declareretur actor heres. Sed & alias a-
depto per aditionem jure univerſali,
non tamen quæritur jus in rebus ſingu-
laribus, quarum dominiũ ut non con-
ſequimur, niſi occupatione, ſic nec
poſſeſsionem. *d. l. cum heredes. l. tradi-*
tionibus. 20. ſup de pact. quæ ab invito
non extorquenda, ſed actionibus civi-
libus exigenda eſt. *l. ſi ex ſtipulatione. 5.*
de acq. poſſ. Bald num. 3. & Dd. in l. ult.
de edic divi. Adria, ut hic quoque opus
ſit hac actione, cum vindicari nequeat,
niſi cuius dominium per apprehenſio-
nem poſſeſsionis ſit ab herede acquiſi-
tum. *Salic. l. hereditates. 7. num. 2. h. tit.*
Dec. l. hereditas. 67. num. 2. de reg. jur.
proxima cauſa † duplex eſt, ex parte a- 18
gentis jus hereditarium, quod actor ſeu
verè, ſeu errore, vel per calumniam. *l.*
poſtquam. 43. eod. habere ſe prætendit.

l 3 h.

l. 3. h. t. licet. 10. eod. ſeu ut loquitur *Salic.* vera eſſentia aut exiſtentia heredis in *d. l. hereditatis. 7. num. 2. & 3. h. t.* h. e. ut planius dicam, titulus aliquis hereditatis, ex quõ agitur: aditionem autem hereditatis non magnopere requiro in eo, qui ex ſe heres eſſe vult, cũ agendo ſatis declaret, ſe ad hereditatem aſpirare, & pro herede ſeſe gerere, *l. 19. verſic. aliquid geſſerit inf. de iur. delib. l. gerit. 88. ubi Bart. de acq. hered.* At ſi ex alterius jure agat, ut heres heredis *l. ff. eo*, cum neceſſe eſt allegare, & probare, illum cuius ex jure agit, adiiſſe, cum aditio non præſumatur, niſi probetur. *Cravet. conſil. 37. 307. deceſſit nu. 4. vol. 1 per l. 1. & 2. de interrog. actio. Bal. conſil. 273. factum. in fin. lib. 1. & conſil. 31. Angel num. 4. lib. 2 Roma. conſ. 224. num. 2. & 3.* Hereditates verò non aditæ nunquam, niſi in linea recta, tranſmittantur, *l. quoniam. 7. inf. de jur. delib. l. 1. inf. de his qui ant. aper. tab.* Ex parte rei eſt poſſeſsio. *l ſi à te. 9. in princip. verb. quia nihil poſſidebat. de excep. rei iud.* atque ita reſtituendi facultas. *d. l ſi à te* etſi hanc ſibi facultatem dolo malo reus ipſi ademerit, vel alienando poſſeſsionem. *l. nec. ullam. 13. §. item 14. l. item 20. §. 11. eod.* aut ſe ad judicium, cum nõ poſsideret, offerẽdo. *d. l. nec ullam. §. non ſolum 13. l. ſi debitor. 42. eod. l. qui ex parte 18. de interrog. actio.* Quod ergo dicitur, agentem metiri actionem ex ſuo jure, non ex eo, quod poſſeſſor tenet, accipiendum eſt reſpectu cauſæ prioris, quæ agentem concernit, de qua diſertè loquitur *Ulpian. l. 1. §. 1. ſi pars hered. petat.* non verò porrigendum ad alteram cauſam, quæ rem ſpectat, h. e. reſtituendi facultatem. Nam hactenus metimur actionem ex eo, quod reus poſſidet, ut oſtendit *d. l. ſi à te. 9. de excep. rei iud.*

Datur autem hæc actio omni heredi 19
publico & privato, *l. 1. l. item. 10. §. ait. 7. eod.* ſive ex toto, ſive ex parte ſit heres, *tot. tit. ſi pars hered. l. licet. 10. eod.* Denique & omnibus, qui pro herede ſunt, ut qui hereditatem per alios acquirunt. *l ſi putas. 6. l. ſi filius. 10. h. t. l. 2. & 3. ff. eod.* bonorum poſſeſſores. *l. 4. h. t.* fideicommiſſarij. *l. 1. & 2. de fideicom. her. petit.* Sed & heredi heredis datur. *l. 3. eod* ex ratione *l. ult. inf. de hered. inſt.* etiam filio contra patrem, de bonis maternis aut adventitiis. *l. ult ff. eod* patrono, cui portio legitima debetur. *l. ſorori 6. §. 1. ſi pars hered. peta.* eademque ratione omnibus, quibus ex ſtatuto aliqua portio debetur, uni vel pluribus *l. 1. §. 2. ſi pars. hered. peta.* quorum nullus impeditur agere, alio ceſſante, *l. ſæpe. 63. de re iud.* vel nec dum nato. *l. 1. §. ult l. 3. l. illud. ſi pars hered.* quoniam diverſa jura habent, *l. diviſa. l. 2. inf. de hered. actio. l. ea qua. 6 inf. famil. erciſc.* ut alterius jus alteri impedimento eſſe non poſsit. *l. unica. inf. quando civil. act. præiud. crimin. & Ud. l. 3 ſup. de eden.* Datur etiam utiliter hereditatis emptori. *l ex qui. 14 ff. eod.* ex ratione. *l. 5. de diverſ. & temp. præſcript. §. penult. Inſtitut. de uſucap.* Datur autem ordine ſucceſsivo, prout ipſa cauſa, hoc eſt jura ſucceſsionum ordinata ſunt. *§. cum autem. & p ſim Inſtitut. de hered. quæ ab inteſt.* Primum heredibus teſtamentariis, deinde in eorum defectum reliquis ab inteſtato, vel civili vel prætorio jure ſucce-

dentibus. *l. ſi ſcripti 9 h. t.* Non datur
20 † ex teſtamēto illi, qui hoc impugnarat. *l. Lucius 47 eod.* aut falſum dicere voluit *l. ſi teſtamentū. 6. eod.* aut inofficioſum *l. 3. h. t.* quive aliquid ex teſtamento accepit eiuſmodi titulo, unde hæres factus accipere nō potuiſſet, ut uxor hodie dotaliū *conſtit. 37 par. 3.* niſi illo reddito, aut præſtita de reddendo cautione *d. l. poſtquam 43. l. ult ff. eod.*

21 Datur autem † adverſus poſſeſſorem *d. l. ſi à te. 9. de excep. rei iud.* eiuſq; tutorem, curatorem, vel procuratorem. *l. ſi putas. 6. h. t.* cumve qui detinet *l. officium. 9. ff. de rei vind.* quive poſt litem conteſtatam poſſidere deſinere cœpit *l. item. 18 §. 1. eod.* vel qui pro eo habeatur, ut qui dolo poſsidere deſinit *d. l. nec ullam. 13. §. ult. cum ſeq. l. item. 20. eod.* aut culpa. *l. item. 8 ff eod.* aut ſe pro poſſeſſore offert. *l. nec ullam. 13. §. non ſolum. 13. l. item. 20. § hæc adverſus. 12. verſ. cæterum. l. ſi d. bitor. 42. eod.* non
22 tamen † contra quemlibet poſſeſſorem, ſicut vindicatio datur. *d. l. officium. verſ. nec ad rem pertinebit, ex qua cauſa poſſideat. de rei vind.* ſed tantum adverſus eum, qui pro herede, vel poſſeſſore poſsidet. *l. regulariter 9. cum ll. ſeq. eod. l. hereditatis. 7. h. t.* & tum vel univerſam hereditatem, vel res aliquas hereditarias *l. regulariter. 9. in fin ff. eod.* etiam minimas *l. licet. 10 ff. eod.* pro herede videlicet illius, cuius hereditas petitur. Nam ſi pro herede alterius poſsideat, alius eſt titulus, & quidem ſingularis, ac extraneus, ſiquidem actorem ſuum coheredem eſſe poſſeſſor intelligitur. *Bart. & Doctores l. pro herede 11. eod Schurff conſil. 68. viſis n. 10. cent. 2.* Nec interest, utrū, qui poſsidet, ſe putet ex [illegible] cauſa ſe eſſ. heredē, an iniuſta. *l. item. 20. §. præter. 6. l. ſed etſi. 25. §. ſcire. 6. eod.* Nam & contra verum heredem datur, quando negat, is actorem eſſe coheredem. *l. 1. §. item. 4 l. permittendum. 8. ſi pars hered. petat.* ſed & is, qui ſcit, ſe heredem non eſſe, tamen ſi id alleget, & contendat, poteſt pro herede conveniri. *l. pro herede. 11. ff. eod.* Etenim reales actiones tàm bonæ quàm malæ fidei poſſeſſorem tenent. Nec enim opinio eius conſideratur, ſed reſtituendi facultas *d. l. 9 de excep. de re iud.* nec ab illius poſſeſsione, ſed agentis iure præcipuè hoc iudicium metimur. *l. 1. §. 1. ſi pars hered.*

Quamobrem † pro herede poſsidere dicitur, non tantum ille, qui ſe heredem, aut bonorum poſſeſſorem putat, nullamque aliam poſſeſsionis ſuæ cauſam dicere poteſt, quam hanc *l. nec ullam. 13. in princip. ff. eod.* verbi gratia ſi allegans ſe pro herede poſsidere rogatus, quo iure poſsideat, (ſicut rogari poteſt. *l. cogi. 11. & ult. h. t. l. 1. 2. & paſſim de interrogat. action.*) nullam cauſam vel teſtamentariam inſtitutionis, vel ab inteſtato proximitatis afferre poſsit, repetens tantum petitionem principii, poſsideo pro herede, quia ſic poſsideo. *l. ſed etſi. 25. §. quod autem. 3. verb. cum nullam haberent cauſam. eod.* Non enim quis ſibi ipſi titulum fabricare poteſt, ſicut nec cauſam poſſeſſionis mutare. *l. 3. §. pertinet. l. qui bona. 19. §. 1. de acquir. poſſ.* ſed & ille, qui ſcit ſe non eſſe heredem, habet tamen aliquam cauſam pro herede poſsidendi, quam obtendere poſsit, veluti cum emit hereditatem, vel partem eius quotam (non vero rem aliquam ſingularem. *l. 2. h. t.*) ab eo, quem ſcivit 23

ius

jus vendendi non habere. Hic enim etiamſi mala fide emit, tamen pro herede poſsidet. *l. pro herede. 11. ff eod.* Quanquam enim emptor ex traditione fiat poſſeſſor, non tamen pro poſſeſſore poſſidet, qui precium numeravit, ut ait IC. *d §. ſi quis ſciens.* h. e. ut exiſtimo, qui ſibi pro eo acquiſivit titulum authoris, cuius jure uti poteſt, *§. inter Inſtitut. de uſucap.* Idem eſt, ſi dicat, ſe pro herede poſsidere, certam cauſam allegando, quamvis per mendacium falſam, ut quia inſtitutus, quia ab inteſtato vel ex ſtatuto proximus (non enim hic de veritate quæritur, quæ poſt durante judicio examinatur, *l. pro herede 11. l poſtquam 34. eod*) pro herede igitur poſſident, & conveniuntur omnes, qui ex eodem jure ſucceſsionis, unde agitur, puta vel ex teſtamento, vel ab inteſtato titulum aliquem in ſpecie allegant, ſive verè ſive falsò. *l nec ullam. 13. §. 1. l ſed etſi. 25. §. item. 17. l. nec ullam. 13. §. quid ſi. 4. eo.* vel ductum ſaltem inde per emptionem, aut alium titulum ſingularem. *d. l. nec ullam. 13. §. quid ſi 4.* cui obſtare videtur. *l. 2. h. tit.* quæ vult emptorem hereditatis non hac petitione, ſed jure rerum ſingularium, h. e. vindicatione conveniri, Quod accipiendum eſt non ſimpliciter, ſed ſecundum quid, h. e. de directa actione, qua emptor non tenetur, item ſecundum terminos eiuſdem. *l. 2.* h. e. quatenus de fructibus & acceſſionibus agitur, quarum nomine convenitur emptor bonæ fidei, non ex jure huius actionis, ſed ut loquitur tex. jure rerum ſingularium, quod in vendicatione obtinet, ubi poſſeſſor bonæ fidei tantum à lite conteſtata fructus debet. *l. Iulianus. 37. de rei vindic. l. cum fundus. ſi cert. petat. l. certum. 22. inf. de rei vindic.*

Pro poſſeſſore autem † convenitur, qui poſſeſsionis ſuæ cauſam (id 24
eſt titulum. *l. 3. §. ult. de acquir. poſſeſſ. ubi Doctores*) nullam afferre poteſt. *l nec ullam. 13. eod.* vel ſtatim prima fronte injuſtam, atque inſufficientem. *d. l nec ullam. 13. §. 1.* qui titulus pro nullo haberi ſolet *l improba. 7. infr. de acqu. poſſeſſ. l. ſi is contra. 8. infr. de præſcript. long. temp Bald l. 2. num. 2. inf. de furt. c. gravis. 11. num. 7. de reſtitut. ſpolia. Schurff conſil ſexageſimo octavo. viſis. num 11. centur. 2.* cuiuſmodi poſſeſſorem ICti prædonem appellare ſolent. *l. pro herede 11. cum l. ſeq. l. ſed etſi. l. 25. § 2 & paſſim. eo. l. fructus. 33. ff de rei vindic. Theoph in §. etſi. Inſtitut. de offic. jud* ubi annumeratur & is, qui tacitam fidem interpoſuit, ut non capaci reſtitueret. *l. prædonis. 46. eo.* quia nullo titulo poſsidere videtur, etſi pro poſſeſſore poſsideat.

Debitor etiam † hereditatis pro 25
poſſeſſore convenitur. *l. nec ullam. 13. §. ult. l. quod ſi. 16. cum mult. ſeq. l. ſi bona 49. l. ult. ff. eo.* quia poſſeſſor juris eſt, quod hac quoque univerſali actione peti poteſt. *l. quod ſi. 16. §. 1. eod.* niſi paratus ſit ſolvere actori docenti jus ſuum. *l. ſi debitor. 42. eo.* Quanquam Doctores inde aliam longè ſententiam extruant, videlicet, debitorem hac actione aliter non teneri, quam ſi contra ſe heredem intendat. *Alexand & aly in d. l. ſi debitor Iaſon. in §. actionum. num. 205.* Atqui cum non pro poſſeſſore, ut *d. ll.* volunt. *d. l. nec ullam. 13. §. ult. cum ſeq. eo* Sed

pro herede convenitur. *d. l. pro herede. 11. cum ſeq* non autem intereſt, ut dixi utrum bonæ, an malæ fidei ſit poſſeſſor, qui convenitur. *l. pro herede.* 11. *eo.* & ut unus vel plures hac actione agere poſſunt, ita unus pluresve conveniri, maximè cum ſinguli poſsident. *l. 1. § 2.*
26 *ſi pars hered. peta.* Quamobrem † & coheres rectè convenietur, ſi neget petitorem eſſe coheredem. *l. 1. §. item. 4. ſi pars hered. peta.*

27 Ex his patet, † non dirigi adverſus eum, qui non poſsidet. *l. qui petitorio. 36. l. officium. 9. de rei vind.* neque reſtituendæ rei habet poteſtatem, ſeu facultatem. *l. ſi à te. 8. de excep. rei iud.* ſed nec adverſus eum, qui alio titulo, quam pro herede, poſſeſſoréve poſſidet, qui non hac, ſed rei vendicatione eſt conveniendus *l hereditatis. 7. h. t. l 4. inf. in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcript. l. 2. in fin. h. t.* petens enim hereditatem non allegat, nec probat dominium, ſed jus defuncti, h. e. rem in bonis eius fuiſſe, & ab eo poſſeſſam fuiſſe. *l. & nō tantum. 19 ff eod.* qui potuit etiam non jure dominij poſſediſſe. *d. l. & non tantum. Bart d. l hereditas. 7. num. 7. num. 2. & 3. & Dd. h. t. Iacob. trac. ſeud verb. & cum pacto. num. 7.* Quamobrem petens hereditatem, nihil proponit, quare tali poſſeſſori debeat anteferri, cum ne defunctus quidem, cuius jure utitur. *l. cū heres. 12. de diverſ. præſcrip.* potuiſſet auferre rem poſſeſſori, qui nullam ab eo cauſam haberet. *l. ſive 9. §. 2. de public. in rem act. l. ſi quis rem. 24. de except. rei iud.* niſi impleta rei vindicatione. *l. ult. inf. de rei vindic.* qua de re plura *Iaſ. in §. actionum, num. 195. num. 200. & paſſ. Caſtrenſ. l. 2. num. 2. & 3. h. t. Bart. num. 2. & 3. in l. hereditatis. 7. h. t.* ubi addit & hanc rationem, quod poſſidens ſingulari, & alio titulo, non neget agentem heredem. Nam ut maximè id fateatur, non tamen ad reſtituendum ex eo obligatum eſſe, ut hac actione fruſtra conveniatur, quod ſecus eſt in poſſeſſore habente titulum ex eadem cauſa, ut eo qui emit à poſſeſſore pro herede. *l. 2. h. t.* ſic in quē libertus in fraudem patroni alienavit, non hac actione, ſed Calviſiana tenetur, nec enim hereditatis, ſed patroni debitor eſt. *l. quod ſi 16. §. idem. 6. eod.*

Materia † huius actionis eſt hereditas, aut eius portio, quam ſibi deberi actor intendit. *d. l. licet. 10. eod.* non etiam coheredum. *l. 1. §. ſi pars hered.* niſi ex mandato eorum, aut iis partem ſuam repudiantibus, *l. 1. ſi pars hereditatis.* Itaque qui cum ventre heres eſt, quartam tantum petere poteſt, quia tres naſci poſſunt (propter hunc caſum vidi judicatum, ut judiciū tàm diu differatur, quo ad partus naſcatur, & ſolet cautio dari, de bonis non diminuendis) *l. 1. § ult. l. antiqui. 3. ff. ſi pars. hered.* petitur igitur hac actione hereditas vel tota, *l. licet 10. eod.* vel pro qualibet parte. *l. 1. 2. & l. 1. ſi pars hered. peta.* Item res hereditariæ, quæ jure & nomine hereditatis continentur *l. ſi ſcripti. 9. h. t.* etiam minimæ. *d. l. licet. 10. eo.* tàm corporales quàm incorporales. *l. item. 18. cum ſeq. l. ſi debitor. 42. eo.* non tamen † feudales, ut vult *Iaſ. in §. actionum. num. 210. Inſtitut. de actio. Iaſ. Soci. conſ. 19. lib. 3. vol. 1.* niſi tota ſucceſſio feudalis ſit *Imol. in d. l. ſi patroni. ad Trebell. Roſre. in for. petit. hered. n. 12.* [illegible] feudum hereditarium. [illegible] 67, [illegible] 28 29

67. cent 3. aut agant ſucceſſores feuda-
les, ut filij, &c. *Bart. in l. juriſiurandi. 7.
§. ſi liberi. 1. num. 4. & 5. de oper. liber.*
30 Nec tantum † peti poſſunt, quæ in
bonis defuncti fuerunt, verum etiam
quæ periculo ſunt hereditatis, ut res
commodatæ, depoſitæ, pignoratæ. *l.
& non tantum. 19. eod.* precia quoque
rerum vēditarum ex hereditate. *l item.
20. §. ult. cum l. ſeq. eo. l. 1. h. t.* Item par-
tus, penſiones, fructus & alia augmen-
ta quæcunque. *l ſed etſi. 25 §. ult. l. item.
20. §. 3 cum mult. ll. ſeq. eod* Denique o-
mnia lucri quæcunq; hereditatis occa-
ſione quæſita. *l item. 23. l. ſed etſi. 25. §.
penult. l ancillarum. 27 cum l. ſeq. eo. l. 1
h. t.* nam hæc omnia hereditatem au-
gent. *l. item. 20. §. 3. verſic fructus. eo. l.*
31 *1. h. t.* Forma † intelligi poteſt ex dua-
bus actionis huius partibus vindicatio-
ne, & petitione reſtitutionis. Prima
parte vindicatur hereditas. *l. 1. §. 1. ſi
pars hered.* quam actor intendit eſſe ſu-
am. *l. legitimam. 8. cum ſeq. eod.* Quod
proprium eſt realium *§. 1. cum ibi nota.
Inſtit. de actio.* Nec obſtat, quod jura
non vendicentur. *l. vendicatio. 56. de
rei vend.* Nam ea lex juxta ſuum titu-
lum eſt accipienda, videlicet de ſpecia-
li rerum vindicatione. Cæterum alijs
actionib. jura vindicari multis probari
poteſt, ut hac actione hereditas, cōfeſ-
ſoria juriſdictio, & alia jura. *tot. t. ſi ſer.
vind. t. ſi uſusfruct. petatur.* Res quo-
que ſingulæ hac actione vindicari di-
cuntur. *l ſi ſcripsi. 9. h. tit.* impropriè
tamen niſi fallor, quia non intendit a-
ctor, eas eſſe ſuas, ut in vindicatione,
ſed tantum hereditarias, & proinde re-
ſtituendas. *l. licet. 10. in fin ubi Bart. n.
2. & l 2. num. 3. eod.* Itaque utramque
partem in concluſione huius actionis
neceſſariam volunt doctores, & decla-
rationem ſui juris, & petitionem reſti-
tutionis. *Bart. in d. ll. Iaſ. in §. omnium.
num. 114. Inſt. de actio.* quanquam ſuf-
ficeret etiam, hæreditatem tantummo-
do petere. *l. 4. h. t. l. nec ullam. §. non ſo-
lum. eod. l. 1. ſi pars hered. peta.* vel in-
tendere hæreditatem eſſe ſuam. *l. licet.
eod.* cui tacitè ineſt petitio reſtitutionis,
aut ſibi eam reſtitui, ut heredi. *Bart. l.
2 d. l. licet. num. 21. eod.* vel ſimpliciter
petere rem reſtitui. Intelligitur enim
ex cauſa narrationis hereditatem pet.
*Bart. l. & ex diverſo. 35. §. ubi autem. 1.
num. 2. & 3. de rei vind. & in l. Pompo-
nius. 40. §. ſed & ſi. 2. de procura. Iaſ. in
§. actionum. 214. Inſtit. de actio.* Etenim
cum ſit univerſale judicium, facilius
hic libellus ſuſtinetur. *gloſſ. & Dd. l. 1.
in princ. de eden.* quare nec cogitur a-
ctor exprimere, utrum ex teſtamento,
an ab inteſtato agat. *Bart. num. 3. l. 2. eod.
Iaſ. §. omnium. num. 101. Inſtit. de actio.
gloſſ & Dd. l. ult. inf. de codicill.* & quo-
ta ex parte petat. *l. 1. § 1. ſi pars hered.*
quanquam ſi hæc ſciri poſſunt, rectius
eſt experiri, cum Iuriſconſultus ibi tan-
tum hunc ignorantiæ caſum excipiat.
Nec etiam cauſam & titulum hæredi-
tarium neceſſum eſſe anxiè declarari o-
ſtenditur. ex *l. ult. inf. de anna. excep. cap.
2. §. ſecus. de excep. rei jud gloſſ. & Dd. c.
2. de lib. oblat.* multo minus † res ſingu- 32
las, quæ petuntur. *Iaſ. §. actionum. num.
113.* Nam ſicut judicium eſt univerſa-
le, ſic etiam generalis hic libellus, &
incertus ſuſtinetur. *l 1. §. ult. ſi pars he-
red.* quemadmodum & ſententia. *Bart.
num. 22 in rub. ſolut. matr. & in l. 1. in
princ. ubi communiter. Dd. poſt gloſſ de
eden.* & ſufficit vel in executione ſin-
gula declarari, ut vult. *Schurff. conſil.*

 62. num.

61. num. 1. & 2. centur. 1. per l. 2. inf. de
ſent. quæ ſine cert. quant. ubi Bald. Quod
accipio de quantitate & declaratione
rerum, de quibus in *d. l. 2.* agitur. Nam
cauſa, ex qua agitur, utrum teſtamen-
taria ſit, an ab inteſtato, & qualis quan-
taque ſit, omnino eſt durante judicio
ſaltem probatione declaranda, alioqui
actor obtinere non poteſt. *cap. 2. §. ſe-*
cus de ſent. & re jud. lib. 6.

33 Ad ſummam † ex Dd. placitis ſic
regulariter hæc actio proponi ſolet, ut
primum ponatur illo tempore deſun-
ctum eſſe, cuius hæreditas poſtuletur.
Roſre. in ſumma hujus tit. in princ Bald.
l. 3. n. 71. infr. de eden. Alex. conſil. 70.
numer. 10. & conſil. 152. num. 3. vol. 6.
Ac huius hæredem eſſe actorem, aut
hæreditatem ad eum pertinere. *l. licet.*
10. cod. Bart. l. 2. num. 3. eo. & eam à ſe
aditam eſſe. *Roſre. præall loco*, de quo
tamen quid ſentirem, ante expoſui.
Quod cum ita ſit, petere ſe, ut declare-
tur hæres, vel ſua eſſet hæreditas, &
condemnetur adverſarius ad eam, vel
res hæreditarias, quas poſsidet, reſtitu-
endas. *Bart. d l. num. 3.* una cum fructi-
bus & acceſsionibus *l. item. 20. §. ult e-*
od. mediante idoneo inventario poſ-
ſeſſoris, vel jurejurando. *l. ult. §. licen-*
tia ubi gloſ. verb ſacramentum illius inf.
de jur. delib. l. . inf. de bonorum poſſeſ ſe-
cund. tabul Petiᵗ etiam † ſolet cautio de
34 non alienanda vel minuda hæreditate,
quoad lis pendet. *l. 5. l quod ſi. 16 eod.*
& deſcriptio bonorum, ac fructuum.
Bald Bart. & ad. l. ſi creditores 31. de reb.
auth. judic. poſſid l. qui fundum. 7. §. qui
ſciens. ff pro emptore. l. 6. §. ul. l. quæri-
tur. 14. de Carbo. edic. l. 15. §. ult de quæ-
ſtio. l. 1. §. ult. de pæn. Paulus lib. 1.
ſent. tit. 12. l ſi ſi. e uſſo. § ult. qui ſatisd.
cogan quanquam hæc petitio apud nos
rarior eſſe ſolet, propterea quod ad in-
ventarium, vel jusjurandum reus adi-
gatur, niſi fortè cum metus eſt diſsipa-
tionis, aut perjurij, quemadmodum &
tali caſu ſequeſtratio peti poteſt, alias
interdicta. *Ferrar. in prac. in formul. ſe-*
queſt. ſeu ſaxam. in princ. ex Bald. num 2.
3. cum ſeq. in l unica. inf. de prohib. ſe-
queſt. Cum autem † hoc judicium ſit
bonæ fidei, *l ult. in fin. h. tit.* poteſt ju- 35
dex mandare actori, ſi putet libellum
minus dilucidum, ut amplius eum de-
claret. *Bart. d. l. num. 3.* maxime petente
id adverſario. *Iaſon. l. 3. num. 17. ſup. de*
eden. Sicut contra mandare reo, ut li-
tem dilucidè, & ad ſingula reſponden-
do conteſtetur. *conſtit. 10. par. 1.* Quæ
reſponſio hic eſt loco interrogatio-
num, quæ olim fiebant. *l. 1. 2. & paſsim*
de interro. actio. quibus reus responde-
re cogebatur, utrum pro hærede, an
poſſeſſore poſsideret. *l. cogi. 11. h. tit.* ho-
die minus frequentantur, cum in his
terris reſponſio ipſa ſufficiat. In Came-
ra autem imperij & alibi, ubi jus com-
mune ſervatur, poſitiones, quibus et-
jam jurato cogitur poſſeſſor reſponde-
re. *c. 1. & . de confeſſ. in 6.*

Cæterum † alium ſingularem titu-
lum edere poſſeſſor non cogitur. *d. l.* 36
cogi. 11. h. t. cujus rationem reddit. *l. co-*
gi. 12 Cod Theod. lib. 11. titul. 39. de fid.
teſt. & inſtru. ſimilem ei, quæ proponi-
tur in *l. 1. inf. de teſtib. c. 1. de fid. inſtr.*
quanquam exiſtimem, id ideo quoque
factum, quod ea res pertineat ad exce-
ptiones peremptorias reorum, quando
ſupra dictum ſit, contra titulo ſingula-
ri poſsidentem hanc actionem nō ob-
tinere, ut omnino abſurdum fuerit, ta-
le quid actorem à reo poſtulare, cum
ne iu-

ne judex quidem exceptiones exqui-
rat, aut ſuppleat, à reo non productas.
*l. unica ubi Caſtrenſ. num. 3. & 4. ſupr. ut
qua deſunt advoca.* Sic in vindicatione
non cogitur reus de ſuo jure reſponde-
re, cum id petitoris, non poſſeſſoris
munus ſit. *l. in ſpecialt. 73. de rei vind.*
At ego quidem exiſtimo, olim uſitatas
fuiſſe interrogationes, utrum pro here-
de an poſſeſſore poſsideret reus, quam-
vis quoad acceſsiones, & titulos poſ-
ſeſsionis ſpeciales diverſimodè fuerit
obſervatum, ut eoſdem ſibi edi actor
petere non potuerit, ne plus petendo
cauſa caderet. § *ſi quis intentione. Inſtit.
de actio.* Cæterum cum illà ſeveritate
jam non utamur, delitum eſt etiam po-
ſcere hanc à reo reſponſionẽ tanquam
non neceſſariam, ut oſtendit quoq; *l. 1.
in fin. de interro. actio.* in qua particu-
lam hodie à Triboniano adjectam vult
Hottom. in orat. pro Cecinn. quando con-
ſtet tempore Ictorum interrogationes
fuiſſe uſitatas. *d. l. cogi. h. t. l. qui petito-
rio. de rei vind. l. 2. 3. 4. 5. & paſſ. de
interro. actio.* At ubi † hæc actio pro-
36 ponenda eſt? olim apud centumviros
peragebatur. *l. ult. verb. magnitudo cen-
tumviralis. h. t.* Hodie judicijs illis ſub-
latis agitur apud ordinarium. *l. unica.
ſup. ubi de hered* eius ſcilicet qui con-
venitur. *d. l. unica.* quæ nec permittit
eum conveniri, ubi res ſunt heredita-
riæ, niſi ibi degat, hoc eſt, domicilium
habeat. *l. ſi fideicommiſſum. 50. § 1. de iud.*
nec mirum, cum hæc actio mixta ſit. *l.
hereditas. 7. h. t.* eaq; propterea potius in
loco, ubi perſona degit, dari debet, quæ
nec interdicto alibi conveniri poteſt.
l. 2. inf. de interd. Cuia. lib. 5. obſervat. c. 19.
quia perſonalia ſunt, licet in rem ſcripta
*Bald. & Dd. in l. ult. ſup. de edic. divi. A-
dria.* Excipio miſsionẽ in poſſeſsionem
bonor. ex eadẽ. *l. ult. de qua accipit Cuia.
praall. loco l. un. in princ. ſup. ubi de hered.*
ut ea facienda ſit, ubi res hereditariæ ſi-
tæ ſunt, quoniã eſt judiciũ, ut loquun-
tur, ſummariſsimũ. *Dd. l. ult.* nec datur
cõtra titulo poſsidentẽ. *d. l. ult. verſic ni-
ſi legitima.* At Dd. in alia abeunt, & *d. l.
uni.* non tantũ de loco domicilij inter-
pretantur, verũ etiam, ubi hereditas eſt
maiore ex parte. *Salic. d. l. unica. num. 5.
per d. l. ſi fideicommiſſum. § 1. de jud.* Quod
potiſsimũ admitto, quoties certus nõ
eſt contradictor, atq; ita in hereditatem
agitur, tanquã in rẽ. *l. ult. ſup. ubi in rem
actio* quæ perſonã repræſentet. *in princ.
Inſt. de ſtipula. ſervo. l. hereditas. 61 de acq.
dom. l. 22 de fideiuſſo. l. nõ minus. 31. de he-
red. inſtit.* At quando † datur? poſt mor-
tem eius de cuius hæreditate quæritur, 37
ex ratione *l. qui ſuperſtitis. de acq. hered.*
jure novellarũ poſt nonũ ab obitu illi-
us diem jure Saxo. poſt diem 30. At quã-
diu † dabitur? Ad triginta annos *l. 4. inf.
in quib. cauſ. ceſſ. long. temp. præſcrip. iur.* 38
Sax. ad triginta & unũ annos, ac tres ſe-
ptimanas. *art. 29. & 28. lib. 1.* etiamſi res
tantũ mobiles ſint in hæreditate. *Author.
differ. 1. part. 1.* In ſupellectile tamen &
expeditorijs & ijs quæ vocant victualia,
nihil eſt immutatũ, quin annuo ſpacio
præſcribantur, ut reliquæ res mobiles.
auth. differ. 11. parte. 1. per art. 28. lib. 1. quo-
niã non ſunt pars hereditatis. nec jure
hereditario, ſed ſingulari debentur, ac
proinde per ſe debẽtur ac præſcribun-
tur. Non tamen cõtra ignorantẽ igno-
rantia facti, cui annales præſcriptiones
nõ currunt, ut multis probat. *Tiraq. de
retrac. prox. § 35. gl. 4. n. 22.* quanquã lon-
giores huic quoq; currant. *l. ult. inf. de
præſcrip. long. temp. conſtit. 9. par. 2.*

At

39 At quoties † dabitur? De eadem
hereditate ex eadem cauſa non niſi ſe-
mel propter rei judicatæ authoritatem.
l. ſi quis 7. §. ult. de excep. rei jud. niſi de-
cepto per adverſarium actore. *l. nec ul-
lam. 13. §. item. 14. eo. l. qui ex parte. 18.
de interrog. act.* Ex alijs autem cauſis ſæ-
pius hæc actio repeti poteſt. *l. 3. h. t. l. ſi
à te. 9. l. ſi mater. 11. de excep. rei jud.* quo
40 ad probationē † in hoc judicio demō-
ſtranda ſunt fundamenta intentionis,
ex *l. 2. de probat. l. actor. 23. inf. eod. gl.
ad verb. dubitetur. ubi & Iaſ. num 15. l.
ſi verò. 5. §. qui pro. 1. qui ſatiſd. cogan.*
ſi negentur, & quatenus negantur. Nam
confeſsio pro probatione eſt. *cap. 1. de
confeſſ. in 6. l. 1. in fin de interrog. actio.
c. per tuas. 10. ubi Dd. de probat. latè Hy-
pol. in rub. de probat. num. 67. 68. 69. cum
multis ſeq.* Inprimis mortuum eſſe eum,
cui hæreditas petitur. *Rofred. & alij in
forma hujus libelli.*

Quomodo autem ea mors probaſ-
ri poſsit, ſaltem per conjecturas, & fa-
mam diſcendum eſt ex *Iaſone in l. cum
nec. 21. nu 7. ſup. de tranſact. Bart. & Dd.
in l ſiquidem. 5. inf. ſolut. matr. & l. 2. §.
ſi dubitetur. quemad. teſt. aper. glo. & CC.
in c. quoniam. 5. §. ſi autem. verb. præ-
ſumatur. ut lit. non conteſt. & c in præſen-
tia. 9. de ſponſ. Petrus Ba. bo. in conſ matr.
25. reſtat. num. 2. 3. & 4.* Item actorem
ipſius eſſe heredem. *l. licet. 20. eod. Ro-
fred. & alij in for huius libel.* Nec enim
admittitur ut talis, niſi probet ſe talem.
l. non ignorat. 9. ubi Bal. inf. qui accuſ.
Item aditam eſſe hereditatem ab eo,
cuius jure petitur. Quod quomodo
probetur, diſcendum eſt ex *Barto. in l.
pro herede. 22. de acq. hered.* At quoties
actor venit jure ſuo, non opus eſſe hac
probatione, diximus, cum animus a-
ditionis ex ipſo facto præſumatur. Eſt
etiam probandum, res, quæ petuntur,
eſſe hereditarias. *Bart. & Dd. l. heredi-
tatis. 7. h. t. Maran. par. iud. 4. diſtinct.
3. num. 58.* aut ſaltem à defuncto poſ-
ſeſſas. *l. & non tantum. 19. eod. Schurff.
conſil. 68. Viſis n. 9. & 12. cent. 2.* quod
verum eſt, quoties res ſingulæ petun-
tur, & hereditariæ negantur. Cæterum
ſi tota hereditas petatur, neque reus in-
ficietur, ſe ejus poſſeſſorem, aut defen-
ſorem, tum in hac parte levatur ab hoc
onere probandi actor, qui petijt à reo,
ut peti ſolet, intermedio inventario, ſeu
jurejurēdo reſtitutionē; ex *l. ult. §. licen-
tia. inf. de jure delib.* idque per ſenten-
tiam condemnatoriam reo imponi ſo-
let, cui niſi pareat, permittitur actori
in litem contra eum tanquam contu-
macē jurare. *l. 1. 2. & tot. t. inf. de in lit.
jur.* perinde ac contra malæ fidei poſ-
ſeſſorē in hoc judicio juratur, qui poſ-
ſideri deſijt. *l. item. 20. §. reſtituere. 21. l.
ſed etſi. 25. §. hac verba. 10. eod.* Finis &
effectus † ante completam petitionem, 41
ut interea ſingulares hereditatis actio-
nes tàm petitor, quam poſſeſſor à cre-
ditoribus, vel legatarijs cogatur exci-
pere. *l. ult. h. tit.* ſicut vice verſa con-
tra eoſdem agere poſsit. *l. ſi bona. 49. eod.
l. ſi quis cum. 7. §. ult. de excep. rei jud.* ut
poſſeſſor prohibeatur aliquid diſtrahe-
re. *l. 5. eod.* ut nihil in præjudicium hu-
jus judicij fieri poſsit. *l. 5. §. ult. eo. l. 1.
ff Fam. hercif.* Eventus abſolutorij ju-
dicij, † ut non impleta actoris intentio- 42
ne abſolvatur reus. *l. ult. circa finem. h.
t. Schurff. conſil. 68. viſis num. 7. centur.
2.* cum refuſione expenſarum. *l. pro-
perandum. 13. §. ſive autem. ſup. de iud.*
niſi actor probabilem habuerit litigan-
di cauſam. *Iaſ. in d. §. ſive autem. num 7.
& 8* Ne-

& 8 Neque alias ſingulares actiones cō-
tra debitores, vel poſſeſſores, qui ſuc-
cubuit, movere poſſit. *l. ſi quis. 7. § ult.
de excep. rei jud.* niſi cōtra poſſeſſorem,
qui vicit nomine eorum, quæ heredita-
tis cauſa petitor expendit, ſoluit, aut
ritè geſsit, de quibus illi officio judicis
ſatisfaciendum eſt, aut negociorum
geſtorum actio, vel condictio ex lege
permittenda. *d. l. ult. §. 1. verſic. quod ſi
petitor victus. h. t.* Eventus condemna-
43 torij, † ut impleta actoris intentione,
ſententia reſpondeat petitioni. *l. ut fun-
dus 18. commu. divid. l. ult. inf. de fidei-
comm. hered.* nempe ut declaretur ad a-
ctorem pertinere hereditas. *Inſtitut. de
off. jud. l. ult. inf. h. t. Bart l. licet. 10. nu.
2. Iaſ. §. actionum, num 214. Inſtitut. de
action.* Reus ad reſtituendum per in-
ventarium, aut jusjurandum conde-
mnetur, ſicut ſententia ſemper abſo-
lutionem, vel condemnationem con-
tinere debet. *l. 1 de re jud.* Quanquam
autem alias ſententia certæ debeat eſſe
quantitatis. *l. 1. 2. 3. inf. de ſent. quæ ſin.
cert quant. § curare. Inſtit. de actio.* hoc
tamen in univerſali judicio ſufficit,
illud quoad univerſum jus certum eſſe
*Bart. in rub. ſolut. matr. num. 221. Bald. l. 2.
num 3. infr. de ſent. quæ ſin. cert. quant.*
Nam ſingulæ res poſtea in executione
per repertorium idoneum, aut jusju-
randū condemnati declarātur. *Schurff.
d. conſil. 63. num. 23 cum ſeq. centur. 1,*
quarum rerum reſtitutio facienda eſt
cum omni lucro. *l. poſt ſenatusconſul-
tum. 28. l. Evictá. 55. eod. arg. l. ſed etſi.
25. § ult. cum ll. ſeq. eo.* ut fructibus. *l.
item. 20. §. 3. verſic. fructus. l. cum here-
ditas. 56. eo. l. 1. 2. h. t.* Item cum uſuris.
*d. l. item. 20 §. præter. 6. cum ſeq. eo. l. 1. 2.
h. t.* omniq; acceſsione. *l. utrum. 23. l.
ſed etſi. 25. §. penult. l. ancilla. 27. cum l
ſeq. ff. eod.* In quo tamen † diſcrimen a- 44
liquod eſt inter bonæ fidei, & malæ fi-
dei poſſeſſorem, ut diſtinguunt *l. 1. 2. h.
t. d. l. item 20. §. 5. cum ſeq.* Bonæ fidei
poſſeſſor eſt, qui putat ſuam eſſe here-
ditatem. *l. item. 20. §. præter. 6.* etiam ex
cauſa injuſta *l. ſed etſi. 25. § fine. 4. eo.
Iaſ. in l. ſi quis. 7. num. 35. de juriſd. Bald.
poſt glo. l. 1. num. 2. ſup. ubi cauſa ſtatus.
Felin. c. cum contingat. 24 num. 2 de re-
ſcrip. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſump.
5. num. 4.* cuiuſmodi quiſq; præſumi-
tur, douec contra probetur. *glo. & Dd.
c. ſi diligenti. 17 & c. 3 ubi Panorm. notat.
num. 3. de præſcrip. Iaſ. in §. ſed iſta. num.
99. Inſtitut. de actio. Balb. in l Celſus. 27.
part 3. num. 2. 3. & 4. de uſucap.* etiamſi
ex cauſa lucrativa poſsideat, ut hanc
facit communem opinionem *Didacus
Covar. in c. poſſeſſor. 3. part. 2. §. 8. num. 2.
de reg. iur. in 6. per gloſſ. & Dd. in l. ſu-
per. 11. inf. de præſcrip. long. temp.* Malæ
fidei † poſſeſſor eſt, qui ſcit hereditatem
ad ſe non pertinere *l. pro herede. 11. l. ſed* 45
*etſi. 25. §. 1. & 2. eo. l. item. 20. §. præter. 6.
cum ſeq. l. penult. eo. l. ſi pignore. 22 § pi-
gnoris. de pigno. act.* cuiuſmodi etiam
bonæ fidei poſſeſſores eſſe, aut fieri fin-
guntur à lite conteſtata. *l. ſed etſi. 25 §. ſi
ante litem. 7. eod.* poſtquam ſcilicet he-
reditas eſt evicta. *l. 1. verb. evicta. h. t.
l. item. 20. in princip. & §. præter. verſic.
pridie in fin.* Quanquam autem litis cō-
teſtatæ fiat in ſenatusconſulto mentio.
d. l. ſed etſi. 25. §. ſi ante litem. 7. eod. de
quo accipienda eſt *lex 1. h. t.* tamē mo-
ribus poſt obtinuit, ut ipſe ICtus ibi fa-
tetur propter exuberantiam bonæ fi-
dei in hoc iudicio à prima denuncia-
tione malam fidem induci, & æſtimari.
d. l. ſed etſi. §. ſi ante. l item. 20. §. præter.

 6. in

6. in fin & §. petitam. 11. eo. l. 2. in princ. h. t. Excepto hereditatis emptore bonæ fidei, qui cum jure rerum ſingularium convenitur. *l. 2. in fin. h. t.* non niſi poſt litem cōteſtatam fructus & cauſam debet. *l. 2. in fin. h. t.* ut in vindicatione *l. cum fundus. 3. in princ. ſi cert. peta. l. certum, 22. verſic poſt litem conteſtatam. inf. de rei vindic.*

46 Poſſeſſor bonæ fidei † hoc in judicio fruct' cōſumptos aliamve cauſam (cauſa vocatur rei principalis reſtituendæ acceſſio) non reſtituet, niſi quatenus inde locupletior factus. *l. 1. verſic niſi ex his locupletiores h. t. l. item. 20. §. præter. 6. l. ſi & rem 22. l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. 11. eo.* nec amplius quicquā. *l. ancillarū. 27.* neque conſumptorum, neque deperditorum. *d. l. ſed etſi. 25. §. conſuluit. 11.* niſi poſt denunciationem, ut dixi, & traditur ibidem in *d. l. conſuluit. d. l. item. §. petitam. 9.* Nam ex eo pro malæ fidei poſſeſſore habetur. *d. §. 1. d. l. ſed etſi. 25. §. ſi ante. eo.*

47 Malæ fidei verò † poſſeſſores ad reſtitutionem omnium fructuum & acceſſionum tenentur cum re principa[illegible] non modo quas perceperunt, ſed etiam percipere potuerunt. *l. 1. in fin. l. 2. in princ. h. t. l. ſed etſi. 25. §. quod autem. 3. cum ſeq. l. cum hereditas. 56. eo* vel ab ipſo poſſeſſore, etiamſi petitor perci[illegible] potuiſſet *l. 2. infr. de fruct. & [illegible] ex d. cum hereditas. 56.* vel a de[illegible], aut alio quovis. *l. ſi navis. 62. §. [illegible] de rei vind. d. l. cum hereditas. verbo [illegible]. Dd. d. l. [illegible] inf. de fruct.* etiam per[illegible] con[illegible]tas. *l. item, 20. §. reſti[illegible] eo.* I[illegible] quidem ex l. 12. in [illegible] *l. 1. Cod. Theod. de fruct lib. & [illegible] l. 6. §. ult. mand.* ob calu[illegible], ut arbitror, litis conteſtationem præcipuè. Nam hoc duplum tantummodo conſiderabatur ex eo tempore, quo res eſſet in judicium deducta. *Cujac. lib obſer. 5. cap. 21 & lib. 4. cap. 11. & lib. 9. cap 19.* ubi fructus ampliores, & qui ex lege debeātur, de hoc duplo accipit. ut *in d. l. 6. §. ult. mand. l. reſcriptum. 12. §. 1. de diſtrac. pignor l. ſi autem. 8. §. 1. verb. ampliores. de nego. geſt. l. Julianus. 9. §. proinde ſi partu fructus ſecundum legem aſtimentur. ad exhib.* ſed cum actio ſit civilis non pœnalis, hoc duplum in uſu deſijt eſſe, cum ſufficiat debitum ſemel præſtari. *l. bona, 57. de reg jur.* Itaque toto in hoc tractatu mētionem eius nullam invenio, (puto hoc tempore Iuſtiniani fuiſſe ſublatum, quod autē in aliis locis quædam veſtigia reſtant, hoc imputādum eſt negligentiæ eorum, qui pandectas concinnarunt.) Sumptus vero † quo- 48
modo & quam diverſimodè ab utroq; deducantur, diſcendum eſt ex *l. ſi a domino. 36. §. ult. cum trib. ll. ſequen. eod. & ex Cujacio obſervat, lib. 1. cap. 1.* Quomodo autem pluribus à poſſeſſore petentibus reſtitutio facienda ſit, ſumatur ex *l. cum idem. 57. eo.* verbum reſtituendi non hic reddendi aut recuperādi ſignificationem habet, ſed præſtandi id, quod nunquam actor habuit, ut in *interd. quor. bonor. & ſimil lib.* h. c. ſimul & rem & cauſam, quàm à tempore judicij accepti, aut motæ controverſiæ actor habiturus fuiſſet. *l. reſtituere. 75. de verb. ſignifica.* Adjacent † huic peti- 49
tioni ex parte petitoris cautiones. *l ult. h. t.* item de defendendo poſſeſſorem cōtra alium (quæ cautio hodie fere de jure Saxon. in omnibus petitionibus locum habet) *l. cum idem. 57. eod.* & de reſtituendis bonis abjectis, cujus proximi

ximi hereditatem à tutoribus, aut aliis poſſeſſoribus petunt, ſi contingat eum adhuc in vivis eſſe, & redire. Iuramentum denique in litem & ſimilia. *l. item. 20. §. reſtituere. 21. l. ſed etſi. 25. §. hæc verba. 10. eod.* A parte rei cautio de non diminuendo, vel alienando. *l. 5. h. t.* & aliæ, de quibus in *in d. l. 5. §. ult. cum l. ſeq h. t.* item repertorium & jusjurandum declarationis, ut diximus ex *l. ult. §. licentia. inf. de jur. delib.* Ab utraque parte jusjurandum deciſorium, prout vel delatum, vel relatum erit. *l. delata. 9. infr. de reb. cred. l. manifeſtæ, 38. de jurejur.* Nam illud, quod repertorio idoneo ſurrogatur, cum ſit legale, referri nequit *l. Marcellus. 11. §. ult. rerum amota* præſertim cum de poſſeſſoris facto agatur, quod petitor ignorare poteſt. *l. Marcellus. §. 2. & 3 rer amot. l. 4. de in lit. iur.* Ex quo intelligi poteſt, hoc jusjurandum à ſuperiore
50 abeſſe & diſtare Affines actiones † partim hanc præcedunt, partim conſequuntur, partim cum ea paribus paſſibus incedunt. Præcedunt hanc petitionem poſſeſſorium adipiſcendæ, ut interdictum quorum bonorum *l. 1 & tot. t. quor. bonor. Ferrar. in for. libell. qui pet. heredit.* ſive condictio ex *l. ult. inf. de edict. divi Adria. toll.* Quanquã poſſint etiam cumulari, ut & alias poſſeſſorium adipiſcendæ, cuiuſmodi hæc ſunt, cum petitorio. *Dd. præſertim Iaſ. So. in ſen. & jun. in l. naturaliter. § nihil. de a q. poſſ.* Item præparatoria ad exhibendum. *l. ſi à domino. 3. eo. gloſſ. l. 1. ad exhiben.* Quanquam & hanc ipſam cumulari cũ petitorio poſſe exiſti met *Bar. l. qui de inoff. n. 4. de inoff. teſta. gloſſ. l. 1. verb neceſſaria. ad exhib.* olim quidem neceſſaria, cum res non niſi exhibita vindicari poſſit, ut ex Cicero: Aſcon: & aliis intelligi licet, hodie non item, ex quo res etiam abſentes vindicari cœperunt. Ex petitorii concurrũt cum hac petitione querela inofficioſi & ſimiles, de quibus dictum eſt. *l. h. t.* Item petitio legitimæ *l. ſorori. 6. § ſi pars hæred pet.* vel eius ſupplementum, *ex l. omnimodo. 30. ſup. de inoff.* Item rei vindicatio. *l. 2. § 1. 2. ubi Dd ſi pars hæred. pet. l. nec ullam. 13. §. quid ſi quis. 4. eo. Iaſ. § actionum. num. 21. Inſtit de actio.* maximè publiciana. *Salic. hi. poſt Bald. in l. 2. in fin.* Sunt tamen aliquot inter utramque actionem differentiæ, quas quinq; numero annotavit *Cuiac. obſervat lib. 10. cap. 1.* præcipuè vero adjacent quæſtiones præjudiciales, An liber fuerit teſtator, an factionem teſtamenti habuerit, an teſtamentũ fecerit. *l. liber 8. h. t.* & ſimiles. *l. ſi bona. 52. eo.* Subſequuntur petitioni judiciũ famil. herciſcũdæ. *l. 2 ſup. de inoff. l. ſed etſi. 25 §. hoc quoq;. 13. eo l. 1. fam her.* quę datur iiſdẽ & inter eoſdẽ *d. l. item veniunt. §. penult. eo.* & ad res eaſdem dividendas. *d l. item veniunt. §. penul eo.* Item negociorũ geſtorum, & cõdictio ex *l. ult. h. t* ad repetenda ea, quæ victus hæreditatis nomine ſoluit, utiliterve geſſit, actionesq́ ex ſtipulatu contra omnes, qui cautione interpoſita aliquid ex hereditate ante finitum judicium acceperunt. *l. ult. in princ. h. t. l. cum idem. 37 eo.* Contrariæ † ſunt exceptiones. *l. 2. de exceptio.* quæ 51
petitionẽ hereditatis excludunt tàm à parte actoris quam rei. Reſpectu agẽtis, ut ꝙ nõ ſit hæres, quæ exceptio hic eſt peremptoria ut rectè *Blan. ius in tract. de compro quæſt. 4. de excep. imped ex ſucceſſ. n. 2.* nõ tamẽ privilegiata, & impediens litis ingreſſum, quia non præjudicialis.

Bart. Bald. & alij, in l. nec intentio. 23. *ſup. de tranſact. Blanc. præallegat. loc. cum ibi allegat.* ſicut eſt in judicio familiæ erciſcundæ *l. ſi quis libertatem.* 7. *ubi Bart. & Dd. ff. l.* 1. *infr. famil. erciſcund.* Item quod aliquo crimine ſe hæreditate indignum fecit. *tot. t. ff. & inf. de his quib. ut indig.* aut eam repudiavit, *tot. tit. inf. de repud. hered.* Item exceptio eiuſdem rei ante contra actorem judicatæ. *l. ſi quis.* 7. §. *ult. l. ſi mater.* 11. *de excep. rei iud.* Ex parte rei exceptio dominij, vel alterius tituli ſpecialis ad dominium transferendum habilis. *l. cogi.* 11. *h. t. l. ult. verb. legitimo. ubi gl. et Dd. inf. de edict. divi Adria.* quem licet poſſeſſor dicere non cogatur ad commodum adverſarij, cauſativè tamen, ut loquuntur Dd. ſi non vult condemnari, probata ſcilicet actoris intentione, ex *l. ſiquidem.* 9. *ſup. de excep. l. exceptione.* 19. *inf. de probat.* & ad relevationem ſui, ac ad excludendam adverſarij intentionem, docere compelletur. *Iaſ. in* §. *actionum.* 201. *Inſtitut. de actio. Bart. in l.* 1. *num.* 2. *inf de conven. fiſ. deb. lib.* 11. Item non poſſidere *l. ſi à te.* 8. *in princ. verſic. quia nihil poſſidet. de excep. rei jud. l. nec ulla* §. *ult. cum ll. ſeq. eod.* Rem extinctam eſſe. *l. ſi à domino.* 36. §. *ſi prædo.* 3. *eo.* conſumptam aut deperditam. *l. ſed etſi.* §. *conſuluit. eod.* nullam eſſe hereditatem. *l. liber.* 8. *h. t. l. ſi teſtamentum.* 6 *eo.* Item exceptio præjudicialis de ſtatu defuncti, aut factione teſtamenti. *d. l. liber.* 8. *h. t.* aut de falſo teſtamento. *l.* 5. §. *ult. l.* 6. *eo.* Item ſi poſſeſſor paratus eſt reſtituere probanti, ſe heredem. *l. ſi debitor.* 42. *eo.* Repetitio item impenſarum ac ſumptuum, vel deductio, hereditatis nomine factorum. *l. in reſtituendo.* 1. *cum l. ſeq. h. t. l. ſed etſi.* 25. *l. ſi quid.* 31. *l. ſi à domino.* 36. *cum ll. ſeq. eo.* qui quadantenus minuere jus univerſale putantur. *l.* 5. *in princ. de imp. in res. dotal. fact.* eorumq; quæ creditoribus ſoluta ſunt. *l.* 5. *l. ult. h. t.* aut alias ordine geſta. *d. l. ult.* Item præſcriptio 30. annorum. *l. hereditatis.* 7. *h. t. l.* 4. *inf. in quib. cauſis ceſſ. long. temp. præſcript.* Quamvis autem petitioni rerum ſingularium etiam minorum uſucapionum præſcriptiones obſtare poſſint. *d. l. hereditas.* 7. *in fin. h. t. l. permittendũ.* 8. *ſi pars hered. peta.* tamen eæ mini s hic locum habent, quod hæc actio tantum detur contra eum, qui pro herede vel poſſeſſore poſſidet. *d. l. regulariter. cum ſeq. eo. d. l. hereditas.* 7. Quo ſucceſſionis ex titulo non præſcribitur huic actioni ex eadem ſucceſſione fluenti, neque etiam uſucapitur res eiuſdem ſucceſſionis, ut quæ non per ſe conſideretur, aut poſſideatur, ſed jure totius univerſi. *l. diutina.* 4. *inf. de præſcrip. long. temp. l. nullo.* 24. *infr. de rei vend. latè Balb. poſt alios in trac. præſcrip. parte.* 4. *princ. quæſt.* 16. *num.* 3. *Caſtrenſ. & Dd. in d. l.* 4. *inf. in quibus cauſ.* Quod ſi verò contra alium dirigatur poſſeſſorem, ut qui alio titulo poſſidet, vel præſcripſit, jam res cadet in eam exceptionem dominij vel tituli ſpecialis, de quo jam ante eſt dictum, ſicut & juri
adeundi † ac immiſcendi non niſi tàm 32
longo tempore præſcribitur. *l. licet.* 8. *inf. de jur. delib. ubi Bald. Salic. Iaſ. & Dd. Balb. in d. tract. præſcript. parte* 4. *partis* 4. *princip. quæſtio.* 19. in quo ſingulare eſt, quod Dd. volunt, liberos quaſi ex triplici capite venientes, unde liberi, unde legitimi, unde cognati, admitti ad 90. annos, & exclusum à primo capite venire [illegible] ſecundum, ab hac

hac repulſum admitti ad tertium intra 30. rurſum annos. Atque ita 30. annis petitionem eorum durare, nec ante præſcribi. *l. 1. §. ſed videndum. 11. de ſucceſſ. edict.* quoad hoc moventur. *gloſſ. ult. & Dd. l. 1. inf. qui admitt. & in d. l. licet inf. de jur. delib. Balb. d. tract. præſcrip. parte. 4. princ. quæſtio. 19. num. 5.* ubi vult hanc eſſe communem, ſed id quidem nunquam memini ſervari, & obſtat certè generalitas præſcriptionum illius longiſsimi temporis. *l. 3. 4. inf. de longiſſ. tempo. præſcrip. l. ult. inf. de anna. excep. ac d. l. 1. §. ſed videndum*, non admodum id confirmare videtur, cum agat de p æſcriptione cētum dierum, vel annali, & de venientibus ex capitibus diverſis & diverſimodè præſcriptionē facientibus. Certū enim eſt, in illo edicto aliter liberis, aliter alijs præſcribi propinquis, quorum juri non poteſt etiam currere præſcriptio, quam diu ſucceſsio & petitio liberorum durat. ex *l. 1. §. ult. de annali exceptio.* At nihil ſimile in hac longiſsimi temporis præſcriptione, qua omnia æqualiter jura tanquam longiſsimo actionum circuitu terminantur, qui ne quidem in caſibus ſpecialibus & innominatis ultra 40 ſaltem annos prorogari ſolet. *l. 3. 4. 7. 8. l. ult inf. de præſcrip. 30. annor.*

TITULUS XXXII. De rei vendicatione.

1. *Continuatio, ubi exponitur quid appellatione rei in hac rubrica veniat.*
2. *Vindicare in genere ac in ſpecie quid?*
3. *Vindicatio pro ſubjecta materia quid?*
4. *Publiciana in rem actio quid?*
5. *Vindicationis ac Publicianæ in rem actionis propria*
   Publiciana an adhuc hodie ſit ficticia.
   Rei vindicatio & Publiciana quatenus ſint jura incorporalia, & quatenus rebus corporalibus vel mobilibus, vel immobilibus annumerentur.
   Actiones ad quantitatem, ſeu pecuniam competentes licet ſint nec mobiles, nec immobiles ex opinione Tiraq. ſed tertiam quandam ſpeciem inter has conſtituant, tamen ex conſtitutione Electorali ſecus eſt.
6. *Libellus in rei vindicatione quibus conſtare debeat partibus.*
7. *Vindicationis ſpecies.*
   Directa, utilis, ac ſubſidiaria rei vindicatio quibus competat.
8. *Vindicationis, ac Publicianæ cauſa efficiens remota, & propinqua. n. 9. materia num. 18. & ſeqq. forma. num. 27. & ſeqq. finis. num 56.*
   Vindicatio & Publiciana quo jure introducta & num 5 in prin.
9. *Rei vindicatio, & Publiciana duo habent ſubſtantialia extrema pro cauſis proximis, illa quidem ex parte agentis verum, hæc quaſi dominium, utraque ex parte Rei conventi poſſeſſionem, vel detentionem.*
10. *Rei vindicatio an etiam ex turbatione poſſeſſionis contra turbantem, aut ex ſequeſtratione cauſetur.*
11. *Rei vindicatio ac Publiciana num, 13. quibus & num 14. ac contra quos detur num. 16. & ſeqq.*
12. *Si actor in principio libelli porrecti non fuit dominus, poſt litem autem conteſtatam ei ſupervenerit dominium, quod eſt principium agendi in hac actione, an ille debeat obtinere rem ſivè, quod tamen deciditur n. 39.*
14. *Rei vindicatio, & Publiciana an etiam competant domino civiliter & naturaliter ſimul poſſidenti, nam civiliter tantum poſſidenti dari extra dubitationis aleam eſt num. 9. in fin.*
15. *Poſſeſſor rei vindicatione conventus per modum exceptionis, aut reconventionis rem petitam contravindicare non prohibetur. & num. 34 54*

17. *Rei vindicatio, & Publiciana an dentur contra verum rei dominum, itemque contra eum, qui titulo, ac bona fide poſſidet, quod dilucidius explicatur n. 47.*

19. *Quænam res in rei vindicationem, ac Publicianã veniant, quæ non. num 21. & ſeqq. Libellus,* peto rem cum ſuis pertinentijs, *an in rei vindicatione valeat,*

Iura incorporalia, liberiq; homines quatenus vindicari poſſint.

20. *Creditor debitorem vindicare nequit, ſed manus iniectionem de jure Saxon. uſitatam (quæ hodie tamen per conſt. tut Elect. eſt ſublata) per officii judicis implorationem petere cogitur, ſicut & aliàs à carcerato liberatio ex vinculis non per modum actionis, ſed per implorationem officij judicis eſt petenda.*

21. *Rerum, quæ vindicari nequeunt, precium, & intereſſe rectè condicitur, quin & illæ ipſæ res, quæ alias vindicatio em effugiunt, vindicari poſſunt ab eo, qui eas dolo malo deſerdidit.*

22. *Res dotales mulier conſtante matrimonio vindicare nequit.*

23. *Venditor an rem ſub pacto retrovenditionis venditam vindicare queat.*

24. *Qui rei alicuius pro parte, non in totum dominus eſt, eandem etiam pro ſua tantum parte vindicare poteſt*

25. *Su[illegible] res ſubditorum vindicare poſſit.*

26 *Res divinæ quatenus vindicationi ſubjaceant.*

27. *Alieno nomine petitorium hoc judicium inſtituentes, aut illud excipientes quas tencantur præſtare cautiones.*

28. *Agens rei vindicatione licet hodie rem, quam vindicaturus eſt, non cogatur petere exhiberi, eandem tamen, ſi immobilis eſt, [illegible] finibus determinare, ſi mobilis, ſuo nomine, colore, & quantitate deſignare tenetur, & in libello exprimere ſi non totum petit, pro qua parte petat*

29. *In libello actionis realis cauſa proxima, hoc eſt, dominium [illegible] eſt exprimenda, remotam vero [illegible] in dominij licet exprimere [illegible] neceſſe, utile tamen nonnunquam [illegible], quod [illegible] videtur negari n. 37.*

Non expreſſa certa cauſa dominij, omne jus omniumq; cauſa dominij in judicium deductum intelligitur & n. 38.

30. *Agens rei vindicatione an in libello exprimere cogatur, adverſarium poſſidere.*

31. *Actor an in concluſione libelli copulative petere debeat, ſe ſcilicet dominum declarari, ſibiq; rem reſtitui, an vero ſaltem poſterius hoc exprimere ſufficiat.*

32. *Agens rei vindicatione, ſi in libello dicat, ſe eſſe proprietarium, ſeu proprietatem rei petitæ ad ſe ſpectare, & tamen poſtea ſaltem de dominio utili probet, an obtinere debeat.*

33. *Verbum dominij ſimpliciter in libello poſitum, refertur tàm ad directum, quàm utile, & ideo actore in libello ſimpliciter aſſerente, ſe eſſe dominum rei petitæ, libellus ille ſuſtinetur, quodcunq; dominium, ſive verum, ſive quaſi, poſtea probaverit, quod tamen ibid. limitatur.*

Vaſallus quatenus habeat directum vel utile feudi dominium.

34. *Libellus articulatus in terris Imperij, ſyllogiſticus in Curijs Saxon. frequentatur, ubi refertur etiam formula libelli in rei vindicatione.*

35. *Explicatur l.* circa. 14. ff. de probat.

36. *Rei vindicatio ubi, quando n 37. ac quoties inſtituenda n. 38*

38. *An & quatenus ei, qui nullam certam dominij ſui cauſam in libello expreſſit, obſtet rei judicatæ exceptio, ſi ex alia cauſa illam ipſam rem vindicare velit.*

40. *Rei vindicatio ac Publiciana, ſicut & alia quævis actio an per ſe, & quanto tempore præſcribantur, ac quæ ſit cauſa, cur actiones ſemel in judicium deductæ, durent 40 annos.*

Litis conteſtatio an & quatenus quem in malæ fide conſtituat.

41. *In rei vindicatione & Publiciana cui incumbat probatio.*

42 *Dominium cur ſit difficilis probationis.*

43. *Agens rei vindicatione tenetur probare titulum ſui dominij, & dominium ſui authoris, quod limitatur n. 45.*

44. *Hæc duo q[illegible] probentur.*

45. *Illis in caſibus, in quibus dominij probatio non eſt*

eſt neceſſaria (quorum aliqui hic referuntur) Publiciana in rē actio intentari poteſt.

46. *In Publiciana ſufficit probare titulum juſtum cum poſſeſſione.*

47. *An eadem probatio ſufficiat, ſi Publiciana inſtituatur adverſus eum, qui titulo aliquo poßidet.*

48. *Agens Publiciana an ſuam bonam fidem teneatur probare, an vero ſaltem allegare*

49. *Agens Publiciana, ſi nullum habet titulum, an bonam fidem rogatur probare.*

50. *Actor in utraq; actione tam Publiciana, quam rei vindicatione tenetur probare qualitatem ac quantitatem rei petitæ, ſi à Reo fuerit negata.*

51. *Actor an in rei vindicatione, & Publiciana neceſſe habeat probare, Reum conventum poßidere.*

52. *Caſus nonnulli, in quibus Reo in rei vindicatione adverſus ſe inſtituta incumbit probatio.*

53. *Actore in rei vindicatione, aut Publiciana, deferente Reo jusjurandum, Reus illud præſtare, aut referre cogitur.*

54. *Reum conventum rei vindicatione contravindicare quidem poſſe, & n. 15. 35. non tamen neceſſe habere, ſed ſufficere, ſi litem negative conteſtetur, contra Contium demonſtration, ubi alij eiusdem varij errores notantur.*

55. *Iudicis officium in actionibus realibus quod? ac quibus remedijs partes tergiverſantes compellere poßit.*

In cauſis, in quibus lata ſententia plenum parat præiudiciũ, plena debet adhiberi cauſæ cognitio.

Intellectus l. Prætor. 75. ff. h. t.

56. *Rei vindicatio, ac Publiciana cur introducta, ubi enodatur.* l. ult. ff. de Public. in rem act.

57. *Effectus rei vindicationis tam in abſolutoria, quam condemnatoria ſententia n. 58 & ſeqq.*

Actore non implente intentionem ſuam Reus abſolvitur, & quatenus ſententia abſolutoria pro Reo in rei vindicatione lata eidem non tantum adverſus petitorem, ſed etiã adverſus alios tam ad agendum, quã excipiendum proſit & n. 79.

Deducta in judicium poſt litem conteſtatam per viam exceptionis per ſententiam definitivam terminantur.

Explicatio l. ſi quis. 24. ff. de except. rei judic.

58. *Reo in rei vindicatione, aut Publiciana condemnato petitori primum adjudicatur dominium, non quidem novum, ſed illud ipſum, quod jam ante habuit, licet idem ex hac ipſa re judicata nova naſcatur actio, & exceptio adverſus poſſeſſorem, nonnunquam etiam adverſus tertium quempiam.*

59. *Deinde eidem poſſeſſor condemnatus rem petitam reſtituere jubetur, & hic juſſus quem habeat effectum.*

60. *Rei vindicatio quoad condemnationem habebat ſi olim ad inſtar actionis arbitrariæ, ſed hodie ſecus eſt.*

61. *Poſſeſſor actione reali condemnatus non modo rē ipſam, ſed & omnē cauſam, omnesq; fructus petitori reſtituere cogitur, eos quidem quos poſt litem conteſtatam uſq; ad ſententiam latam percepit, officio judicis mercenario, & quidem indiſtincte tam perceptos, quã percipiendos, tam extantes, quam conſumptos, ſive ſit bonæ, ſive malæ fidei poſſeſſor, ſive petiti fuerint a petitore ſive non n. 63 quin & damnum à tempore litis conteſtatæ uſq; ad ſententiam latã in re cõtingens, reſarcire tenetur: Eos vero, quos ante litem conteſtatã, aut poſt rem judicatam percepit, non officio judicis, ſed jure actionis n. 63 64 certis quibusdam remedijs in hanc rem proditis n. 63. licet petitor eos, qui ante litis cõteſtationem percepti ſunt, acceſſorie etiam una cum re principali implorato officio judicis petere nõ prohibeatur n. 66. hos tamen nõ indiſtinctè quilibet poſſeſſor reſtituere cogitur, ſed bonæ fidei poſſeſſor extantes ſaltem, non vero conſumptos, nec percipiendos, malæ fidei autem poſſeſſor omnes omnino.*

Cũ tractatur de fructibus percipiendis à quo requiratur, ut percipi potuerint, an quos potuit poſſeſſor, vel petitor, vel aliquis tertius percipere

62. *Poſſeſſor quatenus rei petitæ periculum ſuſtineat, eiusq; interitum præſtet.*

63. *Agens rei vindicatione an fructus reſtituendos in ſpecie deſignare, ipſorumq; quantitatem in libello exprimere teneatur.*

64. *Fructus*

68. *Fructus jure actionis debiti (qui ſunt ab actore petendi, alioqui non præſtantur, num. 63. 64.) non intelliguntur petiti per clauſulam generalem,* Peto jus & juſticiã, *ſecus autem illi, qui officio judicis debentur.*

69. *Petitor an probare debeat, quos, & quantos fructus poſſeſſor percepit, aut percipere potuerit & n. 71. in fin*

70. *Iudex an in ſententia condemnatoria diſertè debeat exprimere fructus reſtitui debere, an vero ſufficiat, ſi ſimpliciter jubeat rem reſtitui, ac quid juris, judice non faciente mentionem fructuum reſtituendorum. num. 76.*

71. *Sententia incerta ſuper fructibus an teneat, an verò judex diſerte fructuum quantitatem in ſententia ſpecificare cogatur.*

72. *Fructuum probationem, & taxationem ab actore factam an judex ſequi teneatur, ac in quantitatem taxatam poſſeſſorem condemnare & num 75. & quid juris, ſi quantitas fructuum ab actore probari nequeat.*

73. *In reſtitutione fructuum deducuntur impenſæ, aliaq; deducenda*

74. *Iudicem in rei vindicatione oportet quoq; attendere, an fundus a poſſeſſore recto cultus fuerit, & unde hoc colligi poſſit.*

77. *Res petita intra quod tempus poſt condemnationem, ac ubi locorum, ſi illa mobilis ſit, reſtituenda veniat.*

78. *Poſſeſſore poſt rem judicatam tergiverſante rem reſtituere quid juris?*

79. *Petitori in judicio petitorio obtinenti naſcitur inde exceptio rei judicatæ contra poſſeſſorem, qua poteſt eundem ex quacunq; cauſa, etiam litem antegreſſa, rei adjudicatæ nomine agentem repellere, ſecus eſt poſſeſſore vincente, Huic enim exceptio quidem contra petitorem inde naſcitur, ſi ex eadẽ cauſa rem petat, ſecus ſi ex alia, niſi forſitan omne ſuum jus in anterius judicium deduxerit.*

80. *Rei vindicationis adjacentia & n. 81. 82.*

Interrogatoriæ actiones an hodie in rei vindicationibus habeant locum.

81. *Petitor quas cautiones à poſſeſſore poſſit exigere.*

83. *Affinia remedia rei vindicationis.*

84. *Ejusdem contraria, ubi docetur, quibus exceptionibus rei vindicatio poſſit elidi.*

POST † actiones rerum univerſales, 1
rectè ſequitur ſingularis in rẽ actio, *l. 1 ff. eod.* ſeu ſpecialis. *l. in ſpeciali. 73. eod. l. hereditatis. 7. ſup. de petit. hered. l. 3. in pr. inf. de præſcript 30. ann.* quæ eſt rei vendicatio, *de qua hic. & ff. eod. & ext. de cauſ. poſſ. & propr.* Rei appellatio, quamvis latè patet, *l. 5. l. rei. 23. de verb. ſign.* tamen hoc in argumento tantum res complectitur corporales. *l. 1. in pr. ff. eod.* ſignificatque proprietatem. *Cujac. ff. eod. Iaſ. in l. naturaliter. 12. § 1. de acquir. poſſ.* ubi definitionem & ſpecies proprietatum latius perſequitur. *Iaſ. d. loc. num. 23. & in §. omnimodo. num. 63. Inſt. de act.* ſeu dominium, quod hic à proprietate non diſtinguitur. *Iaſ d. l. naturaliter. n. 4. inf. de acqu. poſſ.* Vindicare, † ut perpetuo legitur in 2
exemplari Florentino, ſeu vendicare, (nec enim inter hæc diſcrimen eſt, autore Auguſt. *lib. 3. emend. cap ult.*) in criminalibus ſignificat injuriam perſequi, *l. 2. § item. 5. inſt. de judic. l. deferre, 18. §. 1. de iur. fiſci.* quæ ultio opponitur rei perſecutioni, *l. pen. ſi ex nox. cauſ. l. pen. de ſepul. viol.* in præjudicialibus eſt aſſerere in libertatem, *l. de bonis. 3. vers. in libertatem vindicabit. de liber. cauſ. §. præjudiciales. 13. Inſt. de act. ubi Dd.* In civilibus *ut hic*, ſignificat intendere rem eſſe ſuam, *l. Quintus. 27. §. cui 4. de aur. & arg. leg. l. non ideo. 66. ff. eod. l. regulariter. 10. de petit. hered.* ut vindicare in ſervitutem. *l. 3. l cognitio. 18 §. 1. de liber. cauſ.* vindicare dominium. *l. debitor. 40. de pignor. act. l. ſi fundus. 1 . §. creditor. 4. de minor.* hoc eſt, contendere

dere eſſe rem ſuam. *l. in dubio. 8. §. quæ juravit. 7. de jurejur. d. l. regulariter. 10. de petit. hered.* ſed & qui jus in re aliud, quam dominii, petit vindicare dicitur, ut creditor vindicare pignus. *l. ult. de pignor. act. d. l. ſi fundus. 16. §. in vindicatione. 3. de pignor. l. ſi creditore. 7. C. de obligat. & act.* & hypothecaria, vindicatio pignoris, *d. l. ſi fundus. §. in vindicatione* ac in rem actio. *l. pignori. 22. de pignor. act.* Ut igitur ſummatim comprehendam, vindicatio ἐν πλάτει ſignificat jus aliquod in re ſibi aſſerere, ſicut omnis in rem actio propterea vendicatio nominatur, *§. appellamus. Inſtit. de act. l. actionum. 25. de obl. & act.* cuius plures ſunt ſpecies. *§. omnium. cum ſeqq. Inſt. de act.* quarum aliquas commemorat *Cuiac. lib. obſerv. 5. cap. 33.* Specialiter tamen & magis propriè, præſertim hoc in tractatu, utrumque accipitur de vindicatione dominii, *l. in rem. 23. & paſſim. ff. eod.* unde & hæc ſpecialis dicitur. *d. l. in ſpeciali 73. eod. Spec. de act. §. ſequitur. num. 3.* nam alia jura realia aliis atque aliis in rem actionibus petuntur, *§. æquè. cum ſeqq. Inſtit. de act.* Hæc autem actio, quia potiſsimum eſt in rem, h. e. totum vendicat, per ἐξοχὴν nomen generis retinuit, ut poſt alios exponit pluribus *Nicaſ. in §. omnium. nu 473. cum ſeqq.*

3 Hoc † igitur in argumento, rei vendicatio nihil aliud eſt, quàm dominij aſſertio. *Cuiat. in rubr. ff. eod. & ſp in l. actionum 25. in prin. de oblig. & act.* eſt in rem actio, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſsidetur, petimus. *Accurſ. in l. un. verb. cum in rem. ſup. de alie. iud. mut. cauſa.* eſt, inquit, actio quæ competit ratione dominij vel quaſi *Fab. in §. omnium. n. 10. Inſt. de act.* ita deſcribit liberalis eſt actio realis competens domino directo, vel utili, contra poſſeſſorem vel quaſi, ad rem quandam corporalem, qua declaratio dominij illius rei, & reſtitutio unà cum fructibus pendentibus, & extantibus petitur. Sed quia † publiciana vindicationi conjungi ſolet, ut & Accurſ. *d. l. un* oſtendit, nec ſpecialem in C. titulũ habet idcirco huius quoq; definitionẽ ſubijciemꝰ, quæ Cuiacio *ff eod.* eſt actio utilis ſeu prętoria vindicatio, quæ amiſſa poſſeſsione datur ei, qui non à domino rem traditam ex juſta cauſa ſeu titulo acquirendi dominij bona fide accepit, neq; dum uſu cepit. Id quod probatur in *§. ſed iſta Inſt. de act. l. 1. & paſſ. de publ.* Alias huius actionis definitiones reperire licet apud Fabr. *num 6 1 ſ. num. 7. Zaſ. & alios in d. §. ſed iſta. ubi Schneid. num. 14.* ſic definit, ut ſit actio prætoria realis, qua petimus id, quod nobis ex juſta cauſa à non domino bona fide traditum eſt, & nondum uſucaptum. Ego malim dicere eſſe actionẽ honorariam, *l. 1. ff. de publ. in rem act.* petitorij judicij, *l. ſed etſi 7. § 2. d. publ. in rem act.* qua petimus rem jure quaſi dominij noſtram à poſſeſſore reſtitui, *d. §. ſed iſta. l. 1 cum ſeqq de public.* Nec. n. arbitror ad traditionem & uſucapionẽ hanc actionem ſuperſtitioſè allegandã, cũ videam aliis quoq; eam dari, quam qui ex cauſa traditionis, & ceptæ uſucapionis poſsident. *l. ſed etſi. 7 §. ſi petenti. 7. de publ. in rem act. l. damni. 18. §. non ſolum. 5. de dam inf.* 4

Propria † quod vendicatio ſit actio civilis, *l. 1. de publ. l. 1. § 1. verb. civili actione. de ſuperficieb. § ſed iſta. Inſtit. de de act.* niſi cum ſit noxalis, *l. electio. 11. § 2. de noxal. action.* publiciana vero eſt hono- 5

honoraria, *l.*1.*de public.in rem actio.d.§. ſed iſta.* ac ut vult Cuiac. *ff. eod* fictitia, quia fingit quod non eſt, nempe rem uſucaptam eſſe, id quod hodie non obtinere, ſed abſque hac fictione quaſi dominium vindicari diximus. Utraque eſt ſingularis, *l.1.in pr.eod.* ſpecialis *l.in ſpecial.73. eod. l 3. in princ. inf. de præſcr.30. ann. l.7 verb. ſpecialib. in rem actio. ſup. de pe it. hered.* ſtricti juris. *l. 5 de in lit. iur.* quæ tamen fiat arbitraria. *Bart. l. 1. num.5. ſup de judic.* perpetua, h. e. durans ad 30 annos. *l 3. & 4. inf. de præſcript. 30 ann.* quia rei perſecutoria, ut ipſum nomen indicat, unde pertinet ad regulam. *l. in honorarijs 35. de oblig. & action* niſi quoties breviore ſpacio cum re ipſa præſcribitur. *l. hereditatis.7. in fi. ſup. de pet. hered. l corruptionem. 16. ubi gl. antep. verb. ex.ludere. inf. de uſufr. l. ult. ſup. ſi mai. fact. alien. rat. hab. §. 1. verb. & ideo. Inſt. de uſu ap. Novell. 119. §. ultra. de donat ant nupt.* vel longiore, ut in jurib. Eccleſiaſticis, *c. ad aures 6. de præſcript Tiraq. de retr. proxim §.1.gl. 7. nu 2.* Petitorij iudicii, *c.1. 2. & 3. de cauſa poſſ & propriet.* ſeu ut ICtus vocat reſpiciens proprietatem, *l. ſed etſi.7. §.2. de public.* eaq; re ordinarij, ac ſolennis judicii, *Bald in l judicia. 19. num. 3. & 4 h. tit per l. præſes 8. inf. ad l. Iul. de plagiar.* quia judicium eſt ultimum, quod nullum poſt ſe ad retractandum id, quod judicatum eſt, admittit, *Panor. c 1 num.12 de ſequeſtr. poſſ.* Eſt & jus quoddam incorporale, *L ult. verſ. jus vindicationis incorporale eſt, inf de long. temp. præſcript* ſubſtantia ſcilicet, ut lo... Dd. nam ſimilitudine, quoties ... naturam rerum corpo... ...ium vel immobilium, ad q... petit, *d. l. hereditatis.7. ſup. de pet. her. d. l. corruptionem. d. c. ad aures. ubi CC. ſecundum communem doctrinã glo. & Dd. l. 1. ſup ſi advers. tranſ. lauſſ. Tiraq. de retr. prox. §.1. gl.7. à num.1. uſq. ad 31.* ubi tamen *num 17* excipit. ſi genus debeatur, velut pecunia, *l. incendium. inf. ſi cert. pet.* quod tamen non congruit nuperæ conſtitutioni *216 part. 3.*

Partes † huius actionis duas facit 6
Bal in l. domum. 5. num. 1. h tit. videlicet cauſam & petitionem. Cauſa eſt antecedens, ſeu jus, ex quo petitur, *c. 3. in fi. de cauſa poſſeſſ. c. Abbas c. 3. §. cæterum. de ſentent. & re jud. lib. 6.* quam etiam cauſam vocat *l. ſi mater. 11. §. eandem. 4. l. & an eadem. 14. de except. rei iud.* quæ in narratione deducitur libell., aut ſaltem in poſitionibus huius actionis, de quibus *Ferrar. Petr. Iacob. Rofr. & alij in form. huius actionis.* Petitio eſt ipſa concluſio, de qua *Iaſ. & Dd. §. omnium. Inſt. de act. Bart. l. & ex diverſo. 35. ubi autem. 1. num. 1. 2. & 3. cum ſeq. ff. eod.* Utraq; rurſum in duas partes ſubdividi poteſt: nam primum in narratione dominium actoris, vel quaſi deducitur. ſecũdo loco poſſeſſio, vel quaſi ipſius rei, *l. un. ſup de alien jud mut cauſa.* & in concluſione rurſum duæ apparent partes, quarũ priore petitur jus actoris declarari, altera poſſeſſorem ad reſtitutionẽ urgeri, *Bar. & Dd d. l. & ex diverſo. §. 1. Iaſ. & alij. d. § omniũ. Bal nu. 4. & 5. l. un. ſup. de alien judic. mut.* Quanquã autem cauſa petitionem, & hæc illum declarat *Bal. l. 5 nu. 1. h tit ex l. ſi ſervus 50. §. ſi num ſciveris n. 3. ult. de leg. 1.* ſicut uſitatum eſt, antecedentia & conſequentia ſe invicem interpretari. *Iaſ d. l. ſi ſervus. 50. § ſi numerus. u-1. num. 3 de leg. 1. Dec. conſ 57. pro tenui. n.* , tamen

cum præcedentia magis influant in conſequens, quam contra, *l. Titia. 3. §. 1. de verb. oblig. l. cum filiofamilias. 11 nu. 178. in l. ſi ita ſcriptum. 14. nu. 14. de leg. 1.* ideo cõcluſio magis adaptatur ad præcedentia, quam ex ſe conſtituitur. *Spec. de reſtit. ſpol. §. 1. num. 7. Bald. l. pen. num. 8. inf. de ſent. quæ ſin. cert. quant. & in terminis Imol. in c. 2. n. 6. de libel. oblat.* Quanquam & hæc priora declaret in dubio, ut multis oſtendit, *Soc. conſ. 262. in cauſa. num. 1. lib. 2. per text. & Dd. c. nam ad ſedem. 15. de reſtit. ſpoliat.*

7 Species† vindicationis generatim ſumtæ *Cuiacius lib. obſer. 5. cap. 29.* in tria genera diſtribuit, 1. in actiones proprietatis, de quibus *d. §. omnium.* 2. in actiones ſervitutum, & ſimilium jurium, de quib. *§. æquè. Inſt. de act.* 3. in actiones pignorũ, *§. item Serviana. Inſt. de act. l. pignoris. 17. de pignor.* quæ diſtinctio ducta videtur *ex l. videamus. 19. de uſur. l. 28. §. 1. de liber. cauſa.*

Quanquam & alia quoque genera reperiri, niſi fallor, poſſent, vindicatio poſſeſſionis, *l. 3. §. penult. gloſſ. in l. unic. ſup. de alien. iud. mut.* quæ hic alieno loco perſequi non eſt neceſſe, ubi tantũ de ſpeciali, ut dicta, vendicatione tractatur, quatum alia eſt directa, *l. nullo. 24. h. tit. Bart. nu. 2. poſt gl. ff. eod.* quæ ſcilicet directo domino datur contra eum, qui poſſidet, *d. l. in rem. 23. & poſt. de rei vendic. Iaſ. l. de ijs. 11. inf. de furt.* alia utilis, quæ vel datur utilibus dominis, *l. ſi ager. l. 16. §. ult. de pign. act. l. 1. §. 1. cum mult. ſeqq. ff. de ſuperfic.* etiam domino directo contra eum, qui poſſidere deſijt, *Bart. hic. in rubr. num. 2. & in l. ſin autem 27. §. ſed is. q. 3. num. 2. ff. eod.* aut contra eum, qui dolo poſſidere deſijt aut poſt reic[illegible]ſionem, *l. nullo. 24. ubi Dd. h. tit. § rurſum Inſtitut. de action.* quartum vindicatio per inſtrumentum referri poteſt, de qua *Bart. l. ſi ager. 50. num. 2. & in rubr. ff. eod.* alia eſt ſubſidiaria, de qua *Iaſ. l. 1. num. 9. inf. de furt.* ut quæ ei datur in ſubſidium, cuius pecunia res ab alio comparata eſt. *l. 1. l. multum. 6. ubi gl. & Dd. inf. ſi quis alt. vel ſibi.* Quæ tamẽ utilis eſt etiam ijs, qui ex jure communi privilegium habent perſequendi rem ſua pecunia emtam, *l. uxor. 55. in fin. verb. in rem utilem. de donat. int. vir. & ux. gl. l. 1. inf. ſi quis alt. vel ſibi*, ut ſunt milites, *l. ſi ut proponis 8 h. tit.* pupilli, *l. 2. quando ex fact. tut. l. 3. inf. arbitr. tut.* Eccleſiæ *gl. d. l. 1.* mulieres dotatæ. *l. ita. 26. l. res quæ. 54. de iur. dot.* quibus tamẽ hanc actionem non dant Dd. niſi ſic inter maritum & uxorem convenerit, *l. ex pecunia. 12. ubi Bald. num. 3. inf. de jur. dot. & in l. multum. 6. inf. ſi quis alt. vel ſibi* ſubſidiariam tamen concedunt in rem, dotali pecunia emtam, h. e. non exiſtente ſolvendo marito, *Bald. in d. l. ex pecunia. in fin.* At ex Baſilico & Harmenopulo *lib. 4. t. 8. de iur. dot. c. de dot. prærogat.* patet nunquã ſubſidiariam mulieri dari, quod probat *d. l. ex pecunia 12.* Cæterum Cuiat. *lib. obſer. 5. cap. 29.* vult hoc eſſe generale in omnibus emtionibus noſtra pecunia factis, ut ſcilicet emtorib⁹, qui pecunia noſtra rem aliquam emerunt, non exiſtentibus ſolvendo nobis adverſus eos detur utilis rei pecunia noſtra emtæ vendicatio quod non congruit. *d. l. 3. infr. arbitr. tut. & l. 2. ff. quando ex fact. tut.*

Sciendum autem eſt Harmen. [illegible] p. & Cu- i[illegible]. *ibidem* vindicationē hanc proprie- tatis utilem, etiā directam vocari, reſpe- ctu aliarum vindicationū, ut ſervitutis & pignoris, quæ propriè vindicationes rei non ſunt, ſed mag's juris rei inhæ- rentis, ut uſusfructus. *l. 3. § eſt autem 3. ad exhib.* Sed de his iſto loco non agi- mus, quare teneatur omnem vindica- tionem, quæ ſit huius argumenti, aut directam, aut utilem, aut ſubſidiariam eſſe. Priores cum aliis actionibus con- currunt: hæc non niſi reliquis deficien- tibus datur. Publiciana quantumvis cu- mulari cum hac ſoleat. *c. 2. & paſſ. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Ferrar. in for. act. real. verſ. jure dominij vel q.* magis tamen eſt affinis actio, quam ſpecies vindicationis. *l. ſed etſi. 7. §. 4. de publ.* quia tamen hodie plerumq; vendica- tioni conjungitur. *d. c.* [illegible]. & eadem reci- pit, quæ vindicatio, *d. l. ſed etſi. 7. § 4. de pub.* [illegible] non erit alienum hanc velut ſpeciē aſſumere *d. l. ſed etſi. 7. §. 2.* uniq; tractare hic, præſertim cum nulliis aſ- [illegible] in C. d[illegible]tur. Illud ſub- [illegible] m[illegible]us, quod *Bald. in l. un. num. 4. &* [illegible]. *ſup. de alien. iud. mut. cauſa fact.* divid[illegible]t vindicationem in formalem, quam habet dominus non poſſidens: & cauſalem, quæ eſt penes poſſidētem, & re[illegible] alteri, ſit formalis. Illam vo- c[illegible] vindicationem in actu: hanc in ha- bitu ſeu potentia. Facit & al[illegible]m acti- vam, reſpectu domini, ſeu actoris: alia- am paſſivā, reſpectu poſſeſſionis: quæ [illegible]ta ſunt, quam utilia: itaque [illegible].

8 Cauſa remota † vindicationis eſt [illegible] 12. [illegible] Gell. lib. 20. cap. [illegible]. & [illegible] is civi- [illegible] § 1. verb. [illegible], quod paulo poſt ex lege 12. tab. actione informatur. *l. 2. §. his legib. 5. verſ. deinde. de orig. jur.* Publicianæ cauſa eſt jus prætorium e- dicti perpetui, quod proponitur. *l. 1. de publ.* ſi quis id, quod traditur ex juſta cauſa à non domino, & nondum uſu- captum, petet, judicium dabo.

Cauſa vindicationis propinqua, † du- 9 plex eſt; à parte agentis dominium, *l. in rem. 23. ff. eod. l. un. ſup. de alien. jud. mut. cauſa. l. ſi ager. 50. ff. eod.* quod rei vindicatio ſemper præſupponit, ut in- quit *Iaſ. in l. 1 num. 96. & in l. non am- plius. 26. §. cum bonorum. 1. num. 9. l. hu- iuſmodi. 84. §. ſi ita. 7. num. 9. de leg. 1.* Publicianæ quaſi dominium. *l. 1. ...* *tit. publ.* A parte rei eſt poſſeſſio *d. l.* [illegible]. *ſup. de alien. jud. mut. cauſa. §. 1. Inſt. de actio* ſeu detentio. *l. officium. 9. ff. eod.* ex quo ſequitur, etiam civiliter poſſi- denti hanc actionē dari, *Iaſ. l. natura- li- t. r. 12. §. 1. num. 26. cum ſeq. de acquir. poſſ.* ut nihil opus ut ingredi in ſpi- nas. *l. clam. 6. §. ult. cum l. ſeq. ff. de ac- quir. poſſeſſ.* Hæ cauſæ proponuntur in *d. l. un. ſup. de alien. iud. mut. cauſa. &* [illegible] *§. 1. Inſt. de act. à Bart. in rubr. eod.* [illegible] 2. qui vocat hæc principia huius judicii formalia, & *Bald. in l. un. num. 4. & 5. ſup. de alien. mut. cauſa.*

Sed † an turbationem poſſe[illegible] 10 diceemus ſatis habere cauſæ, ad vindica- tionem producendam ei, qui in poſſeſ- ſione turbatur? ne[illegible]t id *gloſſ. in c. ex- minatio. 11. verb. poſſidebat. de judi[illegible]. & § æquè, in fin. ubi Doctores. In ſtit. de actio.* quoniam non ut conſ[illegible] negatoria datur propter t[illegible] nem, ſed ad reſ[illegible]tionem. *d. l. of- ficium. 9. ff. eod.* Qu[illegible] quit, ut qui t[illegible] hac vindicatione, ſe[illegible]

c[illegible]

con[illegible], *c. paſtoralis. ſup. de cauſ. poſſeſſ l. 3. & tot. tit. ff. uti poſſid.* quod verum eſt, quoties conſtat agere volentem omni modo poſsidere, etiamſi turbetur, non autem ſi quid abſit, *d. l. officium Iaſ. præall. loc.* aut ſi de poſſeſsione adhuc litigetur, *l. naturaliter.* 12. §. 1. *de acq. poſſ. Cuiac. lib obſer. 7. c. 38. Covarruu lib. 1. l. ct. cap.* 1. Aut etiam ſi dominium actori negetur, & ea re fiat turbatio. *l. ſ. præall. loc. & Dd in d. l. naturaliter.* 12. Idemque de ſequeſtratione dicendum, ut ſi per eam auferatur poſſeſsio, vel dominium in dubium vocetur, vendicatio proponi poteſt. *c. examinator.* 11. *ubi Panor. nu.* 14. *de iud. & in c.* 1. *num.* 6. *de ſequeſtr. poſſ. ſi.*

11 Datur hæc actio † ei qui dominus eſt. *l. in rem* 23. *de rei vendic. l. 4. hoc. tit.* aut jure gentium, ut ex occupatione, traditione. *l. ſi ager.* 50. *eod. l.* 1. §. 1 *de ſuperficieb.* aut jure civili *l. ſi quis.* 8. *inf. de præſ. rip. 30. ann. l.* 1. *de publ. in rem act.* quomodo etiam legatarijs, ac donatarijs cauſa mortis competit ante traditionem. *l 2. inf. communia. de legat. l.* 1. *in fi. l. 2. de publ. in rem act.* Nec modo directis datur, ſed etiam utilibus dominis. *l 1. in fin. ubi gloſſ. ad verb. rem. ſi ag. vectig. l. tutor.* 16. § *ult. de pignor. act. l.* 1. §. 1. *cum ſeq. de ſuperficieb. Bart. l. ſi mater. §. exceptionem, num.* 3. & 4. *de except. rei iud.* ut vaſallo, I. n phyteutæ. *c.* 1 *de inveſt. de re alien. fact. ubi Iſer num.* 2. poſtquam ſcilicet inveſtituram realem, hoc eſt, poſſeſsionem. *Dd in d. c.* 1. *de inveſt. de re alie. Fab. in §. interdum. num. 4. Inſt. de rer. diviſ. & in l. quoties. num.* 8. & 9 *ubi Iaſon num.* 30. 31. *cum mult. ſeqq. h tit.* Nec modo ſuo nomine competit, ſed etiam alieno, ſicut tutori datur nomine pupilli; patri, nomine filiorum *l ſi filiusfamilias,* 14. *ſi cert pet.*

An porro † ſufficiat dominium pendente judicio ſuperveniens prolixe diſputant. *Iaſ. §. omnium. num.* 66. *cum mult. ſeqq. Inſt. de act. Bald. & Salicel. l. ſup. de alien. jud. mut. cauſ. & in l.* 1. *ubi Bald num.* 12. *inf. ſi plur. num ſent. Ang. § ſupereſt. num.* 4. & 14. & 109. *Inſt. de act.* 12

Publiciana † datur quaſi dominis. 13 *l.* 1. 2. 3. 4. & *tot. tit. de public. § ſed iſta. Inſt de act* amiſſa ſcilicet poſſeſsione. *l. ſi ego.* 11. §. 1. *de public.* ac omnibus generatim ijs, quicunque ſunt in conditione & jure uſucapiendi. *d l ſi ego.* §. 1. *l. ſi quis.* 8. *inf. de præſcript.* 30. *annor.* quocunque etiam titulo ſive emtionis, venditionis, aut jurisjurandi. *l. ſed etſi.* 7 *ſi petentis* 7 *l. cum ſponſus.* 12 §. 2. *de public.* reique iudicatæ. *l. ſi quis rem.* 24. *de except rei iud* nacti ſunt poſſeſsionē. Quanquam propter autoritatem, rei judicatæ (quæ pro veritate habetur. *l. ingenuum.* 25. *de ſtat. hominum cum ſimilib.*) exiſtimo ei, cui res fuit adiudicata, rei vendicationem dari, *d. l ſi quis.* Datur quoque ei, qui miſſus fuit in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, ob non præſtitam cautionem damni infecti. *l. damni.* 8. §. *non ſolum. de damn. infect.* quoniam mittendo non dominium, ſed poſſeſsionem & uſucapiendi cōditionem transfert. *l. damni.* 18 §. *pen. de dam. inf.*

14 Datur etiam † utraque hæredibus, ac ſucceſſoribus, nō tamen ut hæredibus, ſed magis ut dominis, vel quaſi dominis *l. ſed &* 7. §. 7. *de public.* Non datur poſſeſſori. §. *fin. in fi. ubi poſt. Ang. & Fabr. Iaſ. num* 100. 104. *cum ſeq. Inſt. de act. & in l naturaliter.* 1[illegible]. §. *nihil.* 1. *num.* 79. *de acquir. poſſ.* quod etiam ex

[illegible]ſto probat. *Cuia.lib.7.obſer.c.28.* exci-
p[illegible]ns illum caſum, niſi de poſſeſsione
litigetur. *l. naturaliter.12.§ 1. de acquir.
poſſ.* Ex quo, ut ante dixi, non abſurdum
fuerit inferre, etiam poſsidenti tũ dari,
cum eius dominium in dubium voca-
tur. Quanquam enim poſſeſſione tutus
eſt: tamen cum iſtà maius ſit, & mo-
mentoſius dominium; cur minus pro-
hibeatur vendicare hoc in controver-
ſiam deductum, quam ubi de poſſeſſio-
ne litigatur, *d. l. naturaliter.§.1. l. 2 ubi
Bald. inf. de probat.*

15 Illud ſane † expeditum eſt, poſſeſſo-
rem per modum exceptionis contra
vindicare poſſe. *l. circa.14. ubi gl. & Dd.*
16 *de prob.* Datur adverſus † eum qui nul-
lo quidẽ jure nobis obligatus eſt, ſed rẽ
quam petimus poſsidet. *l. officium.9 l. is
qui.24 de rei vendic. l. un. ſup. de alien. iud.
mut* ſive bona, ſive mala fide poſſideat.
l...& 4 h tit. ſive cum titulo. *l 3. l. 4. h. tit.*
ſive ſine titulo *l. 1 in fi l. 5. h tit.* aut quaſi
poſſideat. *Ias in d. §. omnium. n. 64. Inſt. de
act.* h. e. detineat. *d. l. officium. 9 l. 2. ſup.
ubi in rem act.* vel per ſe, vel per ſervum,
non enim hunc, ſed dominũ hæc actio
tenet. *l nõ ſervum.20. h. tit.* aut qui reſti-
tuere quomodocunq; poteſt *d. l. officiũ.
9.* Quanquam interdum etiam hac te-
neatur, qui reſtituere non poteſt, ut qui
dolo malo poſſidere deſijt. *l. ſin autẽ. 27.
§. 1. cum ſeq. l. qui reſtituere. 68. cum mult.
ſeqq. eod.* qui [illegible] facere h. e. reſtituere vi-
detur p[illegible] qui dolo (quo nullus excu-
ſa[illegible]r, *c. 2. de dol. & contum. c ſedes. 15. de
reſcript. c. pen. de emt.*) fecit, quo minus
[illegible] ſit, *l. verum. 63. §. tempus. 6. ff.
[illegible]* Item qui ſe judicio offert *l. is qui
[illegible] 5. ff. eod.* Datur & adverſus
[illegible] *c. 1. de inveſt. de re alien. n.
[illegible] ubi Iſer. & Aff. in prælud. feud nu 73.*

vel dominum priorem *l. ſi quis. 24 de
exc. rei iud. l. ſi quis. 8 inf. de præſc. 30. ann.*
Contra eum tamen † qui in præſens do- 17
minus eſt, fruſtra hæc [illegible]tio dirigitur,
obſtante dominii exceptione *d. l. circa.
14 ubi Dd. de probat.* & multo magis pu-
bliciana. *l. pen l. ult eod* quoniam potior
eſt dominij conditio, quam eius, qui ex
titulo & poſſeſſione agit, *d l ult. c. dile-
ctus. 6 de cauſ poſſeſſ & propr.* qui cũ vin-
dicare ab eiuſmodi agente poſſit, *l. 4. l.
nulli. 24. h. tit.* multo magis exceptione
eundẽ repellere poteſt, *l. 1. §. 4. ver. nã cui
damus, de ſuperficieb. c. qui ad agendum,
de R. I.* imo nec contra titulo, & bona
fide poſſidentẽ publiciana eſt idonea. *l.
ſive. 9. §. 2. de publ.* cũ in pari cauſa melior
ſit poſſidẽtis cõditio, *c. in pari, ubi Dyn. n.
1. & 2 de R. I. in 6.* niſi ex delicto poſſideat
Dyn. in d c in pari nu. 3. & 4. aut ab eiſdẽ
cauſam habeat petitor. *l. ſi à Titio 72 ff.
eod. l apud 4 §. ſi à Titio. 3. de dol. except.* aut
poſſidenti res ſemel abjudicata ſit, quia
dominiũ probare nõ potuit *l. ſi quis. 14.
de except. rei iud.* aut titulus poſſidentis
ſit ementitus, aut alioqui fraudulentus.
*Bart. l. 9. §. 1. n. 1. de public pro quo l. nec ex
vera. 9. inf. de acquir. poſſeſſ.* quia iniuſtus
titulus pro nullo habetur. *l. improba. 7.
inf. de acq. poſſeſſ l. ſi is. 8 inf. de præſcript.
long. temp. Bald l. 2. n. 2. inf de furt.* Ac ut 18
ſummatim † comprehendã datur vin-
dicatio. & cõſequenter Publiciana cõ-
tra poſſidentem, qui non ſit in pari cau-
ſa, ſive naturaliter, ſive civiliter poſſi-
deat, ſive utroque modo, *d. l. officium.
9. ubi Dd. & in rubr. ff. eod Fab. in §. o-
mnium. num 21. & Ias. n. 106.* ſive quaſi
poſſideat, ut qui dolo deſijt poſſidere,
quem tamen utilis actio tantum tenet:
directa eum in quem alienatum [illegible] *l.
un. ſup de alien. iud. mut. cauſ ubi Dd.*

& qui ſe liti obtulit, ac uſq; ad conteſtationem in eo perſeverat. Bart. & D.l. in d. l. is qui. ſe Ang. num. 5. in d. §. omnium, ſive tantummodo detineat, ut commodatarius, d. l. officium. 9. Ias. d. §. omnium, niſi verè poſſidens pro eo ſe offerat, c. cum ſuper. 17. ubi Innoc. de re iud. Iaſon. d §. omnium numer. 101. aut ab hoc nominetur, gloſ. d. l. officium, Fab. numer. 23. Ias. num. 100. d. §. omnium, ſecundum formam. l. 1. ſup. ubi in rem act. c. quoniam. ut lit. non conteſt.

19 Vendicantur† aut omnes res corporales. l. 1. eod. tam moventes, d. l. 1. quam mobiles, d. l. 1. de quarum diſtinctione, in l. 93. de verb. ſignif. etiam res ſoli. l. 2. 3. 4. 5. h. tit. etiam alienatæ invito domino, l. 3. l. 5. l. cum non h. tit. ſecus ſi volente. l. doce. 9. h. tit. neq; tantum ſingulæ. l. 1. ff. eod. ſed univerſitatis quoque, l. 1 §. ult. eod. rerum utique corporalium, l. vendicatio. 56. eod. ut pecunia plurium nummorum, l. rogaſti. 11. §. ult. ſi cert. pet. §. 2. Inſt. quibus alien. lic. armentum, grex, equitium, l. 1. §. ult. cum ll. ſeqq l. vendicatio. 56. eod. etiamſi ſingula capita vendicantis non ſint, d. l. 1. §. ult. l. 3. ff. eod. etiã feudum. cap. 1. de inveſt. de re alie. quod quædam eſſe univerſitas putatur, quoties diverſa jura continet, Panor. c. cum ſeculum. 13. num. 1. & 2. de jur. patr. & caſtrum. Ias. num. 3 Fab. num. 24. in d. §. omnium. Inſt. de act. Imo. & CC. in cap. examinato 11. de iudic. Quanquam enim compleccatur jura incorporalia, ut jurisdictiones, venationes, c. 1 ubi Bald. de ca. pit. qui cur. vend. tamen cum hæc tantum acceſſoriè veniant, d. c. un ubi Dd. & in conſequentiam, ut loquitur, Ias. in d. §. omnium nu 110. non alterant naturam principalis actionis. Ias. praeall. loc. Itaq; procedit libellus, peto Caſtrũ cum ſuis pertinentijs, Bald in repet. l. 3. num. 66. ſup. de eden Ias. in d. § omnium. num. 110. Quanquam in domo, navi, & alijs ſingularibus rebus improbet hanc agendi rationem. Bart. in l. 3. §. armamenta num. 2. eod. Sed & hunc modum petendi uſus admittit, ac eum libellum, quanquam non pro univerſali, tamen generali, habet atque ſuſtinet, ut eſt ibidem ad Bart. ab Alex. annotatum, & in c. 1. & 2. de libel. oblat. & in l 1. in pr. de eden. Cæterum univerſitates jurium incorporalium principaliter non vendicantur, l vendicatur. 56 eod quoniam, ut aiunt, incorporalia non poſſidentur. l. 3. in pr. ubi gl. de acquir poſſeſ. & proindè nec reſtitui poſſint, d. l. officium. 9 ubi gl. & l. un. ſup. de alien. judic. mut. cauſ. ut hanc rationẽ probat Fab. Malã tamẽ omnino, quantũ arbitror, & ineptam: nam & incorporalia quaſi poſſidentur, gl. & Dd in d. l 3. & eodem modo traduntur, & reſtituuntur, l. 3. de uſufr l. 3. §. 1. de act. emt. Verior igitur illa videtur ratio, quod horum juriũ propriè nullum ſit dominium, quod vendicetur, l ſervus. 43. §. 1. de acquir. rer. domi. nec petatur ulla rerum incorporalium proprietas, ſed jus potiꝰ à dominio ſeparatum, ut ſervitutis, jurisdictionis, idcirco exemplo hæreditatis alijs omnino actionib. vindicantur glo. 1. in l. in rem. 23. in pr. eod tot. t. ſi ſervit vindic. & tot. t. ſi uſufr. pet. Erat & alia jure veteri ratio, nempè quod res, quæ vindicarentur, in judicium eſſent adducendæ, ut diſcere licet ex Cicerone pro Muran. Aſcon. & alijs, quam nunc omitto, ut hodie inutilem: nam & abſens res nunc vindicari poteſt. l. ſi res. 10. cũ l. ſeq. ff. eod. l. 3. ſup. ubi in rem actio.

Illud

Illud tamen teneatur etiam ratione hac legis impulſiva ſublata mirandum non eſſe, legem adhuc durare, *l. 1. § 4. verſ. exnunc, ubi gl. de poſtul. & l. 1. in pr. inf. de cad. toll. Alciat. l. tranſigere. 18. n. 23. ſ. p. de tranſact.* Sed quo perſonas referemus? Equidem ſervos pertinere ad res corporales, & vindicari poſſe, oſtendit *l. 1. eod.* In liberis idem dici nequit, quia non ſunt in dominio, nec eſſe poſſunt, *l. liberos. 10. ubi Bald. inf. de lib. cauſ. l. liber homo. 13. ad L. Aquil.* quatenus tamen hæc ratio ceſſat, eatenus videntur vindicari poſſe, reſpectu nimirum juris alieni, quod in earum corporibus alius habet, quomodo dominus colonos, & adſcriptitios, recte vindicare dicitur. *l. 7. verſ. vindicatione conceſſa. inf. de agr. & cenſ. lib. 11. l. 3. in pr. verb. in dominium vindicare inf. de infant. expoſ.* Quanquam enim liberi ſunt. *l. pen. inf. de agric. & cenſ. Spec. de inſtr. edit. § compendioſè, num. 1. gl. Bart. Ang. & Dd. in l. 3. de ſtat. hom. Ang. in pr. Inſt. de iur. perſon.* tamen ut loquuntur, conditionati ſunt, & quoad corpus, ac operas domini quodam jure tenentur, *d. l. quemadmodum 7. & d. l. 3. Ang. in § in teſtib. Inſt. de teſta.* Hactenus igitur vindicari poſſunt. *d. l. quemadmodum.* ſicuti & liberi à parentibus, quorũ ſunt in poteſtate ex jure Quiritum. *l. 1. § 1. in fin. eod.* & cives ac incolæ à civitate. *l. de jure. 37. verb. incolas civitates ſibi vindicant. ad municip.* & Syndici, decuriones, ac alij, qui ſunt in univerſitatis cura. *Bart. in d. l. 1. § 1. num. 1.* & ſubditi à domino, *Innoc. in c. ut fame num. 2. de ſent. excom. per c. dilectus. 55. in pr. de appell.* Vaſalli ac ſimiles à patronis jure, ut loquitur. *Bart.* conſuetudinario, *in d. l. 1. § 1. num. 1. & 2. ubi gl. ad verb. vindicare. per d. l. de jure.* Creditori † eo- 20
dem modo vindicare debitorem nequit, *Innoc. c. p. 2. num. 3. de pignor.* quia nullum jus in corpus eius habet. *l. ob æs. 12. cum auth. ſeq. inf. de act. & oblig.* Quanquam autem jure Saxon. manus injectionem habere putetur, *art. 39. lib. 1. aut. b. diffr. differ. 10. Reinhard differ. 8. de quo Panor. conſ. 42. part. 2.* tamen textus ibidem oſtendit, non eſſe injectionem, quia non ſit privatæ autoritatis, ſed potius quandam officij judicis implorationem, quemadmodum & contra, quoties quis carceribus ſe liberari petit, *Bart. l. 1. § 1 num. 5. eod.* quod cognitionis prætoriæ dicitur. *in d. l. 1. § 1.* de qua poteſt etiam accipi *l. de iure. 37. ad municip.* nec enim ibi de propria vindicatione agit, ſed imploratione officij, argumento eſt, quod ibi ea quæſtio non ad judicem, qui de vindicationibus cognoſcit. *l. officium. 9. l. qui reſtituere. 68. & paſſ. ff. eod.* ſed ad provinciæ præſidem referatur. Cæterum hæc manus injectio qualis qualis in debitores non ſolventes antè uſurpata ex jure Saxon. nupera provinciali conſtitutione ſublata eſt. *part. 2. conſt. 22.*

Hactenus † de rebus & perſonis, 21
quatenus vindicari poſſint; nunc de iis quæ non rectè vindicentur, ut ſunt res extinctæ. *l. item. 15. inf. cum l. ſeq. eod. l. ſi filius familias. 14. § ult. ſi cert. pet. § ſi tamen. 22. verſ. extinctæ res vindicari non poſſunt. Inſt. de rer. diviſ.* item deperditæ. *d. l. item. 15 cum mult. ſeqq. eod.* cum quia rei interitu & amiſſione dominium amittitur. *l. pignus. 8 inf. de pignor. act.* tum quia ejuſmodi amplius reſtitui nequeunt. *d. l. item. l. ſi a tonſ. 21. eod.* Atq; ita deficit utraque vindicationis cauſa, de qua ſupra. Idem etiam pu-

tatur

tatur etiam in mutatis. §. cum ex alienâ.
21. cum mult. ſeqq. Inſtitut. de rer. diviſ. l.
adeo 7. §. cum quis 7. de acq. rer. dom. vel
junctis ad ædes l. in rem. 23. §. lignum. 6.
aut loca ſacra vel religioſa. l. qua reli-
gioſis. 43. eod. l. 2. h. tit. §. cum in ſuo. 29.
Inſt. de rer. diviſ. Item in commixtis &
confuſis. l. 5. l. Minicius. 61. eod. l. 5.
6. 7. ad exhib. qua de re diximus. in §.
cum ex alienâ. Inſt. de rer diviſ. precium
tamen condici poteſt. d. l. in rem. 23. §.
5. verſ. cogatur pretium dare. l. item. 15. cum
ſeqq. eod. & intereſſe. l. non ſolum. 13.
cum mult. ſeqq. atque adeo res ipſa ab
eo, qui dolo malo perdidit, vel extinxit,
ut diximus §. ſi tamen. 22. Inſtitut. de rer.
diviſ. cum alÿs jurib. ſup. allegatis. l. rerũ.
25. ff. rer. amot. l. cum procurator. de con-
dict. cauſa dat. l. 22. § 1. de pignor. act.
22 Alienæ quoque † res non rectè vindi-
cantur, l. ſi ex 6 h tit. quamvis emtæ,
l. pen. h. tit. ne quidem ad tempus a-
lienatæ, ut dotales ab uxore, l. doce
9. h. tit. nam qui revocabiliter do-
minus eſt, nihilominus tamen habetur
pro domino. l. 16. eod. l. 1. §. ſervi. de SC.
Sillan. latè Tiraq. de retr convent. §. 2. gl.
1. nu. 36. & vindicat, d. l. doce. h tit. nec
interea jus ullum habet prior, aut futu-
rus dominus, d. l. doce. qui duo in ſoli-
dum domini eſſe nequeunt, l. 1. in fin.
23 commod. Quamobrem nec † venditor
etiam ſub pacto retrovẽditionis, Tiraq.
de retr. proxim. §. 1. gl. 2. num. 3. & 4. l. 2.
inf. de pact. int. emt. & vendit. vendica-
re res venditas, & traditas poteſt, etiam-
ſi precium non ſolvatur, l. incivile. 12. h.
tit. l. 1. inf. de act. empt. dummodo fides
de precio ſit habita, l. quod. 19. de con-
trah. emt. §. vendit. 8. Inſtit. de rer. diviſ.
Bart. d. l. incivile. num. 1. & 2. Pro alie-
24 na eſt † illa res, cuius portio aliqua alie-
na eſt, in qua ideo non niſi ſua pars peti
debet, l. 3. §. ult. eod. etiamſi reus totam
rem poſſideat, quoniam actor non ex
poſſeſſoris, ſed ex ſuo jure intentionem
metitur, l. 1. §. 1. ſi pars hered. Res ſub-
ditorum, † quia non omnimodo alie- 25
næ ſunt, putantur à dominis ſuperio-
rib. vindicari poſſe. Bart. in l ſancimus.
22. nu. 12. ſup. de ſacroſ. Eccl. quia quo-
dammodo in univerſali ſuperioris do-
minio exiſtunt. l. 2. inf. de quadrien. præ-
ſcrip. ubi Dd. l. deprecatio. ad L. Rhod.
de jact. non tamen in juriſdictione,
Bart. l. 1. §. per hanc. ult. num. 2. ff. h. t.
De rebus ſacris, † religioſis, ac ſimili- 26
bus, idem ferè dici poteſt, nempè jure
quodam univerſitatis vindicari poſſe,
arg. l. in modicis. 24. de contrah emt. Nõ
tamen jure ipſius Eccleſiæ univerſali
vindicantur. l ſancimus. 22. de ſacroſ. Eccl.
in verbo. omnibus modis vindicari. nam
etiam res ſacræ in quodam Eccleſiæ pa-
trimonio exiſtunt. Novel. 120. de Eccleſ.
contr. ſeu de alie. & Emphyt & dixi Inſt. ad
§ ſacra de rer. diviſ. ſicut reſpublica in
pecunia civitatis l. 6. in prin. de contrah.
emt. quas ideo quoque vindicari poſſe
ab univerſitate certum eſt ex d. l. ſanci-
mus. 22. ubi Dd. ſup. de SS. Eccleſ.

In forma † huius actionis conſide- 27
rari poſſunt, perſonæ. res, & actiones.
Perſonæ autem ſuo nomine, aut alie-
no agunt. Quæ ſuo nomine, ad nullam
ſatisdationem tenentur, ut nec admi-
niſtratores univerſitatis, de quibus in
d. l. ſancimus. Cæterũ qui privatim alie-
no nomine agũt, cavere de rato debẽt:
qui vero defendunt, in vendicatione
etiam ſuper hanc actionem judicatum
ſolui præſtare debent l. Pomponius 10. §.
1. de procur. De qua ſatisdationis in vin-
dicationibus materia, plura. in § 1. & 2.

28 *Inſt. de ſatiſdat.* Res † quæ vindicabantur olim erant in judicium adducendæ, eoq; ſi eſſent mobiles, (nam immobilia ſe exhibent, *l. 2 inf. quan. & à quib. pars lib 10*) initio erant exhibendæ *l. ordinarij, 13. verb. exhibitis. h. tit.* ad quod ante omnia agebatur, *l 4. & 5. ff. eod. l. 1. ad exhib l quod leg tur. 38. in fin. de iur dic.* Hodie cum etiam abſens res vindicetur, *l. ſi res 10. cum l. ſeq. eod.* nihil horum neceſſe eſt, deſignate tamen exprimendum eſt, quæ, quanta res petatur, *l. ſi in rem, 6 l. in ſpeciali. 73. ff. eod.* Itaq; res immobilis, ſive ſoli, quæ petitur, ſuis finibus, & limitibus determinanda eſt, *c. 2 ubi Dd. de libell. oblat. Ferrar. in form. act. real. verb. cui cohaeret.* ſin mobilis petatur, illa nomine, colore, quantitate, qualitate & ſi fungibilis res ſit, mēſura, pondere & numero, deſignāda eſt *d l. ſi in rē. 6. ubi Dd. Spec. de libell. concept. §. juxta. n. 11.* Si quis totā rem petere intendit, ſufficit ſimpliciter rem petere *gl. & Dd d. l. ſi in rem. Ferr. in for. act. real. verb. cui cohaeret. nu. 2.* ſin partem ſolum eius, quota certa petenda eſt, *d. l. ſi in rem. d. l. in ſpeciali, l. Pomponius. 40. §. 1. de procurat. Ferr. praallegat. loc.* Pars tamen minima quoq; peti poteſt, ſi actor eam probabiliter ignoret, *l quæ de tota. 76. §. incerta. inf. eod.* aut ſi adverſarius nihil opponat, *c. 2. verb poſtularunt. de libell. oblat.* Nam eiuſmodi initium, ſeu obſcuritas libelli poſtea declarari ſolet, & poteſt, *Ferr. in for. act. real. verb. jure dominij. num. 1. & 29. Lanfr. c. quoniam. verb. interlocutoria. num. 24. & 13. per. l pluribus 141. de oblig. at. l. ultim. ubi gloſſ. infr. de an except.*

29 Actionis porrò † huius formæ, ex emplo reliquarū, libello cōcipiuntur, *c. 1. & 2. ubi CCta. de libell. obl.* in quem primum cauſa proxima exprimenda eſt, ex qua petitur videlicet dominium. *l. un. de alien. jud. mut. cauſa. ubi Bald. num. 4. & 5.* & utrum in ſolidum, an ex parte, *d. l. in ſpeciali ver. licet enim munus petitoris eſt ff. eod.* vel quaſi dominium, ut nunc quidem uſurpatur. *d c. Abbate, de re iudic. in 6. Ferr. act. real. verb. jure dominij vel quaſi.* Et ita quotidiè in hoc judicio concludi, ait *Bart. l. 1. num. 17. inf. de uſufruct.* peto totalem rem ad me pertinentem jure dominij, vel quaſi *Ferr. in for. rei vind. verb. jure dominij vel quaſi.* niſi quoties conſtat, vindicationi ſoli locum eſſe, ut quoties dominium tantū aſſeritur ex præſcriptione, aut alia cauſa. *l 1. verb. habes civilem, nec deſiderat honorariam. de public.* Cauſam remotiorem nempe ipſius dominij, proponi, nō eſt æquè neceſſarium, ſed aut exprimi poteſt: aut quia ſæpius ignoratur, poteſt omitti: quo caſu omne jus dominij, ex quacunque cauſa competere queat, intelligitur in judicium deductū, at quoties certa cauſa probari poteſt, utilius eſt eam exprimi, ne poſt ex alia cauſa vindicanti obſtet rei judicatæ exceptio. *d. c. abbate. de ſent. & re jud. in 6. l. & an eadem. 14. de except rei iud. c. 3. de cauſſ poſſ. & propr. gloſſ. verb. ſignificantib. in c. 2. de libell. obl. & noſtri in l. 1. in pr. de eden. facit. l. ult. in verb. omneius deduxiſſe videtur. inf. de ann. except.* Deinceps † & altera 30
cauſa ſubtexenda eſt, nempe rei poſſeſſio vel detentio. *l un. ubi Bald. num. 3 & 4. ſup. de alien. jud. mut cau.* vel quaſi, ut ſup. dictū eſt. Quanquā hac in parte non admodum laborandū, cum in rem actio potius in rem ipſam dirigatur, quam in perſonam, ideoq; indefinitè

contra

contra rem proponi queat, & omnem
eum, qui adverſus petitorem eam de-
fendere velit: nam qui tum ſe contra
offert, pro poſſeſſore habetur, *l. is qui.*
31 *25. cum ll. ſeqq. eod.* Vt autē † hæc duplex
cauſa in narratione proponenda, ſic in
concluſione duplicis antecedentis qua-
ſi duplex conſequens ſubjungendum
eſt, quorum primum ex priore cauſa
fluit, petens dominium agentis decla-
rari: alterum petens alteram cauſam
emendari, nempe rem à poſſeſſore do-
mino jam declarato reſtitui, cum hoc
invito ſit iniquum, rem eius ab alio de-
tineri. Hanc eſſe propriam huius actio-
nis duplicem concluſionem, videlicet
petitionem declarationis dominij, &
reſtitutionis rei, omnes uno ore confir-
mant, *Bart. l. ex diverſo. 35. § 1. num 1.
eod. & in l. Pomponius. 10 § 1. de procur Iaſ.
in §. omnium. n. 173. Inſt. de act. & ibidem
Ang n. 12. Fab. n. 26.* qui ait, hoc tene-
re communē actionū curſum, & *Imo.
in c. 2. n. 6. de lib. oblat.* dicens hanc eſſe
conſuetam & uſitatam & propriam hic
libellandi formam. Sufficit tamen etiā
ſolum peti rem, ut ad actorem pertinē-
tem, *Bart. in d. l. 1 n. 17. inf. de uſufr.* aut
rem reſtitui. *l. ubi, aut ut eſt in Florent. l.
& ex diverſo 35. §. 1. ubi Bart. nu. 2. de rei
vendic. & in d. l Pomponius 10. §. 1 nu. 2.
de procur.* quod licet Iaſ. *in §. omnium. n.
173.* vix admittat, quia petitio reſtitu-
tionis rei ſonat in poſſeſſorium, *Innoc. &
Dd. c. 2. de dol. & cont.* tamen eiuſmodi
libellus uſu ſuſtinetur, quaſi petitoriū
potius, quam poſſeſſorium complecta-
tur: nam profecto aliud eſt petere rem,
aut rei reſtitutionem, ut in petitorio:
aliud petere poſſeſſionem, ut in poſſeſ-
ſorio, *l. ſi duo. 3. in fi. uti poſſid. l. qui reſti-
tuere 68 de rei vendic Frider. de Senis conſ.
183. quæſitum, in pr. Soci. conſ. 262. in cau-*
ſa. n 1. lib. 2. ubi inquit, petentem rem
reſtitui, in dubio videri petitorium in-
tentaſſe: poſſeſſorium vero eum, qui
poſſeſsionem reſtitui petat *per c. cum ad
ſedem. 15. de reſtit. ſpoliat. & doctrinam
Innoc. ac Imo. c. 3 de cauſa poſſeſ.* quod u-
tiq; veriſsimū eſt, ſi dominium in nar-
ratione deductum, ut *ois & Frider. de
Sen. præall. loc. per c. examinata 11. de iu-
dic. c. inter 6. de fid. inſtr.* tunc enim cō-
cluſio ſubſequens; ex illa dominij cau-
ſa manare videtur. *Imo d c. 2. n. 6 de lib.
obl.* Quod ſi ambigua ſit narratio, pu-
taverim & ambiguam hanc fore cōclu-
ſionem, ſive res, ſive poſſeſsio reſtitui
petatur: nam certè utrumq; tam ad pe-
titorium, quàm poſſeſſoriū referri po-
teſt. *d. c. cum ad ſedem. 15.* quem text. ad
hoc ibi pōderat Imol. *de reſt. ſpol. eod. tit.
§. 1. n. 7. & Bald. in l. pen. n. 8. inf de ſent.
quæ ſin. cert. quant.* ideoq; talis libellus,
ut ambiguus, repudiari poſsit. *l. præter.
7. §. quod autem, ubi Bar. & Dd. de injur.
Ferrar. in form. reſponſ. rei verb libellus
verb. generalis. verb. vagus & obſcurus,
per tot.* Itaq; ſemper tutiſsimū eſt certā
deduci cauſam narrando, unde ea con-
cluſionis ambiguitas declarari poſsit,
*Spec. Imo. Soc. Frid. præall loc Bal. l. 5. n. 1.
h. t* Eſt & † illud quæſtionis, an utilis do- 32
minus ꝓprietatē petere poſſit, ꝙ aliqui
negant, quoniā id verbū in dominiū di-
rectū ſonat, *Iaſ. n. 6. in d § omniū. inſt de
act. & in l. naturaliter. 12. §. 1. n. 16. de acq
quir. poſſ Bal. l. 2. verſ. ſi vero proprietatem.
inf. de cōm. inſt.* Quanq̃ & hunc libellū
procedere, ac verba eius impropriari
cenſet. *Alex. in l. ſi familiæ. 1 . §. ſi de vecti-
galibus. 26. num. 3 de dam. inf. ex regula l. ſi
quis. 66 de judi.* maximè ſi in narratis u-
tile dominium ſit expreſſum, *Socin. iun.
in d. §. nihil commune, num. 24. cum
ſeqq.* Sane † illud magis admittendum

ut

ut etiam utilis dominus petere poſſit, jure dominij vel quaſi, nam ea locutio æquè ad utile, atq; ad directum dominium accommodari poteſt, nec intereſt ad victoriam utrumlibet probetur, *Bart. l. 1. num. 16. & 17. inf. de uſufr.* Sanè ſi contingat, utrumq; colludi, ut directum vindicari ab utili, vel contra: hoc omnino caſu certa ſpecies dominij, tanquam fundamentum intentionis exprimenda eſt, nec id negat *Bart. ibidem.* Alias vero non multum intereſt, ſive alterutrum, ſive neutrum, ſed ſimpliciter dominium allegetur, cum ſæpenumero caſus incidat, ut alterum ab altero ſatis diſtingui poſſit, ut verbi gratia: notum eſt, vaſallum utile habere dominium feudi reſpectu domini directi. *c. 1 verb. utiliter habeat. de contro- verſ. int. vaſal. c. 1. § ult. verb. uſufructus. ubi gl & Dd. per quos fiat. inveſt. c. 1. qualiter dominus propr.* Sed non omnibus notum eſt, penes vaſallum etiam directum eſſe dominium, reſpectu inferiorum, & in rebus, quæ ſuo feudo ſubijciuntur, vel ab eodem recognoſcuntur, *Bald in l. 1 in fin. inf de legit. hered. Ludov. Rom. conſ. 50. prima. num. 9.* In
34 terris imperij † hæc omnia in articulatum libellum diſtribuuntur, qui poſt cōteſtationem generatim negativè factam, vice poſitionum reproducitur, *c. 1 & 2. ubi Dd de conf. ſ. in 6.* In Saxoniæ curijs eadem ſyllogiſmo conſtipantur ferè per eiuſmodi adverſativā; coram vobis dicit actor, quanquam omni jure cautum eſt, ut qui poſſidet, vel detinet alienū, debeat & cogatur domino petenti reſtituere: tamē reus iſte talem, ac talem rem actoris poſſidens, quam conſtat, & probari in caſu inficiationis poteſt, actoris eſſe, nō potuit hactenus ſine judicio adigi, ut eam petitori, licet domino, reſtitueret. Quocirca petit actor declarari officio Iudicis rem illam eſſe ſuā, & reum condemnari, ut eandē cū fructib. & acceſſionib. ac litis expēſis ſibi reſtituat. Petēdo ſibi jus adminiſtrari, & nobile officiū judicis implorādo. Per modū exceptionis † vel etiā re- 35
convētionis, ut olim, ſic & nunc cōtra vindicationes fieri poſſe, receptū eſt, *ex l. circa. 14. de proba.* quæ tamē ſi rectè perpēdatur, nō de vindicatione, ſed quæſtione ſtatus loquitur, in qua utile eſt, reū fiducia ſui juris probationem in ſe recipere, ut pronuncietur ingenuus: nam ea ſententia quaſi de publico ſtatus jure lata jus facit inter omnes *l. pen. ff. de ſtat. hom.* ſicut in criminibus *l. denunciare. 17. § penult. ad L. Iul. de adult.* Idem cum nō ſit in hac privata cauſa. *l. eam poſtea. 9. §. ult. cum ll. ſeqq. de jurejur.* ſtultiſſimus fuerit, qui non contentus commodo poſſeſſionis. *l. ult. C. tit. §. commodum. Inſt. de interd. cū ſimilib.* illius difficilimæ probationis onus, *de quo in l. cum res. 12. infr. de probatio.* in ſe ſuſcipiat, nihilo plus cōſecuturus, quā ſi ſimpliciter abſolvatur, quia utrovis modo res judicata tantū ijs, qui in lite fuerunt, non etiā aliis nocet. *d. nam pater. & tot. tit. inf. res int. alios act.* Poteſt tamē eſſe tam aperta dominij probatio parata reo, ut hæc facultas nō ſit contemnenda; cui nō adſmodum obſtare crediderim. *§. æquè. in fin. Inſtitut. de act.* Non enim vindicationem aufert poſſeſſori, qua rem ſuam aſſerat, ſed negatoriam, qua neget rem agentis eſſe, ut in ſervitutibus receptum eſt. Neque tamen video ullam ſatis probabilem utilitatem: quamobrem eiuſmodi neceſſitas probandi ſuſcipiatur, ut ſimilem

quæ-

ſtultitiã arguit. §. *præterea. verſ. ſed erit ſtultiſſimus. Inſt. quod cũ eo qui in ali. pot.*

36 Ubi porro † vindicandum ſit, diximus *ſup. tit. ubi in rem actio.* ubi hoc poteſt addi, vindicationem, quæ ad ſtatum pertinet, *ut l. 2. §. 1. ff. eod.* proponendã eſſe apud eum, ad quem ſtatus cognitio ſpectat, *l. de jure. 37. ad municip.* hoc eſt, præſidem, vel ſimilem magiſtratũ, penes quem merum ſit imperium, *l. 1. l. pen. ſup. ubi de cauſ. ſtat.* quoniam hæc prætoriæ ſunt cognitionis, ut dicitur *d. l. 1. §. 1. eod.* reliquæ vindicationes, ut privatæ actiones apud eum, qui ſimplici jurisdictioni præeſt, diſceptãtur. *l. aſſ. ſu. iam. 9. l. qui reſtituere. 68. eod.* etiam delegatum. *Ias. in § omnium. num. 66. cum ſeqq. Inſt. de act.* vel ubi res ſita eſt. *l. ult. ſup. ubi in rem act. l. 1. & 2. ſup. eod. l. qui legatur. 38. in fin. de judic.* vel ubi conventus degit. *l. ult. ſup. ubi in rem act.*

37 At quando? † Poſt actionem ad exhibendum, *l. qui legatur. 38. in fin. de judic. l. in rem. 23. §. 1. & 2. eod.* quod tamen hodie minus frequentari diximus. Item poſt interdicta poſſeſſoria. *l. is qui. 24. de rei vindic. c. cum dilectus. 6. de cauſ. poſſ. & propr.*

38 At quoties? † Ex eadem cauſa res una non niſi ſemel ab eodem vindicari poteſt. *l. 3. cum ſeq. l. ſi mater, l. & an eadem. 14. de except. rei jud.* Ex diverſis cauſis ſæpius poteſt. *l. 5. 7. 8. 9. 11. & paſſ. de except. rei jud. d. c. Abbate. de ſent. & re judic. in 6.* Ex quo videtur amplius declarari poſſe, quod ſupra traditum eſt, ex communi doctrina, *l. 1. in pr. ff. de eden. & c. 2. de libell. obl.* quo loco licet tradatur, eum, qui nullam certam dominij cauſam libello ſit complexus, videri omnem intuliſſe, *l. & an eadẽ. 14. §. pen. de except. rei judic.* tamen ex *d. c. Abbate,* coargui poteſt, non inde ſequi, obſtare exceptionem rei judicatæ in omnibus alijs cauſis, quæ non fuerint in judicium deductæ, idque ſentit. *Bart. in d. l. & an eadem. §. pen. num. 4.* ita diſtinguens, ut ſi ſequatur ſpecialis ſententia abſolutoria, ne quidem ipſo jure hic etiam obſtet exceptio, ex alia cauſa iterum vindicare volenti, *per l. 3. ſup. de tranſact. l. 2. ſup. de judic.* Sin autem non ſpecialis, ſed generatim, & indefinitè ſententia lata ſit, tum ait ope replicationis exceptionem rei judicatæ repelli poſſe, ſi modo alia cauſa vindicationis proponatur ab illa, quæ in priori judicio fuit prætenſa, *per gloſſ. & Dd. in d. l. 2. ſup. de judic. & text. in d. c. Abbate.* quoniam ut maxime libellus & actio ſit generalis, tamen ſemper iniquum eſt, obſtare exceptionem rei judicatæ ex alia cauſa agenti, ut oſtendunt, *l. 4. & 5. & ſeq. tit. de except. rei jud.* Atque dominium alicuius, non niſi ex una cauſa eſſe poteſt, *d. l. & an eadem §. pen.* Itaq; quamlibet generatim propoſita actione, tamen in progreſſu judicij itur in judicio ad certã cauſam dominij, qua dijudicata, valde fuerit iniquum etiam alias cauſas complecti nũquam in judicio tractatas, quando conſtet ſententias, & judicia ſtricti juris eſſe, idque probat, *l. 2. ſup. de judic.*

Hoc ſi verum eſt, † & admittatur, 39
fortaſſis fuerit non alienum dicere, utilius eſſe, nullam, quam certam, in libello vindicationis exprimi dominij cauſam; nam qui certam ponit, ad eam ſe probandam conſtringit, *l. habebat. 28. ubi Bart. de inſtit. act. Ias. & Dd. l. Divus. 33. de re judic.* Atqui indefinitè dominium proponens quamcunque p

cauſam maximè probabilem in pro-
greſſu demonſtrare poteſt; Quin & a-
lia hinc quoq; ſequitur commoditas,
quod etiã ex jure poſt litis contestatio-
nẽ ſuperveniente liceat, hanc intentio-
nem, ut loquuntur, juſtificare, *d. c. ab-
bate, in fi. Ias. poſt Fab. in §. omniũ. nu. 66.
Inſt. de act.* quod aliâs nõ licere volunt,
niſi ex cauſa expreſſa, & cõteſtationem
antecedente, *Ias. ibid. n. 66. cum ſeqq. Bal.
l. un. n. 7 ſup. de alien jud. mut. cauſ. Ang.
in §. ſupereſt n. 9. cum ſeq. Inſt. de act.* At
40 quamdiu? † Vindicationes per ſe con-
ſideratæ, ut jus incorporale durant 30.
annis, *l. 3. & paſſ. inf. de praſcr. 30. ann.
Inſt. de perpet. & tempor. act. in pr. verſ.
tam in rem.* Nec aliter per ſe præſcri-
buntur. *d. l. 3.* ut quando res actione de-
bitæ ob malam fidem, defectum tituli,
aut aliam cauſam uſucapi nequeunt:
nec enim minus vindicationibus præ-
ſcribitur, ut alijs actionibus. *l. 3. 7. 8. inf.
de praſcr. 30. ann.* quia non à bona mala-
vè fide debitoris hæc res pendet? nec
enim reſpectu actionum poſſidet, *Bart.
l. ſicut. 3. num. 5. inf. de praſcr. 30. ann.*
& perpetuo eſt in mala fide, qui ſcit ſe
poſſe conveniri, *Balb. de praſcr. ſecun-
da part. 3 part. pr. quaſt. 14. num. 4. Pariſ.
conſ. 110. num 30. lib. 3.* ſed à negligen-
tia non agentis. *l. 1. 2. & 3. inf. de ann.
except* & ut certum ſit actionum ſpaci-
um. *Inſt. de perpet. & temp. act. in pr* ſi-
cut & repetendarum rerum ob bonum
publicum, ut prorſus aliena ſit Cano-
niſtarum ſententia, putantium, actio-
num præſcriptiones ob malam debi-
toris, aut poſſeſſoris fidem impediri. *c.
vigilantis. c. cum olim. 14. c. de quarta &
paſſ de praſcr.* quẽ tamẽ errorẽ cõmunis
ſchola fovet. *gl. 1 & dd. c. ult. de praſc. affl.
Prapos. & alij. in §. ſi quis per 30. annos. ſi de
feud. def. Franciſc. Balb. de praſcr. part. 2.
tertia part. princ. qu. 13.* Cæterũ ſemel in
judicium deductæ actiones 40. annos
durant. *l. ult. inf. de praſcript. 30. annor.*
tanquam novatione facta. *l. antep §.
pen. inf. de praſcr. 30. ann. l. aliam. 29. de
novat. l. non ſolet. 80. ff. de R. I.* per con-
tractum conteſtationis. *l. 3. §. 8. de pe-
cul.* quæ ratio magis placet, quam dice-
re, litis conteſtatione malam fidem in-
duci; id enim non fit, niſi condemna-
tione ſecuta, *l. 1. ſup. de petit. hered.* quæ
retrotrahitur ad conteſtationẽ. *l. mora.
26. h. t. l. nemo. 10. inf. de praſcr. lõg. tẽp. l. ſi
poſt. 18. de rei vend.* unde omnis cauſa
debetur. *l. cum fundus 31. in pr. ſi cert.
pet. l. Iulianus. 17. cum ll ſeqq. eod.* nam
ante damnationem qui convenitur ju-
dicio, dubitare potius de ſuo jure inci-
pit. *l. nemo. 10. inf de acquir. poſſeſſ.* quod
non pro ſcientia habetur. *l ult. inf de
condict. ind.* in qua conſiſtit mala fides.
*l. ult. ubi Dd inf. und vi c ſi virgo. ubi
gloſſ. 34. quaſt. 2.* Verum potius pro i-
gnorantia. *d. l. ult. Ias. in l. 1. num. 25.
de condict. indeb.* nec ſufficit ad indu-
cendam malam fidem. *Ias. d. l. 1. nu. pen.
de condict. indeb.* & conſequenter nec
ad interrumpendam præſcriptionem.
Ias. l. 3. §. ult. nu. 16. de uſucap. Cæterum
cum rebus ipſis vindicationes effectu
uſucapiuntur celerius, ut poſt trienni-
um, decennium, 20. annos proponi
efficaciter nequeat. *l hareditatis. 7. ſupr.
de petit. hered. Cuiac. Novell. 119. §. ul-
tra*, obſtante nimirum uſucapionis ex-
ceptione *l pen de publ.* quæ eſt litis finitæ
c. 1 ubi gl. verb. finita. de lit. conteſt. in 6. 41

Probationis ratio † ad libellum, &
conteſtationem eſt exigenda: nam ſi fa-
tetur reus intentionem agentis confeſ-
ſio talis ab onere probandi petitorem
relevat.

relevat, *l. ſiquidem. 9. inf. de except. l. ſi-
ve. 16. inf. de probat. l. 1. cum mult ſeqq. de
interr. act. cap. 1. de confeſ. in 6. latè Hipp.
rub. de probat. nu. 68. cum ſeqq.* nec ſunt
aliæ judicis partes in ſimpliciter con-
feſſum, quam ad condemnandum, *l. un.
ubi latiſſ. Bald. inf. de confeſſ. l. 1. de con-
feſſ. l. poſt rem. 50. de re. judic. c. per tuas
10. ubi Dd. de probat.* vel ad abſolven-
dum, ſi reus ſtatim cedere paratus eſt.
l. 1. in pr. de eden. quem text. vindica-
tionibus etiam accommodat Cont. *lib.
1. diſput. cap. 10.*

At ſi cum qualitate aliqua defen-
ſionis excipiat, & confiteatur, ipſi tum
reo probatio incumbit. *Bart. in l. Au-
relius. 28. §. idem quæſiit. 10. num. 2. de
lib. leg.* cuius opinionem eſſe commu-
niter receptam. teſtatur Ias. *l. 3. num. 13.
& ibid. Bologn. num. 2. de iuſt. & iur.*
tam in criminalibus latè Clar. *lib. 5. ſen-
tent. §. ult. quæſt. 55 num. 15.* quam civi-
libus. *l. ſiquidem. 9. infr. de except. l.
in exceptionibus. 14. de probat.* Sin autem
ut plerumque ſit, negando Reus conte-
ſtetur, probare actorem fundamentum
intentionis oportebit, *l. actor. 18. inf. de
probat. l. 2. eod. Ias. l. 5. §. qui pro rei quiſa-
jud. cog.* nēpe dominiū. *l. ſi quis rē. 24. de
except. rei. indic. l. ult. l. à poſſidentib. 21.
l. doce. 9. h. tit. l. 2. inf. de probat.* nec e-
nim actor vincere poteſt, niſi titulum
& poſſeſſionem Rei infringat, meliore
ſuo jure oſtenſo. *Bald. in l. ult. num. 8.
inf. de edict. D. Adr. tollen. per l. decrebus.
13. inf. de donat. ant. nupt. c. 1. de ſponſ.
duor.* Cum autem reum hic poſſiden-
tem præſupponamus, non poteſt alia
cauſa præferri poſſeſſioni, niſi proprie-
tatis, *c. cum dilectus. 6. de cauſ. poſſeſſ. l.
pen. de publ. Bald. l. cum res 1. num. 3. &*
42 *4. inf. de probat.* Hæc autem † dominij

probatio difficilis exiſtimatur, *d. l. cum
res 1. ubi omnes Dd. inf. de probat Bart. in
l. rem quæ. 15. n. 1. & Alex. n. 18. de acquir.
poſſ. Ias. in § item Serviana. n. 86. Inſt. de
act. Schneid. in § omniū n. 70. Inſt. eod* non
tantum quoniam in ſenſus nuſquam in-
currit, ſed tantū intellectu percipitur,
ſed & ob hanc rationem, quod licet ex
cauſis, ſeu titulis, tā naturalibus, quam
civilib. dominiū probetur. *gl. & Dd. l. 1.
in pr. de acquir. dom. l. rem quæ nobis. 15.
de acquir. poſſ. Ias. n. 72. & Dd. §. omnium.
Inſt. de act.* de quibus fuſiſſime. *Ferrar. in
form. act. real. verb iure dominii vel qui,*
tamen ad verū dominiū evincendum
† non ſufficiat probari titulū, niſi & pro- 43
betur dominiū autoris, à quo titulus ha-
betur. *gl verb. vacuam & Dd. d. l. cū res.
inf de prob. per. l. & quæ. 15. §. quod dicitur.
1 de pignor. l. cum ſponſus. 12. §. 1. verſ publi-
ciana. de publ. in rem act.* Quod probatur
† non modo inſtrumētis, *l. cum ſuper. 10.* 44
l. indicia 19. h. tit. ut inveſtituris. *Spec. de
probat. §. 1. n. 32.* ſed alijs etiam documen-
tis, nedum legitimis. *l. 4. inf. de probat.* &
probationibus jure proditis. *l. cum res.
21. l. infr. de probat.* ut teſtibus *l. cū ſup. 10.
h. tit. Bald. n. 2 & Dd. l. 3 inf de teſtib.* ve-
rū etiā alijs minus ſufficientibus, ut per
interrogationē ſervorum, de quorum
dominio quæritur, *l. cum ſuper. 10. hoc t.*
præſumtiones. *l. 2. infr. de probat.* in-
dicia. *l. indicia. 19. hoc. tit.* jusjuran-
dum. *l. ſed ſi. 11. in pr. & §. 1 l. in duob.
28 § qui iuravit.* confeſſionem adver-
ſarii. *l. ſive. 16. inf. de probat.* & extra-
iudicialem. *Bart. in l. cum falſa. 5 num.
6. & 7. ſup. de iur. & fact. ignor.* atque
adeo famam, & communem opinio-
nem. *gloſſ. ult. & Dd. in l. 4. infr. de
probat. per c. cum cauſam. 13. ubi GCia. de
probat.*

Atque

Atque ita probari poteſt nedum di-
recto, ut probato titulo, cui dominium
inſit, puta, uſucapione *l. 1. verb. uſuca-
pium. de publ. l. traditionibus. 20. ubi Dd.
verb. uſucapionibus, ſup. de pact. & auth.
niſi triennale. inf. de bon. mater. l. 3. verb.
dominij adiectio. de uſucap* verum etiam
per indirectum, & præſumtivè. *d. l. ju-
dicia. 19. h. tit. l. 2. ubi Bald. num. 2. 3.
cum ſeqq. l. cum res. 12. inf. de probat. Bart.
in d. l. 5. num. 6. ſup. de jur. & fact. ign.
Spec. de Emphyteuſi, num. 71. Bart. Alex.
& Dd. in l. pen. de condit. inſtit. l. rem
qua nobis, de acquir. poſſeſſ. Ang. Iaſ. &
Dd. in §. omnium, & §. ſic itaq. Inſt. de
act. Ferrar. d. loc.*

45 Cæterum † hæc ita accipiantur, ni-
ſi contra illum, vel eius ſucceſſorem a-
gatur, qui obijcere quæſtionem domi-
nij nequeat. *l. ſed etſi. 5. § ſi petenti. de
public. l. vendicantem 17 de evict. l. cum
à matre. 14. ubi gloſſ. & Dd. h. tit. l. ſive.
12. inf. de probat.* Quo caſu ſufficit titu-
lum oſtendi, ſicut & adverſus eum,
contra quem poſſeſſori jam an-
te res adjudicata fuit. *l. ſi quis. 24. de
except. rei jud.* etiam ex jureiurando, *l.
ſed ſi. 11. l. nam poſteaquam. 9. in fin. de
jureiur.* quæ fortaſſis eſt cauſa, quam-
obrem in eiuſmodi ſpecie potius pu-
blicianæ, quam vindicationis fiat men-
tio tam in re judicata. *l. ſed etſi res. 7 in
pr. de publ.* quam jurata, *d. l. ſed etſi. 7. §.
7. de public.* Quanquam & utilem in fa-
ctum ad rem hic quoque dari oſtendi-
tur, *in d. l. ſed ſi. 11. in pr. de jureiur.*
Etenim ob difficultatem probationis
dominij recepta eſt publiciana, ijs caſi-
bus, quibus probatione dominij non
eſt opus, ut *d. l. 7.* adeo, ut etiam cum
rei vendicatione cumulari poſſit, *d. c.
abbate. de ſent. & re iud. in 6.* etiamſi de
hoc variè diſputent. *Iaſ. num. 22. & Dd.
§. ſed iſta. Inſt. de act. ex l. 1. de public.*
qua moveri non debuerat, quoniam
agit de uſucapione allegata, quæ quaſi
dominium non admittit.

In hoc autem † ſufficit probare 46
titulum juſtum, hoc eſt, bonæ fidei cũ
poſſeſſione, *l. 1. 2. 7. & paſſ. de public.
Iaſ. num. 24. 74. Fab. num. 12. & alij. §.
ſed iſta. Inſt. de act.* cuiuſmodi proba-
tio cum tantummodo exigatur, *in l.
cum res. 12. inf. de probat.* exiſtimo eam
non de vindicatione, ut Dd. volunt,
ſed de quæſtione publicianæ capiendã
eſſe.

Sed an ſufficiat † hoc probare con- 47
tra eum, qui titulo poſſidet? negant id
Dd. ut *Iaſ. num. 19. Schneid. num. 28. in
d. § ſed iſta. Inſt. de act.* mihi tamen ſcru-
pulum inijcit, quod publicianæ tan-
tum juſtam dominii exceptionem velit
obijci. *l. pen. de public.* Nec movere de-
buit Dd. *l. ſive. 9. §. ſi duobus. 2. de pu-
blic.* quoniam loquitur de eo emtore,
cui nunquam res tradita fuit, *verſ. u-
trum is cui tradita, an qui tantum emit.*
Quo caſu non mirum eſt, ei, qui emit,
nec traditum accepit, præferri eum,
qui ex ſimili titulo traditam accepit, &
poſſidet. *l. quoties. 15. ubi Iaſ. & com-
muniter Dd. h. tit.* Nam publiciana da-
tur ijs qui poſſederunt ex titulo, *d. §.
ſed iſta. l. 3. l. 6. verb & amiſerit poſſeſ-
ſionem, & paſſ. de public.* Quamobrem
non eſt alienum dicere probanti poſ-
ſeſſionem antiquiorẽ in hac publicia-
na, ubi de jure poſſeſſionis potiſſimum
quæritur, potius eam adjudicandam
eſſe, quam illi relinquendam, cuius ti-
tulus ſit poſterior. *c. licet. 9. ubi Dd. de
probat.* Fateor quidem in publiciana
rem vindicari ut ſuam, *§. ſed iſta. Inſt.
de*

de act. non tamen ex vero dominio, ſed tantum præſumto ex antiquiore poſſeſſione. *l. 2. inf. de probat. ubi Bald.* Cum igitur eam antiquiorē poſſeſſionē actor habet, contra eum, qui hodiè poſſidet, & convenitur, obtinere debet, quaſi præſumto ex antiquiore poſſeſsione dominio, ſicut & in poſſeſſorijs. *Bart. in l. 1. §. quod ait. num. 13. & 18 uti poſſid.* quia conſequens alterius poſſeſſio præſumitur vitioſa, *c. ult. de reſtitut. ſpoliat. Bald. l. pen num. 15. inf. ſi à non compet. judic. Covarr. latè c. poſſeſſor. part. 2. §. 1. num. 1. & 3. de R. I. in 6.* Quod au-
48 tem † Dd. volunt bonam fidem, licet probari non debeat, cum præſumatur, *l. pen. inf. de evict.* tamen allegandā eſſe, ut hanc communē facit *Bald. in l. Celſus. num. 11. de uſuc. Alci. reg. 3. præſumt. 5. num 1. & alij. quos cumulat Soar. in recep. ſent. num. 8. incip. bona fide. & Vivi lib. 2. commun opin. opin. 24.* tamen allegandam hic eſſe, *Ang. num. 10. Schneid. nu. 49. in d. § ſed iſta* utile magis, quam neceſſarium cuiquam videri poſſit, *ex Panor. c. ult. num. 34. de præſcript.* Quanquam non inficior tutius eſſe, illud exprimi, cum quia leges bonæ fidei titulum requirunt, *l. ſed etſi 7. § prætor. 6. de public.* tum quia vix obſiſti poteſt communi Dd. theoricæ, qua tradunt (neſcio quam verè) præſumtionē juris non prodeſſe, niſi allegetur, *Bart. Iaſ. & latè Purpur. num 139. uſq. ad 152. in l. 3. ſi cert. pet. & in l. 4. ubi Dec. inf. und. legit. Hipp. de probat. num. 202. per l. ſi adulterium. 38. §. idem Polltoni. 3. de adult. latè Alciat. reg. præſumt. 12. num. 3. & præſumt.*
49 *21. num. 2.* Cæterum † quod excipiunt *in d. §. ſed iſta*, cum, qui ſine titulo poſsidet, probare bonam fidem oportere, cum mala præſumatur, *Bart. l. ult. num. 15. inf. und. vi.* primum huc non quadrat, cum publiciana ei tantū detur, qui titulum habet, *l. 1. 2. & tot. tit. de public.* Deinde neque verum, nec receptum eſt ſimpliciter, quoniam etiam in tali poſſeſſore bona fides præſumitur in dubio, donec oſtendatur mala. *Bart. num. 17. in l. Celſus ubi Balb. part. 3. num. 9 dicit hanc eſſe communem, de uſucap. Covar. c. poſſeſſor part. 2. §. 8 n. 8. d. R. I. in 6. Alciat. de præſumt. reg. 3. præſumt. 5. num. 2. Villalob. in communibus. opin. verb. bona fides. num 40* niſi uno caſu, videlicet cum adverſus leges poſſidetur, aut de antiquiore poſſeſſione alterius conſtet; quo de caſu loquitur *l. ult. & ibi Bart. num. 15. inf. und vi. Iaſ. d. §. ſed iſta. num. 100 Imo. c. ult. nu. 7. & 8 de præſcrip. Alc. reg. 3 præſumpt. 5. num. 2. verſ hoc intelligatur. niſi alius poſſeſſor antiquior. Covar. d. c. poſſeſſor. part. 2. §. 8. num. 3.*

Et hactenus quidem † differunt in 50
probatione hæ actiones: In hōc conveniunt, quod in utraq; probare actor qualitatem, & quantitatem rei petitæ debeat, quatenus à reo negetur. *l. periculum. 35. ſi cert. pet. Ferr. in for. real. act. verb. cui cohæret, num. 3.*

An † & alteram cauſam, nempe rei 51
conventi poſſeſſionem? vix puto, cum ex ipſa defenſione pro poſſeſſore habeatur. *l. is qui ſe ob. ulit. 25. cum ll. ſeqq. ff. eod.* ut in ſimili de interdictis ſtatuit. *Fab. §. retinendæ. num. 24. Inſt. de interd.* niſi tamen neget reus ſe poſſidere, & idcirco abſolutionem urgeat, *l. ultim. verb. poſſis convincere, eod.* quo probato conſequitur poſſeſſionem actor, etiamſi dominium non probet. *d. l. ult.* Sufficit autem in hac parte probare, rem ſemel à reo poſſeſſam fuiſſe: nam inde

præſumitur, etiam nunc poſsidere, *l. ſi-ve 16. ubi Bart. & Dd. infr. de probat. l. non ignoravit. 4. inf. ad exhib. latè Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſumt. 21. per tot. præſumt: 16. nu. 2.* aut quod perinde eſt, *l. is qui 69. cum ll. ſequ. eod.* dolo malo amiſiſſe; donec cōtra probet, *l. ſi rem 17. de except. rei judic. l. 4. ubi gl. & Dd. inf. de pignor act.* & hic primus caſus
52 eſt, † in quo reus probare debet, Alter eſt, cum actor intentionem implevit. *l. ult. ubi Dd. h. tit.* aut ſtat pro eodem juris præſumtio, *d. l. ſive. 16. inf. de prob.* aut rei notorietas. *Ferr. in form. act. real. verb. cui cohæret. num. 3. 4. & 5.* tum enim neceſſe habet probare contrarium dominium, ſi velit obtinere. *l. pen. de public. l. 9. ubi gl. inf. de pignor. act. l. certi. 6. § 1. de confeſſ.* quemadmodum & tum, cum intentionem agentis fatetur, *d. l. certū. 6. de confeſſ. l. ſiquidem. 9. except.* In quo notandum eſt, ſufficere, ſi fateatur, rem aliquam fuiſſe actoris, ut autoris eius. Cum enim ut dixi mutatio non præſumatur, *l. 3. l. cum 22. de probat.* condemnabitur ita confeſſus, niſi probet, dominium illud immutatum, & ad ſe translatum eſſe, *d. l. ſive. 16. inf. de probat gloſſ. & Dd. in l. certū. 6. § 1. de confeſſis, cum alijs quos cumulat Alciat. reg. 2. præſumt. 12. nu. 1.* Eſt & cum ultro probationem reus ſuſcepit. *d. l. circa. de probat.* etiamſi non
53 cogatur, *l ult. inf. h. tit.* Eſt & † cum juſiurandum hoc nomine dandum ſit, quia ſubſtituitur probationi, *l. ſed etſi. 11. §. ult. de jurejur.* & quanquam reus probare regulariter non teneatur, tamen hoc caſu aut jurare, aut referre cogitur, *l. delata. 9. inf. de reb. cred. l. manifeſtæ 31. ubi Iaſ. dicit hanc eſſe communem. de jurejur.* & ita quidem ſicuti defertur *l. 3. § ult. de jurejur.* etiam in hac materia, *l. nam poſteaquam 9. l. ſed ſi. 11. de jurejur. l. 3. § 3. de public.*

Illud poſtremum † admonendi ſumus, argutum nimis videri, atque ab uſibus fori remotum, quod Cont. *diſput. lib. 1. cap. 11.* aſſerit, in vindicationibus non ſatis eſſe, reum negativè litem conteſtari, ſed etiam contra vindicare oportere, & neceſſariam hanc eſſe exceptionis ſuæ defenſionem, etiamſi probare nō debeat. Fateor id poſſe fieri nō tantū motus. *d. §. 1. Inſt. de act.* quo ille nititur, ſed textu longè dilucidiore in *l. ſi quis. 24. de except. rei jud.* Porro neceſſe id omnino eſſe non arbitror; nec enim ab eo quod fieri poteſt, ad neceſſarium conſecutio juſta eſt, *l. ſæpè. 8. de offic præſid.* & poſſeſſor titulum ſuæ poſſeſsionis dicere non cogitur, *l. cogi. 11. ſup. de petit hered.* & ſi dominium ſuum probare non compellitur, *l. 2. infr. de probat. l. ult. h. tit.* certè nec allegare tenetur. *d. l. cogi. verb. dicere.* cum hæc ſint conjugata, *l. 6. inf de præd. minor.* etiam in exceptionibus. *l. in exceptionibus. 19. de probat.* Itaque vellicetur hoc noſtrum Enthymema: non debet reus contra vindicare, quoniam, etiamſi nihil præſtiterit, actore non probante abſolvitur, *l. 4. ſup. de eden.* nec reſtituere cogitur, niſi ſuam intentionem impleverit, etiamſi nullam dominij cauſam juſtam habeat *l. ult. h. tit.* Certe firmā eſſe hanc cōſequentiā, non ex Chryſippo, Ariſtotelis organo, quo nos ignorantes homo ſapiens docendos remittit, ſed ex communi ſenſu, textibusque ſuperiorib⁹ intelligi poteſt: nam quod in *d. l. qui accuſare. verbum illud: etiamſi nihil præſtiterit.* ad probationes reſtringit,

git, ſic ut nihilominus exceptionem contra vindicationes requirat: quis nõ videt eſſe coactum, & pugnare cum *d. l. cogi. verb. dicere titulum non coguur.* quæ lex etſi de petitione hereditatis loquitur: tamen in vindicatione valet, *l. ſin autem. 27. § ſi homo. 2. ff. eod.* cum & petitio nihil aliud ſit, quam vindicatio. ut ſuo loco diximus. Amplius, ſi poſſeſſor dicere non cogitur, pro qua parte res eius ſit. *l. in ſpeciali. 73. eod.* certè nec dicere cogitur ſuam eſſe, *d. l. cogi junct. l. quæ de. oia. 76. de rei vindic.* cũ hæc quoq; ſint connexa, ut qui dicere cogitur in vindicationibus an poſſideat, *l. qui petitorio. 36. eod.* cogatur etiam enunciare, quota ex parte poſſideat. *l. qui ſervum. 20. in fin. de interrogat. act.* Quamobrem qui alterum dicere non cogitur, certè nec ad alterum compelli debet. Quod ſi verò requirere debet actor à reo, utrũ & quota ex parte poſſideat, ne fruſtra experiatur, *d l. qui petitorio.* certè ultra id aliud reus reſpondere non cogitur, cum ne quidem ad interrogationem adverſarii, ad id compelli poſſit, *d. l. cogi, d. l. in ſpeciali.* Quid quod etiam abſque rei allegatione dominus ex ſola poſſeſſione præſumatur. *l. quoties is. verb. detinendo dominio h. tit. l. 2. infr. de probat.* Sanè fateor proponi in ipſa conteſtatione exceptiones poſſe, & ſolere, ſicut nunc quoque frequentatur *l. emtor. 9. inf. de præſcrip. long. temp. l. exceptionem. 19. infr. de except.* neceſſarium eſſe omnino inficior *l. ſiquidem. 9. inf. de except. & l. præſcriptione. 8. eod. tit.* quarum prima *l. ſiquidem.* inquit, ſiquidem intentionem actoris probatione deficere confidis, nulla tibi defenſio neceſſaria eſt, h. e. exceptio. *l. defenſiones ſive exceptiones, antep. eod. tit.* Altera *l. præſcriptionem 8.* liquido probat, exceptiones etiam neceſſarias non modo initio, ſed ſemper durante judicio uſque ad ſententiam proponi poſſe: uno caſu hanc exceptionis conteſtationem, non tamen litis tempore conteſtatæ, præcisè requiro, (cum ſcilicet reus intentionem actoris fatetur, *d. l. ſiquidem. verſ. ſi vero de hac confitendo*: aut quod perinde eſt, cum fundata eſt actoris intentio, vel autoritate rei judicatæ, ut *in l. ſi quis. 24. de except. rei jud* aut alia juris præſumptione. *l. ſive. 16. inf. de probat. l. ſi filius. 8 ff. eod.* Vtilem dico, aliàs non neceſſariam eiuſmodi exceptionis conteſtationem, *d. l. præſcriptionem. 8. inf. de except.* quoties dubitat reus an intentionem actor implere poſſit, *d. l. ſiquidem, verſ. nam ſi etiã de intentione dubitas.* Atque ita interpretor *§. 1. Inſtit. de act. in fin.* ut cum eventus litis ſit dubius, oſtendat, quod fieri ſolitum fuit, nempe ut poſſeſſor contra rem ſuam aſſereret, nõ vero ut aliquam eius rei faciendæ neceſſitatem poſſeſſori imponat *d l. ſæpe. d. l. ſiquidem. d. l. ult. d. l. cogi* niſi velimus ex hoc ſimplici judicio facere duplex, & ſemper poſſeſſorem conſtituere quoque actorem contra *d. l. ult. h. tit.* cum in exceptionibus reus ſit actor, *l. 1 de except. l in exceptionibus. 19. de probat.* maximè in contravindicatione. *l. circa. 14. de probat.*

Nec poterit ſe poſſeſſor ſola negatione, & inficiatione intentionis tueri, cum tamen id leges, & uſus his congruens, paſſim reo permittat, *l actor. 23. verb. factum negantis*

 in

infr. de probat. l. 2. verb. qui negat. l. ſi filius.8.verb. in poteſtate eſſe neget. de probat. l. cum de indebito.25. verb. hoc negaverit. cod. tit. l. nam poſteaquam.9. in fin. cum ll. ſeqq. de jurejur. Sed ceſſo diſputare cum eo, qui in præfatione illius operis ſine vitio illud editum eſſe, ſibi arroget, quod ſanè patet ex jam dictis, an ſit verum Item quod eodem *cap.* 12. neget donationem cauſa mortis civilem eſſe acquirendi modum, contra *l. 1. & 2. de public. l. illud. 31. de donat. cauſa mort.* & ex ſola obligationis firmitate hunc titulum æſtimet. Quaſi vero hoc reſpectu non ſit potius contractus, quàm dominij acquirendi, de quo ibi agitur, modus cui non magis hactenus congruit, quàm emtio, cui etiam quo ad translationem dominij donatio æquiparatur, *§. ſed iſtæ. verb. donationib. Inſtit. de act. § per traditionem. verb. ex cauſa donationis, §. venditæ. Inſtit. de rer. diviſ. §. alie. Inſt. de donation l. ſi quis 34. §. pen infr. de donat. in verb. neceſſarius traditionis effectus ſequitur.* Quo quid opus fuerit, ſi donatio, quomodo eſt à Iuſtin. interpolata, per ſe quidam eſſet dominij transferendi inter vivos modus, ac non potius traditio *l. traditionib. 20. ſup. de pact.* Quid quod *cap.* 3. deductionis duarum quartarum ex jure civili propugnat, contra *l. filium. 24. famil. erciſc. l iubemus. 6. inf. ad Trebell. l. 2. ſi quis à part. manumiſſ.* Quod in toto ſubiuncto libello ad *4. tit. lib. 48. ff.* (ubi miſeri Bruti manes in veſtibulo proſcinduntur, neq; poſt tot ſecula quieſcere poſſunt) ambigue quidem, ſed hoc deteſtabilius, tota Gallicana Eccleſia, tantū non læſæ majeſtatis rea peragitur? ac plures quidem ejuſmodi deliciæ occurrent fortaſſis ijs, qui in his inveſtigandis ingenioſi eſſe volunt: nam ego hanc artem carpendi, aut deridendi alios non didici: probo ſectorque Iuriſprudentiam, quæ uſum habet: etiam Hotomannum *in proœmio feudo*: profitentem, (in hunc fortaſſis digitum intendendo) non eſſe imitandam arrogantiam horum, qui humanæ fragilitatis immemores, nunquā ſe errare, nuſquā in tantis tenebris caligare poſſe arbitrantur, pro quo *l. 2. §. ſi quid autem verſ in nullo (ſcilicet hoc juriſprudentiæ ſubiecto) peccare divinitatis magis quam mortalitatis eſt. c. 5. de conſtr. uti velint.* Sed ad rem. Ha-
ctenus † qua via & ratione litigato- 55
res hoc in judicio procedant, vidimus: nunc de judicis partibus agamus, exemplo Iuſtiniani, qui actionibus & exceptionibus noviſsimè titulum de officio Iudicis ſubjicit *Inſtitut. de offic. Iudic. ubi § 1. & ſeqq.* quale in realibus illud eſſe debeat, oſtendit. Id conſiſtit in cognitione, & dijudicatione. *l. Iudices 9. ſup. de judic. l. notionem 99. de verb. ſignif.* Cognitio porro cauſæ plena hîc eſſe debet, *c. 1. verb. de cauſa plenius cognoſcentes, de ſequeſtr. c. ſignificaverunt 36. ubi gloſ verb. liquere verſ. plenè liqueat. de teſtib.* nam cum ſit ultimum hoc judicium, *c. 1. ubi Panorm. num 12. de cauſa poſſeſſ. & propr.* ut oſtendunt, *l. 4. 5. cum mult. ſeqq. de except. rei judic.* obtinere hic debet regula *Bart. num. 1. in l. judices 9. ſup. de judic.* quod in cauſis, in quibus ſententia lata plenū præjudiciū parat, plena quoque debet adhiberi cauſæ cognitio, de qua plura *Iaſ. num. 2. & 3. cum mult. per eum alleg.*

Cæte-

Cæterum, quòd non modo in hoc judicio, verum etiam antequam hæc actio detur, cauſæ cognitionem requirit, *l. prætor. 75. eod* non abſolutè, ſed ſecundum quid accipiatur, & aptetur præcedentibus, ſemper ſuperficiario hanc actionem non dari, niſi cauſa cognita, an penſionem ſolverit, an ad longum tempus conduxerit. *l. tutor. 16. §. ult. de pignor. actio. l. in provinciali. 3. §. pen. ubi gl & Dd. de oper. no. nunc. l. 1. ſi ag. vectig.* Normæ dijudicandi hæ ſunt, ut ſi tergiverſetur reus, mittatur actor in poſſeſsionem rei petitæ, *l. 2. ſup. ubi in rem act. cap 1 de ſequeſtr.* quemadmodum & ſi falſo poſſeſſionem inficietur, *l. ult. eod. auth etſi. inf. qui potior. in pign. hab.* Sin actor ceſſet, abſolvatur reus, ut dictum eſt ad *l. properandum. §. 1. ſup. de judic.* Sin utroque comparente judiciũ procedat, pronuncietur autẽ ſecundum actorem, qui dominium probavit, *l ult. verb ſuam intentionem implenti. h. tit. ubi gl.* tunc huic accedere poſſeſſionem æquum eſt, *c. cum dilectus 6. in fin ubi gloſſ. ult. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* tanquam minus dignum maiori, *glo. d. c. ult. pro qua l. antep. de relig. & ſumt. fun. c. quod in dubijs de conſecrat. Eccleſ. cap. 1. eod. in 6.* maximè cum dominij finis, & uſus ſit potiſſimus, re uti frui poſſe, *l. 1. ſi à parent. man. l. in re. 21. inf. mand Cicer. in epiſtolis ad Cur. lib. 7. epiſt. 30. Schurff. conſ. 50. ut ſit. in pr. cent. 1.* aut ſecundum reum, ſi vel actor nihil probavit, *d l ult. h. tit. l. 2. inf. de probat.* aut reus melius, vel tantundem probavit, *l. quoties. 15. h. tit. d. l. circa. 14 de probat. d. l. ſiquidem. 9. inf. de except. l pen l. ult. de public.*

56 Finis † igitur huius judicij eſt, ut cuique ſuum dominium, eiusque uſus in[illegible]umis, aut relinquatur, aut reſtituatur, quod fieri publicè intereſt. *l. 1. de uſucap.* & æquitas ſane poſtulat, de qua in *l. ult de public. l. 2. de his qui ſunt ſui vel alie. jur. Ias. & Dd latè l. ult. num. 2. & 3. ſup. ſi contr. ius vel utilit. publ.* Et hunc præferri omnibus, qualecunq; jus prætendentibus, quod quidem à domino non habeant. *l. bona fides. 31. depoſ. d. l. ult. de public. l. cum fundus. 31. §. ſervũ. 1. ſi cert. pet. l. procuratoris. 5. §. ſed ſi dedi. 18. de trib act. l. ſi ventri. 24. §. in bonis. 2. de reb. autor. iud. poſſid.* De finali publicianæ actionis cauſa, idcirco ſic loquitur Neratius, *l ult. de publ.* publiciana actio non ideo comparata eſt, ut res domino auferatur, eiusq; rei argumentum eſt, primo, ſeu prima æquitas (quæ id fieri non patitur ex reg. *l id quod noſtrum eſt, 11. de R. I.*) Deinde exceptio (juſti ſcilicet dominij hic uſitati, *l. pen. eod tit. l ſi quis. 24. de except. rei judic.*) ſi (ſic enim conditionaliter concipi exceptiones ſolebant, *l. ſi à te. 9. l. pen. de except. l. 2. de except. rei iud. l. 1. fam. erciſc. l. 1. §. 2. l. 4. & paſſim. de dol except.*) ea res poſſeſſoris non ſit (en aliud exemplum contravendicationis, de qua ſupra) ſed ut is, qui bona fide emit, poſſeſſionemque ex ea cauſa nactus eſt, (traditione, aut aliter) potius rem habeat, quam alius, ſcilicet non dominus, quique par jus oſtendere non poſſit, ut ſupra vidimus.

Eventus † huius judicij cum peti- 57
tione congruit, vel actoris, qui condemnationem, vel rei, qui abſolutionem urget: nam alterutram ſequi ſententiam oportet, *l. 1. ubi Dd. de re iud.* Abſolutoria quidem intentione agentis non impleta, etiamſi reus nihil præſtiterit, *l. ult. h. tit. l. 2 inf. de probat.* quæ ſententia ei prodeſt, quoad poſſidet. *l. ſed*

ſi. 11. in pr. de jureiur. non ſi poſſeſſionem amiſerit, quamvis ſit apud petitorem, niſi ipſe probaverit, vel juraverit, judicatumvè ſit, rem ipſius eſſe, *l. ſed etſi. 7. in pr. & §. 3. de publ. in rē. act. l. ſed ſi. 11. in pr. de jureiur.* atque ita ſuper eius dominio lata ſit ſentētia, *l. præſes. 8 ubi Bald in pr. inf. ad L. Flav. de plag.* Nec enim iſtis caſibus ſimpliciter abſolvitur reus, ſed res eius eſſe pronunciatur. *l. ſi inter. 18 de except. rei iud. l. Pomponius. 40. §. 2. de procur. l. circa. 14. verb. ſententiam feras pro ingenuitate de probat.* ſecundum communē ut ait. *Ias. in l. nam poſteaquam. 9. § ſi petitor. ult. n. 3. de jureiur.* nam ſuper oppoſitis via exceptionis poſt litem cōteſtatā pronunciatur, quāvis etiam via actionis in judicium deduci poſſint. *Bart. l. omnes actiones. 139 de R. I & l. ſin autem 8. §. ſi quo cunq. 1. de neg geſt.* Quod cum ſit, conſequenter etiam actoris non eſſe judicatur. *l ſi inter. 15. de except. rei iud d. l. Pomponius. 40. §. 2. de procurat.* quia res amborum litigantium in ſolidum eſſe nequit. *l. 5. in ſi commod.* Quamobrem eiusmodi ſententia contra eundem, ejusque ſucceſſorem, *l. exceptio. 28. de except. rei iud.* prodeſſe debet tam ad excipiendum, quam ad agendum, *l ſed et ſi. 7 in pr. §. 3. de public. in rem act. d. l nā poſteaquam. 9. § ult. cum ll. ſeqq. de jureiur. l. actori. 8 inſ de reb. cred.* Quod ſi non ſit adjudicata, exceptionē quidem rei judicatæ habet abſolutus poſſeſſor, quamdiu poſſidet, contra eū, qui egit, ejusque ſucceſſorem, *l. exceptio. 28. infr. de exception. rei iud. l. ſed ſi. 7. de publ. in rem. act. d. l. nam poſteaquam. 9 §. ult. cū ll. ſeqq de iureiur.* ex æquitate. §. 1. *Inſt. de except.* quia rebus judicatis ſtandum eſt. *l. 1. inf. de re jud.* ut ſit litium finis, *l. 2. inf. de re iud. c. 1 de lit conteſt in 6.* Sin amiſerit poſſeſſionem, ne quidem adverſus eum actionem habet, vel in rem, *l ſed et ſi. 11. de jureiur.* vel publicianam *d. l. ſed ſi. 7. §. 7. verſ. non ut habeat actionem de public.* cui implacabiliter obſtare videtur. *l ſi quis rem. 24. de except. rei iud.* ubi publiciana ſaltem abſoluto ſuppeditatur. Adhibent noſtri varias diſtinctiones, quibus non videtur opus. Equidem eius rei ratio videtur ſatis expedita, quamobrem actio non ſit danda ex ſententia abſolutoria: nec enim ex titulo ſententiæ, aut jurisjurandi hoc caſu poſſeſſor rem ſuam tenet jure dominij vel quaſi, quod ad has actiones neceſſarium eſt, ut diximus, nec aliquod jus acquirit poſſeſſor ex huiusmodi pronunciatione. *Ias. d. l. nam poſteaquam 9. §. ſi petitor. n. 18. & 19. de iureiur. per l. ſi profundo. 33. ſup. de transact. l. pen. ubi gl. inf. de uſucap.* quia non eſt certè pronunciatum rem ipſius eſſe, *d. l. 11. de iureiur.* ut nihil eiuſmodi ſentētia afferat illi juris, ſed quale eſt in ſua poſſeſſione relinquat, *l. ſi inter. 15. de except. rei iud.* Atqui poſſeſſio ſola non tribuit jus in rem agenti, niſi ex titulo fluat, qui dominium adijciat, vel adjicere poſſit, ſi verus ſit, *l. 1. 2. 3. de public.* Quare non aliter huic poſſeſſori ex ejuſmodi re iudicata ſuppeditabitur actio, quam ſi aliunde eam habeat, ut ex aliquo titulo emtionis præcedente, qui eſt veriſſimus caſus, *d. l. ſi quis. 24. de except. rei iudic.* ut aperte verba oſtendunt: ſi quis, inquit, rem à non domino emit, & abſolutus poſſeſſionem amiſerit. Amittere autem non potuit, niſi prius habuerit, quia privatio habitum præſupponit. *l. decem de verb. oblig.* Loquitur igitur de eo, qui non tan-

tum

tum abſolutus eſt, ſed ex juſto titulo dominij, ut loquuntur, translativo, rem traditam poſſedit, quam eſſe idoneam cauſam ad publicianam dandam apertiſſimum eſt, *l. 1. & paſſ. de publ. §. ſed iſtæ. Inſt. de act.* Nec ſanè hoc novum eſt, rebus judicatis dari actionem ex aliquo titulo præcedente, qui ad agendum ſit efficax, ut eſt procul dubio emtionis, *l. ſi duo. 13. §. ſi quis. 3. & §. Marcellus inf. de jureiur. l illud. 25. §. 1. de conſtit pec.* Tertio qui in lite non fuit, haudquaquam, res quomodocunque iudicata obſtat. *l. 1. 2. 3. inf. quib. reis judic. l. 3. & 4. de except. rei iud. cap. pen. de ſent. & re iud.* Exceptio igitur poſſeſſionis contra eum valere poteſt, ut *l. ult. h. tit. l. 2. inf. de probat.* rei judicatæ non item. *l. nam posteaquam 9. §. ult. de iureiur l. ſed ſi. 7. §. ſi petenti. 3. verſ. adverſus eum ſolum petentem except. utetur. de public.* multo minus actio adverſus eum dari poterit ex re judicata, ut maxime judicatum ſit poſſeſſoris rem eſſe, *d. l. nam poſteaquam. 9. §. ult. l. ſed ſi. 11. de iureiur. l. ſed etſi. 7. in pr. & §. 3. de publ.* Sicut tamen ex alijs titulis, & poſſeſſione inde ſecuta datur publiciana contra quemlibet non æquè juſtum poſſeſſorem, ut ſupra vidimus, non quia titulus & contractus inter alios geſtus, alijs nocet: ſed quoniam æquum eſt poſſeſſionem juſtiorem & ut loquuntur, titulatum præferri deteriori: ſic quoque non abſurdum videtur, eandem hic admittere agendi rationem non quidem ex re judicata, quæ tertio nihil nocet, ſed ex juſtitia poſſeſſionis, cui res judicata, ius reale dominij vel quaſi adiudicatur adverſus eum ſcilicet, qui non par aut melius oſtendere poſſit. Atque ita procedat. *gl. d. l. ſed etſi res. 7. §. ſi petenti. 7. vel ut in exemplis vulgatis eſt l. eum. 8. §. ſi petenti. verb. duntaxat. de public. Ias. num. 19. Ang. num. 13. Fab. num. 14. in § ſed iſtæ. Inſt. de act.* nec enim video diſcrimen ullum, cum nedum res judicata, ſed ne titulus quidam alius emtionis, aut ſimilis obeſſe debeat alijs, quam qui contraxerunt. *l. 2. 5. & pen. inf. de reb. alie. non alien. l. 4. l cum à matre, & paſſim. h. tit tot. tit. inf. res int. alios act.* & tamen gignat publicianam adverſus omnes, non per ſe, & quod tertio titulus noceat, ſed quia per hunc poſſeſſio minuitur contra omnes, qui jus æquale non habent, *d. §. ſed iſtæ. ubi Dd. Inſt. de act. Bald. l. 2. num 3. inf. de furt.* Etenim cum nulla diverſitatis ratio inter caſus quamlibet diverſos poteſt aſſignari, non ſunt cenſendi diverſo jure, tãquam diſſimiles aut ſeparati. *l. generaliter. 5 de fideiuſſ. Aemil. conſ. 4 num. 17. Cravet. conſ. 187. num. 67.* Contraria ſententia, † nempe condemnatoria, concludit & abſolvit hoc judicium, quoties actor intentionem implevit, *l. ult. h. tit. l. officium. 9. eod.* cui poſſeſſorem ex quacunque cauſa etiam juſtiſſima cedere juſtum eſt, *d. l officium. l. litibus. 11. inf. de agr. & cenſ. lib. 11. l. pen. & ult. de publ. cap cum dil. ctus. 6. cap. paſtoralis. 5. in fi. ubi gloſſ. verb. facult. de cauſis poſſ. & propr.* 48

Ea vero ſententia congruere libello debet, *l. ut fundus. 18. commun. divid l. ult inf. de fideicom. libert.* & huius inſtar duas habere partes, duobus libelli membris ad amuſſim reſpondentes; ut enim principio petitur actoris dominium declarari: ſic

prima huius ſententiæ parte res actori adjudicatur, *l. ſed etſi res 7. de public.* aut ei᾽ eſſe pronunciatur. *l. & ex diverſo. 35. §. 1 verb. judex ſententia declarabit rem meam eſſe, ff. eod. l. Pomponius. 40. §. 2. verſ. rem meam eſſe pronunciétur, de procur.* quomodo non datur actori dominium de novo, ut loquuntur, ſed ipſius eſſe declaratur. *d. l. & ex diverſo. 35. §. 1. verb. declaraverit rem meam eſſe, l. ſicut 8. §. ſed ſi quæritur. 3. verſ. per ſententiam non debet ſervitus conſtitui, ſed quæ eſt declarari. ff. ſi ſer. vindic. Ias. in l. nam poſteaquam. 9. §. ſi petitor. ult. num. 16. de jureiur.* Quæ tamen declaratio licet novi nihil inducat, ſed quod eſt demõſtret, *l. hæredes. 21. §. 1. de teſtam. Dd. in l. 3. ſupr. de eden.* tamen cum inter litigantes & eorum ſucceſſores jus faciat. *l. 1. 2. & tot. tit infr. de re iudic. l. exceptio. 28. de except. rei iud.* & pro veritate habeatur, *gloſſ. & Dd. l. Iulianus. 60. de condict. indeb. & l. ingenuum de ſtat. hominum.* producit quo ad illos actionem judicati, ut pluribus exponit. *Ias. præall. loc. pro quo d. l. nam poſteaquam. 9. §. ult. cum ll. ſeqq. de jureiur. l. actori. 8. inf. de reb. cred. l. ſi procurator. 28. de procu. l. 5. quand. ex fact. tut.* multoque magis exceptionem, *l. Pomponius 40. §. 2. de procur.* non tamen adverſus tertium, niſi quatenus juſtitia poſſeſſionis hoc titulo probatur, ut *ſup. diximus* In
59 ſecunda parte † judex alterum petitionis articulum ſequens condemnat reum ad rei petitæ reſtitutionem. *l. & ex diverſo. 35. verſ. rem arbitrabitur reſtitui, l. is à quo. 57. l. qui reſtituere juſſus. 68. & paſſ. de rei vind. §. 1. Inſt. de off. iud.* Nec ad rem pertinet, ex qua cauſa poſſideat reus; ubi enim actor probavit, rem eſſe ſuam, neceſſe habet poſſeſſor reſtituere, qui non obiecit aliquam exceptionem, videlicet juſtam, ut dicitur, *in l. officium. 9. eod.* Cuius ſententiæ ea vis eſt, ut etiamſi redeat ad condemnatum poſſeſſio, (niſi ex una cauſa) itendidem fieri executio ſæpius contra eum ex una ſententia poſſit. *Ias. poſt Bart. Fulg. & Salic. in d. l. nam poſteaquam, §. ult num. 4. & 5. de jureiur. per l. ſe vus. 10. ubi Bald. inf. de pœn. l. ſi quis. 33 §. 1. inf. de adult.* quia duplex, autore ibidem Bart. oritur hinc officium judicis, primum ut res reſtituatur: ſecundo, ut manu judicis teneatur, *d. l. qui reſtituere. 68. eod.* maximè ſi additum ſit ſententiæ (ut ſolet, quoties aliquid tale metuitur) ut condemnatus moleſtiam amplius hoc nomine petitori non exhibeat, *Ias. poſt Ang. in d. §. ſi petitor. num. 2. & 8. Ang. in d. l. qui reſtituere. num. 2. & 3.* Contra quod tamen Ias. diſputat in *d. § ſi petitor*, & pendet eius rei deciſio ex illa multiplici & difficili quæſtione, an hominis diſpoſitio primo actu ſit conſummata, etiãſi is effectum debitum non ſit ſortitus, de quo latiſs. *Tiraq. in l. boves. 89. §. hoc ſermone. in 5. limit. num. 2. & limit. 9. ac. 12. de verb ſignif.*

Olim † ut in arbitrarijs. *§. præterea. Inſt. de act.* ita & hic juſſum ſeu arbitriũ de reſtituẽdo præceſſiſſe condẽnationẽ videtur, qua reſtitutione facta ex juſſu, ſuper acceſſorijs duntaxat ſententia ferebatur. *d. l qui reſtituere. 68.* Re autem ex juſſu non reſtituta ſuper principali etiam ferebatur in quantum actor in litem juraſſet. *l. à poſſidentibus. 21 h. tit d. l qui reſtituere. 68 l. eius 46. ff. eod.* Hodie hoc totum ſententia potius definitiva comprehenditur. *§ 1. Inſt. eod.* qua ſententia tanquam ex iuſſu condemnatur poſſeſſor, ut rem reſtituat cum 60

omni

penult. eod. [illegible] & [illegible] o-
mnibus quibuscunque eod. § 1. eod. & ex di-
verſo 35. §. 1. eod verſ. cum autem de fru-
ctibus poſſeſſionis condemnari, ubi additur
hæc ratio: non debet enim lu-
cro poſſeſſorem cedere fructus, cum vi-
ctus ſit: ſed omnis illa cauſa vincen-
ti reſtituenda eſt, ut dicitur in l. penul.
61 §. fructuario. 5. ſi uſufr. pet. Debentur
autem & veniunt in hanc actionem in-
diſtinctè fructus omnes pendētes l. fru-
ctus 44. l. fructus. 33. eod. percepti. l. 2.
infr. de fructib. & lit. expenſ. l. antepenul.
eod. l. fundum 17. h. tit. § 1. Inſt. de offic.
jud. etiam qui percipi honeſtè potue-
runt. l. fructus. 33. l. fructus. 44. eod. non
tantū à poſſeſſore, l. 5. h. tit. l. 2. inf. de
fructib. & lit. expens. ſed ab ipſo quoque
petitore. l. ſi in rem 52. § ult. eod. § 2. Inſt. de
offic. jud. non tertio. l. Julian. 17. in fin.
eod. tam extantes. l. certum. 22. h. tit.
quam conſumti, §. 1. Inſt. de offi. jud.
l. 3. inf. de condict. ex leg. tam naturales,
quam induſtriales, d. l. Julianus. §. 1. l.
præterea. 20. paſſ. de rei vind. atque adeo
etiam civiles, l. ſi navis. 62. eod. l. 5. §.
fructuario. 5. ſi uſufr. pet. Atque hi qui-
dem omnes indiſtinctè veniunt, poſt
judicium acceptum. d. l. 20. §. poſt acce-
ptum. eod. d. l. certum. 22. in fin. h. tit. §.
1. in fin. Inſt. de off. jud. d. l. Julianus. 17.
eod. l. partum 10. de uſur. ut in ſtrictis,
(quale eſt hoc judicium, Bart. l. 1. nu. 5.
ſup. de jud.) juſitatum eſt, l. 2. l. lite. 35. de
uſur. l. cū fundus 36 in pr. ſiceri. pet. ſine
diſtinctione malæ bonæve fidei, l. cer-
tum. 22. h. tit. l. 3. inf. de condict. ex leg.
d. l. 2. inf. de fruct. & lit. exp. §. 1. in fin.
verſ. oſt tunc. ost: m autem petitionem l. de
off. ju. quoniam condemnatione fa-
cta, de qua hic agimus, bonæ quoque
fidei poſſeſſor intelligitur malæ fidei

fuiſſe à lite conteſtata, l. item 40 § prio-
rem. 9. l. ſed etſi. 25. §. ſi ante. 7. de petit.
hered. l. 1. 2. ſup. eod. tit. quia vis ſen-
tentiæ retrotrahitur in [illegible] Julianus 17.
eod. & vis reſtitutionis, l. reſtituere 75.
de verb. ſignif. ut omnis cauſa deducatur,
l. 2. de uſur. d. l. cum fundus. 36. ſi cert. pet.
l. præterea. 20. l. Julianus 17. eod. etiam
uſucapionis. l. ſi poſt. 20. eod d. l. reſtitue-
re. 75. de verb. ſignif. & quicquid occa-
ſione rei poſſeſſor poſt acceptum judi-
cium quæſivit, d. l. Julianus. d. l. præ-
terea eod. hoc enim lucrum poſſeſſor ex
eo, de quo lis eſſe cæpit facere debet, ut
dicitur in d. l. Julianus 17. in fin. de rei
vindicat. Debetur ergo etiam par-
tus ancillarum. l. 1. 7. h. tit. l. Julian.
17. l. præterea. 20. eod. l. partum.
10. de uſur. fœtus animalium, l. 1. in fin.
h. tit. eorundemq; fructus. l. Jul. 17. eod.
operæ ſervorū. l. 7. h. tit. l. cæterum. 31. cū
ll. ſeqq. eod. Item eadem ratione debe-
tur & rei imminutio, ac corruptio, l.
item 15. cum l. ſeq. eod. h. e. damni [illegible]
æſtimatio, l. non ſolum 13. eod. quæ [illegible]
ipſa verbo reſtitutionis continetur, l.
completur. 82. de verb. ſignif. non tamen
† rei extinctæ, ſi ſine culpa poſſeſſoris 62
perierit, l. utiq. 16. eod quia domino ſuo
perijt, l. pignus. inf. de pignor. act. niſi
moram in reſtituendo condemnatus
fecerit, l. item. 15. in fin verb. moram poſſe.
eod. aut in culpa fuerit. l. fructus 33 eod.
aut petitor erat diſtracturus. d. l. certum.
20. De quo conſulendus est. Cujac. lib 9.
obſerv. cap. 14. quæ omnia veniunt uſq;
ad tempus rei judicatæ, l. fructus 33.
l. Julianus 17. verſ. uſq. ad rei judicatæ
tempus, eod. etiam poſt concluſionem in
ea cauſa, quæ reſpicit, & conſtringit
præterita, non futura, Bald. in rubr inſ.
l. cum propria, §. in fin. num. 6. inf. ſi quis

 ejt.

alt, vel ſibi. Nec enim veniunt jure actionis, quæ poſt litem conteſtatam percepti ſunt, *l. non poteſt. 23. de judic.* ſed tantummodo judicis officio debentur, *l. ædiles 25. §. item. de ædil ed.* quod re judicata finitur. *l. judex 55. de re jud.* maximè quoad acceſſoria hæc, *l. 4. inf. depoſ. l. 3 infr. de fruct & lit. expenſ.*
63 nec pertinet † ad judicem futuri poſt condemnationem temporis tractatus, maximè in his acceſſoriis, ut dicitur, *l. 1. § 1. verſ. quid enim pertinet de uſur* Itaq; condemnatum præſtanda eſt, uſq; in diem eum, quo ſententia dicitur, *l. 3. §. 1. de uſur* imputet enim ſibi actor, cur judicatum poſt non exigat, *l 1. § 1. de uſur.* præſertim cum in hoc reali judicio nullæ ex lege induciæ condemnatis dentur, *§. 1. Inſt. de offic. jud. l. ult. ubi gloſſ. & Dd. inf. de execut. rei jud.* ſicut in perſonalibus, *l ult. inf. de uſur. rei jud. l. debitoribus. 31. de re jud.* Neque tamen tum quoq; ex re aliena lucrum facere condemnatus debet, etiam dilatione à judice ex cauſa, ut in §. 1. *Inſt. de offic. jud.* data, *l. 3. in princip. de uſur.* Itaque interim perceptit tunc fructus, de extantibus rei vindicatione: de conſumtis, quæ vindicari nequeunt ut res extinctæ, condictione ex lege tenebitur, *l 3. inf. de condict. ex leg. l. fundi. 18 de except.* non de iis qui percipi potuerunt, ut vult quidem *Accurſ. in d. l. 3. in princ. & §. 1. de uſur. per illum tex. in verb. certe poſt rem jud. ... tempus à fructib. dependendis immune eſt.* Quanquam intelligi poſſunt de cauſa, quæ venit officio judicis poſt litem conteſtatam, quæ ... tractatur, non de iis, quæ jure actionis debentur: nam huiuſmodi neſ... poſt finitum judicium nova actio-

ne peti poſſunt *l. 3. inf de condict. ex leg.* novoque decreto rectè adjudicandi ... *Bald. & Salic. l. ſi longo 7. per ill. text. inf. de exec. rei jud.* Verum etiam ante litem conteſtatam percepti eodem modo debentur, *l. pen. l Julianus. 17. eod.* atque ita aliter, quam qui durante judicio obveniunt, quippe poſt litem conteſtatam officio tantum judicis mercenario, ut dixi, veniunt, *l. 2. ubi Dd inf. de fruct. ex tatione. l. non poteſt. 23. de judic.* etiam ſi non ſunt petiti. *Bald. l. 1. num. 15. inf de fructib pro quo l. ædiles. 25. §. item 8. de ædil. edict.* quod receptũ in camera teſtatur *Mynſing. obſerv. 55. cent. 4. contra CCtas in c. gravis. 11. de reſtit. ſpol.* quod tamen non de his, ſed aliis fructibus, nempe debitis jure actionis, agit, ſed & debentur indiſtinctè omnes, & à quovis poſſeſſore *d. l. certum. 22. h. tit. §. 1. in fin Inſtit. de offic. judic* quod vis ipſa verbi reſtitutionis requirit, quia propriè continet omnem à conteſtatione cauſam, *l. reſtituere. 75. de verb. ſignif.* ante vero litem conteſtatam † percepti, 64
cum jure actionis debeantur, *d. l. 3. inf. de condict. ex leg l fundus 18. de except.* & ſint à re ſeparati, *l. antepen. l. fructus. 45. de uſur.* (nec enim de pendentibus hic quæritur, qui percepti nondũ ſunt, *§. vero. Inſt. de rer. diviſ.* ſed pars fundi ſunt, *l. fructus. 44. eod.*) non aliter debentur, quam ſi ſpecialiter petiti ſunt, quia judex jus actionis nõ ſupplet, *§. ſi quis à non domino. verb. agere de fructibus. Inſt. de rer. diviſ. l. partum. 10 verſ niſi ſpecialiter pro hoc egiſſet. de uſur. ex ratione d. l. ædiles. 25. §. item. 8 verſ quæ ante judicium contingunt, non valde ad eum pertinent, niſi fuerint ei nominatim injuncta de ædil. edict.* ac tum quidem † non ...

manlo-

m... tenentur, ſed a b... ... poſſeſſore perceptorum, quamvis non conſt... *l. antep. h. tit.* (eſt enim inter hæc diſcrimen, *Cuiac. lib. 11 obſerv. cap. 9* ſiquidem extant. *l. certum. 22. h. tit. l. 4 §. 2. fin. regun.* nec enim percipiendo aliter ſuos facit, quam donec res evincatur, ut dixi, ad §. *ſi quis à non domino* ita accipiēdā *l. bona. 48. de acq. dom. verb. interim ſuos facit percipiendo,* niſi ſint uſucapti, *l. 4. §. fructus. de uſuc.* vel niſi ſint conſumti, §. *ſi quis à non domino. Inſtitut. de rer. divis.* §. 1. *verſ. neq. conſumtorum. Inſtitut. de offic. jud. d. l. 4. §. 2 fin. regund l. 4. §. lana. 19. de uſucap.* & *l. quæſitum. 40. de acquir. domin.* Vel non percepti, etiamſi petitor percepturus fuiſſet, §. *1. verſ. neq. non perceptio. Inſtitut. de offic. jud. Cuiac. d. c. 39. obſerv. lib. 11.*

A malæ verò fidei poſſeſſore, ſeu prædone, debentur indiſtinctè omnes *l. ſi fundum. 17. l. certum. 22. h. tit. d. l. 3. inf. de condict. ex leg.* percepti, §. 1. *Inſtitut. de offic. jud.* qui percipi potuerunt, §. 1. *Inſtitut. de offic. jud. l. fructus. 33. eod. l. 5. l. 17. h. tit. d. l. ſi navis, 62. §. ultim. eod Panormitan. ad c. gravis. 11. num. 13. de reſtitut. ſpoliat.* conſumti, §. *ſi quis à non domino, verſ. licet fructus conſumti ſunt. Inſtit. de rer. diviſ. l. 3. verb. de conſumtis condictione tenetur. inf. de cōdict. ex lege* exceptis iis, qui non percepti ſunt à poſſeſſore, nec eius nomine (nam etiam hi veniunt, *l. Julianus. 17. verſ. ſed & fructus, eod.*) ſed ab alio, id eſt, tertio. *l. Julianus, 17. verſ. ſed fructus eius temporis. l. ſi à bona fide. 21. de rei vind.* quo nomine ceſſio actionum contra eum, qui percepit pro fructuum præſtatione eſt, *d. l. Julianus. 7. Lucas lib. obſerv. 9. cap. 24.* & hanc quidem ... in his, jus & judex ſervet ... eiuſmodi, ſicut oſtendimus, ...

Quanquam autem † hi ... 65
debeantur, nihil tamen impedit quo minus etiam judicis officio implorato, rectè unà cum re principali petantur. *Iaſ in §. omnium. num 175. Inſtit. de act. ex Bart l. fundi. 18. de except.* & hoc quidem jam eſt tralatitium, ut cum vindicatione generatim quaſi implorato judicis officio, & acceſſoriè fructus omnes petantur. Cujus adjectionis utilitates laudat *Felin. in c. inter dilectos 6 num. 1. verb. cum fructib. de fid. inſtrum.* idque uno libello potius, quam ſeparatim fieri oportere declarat *Bald. l. 1. num. 15 inf. de fructib.* negat Bart. *in l. & ex diverſo 35. §. 1. num. 3 de rei vendic. ex l. fundi. 18. de except.* cuius ſententia verior eſt, ſi quis duas vindicationes hoc nomine æquè principaliter cumulare velit *d. l. fundi. de except. Panorm. d. c. gravis. 11. num. 18 de reſtitut. ſpol.*

Obſtat enim regula cumulandarum, de qua *l. 3. ſu. deeden.* At Baldi ſententia receptior eſt, quoties fructus non ſpeciali actione ſed acceſſoriè petuntur, *d. c. inter 6 verb cum omnibus fructibus, ubi Felin num. 2. de fid. inſtrum.*

Quanquam autem generalis ... petitio fructuum an ... videatur, tamen omnè putetur jus petentis comprehendi, quo æquius meliusque peti fructus poſſunt ſive jure actionis, ſive officio Iudicis implorato, *l. ult inſ. de exc. except. Bartol. & Doctores in l. ſi ... de Iudic.*

67 An autem † petendo in ſpecie deſignari fructus debeant, ſicut res ipſæ, *l. 6. de rei vendic.* longa eſt diſputatio *Bald. in l. 5. num. 3. 4. & 5. inf. ſi quis alt. vel ſibi. Bart. in d. l. & ex diverſo. 35. §. ubi eod. Iaſ. §. omnium. num. 175. Inſt. de act.* quæ res majorem poteſt habere dubitationem, cum fructus per ſe & principaliter vindicantur, ut *in l. 3. inf. de condict. ex leg.* Sed de hoc præcipuè hic non agimus, quanquam & tum, quia fructuum petitio quædam eſt univerſitas, verius videtur, aut ſaltem receptius, poſſe fructus generatim, & poſt probationem, ac taxationem declarari, *Fel. d. c. inter dilectos. num. 2. de fid. inſtr. Panorm. num. 25. & Dd. in c. gravis. 11. de reſtit. ſpoliat. Iaſ. in d. §. omnium. nu. 178.*

63 Cæterum † non exiſtimo, ejuſmodi, quæ jure actionis debentur, petita videri poſſe per clauſulam generalem, petendo jus & juſtitiam. Itaque quod *Myſing. d. obſ. 55. cent. 4.* putat, fructuum petitionem huic clauſulæ ineſſe, puto reſtringendum ad fructus, qui officio judicis debentur, poſt litem conteſtatam, ut diximus, etiam in judicio appellationis. *Bald. l. ampliorem. 35. in princip. inf. de appell per illum text.* quia hæc reducit litigantes ad tempus litis conteſtatæ. *l. ita. 13. ſup. de procur.* ante quam quod fieri debet, ut mutatio libelli, *l. 3. ubi Dd. ſup. de eden.* etiam ſtatim poſt fieri poteſt. *Iaſ. l. nā poſteaquā 9. §. ſi petitor num. 6. de jurejur. l. Pomponius. 40. §. [illegible] 3. ubi Dd. de procur.* Cæterum [illegible] clauſula ulterius extendatur [illegible] cum regula noſtro[illegible]: extra ea, quæ officio [illegible], vel libello ſunt ſpecificata, hanc clauſulam non extendi, [illegible] *27. num. 5. in fin. ſup. de pact. Alex. conſ. 121. num. 1[illegible]. cum aliis multis, quos cumulat Menoch. in remed. recuperand. in pr. num. 1[illegible]. 16. cum mult. ſeqq.* Idq; in terminis fructuū ita accipiendum oſtendunt, *Pan. c. gravis. 11. n. 18. de reſtit. ſpol. Fel. in d. c. inter. Bal. in d. l. ampliorem.* Quare ejuſmodi fructus nō petitos judex regulariter adjudicare nō debet. *Bald. in d. l. 5. num. 4. inf. ſi quis alteri. vel ſib. & in l. 1. num. 14. 15. inf. de fruct.* Officio vero judicis debitos, ſi non petantur, ſaltem per clauſulam, de qua dixi, poteſt quidem adjudicare, nō tamen cogitur, *Bald. in d. l. 1. num. 15. inf. de fruct. & in l. properandum. 13. §. ſin autem. num. 3. & 4. ſup. de judic.*

69 An ergo † dicat aliquis, horum petitio ſine probatione ſufficiet? Non videtur, *l. ſi fundum. 17. verſ. tam fundum quam fructus probantibus, & paulo poſt quos percepiſſe fuerit probandum. h. tit.* quod tamen accipiendum, quoties reus negat, ſe percepiſſe, aut non tantū percepiſſe, quantum actor intendit: alioqui tacitè confeſſus videtur perceptionem, per ea quæ tradit *Iaſ. in l. patre. 8. num. 21. 27. de his quæ ſunt ſui vel alie.* Quomodo vero probari debeant diſcēdū eſt ex Bald. *l. 1. n. 14. 15. 16. inf. de fructib.*

70 Probatione † porro facta judex diſertè mentionem fructuum facere, & ad eorum quoque reſtitutionem condemnare poſſeſſorem debet, *text. eſt expr. in d. l. & ex diverſo. 31. §. 1. eod.* Nam quod *Iaſ. in d. §. omnium. num. 181.* exiſtimat verbo reſtituēdi ineſſe fructuum quoq; cauſam, ex *Bald. in rub. inf. de fructib. & liti. expen. n. 1. & 2.* nō ſimpliciter verum eſt, alioqui nec petere neceſſe eſſet fructus, re[illegible] petita. [illegible] vero Bald. id eo loco ſimpliciter [illegible]

ma[illegible]

mat, ſed ſecūdū quid, ut in ijs obtineat, ubi juris diſpoſitione fructus ſint reſtituendi propter fraudem commiſſam, ut in Fabiana Pauliana ac ſimilibus. *l. videamus. §. in Fabian. de uſu. l. 2. ſi quid in fr. patr* in alijs ait eſſe ſecus, *l. 4. de uſur. l. mulier. 2. §. ſi heres. 2. ad Trebell.* quod convenit cum doctrina. *Innoc. ac CCtarū. in d. cap. gravis, ubi Panor. de reſtit. ſpol. & probat. l. 3. infr. de cond. ex leg. l. ſed etſi. 35. §. 1. eod.* quæ leges, quantumlibet condemnato ad reſtituendum poſſeſſore, volunt nihilominus ad fructus agi poſſe, & diſertè condemnationem fructuum à condemnatione reſtitutionis diſtinguit. *d. l. & ex diverſo. §. 1.* & ait debere judicem expreſſe condemnare de fructibus poſſeſſorem, qui ſit ad reſtituendum damnatus, facilè ut appareat, illo reſtitutionis verbo à judice prolato non ineſſe fructus, niſi pendentes. *Bald. c. 1. verb. ſuccedere. de pac. conſt. deciſ. Neapol. 188. ſi convenitur. in pr. Tiraq. de retr. prox. §. 1. gl. 7. n. 42.* etiamſi cum verbum reſtitutas in lege invenitur, fructus contineat, quamvis non ſit id ſpecialiter additum. *l. in condēnatione. 173. §. 1. de R. I.* quemadmodum & in edicto. *l. cum prætor. 81. de verb. ſign.* ubi illa verba, *cum prætor dicat,* non de ſententia, ſed edicto prætoris, quod Paulus interpretabatur, accipienda puto.

71 Utrum autem † certam fructuum quantitatem definire in ſentētia judex debeat, iterū ambigitur. *Bald. d. l. 5. n. 3. & 4. inf. ſi quis alt. vel ſib.* cum enim certam eſſe ſententiam oporteat. *§. curare. Inſt. de act. tot. tit. infr. de ſent. quæ ſin. cert. quant.* certamque uſurarum etiam quantitatem taxare, *l. in ſententijs 59. §. qui fortiu. 2. de re judic.* videtur & fructuum exacta taxatio in ſententia eſſe facienda, *d. l. cum propria. 5. in fi. verb. habita fructuum taxatione. h. c. ut ad a 8 gl. æſtimatione taxata infr. ſi quis alt. vel ſib.* ad liquidum deducta eorum ratione. *l. 1. inf. ſi mul. ſecundo nupſ.* quod licet arrideat Baldo. *in d. l. 5. Iaſ. d. l. omnium, n. 197. Ang. in d. l. in ſumma. §. qui fortiu. de re iud.* receptior tamen eſt Innoc. & CCtarum opinio, *in c. inter. 8. de donat. c. ad ſedem. 15. de reſtit. ſpol.* exiſtimantium ſatis eſſe, ſi fiat fructuum in genere condemnatio, & poſteaquam tranſijt ſententia in rem judicatā, quantitas illorum liquidetur, & taxetur, *Bal. in d. l. 5. num. 4. & 5. ſi quis alt. vel ſib. Matheſ. ſing. 80. incip. nota. num. 4. 6. 7.* per doctrinam CCtarū, *per c. 3. de dol. & contu.* ſicut in expenſis litis eſt, *l. 3. ubi gl. & Dd. inf. de fruct. & lit. exp.* quare nec liquidatione, nec probatione fructuum eſt opus ſemper ante ſententiam, ſed tum plurimum, poſtquam reus ad eorum reſtitutionem eſt condemnatus, re judicata. Taxantur autem † vel ſecundum probationem ſeu liqui- 72
dationem actoris, quam ſequi judex debet, *c. juravit. 6. in fi. verb. ſtandum eſt probationi. c. 2. 3. 9. & paſſ. de probat. l. 5. h. tit. Dd. communiter in l. argentarijs. §. ult. de eden.* vel ubi certa haberi nequit ſecundum conjecturas. *Bald. l. 1. n. 16 inf. de fruct. ex l. 2. aut ut eſt in vulgati. 3. §. ult. de eo quod cert. loc.* ſecundum juris rationem, ex qua reſtituendi ſunt. *Port. conſ. 2. num. 68. per Bart. in l. ſi fundus. 16. § in vindicatione. 3. de pign. l. 3. inf. qui pot. in pign. l. ſi cum venditor. 66. de evict. Neguz. tract. pignor. 4 memb. ſecunda part. n. 117.* deductis ſcilicet impenſis. *l. 1. inf. de fruct. & lit. exp. l. 5. ubi Dd. de imp. in res dot. fact. Me-*

n. ch. de arbit. iudic. quæſt. lib. 2. cent. 1. caſ 7. num 5. Franciſc Cremo. ſing 134. l. rè Tiraq. de retr. prox § 15. gloſſ. 1. nu. 1 2, 3. cum mult. ſeqq. etiam cuſtodiæ cauſa factis. *Bald. in d. l. 1. num. 5. infr. de fruct. per l. 16. de fund. inſtr. l. ult. ubi Dd. ſol matr* (non damnis & mortibus fortuitis. *Bald. ibid. num. 18 per l. damnum. 12. inf. te locat.*) ex conſideratione qualitatis fundi, *Bald. d. l. 5. num 3. infr. ſi quis. alt. vel ſib. per gloſſ. l. 2. inf. de reſc. vend* ſubductaque ratione

74 † communium redituum in vicinis & annis proximis, non remotis. *Bald. d. l. 1. nu. 16.* ſecundum id, quod communiter percipi poteſt, *Bald. num. 2. & Dd. in l. domum. 5. h. tit.* ex communi æſtimatione, & opinione tam vicinorum, quam peritorum. *Didac. lib. 1. pract. quæſt. cap. 30. num 1 & per l. 5. inf. de nupt. Sal poſt gl. in l ult. inf. de loc. Men. de arbit. iud. quæſt. lib. 2. cent. 1. cas. 76. n 2. verſ. quinta fuit opinio.* addens poſt *nu. 5. & 6.* judicem animadvertere oportere, an fundus etiam rectè cultus fuerit, neq; neceſſaria ſint omiſſa. *per Neviz. conſ. 90. num. 16. cum alijs, quæ allegat.*

75 Cæterum † quod *Ferr. in form. act. real* exiſtimat, in minimo condemnationem faciendam, ex doctrina. *Inno. & CCtarum in cap. 2. de ord. cogn.* hoc obtinet in obſcuris, & quoties non apparet, quid debeatur, *l. ſemper 9. de R. I.* etiam in ſententijs, *Cagn d. l. ſemper. nu. 25 per l. inter. 38. de re iud.* non in ijs, quæ apparent deberi, ut condemnatio [illegible] fructuum facta, ubi ad medium potius [illegible] remotum, tanquam æquabiliſ[illegible]m, res eſt redigenda, *l. ſi quis 35. §. 1. inf. de don, l. ſ. decuſſorem. 52. mand. cum ſimilib.* Nec in [illegible] arbitrio relinquuntur, *Dec. d. l. ſemper nu. 8. in tertia fall. per l. cum poſt. 69. §. gener 4 de iur. dot. l. 11. cui 11. de alim. & cib. leg Pan. & Dd. cap. 1. de decim.* [illegible] que quoties conſtat fructus deberi, de quo caſu loquimur, re puta ſit [illegible]ta, judex potius communem ſequitur æſtimationem, & quaſi medium inter minimum & maius *l. precia. 63. ad L. Falcid. l ſi ſervum. 33. ad L. Aquil.* cum ea res eius arbitrio incumbat. *l fructus 33. l & ex diverſo. 35 §. 1. verb. arbitrabitur & paſſ ff. eod* quod arbitrium ad æqualitatem, hoc eſt, medium ſpectare debet, *l. ult. inf. de fructib. & lit. exp.* & reduci, ut inquit. *Feli.* ad mediā quandam viam. *in cap cum cauſa. 41. num. 1. de teſtib. per l. ſi fundum. 35. cum ſeq. ff. mand.* quem text. ad hoc dicunt ſingularem, & notant, ut alibi non extantem *Bald. Sal. ac Dd. l. un in fi. quæſt 6. inf. ſi ſer. ext. ſe emi mand.* & ad valorem, qui fuit tempore perceptionis, *Io. n de Ana. conſ. 38 num. 3.* vel ſaltem tempore conſumtionis, *Bald l. 2. in fi. C de fruct. & lit. exp. Menoch. in remed. recup. poſſeſſ. 15. num 509* ſubiungens, hoc maximè notandum eſſe; deductis tamen deducendis, ut ibid. ille inquit. *n. 544.* quod latius perſequitur. *Tiraq. de retr prox. §. 15. gloſſ. 1. num 1. cum mult. ſeqq. & Didac. Covar. lib. reſol. 1. cap. 3.* ubi pluribus etiam explicat, quæ ſupra perſtrinximus: an verbo reſtitutionis includatur fructuum condemnatio: utrum naturales, an etiam induſtriales conſumti à bonæ fidei poſſeſſore non minus in ſingularibus, quam univerſalibus judicijs, ſaltem ex æquitate, & quatenus factus ſit locupletior, debeantur,

quo ipſe provenit. *per text. & communem doctrinam l. ſi & me. 32. ubi Alex. & alij ſtatuunt hanc communem. ff. ſi cert. pet.* quam & communem facit. *Menoch. d. remed 11. num. 598. ſicut & Tiraq. præalleg. loc.* qui quatenus poſt vel ante litem conteſtatam in ſtrictis judicijs fructus veniunt, pluribus exponit, *in retr. prox. §. 15. gloſſ. 1. & 2. & de retr. convẽt. §. 5. gloſſ. 4. Menoch d. remed. 15. num. 574.*

96 Sed quid † ſi fructuum petitorum judex in ſententia nullam fecerit mentionem? Diſtinguunt noſtri *in l. 2. & 3. inf. de fruct. & lit. exp.* ut de ijs quidem, qui officio judicis debentur, amplius cognoſcere nequeat. *d. l. 1. 2. & 3. inf. de fruct. l. 4. inf. depoſ.* quoniam illud cum ſententia expirat, *l judex. 55. de re iud.* De ijs vero qui jure actionis veniunt, etiamnum judicare poſſe; quamvis nihil in ſententia reſervarit. *Caſtr Alex. Ang. & Dd. in l. Paulus. 41. de re iud. & in l. ſi marito. 31. §. ult. ubi Bart. ſol. mat. Spec. de fructib. §. ult. per l. ult. §. 4. de condict. ind. late Matthæſ ſing. 80. nu. 6. 7. & 8.* quod in non petitis facilè admitto, ut *l. 3. inf. de condict. ex leg.* In petitis vero etiam generaliter tantum, non ſatis tutum videtur, quia ſi ſuper petitis fructibus judex non pronunciet, videtur ab eorum debitione, ſeu reſtitutione abſolvere reum. *Bald. l. 5. num. 4. infr. ſi quis alter. vel ſibi* ubi licet agat de fructibus officio judicis debitis: tamen eadem ratio eſt etiam in alijs ex *l. duobus. 19. de except. rei. iud gloſſ & I d. l. Neſennius. 4. in fi. de re iud.* Ideoque ſententia in rem iudicatam tranſeunte videtur eoſdem fructus iterum petere volenti obſtatura rei judicatæ exceptio, *l. fundi. 1. verſ. quod prætuas. inum. de except. l. & ex diverſo. 37. ubi Bart. not. nu. 3. ff. eod.* Quamobrem tutiſſimum eſt à tali ſententia appellare, priuſquam in rem tranſeat iudicatam, atque ita eius effectum ſuſpendere. *l. furti. 6. in pr. ubi gl. & Dd. de his. qui not. infam.* Et hactenus quidem de fructuum condemnatione ac reſtitutione, de qua. *Dd. in l. 5. l. certum. 22. h. tit.* Res vero ipſa, † cuius ad reſtitutionem poſſeſſor condemnatur, ſiquidem ſoli ſit, ſtatim reſtitui poſt condemnationem, quæ tranſivit in rem judicatam, debet. *Inſt. de offic. jud. in pr.* hoc eſt, intra decem plus minusve dies, *Ang. Inſt. de offic. iudic. in pr. autor. differ. Saxon diff. 56. in fi. verſ. id eſt poſt 10 dies, pro quo text in l. promiſſor. 21. § 1. verſ non minus. 10 dierum. de conſt. pec.* 97
Mobilis eodem modo, ſi ſtatim reſtitui poteſt. *Inſt de offic. iud. in pr.* nec enim ſemper poteſt, *l. un §. cum autem. C. de rei ux. act.* ut ſi præſens non ſit, ſed alibi, quã ubi diſceptatur, *l. ſi res. 10. ff eod.* quo caſu ſpacium loci, temporis quoque ſpacium ad reſtitutionem flagitat, *l. cõtinuus. 137 §. 1. de verb. oblig.* quæ juſta cauſa ab omni generalitate excipitur. *l. 8 § procuratorem. 3. verſ. verum ex cauſa. ubi Bart. & Caſtr. not. de procur. & in l. 2. ſi quis caution. l. 6. §. ult. verſ. niſi ex cauſa. de eàdem latè Tiraq. in tract. de pæn. in pr. num. 22. & 23.* Itaque datur tunc tempus ad reſtituendum judicis arbitrio, cautione tamen præſtita, *Inſt. de offic jud. in pr.* aliter quam in perſonalibus actionibus *l. ult. infr. de uſur. & fruct. & autor differ. d. differentia. 56.* Itaque & electioni poſſeſſoris relinquitur, ſi quidem bonæ fidei fuerit, (ex quo ſequitur in malæ fidei poſſeſſore contrarium ſtatuendum,

arg.

arg. l. cum prætor. 13. de iudic.) ut præſtet, ubi eſt, vel ubi agitur, niſi malit ſuis ſumtibus petitor ibi præſtari, ubi vendicatur. *l. ſi res. 10. cum ſeq.* quod tralaticium eſt. *l. 4. in fi. verb. ſuis ſumtibus, ubi Ias & Dd. de eden l. 4. inf. de fructibus & lit. exp. l. quoniam. 10. verſ poſtulentur ſumtus competentes, inf. de teſtib.*

78 Quod ſi † tergiverſetur poſſeſſor reſtituere, cum poteſt, manu militari res ei auferenda eſt, *l. qui reſtituere. 68 ff. eod.* aut ſi ſuo dolo reſtituere recuſat (nam ex culpa non juratur in litem, *l. in actionib ſup. de in lit. iur.*) contra eũ juratur in litem, *l. à poſſidentib. 21. h. t.* in infinitum, hoc eſt, ſine judicis taxatione, qui in tantum condemnat contumacem, quanti fuerit juratum, *d. l. qui reſtituere ff. eod.* Si vero fraudis expers, quanti interſit adverſarij, condemnabitur, *d. l. qui reſtituere.* quoniam cum reſtitui nequit, obligatio ad intereſſe ſuccedit, *l in re. 8. de condict. furt. Bart. latè l. ſtipulationes, 72. num. 9. & 10. de verb. oblig.* nec cogitur dominus refundere precium, quod poſſeſſor pro re dedit. *l. ſi mancipium, 23. h. tit.* quod tralaticium eſt. *l. 2. inf. de furt. l. prædinm 10. l. pen inf. de præd. min.* ſed illud à ſuo autore repetere poteſt, *l. 4. h. tit. l. ſuper. 6 inf. de evict.*

79 Datur † etiam exceptio victori contra eundem poſſeſſorem, ex quacunq; cauſa litem præcedente, eandem rem vindicare volentem, *l. ſed ſi. 10. §. 1. l. in duobus. 28. §. qui iuravit. 7. de iureiur. l. ſi quis. 24. in fin. de except. rei. iud.* licet contra in actore diſtinguatur, utrum ex certa cauſa petierit, an omne jus ſuum deduxerit. *l & an eadem. 14. §. pen. de except. rei iud.* Nam illud hic tenendum denique, utcunque cadat ſententia, ea poſſe demum finem toti controverſiæ imponere, *Pan. in cap. 1. num. 12. de ſequeſtr. poſſeſſ. Ias. post gl. & Bart. in l. natura iter. 12. §. 1 num. 24. & num. 79. de acquir. poſſeſſ.*

Adjacent † vindicationibus interrogatoriæ actiones, ſeu interrogationes, quibus rogatur reus, non quota ex parte res eius ſit, *l. in ſpeciali. 73. eod,* ſed an poſſideat, & quota ex parte poſſideat, & an dolo poſſidere deſierit, *l. qui petitorio. 36. l. ult. eod. l. 20. §. 1. de interrog. act.* quod etiam hodie uſurpari vult. *Schneid. § omnium. num. 90. Inſt. de act. ex Ferra, ex for. inter. act. real* qui tamen id non apertè tradit, nec certè noſtris in curijs id frequentatum memini, illud magis, ut ſi actor aſſerat, fines rei à poſſeſſore confuſos, cogatur is illos diſterminare. *Ang. l. ſi in rem. 6. num. 4. de rei vind.* 80

Item † cautiones de præſtandis actionibus, *l. is qui dolo. 69. eod.* aut fructibus. *l. 1. de uſur.* Item de non moleſtando, *Ias. in l. nam poſteaquam. 9. §. ſi petitur. num. 7. & 8. de jureiur.* de reſtituendo *in pr. Inſt. de off iud.* Item † actionum ceſſiones, *l. Iulianus. 17 in ſi. eod.* ſumtuum & meliorationum deductio. *l. 5 h. tit. l. Iulianus. 37. cum ſeq eod* litis æſtimatio. *l. ſi culpa. 63. eod.* qua ſoluta ſtatim dominus efficitur poſſeſſor, *l. eius. 46. eod.* tanquam ex emtione. *l. 2. ubi gl ff. pro emt.* Adjacet & ab utraque parte advocatio. *l. inter. 54 eod* & procuratio ut cauſæ civilis. *l. Pomponius. 10. §. 1. de procurat.* A parte rei etiam defenſio. *l inter. 54. eod d. l. Pomponius §. 1 de procurat.* 81 82

Affines † ſunt actiones, quæ hanc antecedere, vel cum ea concurrere, cumularivè ſolent. Antecedunt vindicationem 83

cationem

cationem ex petitoriis actio ad exhibendum, *l. quod legatur. 38. in fin. de iudic. l. ordinarij. 13. verb. exhibitio. h. tit. ubi Bald. in princ. l. in rem. 28. §. 2. 3. 4. & 5. eod. §. ſi tamen cum ſeq. Inſt. de rer. diviſ.* ad modum etiam alias affinis, *l. rogaſti. 11. § ult. ſi cert. pet. §. 3. Inſt. quib. alie. lic.* quam cum hac quoque cumulari poſſe, vult *gl. l. 1. verb. neceſſaria ad exhib. l. 1. verb. inſtituitur, de interr. act. Bar. l. qui cle. 20. num 4. & 5. de inoff. teſtam. contra gl. l. 3. §. eſt autem. verb. acturus. ad exhib.* Item reſciſſoria, *l. nullo. 24. h. tit.* petitio hereditatis, *l. hereditas. ubi Dec. num 2. de R. I.* cum qua non hæc cumulari poſſe diſcendum eſt, *ex gl. pen. l. 2. ſup. de petit. hered.* Ex poſſeſſoriis, quæ prius deducenda ſunt, *l. ordinarij. 13. h. tit. d. l. is qui deſtinavit. 25. eod. c. cum dilecta de cauſa poſſeſſ.* interdicta adipiſcendæ, *c. paſtoralis. 5. de cauſa poſſeſſ. Bart n. 14. Iaſ. num. 97. in l. naturaliter. §. 1. de acquir. poſſeſſ.* & recuperandæ *d. c. paſtoralis. 5. de cauſa poſſeſſ. l. damni. 18 §. pen. de damn. inf. Bart. & Iaſ. loco præall. gat.* ubi interdicta retinendæ excipiunt. Sed hæc quoq; adipiſcentibus rectè annumeramus, etiamſi antecedere debeant, nec perinde cum hoc cumulari poſsint, *l. 1. §. 1. cum ſeqq. de ſuperfic. d. c. paſtoralis. verſ. in alijs quæ præcedunt de cauſa poſſeſſ.* Nam hæc omnia diſtinguit ab actione hac ut conjuncta, ſed tamen ſeparata, *l. & an eadem, 14. de except. rei jud.* quoniam inquit in interdicto poſſeſsio, in actione proprietas vertitur. Sanè quod ad cumulationem attinet, receptum eſt cum hoc interdicta adipiſcendæ & recuperādæ cumulari poſſe, *d. c. paſtoralis.* quo caſu prius poſſeſſorium definitur, *c. 2. eod. tit de cauſa poſſeſſ. d. l. ordinarij, h. tit. l. ſi de vi, de jud.* niſi ſuper utroq; ferri ſententia ſimul poſsit, *c. cum dilectus 6. de cauſ. poſſ.* quo caſu prius in pronunciatione eſt poſſeſſorium, in executione petitorium, ut ex illo text. Dd notant. De retinendæ poſſeſſorio dubitatur, verius concluditur, ea cum hoc petitorio cumulari non poſſe, quod innuit, *d. c. paſtoralis,* & communis ſchola tradit, *Bart num. 14. Iaſ. num. 37. & Dd. in d. l. naturaliter. 12. § 1. ubi latiſſimè Coraſ. regula 14. num. 15. de acquir. poſſeſſ.* ob contrarietatem, *l. 1. inf. de furt. l. ult. inf. de codicill. l. Titius. 100 de condit. & demonſt.* niſi cum dubium eſt, utrum retenta vel amiſſa ſit poſſeſsio, *Bart. num. 19. Iaſ. num. 98. in d. l. naturaliter.* Itē niſi in incorporalibus. *Bart. num. 18. Iaſ num. 134. & 152. Coraſ. num. 26. d. l. naturaliter §. 1. de acquir. poſſ.* Cæterum quod Dd. volunt renunciaſſe eum videri in dubio poſſeſſorio retinendæ, qui petitorium intendat *Ang. num. 0. & Iaſ num. 110. poſt Fab. in §. omnium. Inſt. de act.* prorſus repudiandum eſt pugnans ex diametro cum ratione & deciſione text. *in d. l. naturaliter, §. nihil.* De quo plura legant ſtudioſi apud Ioman. *lib. lect. cap. 3. Cuiac. lib 7. obſervat. cap. 38.* Affines ſunt & condictiones, quibus res noſtræ vindicantur à finibus, *§ ſi tamen 22. Inſt. de rer. diviſ. l. ult. uſufr. quemadmodū cave. §. ſic itaq. verſ planè odio furū. Inſt. de act. l. 1. & tot. tit de condict. furt.* Item pignori datæ, ſoluta ſorte condicuntur, *l. 4. § 1. ſi cert. pet.* item à poſſeſſore res vi fluminis importatæ, *l. 4. §. ult. ſi cert. pet.* vel etiam conſumtæ bona fide. *l. rogati 11. §. ult. ſi cert. pet. § nunc admonendi. 3. Inſt quib. alien. lic. vel non.* Item condictio ex lege, rebus mutatis. *Bart. l. ſancimus. 17. nu. 14. ſup. de SS. eccl.*

Ppp Actio

Actio etiam in factum pro rebus extinctis, *l. in rem 23. §. 4. verſ. actio in factũ neceſſaria eod. Bart. d. l. ſincimus num. 14.* Condictiones etiam quibus jura incorporalia petuntur, ut jus patronatus aut ſimile. *gl. l. in rem 23. §. 1. verb. quod noſtra ff eod. Petr. Iacob. in for. libell. ſuper juriſdictione per l. 1. verb ſuam juriſdictionem. de off. eius cui mand. eſt juriſd. l. un ſup. qui pro ſua juriſd. jud.* Quanquam exiſtimaverim eiuſmodi potius confeſſoriis actionibus, de quibus poſtea, eſſe perſequendum. Item actiones præjudiciales, *l. 1. §. 1. eod. §. præjudiciales Inſt de act.* Interdicta de homine & liberis exhibēdis, *l. 1. & 1. 1. de lib. homine exhib. & lib. exh* imploratio officii judicis, *Bar. l. 1. ff eod.* ſeu cognitionis prætoriæ. *d. l. 1. §. 1.* quomodo liberas pſonas potius repoſci crediderim, *l. 1. §. 1. ff. eod.* quam vindicationem, etiamſi hanc quoque hic ſuppeditent, *glo. Bar. & communiter. Dd. l. 1. §. 1. ff eod. in fin. per illum text.* qui tamen loquitur de ſpeciali Quiritium jure veteri, quo liberi erant in patris poteſtate ac quaſi dominio, peræquè ac ſi ſervi in dominica, *l. in ſuis 11. de lib. & poſth. l. 1. & 2 C. de patr. qui fil. diſtr. At l. de iure 37. ad municip.* ait, de aſſertione potius, de qua *l. un. infr. de aſſert. toll. Lex quemadmodum. 7. inf. de agr lib. 11.* ait de colonis adſcriptitiis, qui jure noſtro pro ſervis erant, *l. 3. de infant. expoſ.* ideoq; rectè vindicabātur, *l. 5. & ult. eod.* ut nihil allegetur ab iſtis, quod opinionem eam faciat probabilem, quæ pugnat etiam cum ratione & cauſa vindicationum, ſ[illegible]pe dominio, *l. in rem. 23. eod.* quod n[illegible]llum habetur in eiuſmodi corporibus, quæ non ſunt in commercio, *l. li-*

ber. 103. l. inter 83. § 2 de verb. oblig. Inſt. in pr de inutilib. ſtipul.

Contrariæ † ſunt exceptiones. hanc 27
actionem excludentes, *l 2. de except.* quæ partim ducuntur ab effectu Iuris agentis, partim à jure rei, rem defendētis Illuc ſi negetur actoris dominium eſſe, *l. ſi ager. 50. eod.* aut aſſeratur deſiiſſe dominus eſſe, etiam ante condemnationem, *l. ſi gnis. 7. §. ult. ad exhib. l. ſi ſervus. 14. in pr. de condict. furt latè Bal. l. un. num. 8 ſup. de alien. jud. mut. cauſa fact. Iaſ. in §. omnium. num. 69. Inſt. de act.* aut eſſe tertij. *d. l. ſi ager 50 eod,* nam exceptio juris tertij admittitur, quando excludit intentionem agentis, *l. 4. §. competit. 7. ſi ſer. vind. Caſtr. poſt Bart. in l. 1. & 2. n 3. de except. rei jud. Capol. de servit. ruſt. præd. tit de aqua ductu. num. 64.* Aut actionē illi non competere, ob præſcriptionem, *l. 4. h. tit.* vel aliam litis finitæ cauſam, de qua latè *Philip. Franc. c. 1. de lit. conteſt. in 6. Blac. tract. de comprom. part. 4. cap. de exceptionib. imped. lit. ingr.* aut habere rem quam petat, *§. ſic itaq. 14. Inſtitut. de act. gloſſ. margin l. ult. de vi arm. Bal. in l. un. nu. 5 ſup. de alien jud. mut. cauſa.* A jure rei ſumuntur eiuſmodi exceptiones, ut ſi neget ſe poſſidere, *l. ſi à se. 9. de except. rei jud.* Exceptio juſti dominij, quæ non tantum publicianæ obſtat, *l. ult. l. pen. de public.* Verum etiam vindicationi, *l. circa, 14. de probat.* ut oſtendunt exempla ædificationis, ſationis in alieno factæ propoſita hoc in *tit. l. 2. l. ſi quis 11. l quoties. 15. l. ſi in area. 16 h tit.* Item reputatio ſumtuum neceſſariorum. *l. 5. l. ſi quis. 11. l. quoties. 15. in fin. verſ. ſumtuum ratio habeatur. h. tit.* & expenſarum, *l. ſi in area 16. h. tit.* de qua

Cu-

Cuiac pluraque obſervat. *lib. 9. cap. 38. & lib. 10. cap. 1. Tiraq. de retract. prox. §. 15 gloſſ. 1. num. 1. 2. cum ſeqq. Covar. reſolut. lib. 1. cap 3. num. 2. & 3* quæ etiam à malæ fidei poſſeſſore deducuntur, ut *ibid. Tiraq. gloſſ 2. num 30.* Quod ſentiunt etiam *Bal. & Salic. l. ſi quis ſciens. 12. h. tit.* ac ſolutione citra deductionem facta repetuntur *gloſſ. l. ſi exceptio 40. §. 1. verb. condici, ubi Dd. de condict. indeb. Tiraq. præall loc. num 31.* Sed hæc in neceſſarijs obtineat, in reliquis potius deductio permittitur, ſine læſione rei, ſi dominus refundere nolit, *l. donum. 5. h. tit. l. Iulianus. 37. cum l. ſeq. eod.* cuius arbitrio relinquitur, aut pati talem deductionem aut ſolvere æſtimationem eius, quod deduci poteſt, *c. 1. ſi vaſallus. feudo privetur in uſib. feud.* juxta valorem conſiſtentis ædificii, non prout rudera valere poſsint, ſecundū *Bal. in d. c. 1 ſi vaſallus feud.* cujus opinionem ut veriorem contra Berouum *quæſt. 96. num. 4.* defendit *Clar. lib. 4. ſent. in verb. feudū quæſt 88.* Contraria etiam eſt exceptio, de qua in *l. cum à matre 14. h. tit. ubi gloſſ. & Doctores in l. vindicantem. 17. de evict. l. ſi ob cauſam. 13. infr. de evict.* ut ſi vindicans autori poſſeſſori ſucceſſerit, *d. l. cum à matre.* ſi tamen ſucceſſor ſit ſingularis, de quo in *c. ſæpe pen. & 18. de reſtit. ſpol.* is præfertur, qui prior dominium ab autore quæſivit, *l. quoties. 15. ubi latiſſimè Iaſ. h. tit.* Item ſi ratificaverit agens contractum, ex quo reus poſſidet. *l. 4. h. tit.* Exceptio erroris in re non ſemper obeſt, ſi de corpore conſtat, *l re tua. 18 h. tit. l. 5. §. ult. eod.* quod tralaticium eſt etiam alibi, *§. ſi quidem in nomine. 26. Inſt. de leg. l. 4. de lega. 1. ubi Iaſ. & Dd l. in venditionibus. 9. de contrah. emt. l. duo ſunt 30 de teſtam. tutel. Dd. l. cum in corpore 30. de acquir. domin & l. ſi ego. 18 de reb. cred.* Poſſunt & aliæ exceptiones juſtæ vendicationibus opponi, *l officium. 9. verb. aliquam exceptionem obiecit, eod. l. ſiquidem 9. inf. de except.* etiam contraria actio, nō negatoria, *§. 2. in fin. Inſtit. de act.* ſed affirmativa, puta contravindicatio, *§ 1. in fin verſ. poſſeſſor dicat Inſtitut de act.* quanquam & per modum exceptionis illa proponatur, *l. ſi quis. 24. de except. rei iud. l ult. de public.* Cæterum moræ litis poſſeſſoris cauſam non inſtruunt ad inducēdam longæ poſſeſſionis præſcriptionem, quæ poſt litem conteſtatam in præteritum æſtimatur, *l. mora. h. tit. l nec bona. 10. inf de præſc. long temp.* non in futurum ex tempore, quod per moram judiciorum pendente lite decurrit, quoniam etſi rei exceptiones poſſunt ex jure cōteſtationum ſequente muniri, ſicut diximus ex *l. tigni. 7. §. ult. ad exhib.* tamen poſſeſſio, ut ita dicam, non juſtificatur ex tempore pendentis litis, non tantum quia pro interrupta habetur, *l. 2. in fin. ſup. ubi in rem act.* ſed multo magis, quia amplius quieta non eſt, & pacifica ut loquuntur, id quod juſticiam præſcriptionis longi temporis excludit, ut dixi, *Inſtit. de uſucap. in prin. & de divers. & temp. præſcript.* ac omnis cauſa condemnato poſſeſſore reſtituenda actori ſit à tempore conteſtationis, ut nec quidem impleta durante lite uſucapio ei proſit, *l. ſi poſt 10 ff. eod.*

TITULUS XXXIII.

De Vſufructu & habitatione.

1. *Continuatio, ubi docetur, quæ ſint ſervitutes reales, & perſonales, & cur de his priori loco agatur.*
2. *Vſufructus notatio, ubi explicatur, quid uſus à fructu differat. & num. 62*
3. *Vſuſfructus definitio, eiuſdemq; ſuccincta interpretatio.*
4. *Vſuſfructus eſt ius reale.*
5. *Vſuſfructus quatenus ad heredes tranſmiſſibilis.*
6. *Vſuſfructus quatenus jus ſit incertum, & temporale & n. 9.*
7. *Vſuſfructus quatenus minoris æſtimetur, quam proprietas. & num. 31.*
8. *Vſuſfructus an & quatenus veniat appellatione rerum immobilium.*
10. *Vſuſfructus quatenus ceſſibilis.*
11. *Idem an ſit dividuus*
12. *Vſuſfructus quatenus ſit odioſus, ſtrictiq; juris.*
13. *Vſuſfructus an ſit continuus, & quanto temporis ſpacio præſcriptibilis & n. 8.*
14. *Vſuſfructus quatenus ſit pars dominij, & fundi.*
15. *Vſuſfructus partes.*
16. *Eiuſdem ſpecies tam ex communi Dd. ſchola, quas tamen autor reijcit, quam ex authorum mente num. 17. 18. 19 & 20.*
   Vſuſfructus cauſalis & formalis qui?
18. *Vſuſfructus legitimus, conventionalis, teſtamentarius & honorarius qui?*
   Quaſi uſuſfructus nonnunquam uſuſfructus nomine ſimpliciter poſito intelligitur.
   Dotalicium mulieris non eſt uſuſfructus, ſed potius dominij ſpecies, & proinde nec uſufructus more regulatur, ut ſi neceſſarium ſit non mine cautionem cogatur præſtare, & n. 16.
20. *Appellatione heredis in legato uſusfructus venit ſolum heres primus, & proinde ille uſuſfructus ſaltem ad primum, non ulteriores heredes tranſit.*
21. *Vſuſfructus cauſa efficiens remotior, remota num 22. & propinqua num. 23. impulſivæ, num 26 materia. n. 29. forma n. 34. finis num. 55.*
   Vſuſfructus an ſit modus acquirendi dominij juris gentium, an verò juris civilis.
22. *Relicta proprietate implicitè quoq; uſuſfructus relictus cenſetur.*
23. *Vſuſfructus quod modis conſtituatur*
24. *Vſuſfructuarius legatum ſibi uſumfructum propria authoritate occupare nequit, ſed eundem de manu heredis accipere cogitur, quod tamen fallit nonnunquam nu. 25.*
25. *Vſuſfructus quatenus dicatur quotidie naſci, & interire.*
27. *Vſuſfructus à quibus, & quibus num. 28. poſſit conſtitui.*
   Vaſallus Emphyteuta, & quilibet alius utilis rei dominus, an ſine conſenſu domini directi poſſit conſtituere uſumfructum.
29. *Vſuſfructus quibus in rebus conſtituatur.*
   Molendinum pro re immobili, & prædio ruſtico habetur.
   Servi & reliqua animalia, quæ ſunt in feudo, vel aliquo prædio, an ſint feudalia, vel prædij.
30. *Rerum incorporalium an uſuſfructus eſſe poſſit.*
31. *Omnium bonorum uſuſfructus poteſt conſtitui, quod limitatur num. ſeq*
33. *An non tantum propriorum, ſed & alienorum bonorum uſuſfructus conſtitui queat.*
34. *Vt pacta dant formam cuilibet contractui, ita quoque eadem certam præſcribunt formã uſuſfructui.*
35. *Hinc uſuſfructus ex placito paciſcentium conſtitui poteſt, vel ex die, vel ad diem, vel ſub conditione, & pro parte diviſa, vel indiviſa conſtitui.*
36. *Deficientibus pactis in uſuſfructus conſtitutione, fructuarius re in uſumfructum conſtituta uti debet ſecundum naturam in uſufructus formam, & ea m[illegible] conſiſtat.*
37. *Vſuſfructuarius omnis in quocunq; uſuſfructu*

vero

vero tenetur cavere de utendo boni viri arbitrio, & de re reſtituenda, finito uſufructu.

38. *Uſufructuarius in uſufructu earum rerum, quæ uſu conſumuntur, cogitur cavere de re ejusdem generis, qualitatis & quantitatis poſt finitum uſumfructum reſtituenda.*

39. *In uſufructu earum rerum, quæ uſu quidem alterantur, ſed non conſumuntur, quam cautionem præſtet fructuarius?*

40. *Præmiſſæ cautiones quando à fructuario præſtandæ, & quod iis non præſitis proprietarius non teneatur rem uſufructuariam tradere, aut poſſit eandem jam traditam vindicare.*

Uſufructuarius ob non præſtitam cautionem non privatur uſufructu.

41. *Uſufructuarius ante præſtitam cautionem fructus ſuos faciat.*

42. *Cautio uſufructuaria an ſit de ſubſtantia uſusfructus.*

43. *Forma cautionis uſufructuariæ, an ſcilicet ea per fideiuſſores, an vero per pignora, vel jurato fieri poſſit.*

44. *Caſus nonnulli in quibus cautio uſufructuario eſt remiſſa, & num. 47. qui limitantur. num 50.*

Pater tenetur illa bona liberorum, in quibus legitimum habet uſumfructum, deſcribere.

45. *Mater, quæ ad ſecunda vota tranſiens habet uſumfructum in bonis à primo marito lucratis, reſervata proprietate liberis ejusdem matrimonii, cogitur cautionem uſufructuariam præſtare.*

48. *Sicut maritus nomine dotis non cavet, ita nec mulier nomine dotalicii.*

48. *Cautio uſufructuaria an à teſtatore, vel proprietario, aut herede p[illegible] remittі.*

Deſcriptio bonorum an a teſtatore uſufructuario remitti queat.

50. *Cautio uſufructuaria communis quid differat à cautione Senatusconſulti de quaſi uſufructu facta, & n. 52. 53. 54.*

55. *Proprietarius proprietatem ſuam oppignorare, alienare, colere, [illegible] ædificare, aut quid[illegible] facere [illegible] prohibetur, modo conditionem uſufructuarii non faciat deteriorem.*

56. *Uſufructuarius an & quatenus ſit dominus uſusfructus.*

57. *Quæ commoditates, quæ item onera n. 58. ſpectent ad fructuarium.*

59. *Quæ actiones, iuraq; remedia proprietario adverſus fructuarium, & huic adverſus illum, & alios quoscunq; n. 60. competant.*

61. *Uſusfructus adjacentia.*

62. *Ejusdem affinia, & n. ſeqq.*

Uſusfructus quid diſtet ab uſu, & quid inter ſe habeant commune.

63. *Habitatio quid differat ab uſu, & uſufructu ædium, ac quibus modis eadem admittatur.*

64. *Operæ ſervorum an ſint ſervitutes perſonales.*

Liberi hominis operæ an poſſint conſtitui.

65. *Operæ, & ſervitia, quæ debentur domino à vaſallis, ſunt munera patrimonialia.*

66. *Angariæ, & parangariæ an ſint præſtationes perſonales, an vero reales, & cui illæ debeantur.*

67. *Feuda an majorem cum uſufructu, an verò cum ſervitutibus realibus cognationem habeant.*

69. *Reditus annui regulariter cenſentur eſſe perpetui, & pro immobilibus habentur.*

71. *Uſusfructus contraria, ſeu quibus modis ille finiatur, & amittatur.*

RES quæ vindicantur † aut corporales ſunt, aut incorporeæ. *l. 1. ſup. de rei vind. tot. tit ſi ſer. vind.* Illarum de vindicatione dictum eſt: ſequēs eſt ergo de petitionibus incorporalium aliquid ſubijcere, puta ſervitutum, ac [illegible] jurium, quæ inſtar earum vindicantur, *cap. licet 9. de probat. Ferr[illegible]. in for. conf. verb. plena. nu. 7. per In[illegible] & Dd. doctrinam in c. conquerentem. 15 de off. ordin.* Servitutes pro ſubjecta materia, intelligimus non hominum, nam perſonæ ſervæ, ut res corporales vindicantur. *l. 5. §. ult. de rei*

vendit. de quarum ſpeciebus *Cuiac. in pr. de feud. Bald. de pac. conſtantia §. ult.* ſed rerum, quæ ſervitutes debent, ut *tot. tit. de ſervit*: Ex ab illo, cui ſerviunt, denominantur tanquam principali, & velut domino ſuo *l. uſusfructus, 26. de ſtipulat. ſervo. §. ult. Inſt. de cap. diminut. l. non minus. 31. de hared. inſtit. l. debitor. 82. §. 2. de leg. 2.* itaq; vocãtur perſonales, quæ non à perſonis debentur; nam perſonæ ſervientes propriè perſonam non habent, quia nec caput habent, *l. uſusfructus. 26. de ſtipul. ſervor. l. 3. de capit. diminut.* ſed quæ à re perſonæ debentur *l. 1. de ſervit.* hoc eſt, homini, *l. quoties. 15. de ſervit.* libero, *de uſusfr. 26. de ſtipul. ſervo* & reales, ſeu prædiales, ſeu rerum illæ dicuntur, quæ ſervitutem rei debent, *l. 1. 3. de ſervit.* Ita paſſim inter utrumque genus diſtinguitur in *l. pecoris, ubi gl. & Dd. de ſervit. ruſt. præd. Menoch. remedio retinendæ, 6. nu. 26. cum ſeqq.* Perſonarum ius, quia dignius eſt, *§. ult. Inſt. de iur. nat. gent.* de hoc primo videndum, *l. 1. de ſtat. hominum. Everh. in loc. ab ord. rubr. per gl. tit. de eo per quẽ fact. erit* Servitutes perſonarum ſunt uſusfructus & uſus, *l. 1. de ſervit. l. 4. de uſu. & habit.* quem etiam in quibuſdã exemplaribus huius tituli inſcriptio præfert teſte Ruſardo, quanquam & omitti ſine ſcrupulo poteſt, ſicut in pleriſque omiſſum reperimus, haud ſanè quod non ſit ſpecies ſervitutis ſeparata *tot. tit. de uſu. & habit.* ſed quoniam nihil de eo ſpeciatim conſtitutum eſt principum reſcriptis in Codicem congeſtis: Tituli enim non plus debent promittere, vel indicare, quam revera ſub iis continetur, *Dd. in l. 1. ſi cert. pet. Everh. in loc. à rub.* nec ſane neceſſe fuit, cum uſus uſufructu contineatur. *l. per ſervum. 14. §. 1. de uſu. & habit.* præſertim quo ad præſens inſtitutum, ubi de actionibus horum iurium agitur, qua parte nihil differt uſus ab uſufructu, unde & in digeſtis, quamvis ſeparatim utraque ſervitus exponatur. *tit. de uſ. fr. & de uſu & habit.* tamen ubi agitur de actione, tantum uſusfructus fit mentio. *l. 1. 2. 3. & tot. tit. ſi uſ. fr. petat.* Eodem pertinent habitationes, *l. 2. de uſu.* & miniſteria ac operæ ſerviles, quæ iure ſervitutis alteri, quam domino debentur. *l. 4. 5. & paſſ. de oper. ſervor.* quarum fit hic in rubrica mentio, quoniam de habitatione ſubiecta eſt. *l. habitatio. 11. & l. cum antiquitas. 13. h. tit. de operis ſervorum ſeu miniſteriis l. uſusfructus 9. l. inter. 15. h. tit.* reliquæ leges omnes ad uſumfructum pertinent, de quo tanquam genere ſuffecerit aliquid dicere, ſic tamen ut ſuo loco quæ ſunt in uſu, habitatione, ac operis ſpecialia ſtrictim indicentur: uſusfructus enim velut genus continet & uſum. *l. per ſervum. 14. §. 1. de uſu & habit. l. cum antiquitas. 14. h. tit.* etiam operas ſervorum, *l. inter. 15. h. t.* & omnem denique rei utilitatem. *l. item 9. eod. Cyn. hic in rubr. & Dd. Capol. de uſufr. in pr.*

Uſusfructus compoſitum nomen 2
eſt, † ex uſu & fructu: prior vox uſum rei denotat, quatenus eſt opus, & uſum præſtare poteſt ad perſonæ neceſſitatem. *l. plenum. 12. l. per ſervum. 14. §. 1. de uſu & habit.* fructus patet latius, & omnem rei commoditatem complectitur. *l. 1. l. plenum. 12. l. per ſervum. 14. de uſu. & habit. Inſt. eod. in pr.* illa natura & ratione hunc præcediat, ut oſtendit ipſa compoſitio vocis. *& tot. tit. de uſu. & uſufr.*

uſufr leg. quoniam per uſum res ad fructum producitur, & ratio recta prius uſibus, quam alijs commoditatibus, proſpicit: utrumque contineri hac ſervitute nomen indicat, non jure dominij, de quo hic nihil agitur. *l. 4. eod. l. qui uſumfructum. 58. de verbor. oblig.* ſed ſervitutis, quæ ſit à dominio ſeparata, *l. cum in fundo. 78. de iur. dot. l. recte. 25. de verb. ſignif.* res enim ſua nemini ſervit. *l. 5. ſi uſufr. pet. l. in re. 26. de ſervit. urbanorum præd.* nec ea jure ſervitutis utitur dominus, ſed dominij. *l. 2. ſi à quis in ſ. parẽtes manumiſ. l. in re. 21. mand.* à quo ſervitus non modo diſtat, ſed cui fructum quoque detrahit; *l. an uſusfructum. 16. de uſ. uf.* & quemad. *§. ult. Inſt. eod.*

3 Definitur autem in *l. 1. eod. Inſt. in pr. eod.* jus alienis rebus utendi fruendi ſalva rerum ſubſtantia. Quam definitionem cauſalem dicere poſſumus: jus enim ut appellatur. *l. 2. eod.* non tantum ſignificat genus, ſed & cauſam efficientem, hoc eſt, facultatem jure & legibus permiſſam, & ordinatam. Materiam in qua denotant ſequentia, alienis rebus, *l. 2. eod.* Rerum appellatio latè patet. *l. 5. l. rei. 14. de verb. ſignif.* ſic ut jura quoque contineat. *d. l. rei. 14. de verb. ſignif.* ſed ut verba pro ſubjecta materia dilatantur, ac reſtringuntur, *l. ſi olim. 21. ubi Bald. & Dd inf. loc.* ita & hic rei nomen ad corporales tantum refertur, *l. 1. eod.* moventes. *l. ſervi. 25. l. vetus. 75. l. uſumfructum. 69. eod* quæ ſe ipſos movent, *l. moventium. 93. eod.* mobiles, *l. ſtatua. 48. eod.* immobiles, *l. 3. & paſſ. eod.* corpus enim debet eſſe, quod ſervitutem debeat, *l. 2. ff. eod* nec enim ſervitus ſervitutis, aut jus juris conſtitui poteſt, *l. 1. de uſu. & uſufr. leg.* Reliqua quæ ſequuntur, utendi fruendi ſalva rei ſubſtantia, ſubijciunt formam & finem huius ſervitutis, *l. 3 & 4. eod.* nam & partis dominus jure ſuo uti poteſt, & intelligitur in dubio. *l. merito. 51. pro ſoc.* in quo cum dominio penè convenit, *d l. merito. 51.* id enim cuiusque proprium eſt, quo utitur & fruitur, ut ſcribit, *Cic. ad Curium. lib. 7. epiſtol.* Sed dominium eſt jus utendi rei, ut velis, *d. l. in re. l. 2. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* uſusfructus vero, ut hic dicitur, quia eſt rei alienæ, idcirco eſt uſurpatio eius ſalva ſubſtantia. Itaque pars dominij eſt ſecundum quid, non ſimpliciter, ut exponitur in *l. 4 ff. eod.* ex quo modus etiam & forma huius uſus apparet. *l. item. 10. ff. eod.*

Proprium igitur uſusfructus eſt, 4
quod ſit jus perſonale, non reale. *l. 4. de novat. l. uſus aquæ perſonalis eſt. 21. de uſ. & habit.* quod à perſona ſeparari nequit, *§. ult. Inſt. eod.* cum qua vivit ac moritur. *l. 3. §. ult. eod. §. uſusfructus. Inſt. eod* cuiusmodi intelligitur omnis eſſe ſervitus, quæ ad uſum perſonæ conſtituitur, *l. plenum. 12. & l. divus. 22. l. uſus. 21. de uſu. & habit. l. pater. 6. de ſervit. leg. l. annua. 20. §. de ann. leg. l. Lucius. 37. l. pecoris. 4. de ſervit. ruſt. præd. l. Mela. 14 §. ult de alim. leg.* præcipue in qua poteſtas ſeu factum hominis alicui permittitur, *Bart. num. 1. in l. Lucius. 37. de ſervit. ruſt. præd. & l. pater. 6. num. 7. de ſervit leg. Capol. de ſervit. reel. c. 2. n. 10. per l. cum ſervus. 39. §. ſi quis alienum. 4. de leg. 1. §. ſed cũ factũ. Inſt. de ſtipul. ſervor. Caſtr. l. Lucius 37. n. 2 de ſervit. ruſt. præd. per l. 2 §. item ſi in facto. 2. ubi Dd. de verb oblig. l. ut pomum. 8. de ſervit. Bald. in l. pen. num. 32. inſ. de condit. inſtit.*

Hinc.

5 Hinc autem ſequitur † ſi perſonale
jus eſt, non eſſe transmiſſibile in ſucceſ-
ſorem aut alium, *l. uni §. 6. verſ.* exce-
pto etiam uſufructu, quem ſua natura
ad hæredem transmitti nō patitur, *inf.
de caduc. toll. l. uſus. 21. de uſu. & h. tit. l.
4. l. Lucius. 37. de ſervit ruſt. præd. Bald.
in cap. 1. num. 2. de natura ſucceſſ. feud. l.
ambiguitatē. 12. verſ.* tunc etenim *ad po-
ſteritatem uſumfructum transmitti im-
poſſibile eſt, h. tit.* præſertim in ſucceſſo-
rem ſingularem. *l. 4 de ſervit. ruſt præd.
l. cum ſervus. 39. §. ſi quis. 4. de leg. 1. l.
pater. 6. de ſervit. leg. Bart. l. ſi pater. 5. n. 1 h.
tit.* aut extraneum. *Bald. c. 1. n. 2. de natura
ſucceſſ feud.* quanquā nec ad filium, aut
ſuū heredem, *l. 3. h. tit* niſi quatenus hæ-
redes nominentur. *l. antiquitas. 14. ubi
Dd. h. tit. Ias. l. apud Iulianum. 40 in aliis
eſt l. Africanus. 40. in Florent. l. cum ſer-
vus. 39. §. ſi quis alicui, num. 3 de leg. 1. An-
gel. conſ. 2. præmiſſo, n. 2. Alex. conſ. 22.
viſo nu. 4. vol. 5. & conſ. 107. in cau. nu. 4.
lib. 4. Bart. l. Sempronius. 26. num. 3. de u-
ſufr. leg.* nam conventio facit tranſire
ſervitutes, ſicut loquitur Cæpol. *de ſer-
vit. in pr. cap. 14. num. 16.* quo tamen ca-
ſu alia diverſaque eſt in hærede ſervi-
tus uſusfructus, quam fuit in autore,
*Bart. l. ſtipulatio 38. §. ſi quis. 8 nu. 1. & 3.
de verb. oblig. Ias. l. plane. 34. §. ſi coniun-
ctim. 5. nu. 24. de leg. 1. de quo late Socin. &
communiter Dd. in l. 4. §. Cato. 1. num. 253.
cum ſeqq. de verb. oblig.* quæ varietas ne
extendatur in infinitum, eiuſmodi pa-
ctum ad primum hæredem reſtringi-
tur, & in illo finitur. *l. antiquitas. 14. h.
tit. Tiraq. l. boves 89. §. hoc ſermone. 1. in
pr. num. 32. de verb. ſignif.* etiamſi alias
in materia transmiſſibili ad ulteriores
porrigatur, *Tiraq ibid. num. 32. in fi. per
l. hæredes. 65. de verb. ſignif.* quo facit et-
jam *l. ult. infr. de hæred. inſtit.* quod &
ideo placuiſſe videtur, ne proprietates
eſſent ſemper inutiles abſcedente uſu-
fructu, *§. pen Inſt. eod.*

Hinc etiam † ſequitur uſumfru- 6
ctum eſſe jus quoddam incertum pro-
pter incertam mortalitatē. *l. neceſſario.
8. §. ult. de peric. & commod. rei vend.* e-
jus cui debetur. *l. ubi. 75. §. fundi 3. de
verb. oblig* cuius dies incerta eſt. *l. 1. §. 2.
de condit. & demonſt.* & tamen abeſſe
diu nequit, *l. ult. ſup. de SS Eccleſ ubi Dd.*
unde non modo quiddam incertum
dicitur, *d. l. ubi aut §. fundi.* ſed etiam
temporale, nō perpetuum. *l. 4. ubi Bart.
eod. l. 5. l. ambiguitatem. 12. h. tit.* unde
& † minoris æſtimatur quam proprie- 7
tas, *Ang. in §. ſi vero. per gl. ibi magnā.
ad verb. earundem, num. 2. in Auth. de
nupt. Bart. in l. ſi quis intentat. 7. in fi. inf.
unde vi. per l. 5. §. ſi uſusfructus 3. ubi com-
muniter. Dd. h. tit. & in l. hæreditarium.
68. ad l. Falcid.* quandoque tamen plus
valet, ut inquit. *gloſſ l. centiam. 36. ff. eod.*
pro varietate videlicet perſonarum &
rerum, ſecundum rationem *d. l. hæredi-
tarium. 68 hæred. ad l. Falcid.* quam ſer-
vari docet *Ias. in Auth. noviſſima. nu.
45 ſup. de inoff. teſtam.* etenim in juve-
ne pretioſior erit uſusfructus quam in
ſene. *Alciat. reg. 1. præſumt. 43. nu. 2.*
qui citius mori præſumitur, *l. ſi quis. 15.
in fi. de fideicom. liber. l. nam etſi. 15. de
inoff. teſtamento l. 2. de term. mot. Bart. d.
l. computationi hæred. 68. in pr. oppoſ. 5. ad
L. Falcid. gloſſ. Anchoran. CCia. c. 1. de
parochiis.* plerumque tamen ubi nihil
obſtat, vidi ad quartum aut tertium
proprietatis uſumfructum æſtimari.

Ex quo & illud † quod Cornæus ait, 8
uſumfructum non venire appellatione
aut jure bonorum ſtabilium, *conſ. 147.*

omiſſo

omiſſo, num. 2 volum 4. h. c. bonorum immobilium. *gloſſ. & Doctores. l. ſi rem. 47. per illum text. de acquir. poſſ. Tiraq. de retract. proximit. §. 1 gl. 7. num. 81.* proprie loquendo, ut in ſtatutis, *Alex conſil. 52. viſo, inſi. lib. 1. Tiraq. d. gl. 7. nu. 57 & 58.* item in ſatiſdationibus, *l. ſciendum. 15. §. 1. vers. cum vero. & §. poſſeſſor n't, ubi Iaſ. & Dd. qui ſatiſd. cogant.* nam in favorabilibus rei immobilis jure quandoque cenſetur, *l. 3, §. nec uſusfructus. 5. de reb. cor. & l ult. inf. de reb. alien. Alber. in l. movenſium. 93. in fin. de verb. ſignif. Chaſſ. in conſuet. Burgund. §. 1. ver. ſuam hereditatem num. 3.* ſed & alias tanquam acceſſio & pars fundi habetur, quoties ut illius pars vel appendix conſideratur, *l. 4. de uſufruct. ubi Dd.* ideoque non uſucapitur triennio, velut fructus, *l. 4. §. fructus. 5. de uſuc.* & res mobilis, *pr. Inſt. de uſucap.* ſed exēplo immobilium, decem demum vel 20. annis. *l. corruptionem 15 ubi gloſſ. verb. excludere h. tit. l. ult. inf. de long. temp. præſcript. l. ſicut. 13. inf. tit. 1.* & iiſdem æquiparatur, aut ſaltem ut acceſſorium adjungitur etiam in re mobili conſtitutus, *gloſſ. antepen. d. l. corruptionem, per l. juſto. 44. §. non mutat, ubi Bart. hoc tradit, num. 2. de uſucap. Tiraq. de retrac. proxim. §. 1 gloſſ 7 num. 56.* Eſt tamen propriè ſicut jus incorporale. *Inſtit. de reb. corp. & incorp. in fin.* à rebus unde debetur ſegregatus, & medium quiddam inter mobilia & immobilia. *Tiraq. præd. loc. num. 57. Luc. de pen. l. 3 nu. 4. infr. de vendend. reb. civit. lib. 10. Bald. 6. 1. § ſciendum n. de feud. cognit.* ſicut reliqua jura, *l. à Divo. 1 ... §. in venditione ... de re judic. l. ... § ult. de pecul. l. 2. C. quando & quibus quarta pars, lib. 10. l. ad eum 35. ad donat. l. mucs. 2. cum ſeq. verſ. et nemo inſ. de quadr. præſcrip. Bart. Bal. & Dd. l. 1. ſup. ſi adverſ. tran. a. 7. late Tiraq. de retrac. proxim. §. 1. gl. 7. num. 1. 2. 9. cum ſeqq.* quod genus cum alteutri applicandum eſt, potius immobili adjungitur tanquam digniori. *Tiraq. ibidem. §. 1. gl. 7. num. 81. ex regula. l. cum. 13 de uſucap.*

Et hæc quidem † obtinent in uſufructu, prout eſt in ſubjecto, & quando 9 ut res cenſetur, ſeu rebus annumeratur. Cæterum cum ad perſonam cui debita eſt refertur, non deſinit eſſe jus incertum. *d. l. ſciendum. qui ſatiſd. cogant.* itaque in culpa tutor erit, qui in emtionem uſusfructus, aut reditus vitalis pupillorum pecuniam collocat, *l. 7. § competit. 2. l. cum plures, 12. §. nimium. l. Divi. 32. §. item. ubi gloſſ. verb. non perdituro. de adminiſt. tut. l. non eſt, 6. inſ. eod. l. ſi iam facta. 11. de condit. & dem. monſt. l. ſi es. 12. § ſi adoleſcens. mand. l. quod ſi. 24. §. penultim. vers. cum perditurum, de minor.* cum autē † non ſit jus 10 tranſmiſſibile, ut diximus, & declarat *Iaſ. in l. ſciendum. 15. §. poſſeſſor. num. 3. qui ſatiſd. cogant.* ſequitur nec eſſe ceſſibile, *l. ſi uſusfructus. 66. de jur. dot. l. uſufructu, 57. ſolut. matr. Bart. l. ſi uſusfructus. 4. num. 2. de novat. Tiraq. de retrac. proxim. §. 26. gloſſ. . num. 43.* quia in alterius perſona alius futurus ſit, *l. 6. de uſufr. leg. n.* Ita tenet *Iaſ. in d. l. planè. 34. §. ſi coniunctim 9. num. 22. & 24. de legat. 1. Bart. in l. ſi id quod. 15. num. 2. de duob. reis*, item ex regula *l. ſi mulier. 9. § ex aſſe inſ. de jur. dot.* ubi notatur perſonalia non eſſe ceſſibilia, quia ſunt inſeparabilia, *l. quid ergo ... gloſſ ... de pecul. l. 3 pro ſocio Tiraq. de retract. proxim.*

proxim. §.26. *gloſ.1. num.23.* cuiuſmodi jus cum ſit uſusfructus, liquet idem inſeparabile, neque ceſsibile eſſe, *Iaſ in l. 1. in princ. num. 11. & in ſecunda lectura num. 20. ad Trebell. & in l. 1. num. 105. de leg. 1.* item & ex alia regula, quod quæ nõ ſunt tranſmiſsibilia, eadem nec ceſſibilia, *l. ex plurib. 42. ubi Bart. de adminiſt. tutor. l. non ſolum. 67. §. 4. de rit. nup. l. ſi ſtipulatus. 76. in prin. ubi Alex. Iaſ & communiter. Dd. de verb. oblig. Tiraq. d. §. 26. gl. 1. num. 44 & 45. cum multis ibi allegat.* etiamſi fructus & utilitas uſusfr. vendi, cedi, ac alienari poſsit, *l. arborib. 12. cod. Angel. Inſtitut. de uſu & habit. in princ num. 5. & 6. Bart. l. 4. in fin. de novat. & d. l. uſufructu. 57. nu. 2. ſolut. matr. Tiraq. d. loc. num. 43. Ioan Trigon ſing. 50. num. 6* At ipſum jus ſi cedatur, nihil fit *§. ult. Inſt. de uſuf.* niſi ceſsione in jure facta, *Paul. lib. 3. ſent. c. 5. l. ſi uſusfructus. 66. de jur. dot.* quã tamen noſtri ad omnem uſusfructus ceſsionem tertio factam extendunt, ita ut ſi tertio cedatur, ad proprietatem redeat. & cum ea conſolidetur, *Iaſ. Angel. & Dd. d §. ult. l qui Romæ 122. §. duo fratres, nu. 125. de verb. oblig. Guid. Pap. deciſ. 5. 32.* ad quam ſemper redire deſiderat, ut ait idem *Iaſ. in l. ſi duob. 16. §. ſi Titio. 2. num. 4. de legat. 1.*

Vnde in dubio intelligitur ceſsiſſe uſufructuarius potius commoditatem tantum ſui juris, non jus ipſum, ne uſufructu cedat, & ut valeat actus potius, quam pereat, ut eleganter *Cravet. conſ. 52 num. 5.*

Nõ igitur aſſentior Marco Mantuæ exiſtimanti *ſingul. 652 incipiente interrogare,* legato uſufructu cum prohibitione alienationis, legatam videri proprietatem ex *Angel. l. ſed etſi 19. de uſufr.* non enim ut is opinatur, talis prohibitio ad proprietatẽ referri debet, quam alienare nullus poteſt, *l. 6. 9. 11. h. tit.* & quæ alioqui legata non eſt, ſed ad uſumfructum, ut accedat ſubſequens antecedenti, & ut interpretemur voluntatem ſecundum leges, quibus intelligitur teſtator ſe formaſſe, *l. ſicut 55. ubi Iaſ. & Doctores. de legat. 1.* nec eſt inutile legatum ad uſumfructum ita conſtrictum, etiamſi nihil aliud operaretur hæc prohibitio, quam ſi perhibeatur tollendæ dubitationis cauſa eſſe adjecta, *l. quæ dubitationis. 32. ubi Cagn. nu. 2. 3. de R. I.*

11 Illud etiam † admonendi ſumus, licet ſervitutes reliquæ ſua natura ſint individuæ, *l. 2. in princip. l. ſtipulationes. 72. de verb. oblig. l. pro parte. 11. l. via 17. de ſervit.* tamen in uſufructu aliud receptum eſſe, *l. 5. ubi Dd.* Etenim ut non modo cæteræ res incorporales intellectu juris ſaltem diviſionẽ recipiunt, *l. Mævius 66. § 2. de leg. 2.* ſed etiam perſonæ *l. in executione 85. de verb. oblig. ubi Dd.* ſic etiam & uſusfructus qui debetur à rebus corporeis, *l. 1 ff. eod.* & perſonæ debetur, *l. 4. de novat.* ab initio & poſt, h. e. in acquirendo, utendo & amittendo dividuus eſt, *l. 5. eod. & Inſt. tit. de uſ. & habit. Spec. de feud §. quoniam. ver. 34.* tam quoad perſonas, quibus debetur, *l. ſi alij 19. de uſufr. leg. l. ſi mulieri. 8. de uſuf. accreſc.* quam quo ad rem, quæ debet, *d. l. 5. de uſufr.* quod quidẽ huius ſolius perſonalis ſervitutis proprium eſt in quarto modo, cum reliquæ ſint omnes individuæ, *d l. uſus 19. de uſ. & habit, latè Iaſ. poſt alios in l. ſtipulationes 72. num.*

71. num 4 & 5. poſt Bart. ibi. num. 6. & in l. 4 § Cato, ubi communiter Dd. de verb oblig. idem Iaſ in l. ſi ubi. 86. in vulgata eſt l. 88. §. valet ult. nu 3 de lega. 1. cuius rei rationem tradit *ibidem nu. 30.* Eſt autem dividuus etiam uſusfructus quo ad pœnæ commiſsionem, *Bart. d. l. ſtipulationes num. 28.* vel plurium fruitione *l. inter 15. ubi gloſ. ult. h. tit. Bart. l. ult. in fi. uti poſſid.* vel amiſsione *d. l. interdum. 15. d. l. 1. 5. l. excep. 14. l. placet. 25. quibus mod. uſusfr. amitt.* Nec obſtat, quod uſus inſit uſufructui, unde videbatur, ſi pars individua ſit, multo magis totum tale eſſe: uſus enim ineſt uſufructui, non ut ſervitus, quam conſtituimus individuam, *d. l. uſus. 19. de uſu & habi.* ſed ut alia commoditas, ita declarat *Rub. in l. Gallus. 29 in princ. verſ. quidam rectè num. 134. de lib. & poſth. ex Imola. in d l. ſtipulationes. 72. de verb obligat. & l. 1. §. ſi uſusfructus. 5. ad L. Falcid.*

12 Tametſi verò † ſtricti ſit juris uſusfructus reliquarum ſervitutum exemplo *Bald. l pen. nu. 10. inf. de condit. inſert. Socin. conſ. 165. viſis. num. 8. volum. 2.* & ſtrictam recipiat interpretationem, *l. 1. §. ſi quis hoc interdicto. 3. ubi Bart. n. 1. de itin. act priva.* favore libertatis contrariæ, *l libertas. 16. ubi Dec. Cagn. & Dd. communiter de R. I. l. præſes. 6. verb. durum & crudelitati proximum. l. altius. 8. ubi Bald. & Dd. inf. de ſervit.* tamen recipit interpretationem quãdam ex bono & æquo, quod ad rationem ac durationem uſus attinet, *§. 3. verſic. exceptis in verb. ſed utilitatis cauſa. inſtitu. de uſufruct.* quoniam boni viri arbitratu utendũ eſt, *l 1. §. 3. uſuf. quemadmodũ. cave. l 4. verb. boni viri arbitratu. h. tit.* Itaque initio potius antequam conſtituatur, & reſpectu conſtitutionis ſeu cauſæ efficientis odioſus eſt, poſtquam conſtitutus eſt, non æquè ex regula *c. factum. 73. de R. I. in 6. l patre 8. de his qui ſunt ſui vel alien jur.* ubi humanius eſt retentioni potius, quam interemtioni ſtudioſum eſſe, ut dicitur *in l. inter 15. in fin. verſ. quibus humanius viſum eſt, non inter emtionem. h. tit.* quod & in aliis ſervitutibus obſervatur, *l. plurib. 140. §. etſi. 2. de verb. obligat. Dyn. in d. c. factum. 73. n. 4. 5. & 6 de R. I in 6.*

Continuam etiam † eſſe hanc ſervitutem, ut & alias perſonales, communis Dd. ſchola ſtatuit, *Bart. l. juſto. 44. §. non mutat. 5. num. 3. & 4. de uſucap. per l. 3. §. unde vi de vi. arm. Cyn. in l. 2 in quæſt. 6. de ſervitut. Capol. eod. tract. cap. 19* eoque præſcriptibilem annis *10. vel 20. l. ult. infr. de præſcript long temp. l. corruptionum. 15. h. tit. l ſicut. 13 inf. tit. 1.* Quanquam enim quis non continuo re utatur, animo tamen ſemper & continuo poſsidet, *l. 3 §. ſaltus. 11. & §. in amittenda. 6. l. ſi id quod. 25. §. ultim. l. clam poſſidere. 6. §. 1. de acquir. poſſeſſ.* 13

In diviſione † prius de partibus, poſt de ſpeciebus videamus. Uſusfructus quatenus cauſalis eſt, pars exiſtimatur dominij, cui adhæret, *l. 4 ubi Bart. ff. eod. l. qui uſumfructum 58. de verb. oblig. l. ſi ex ducbus. 17. § ſi plures de noxal act. l. 10. §. 1. de fideiuſſ l. ſi ab emtore. 49 de evict. Tiraq. de retr proxim. §. 1. gl. 7. nu. 55.* eſt enim pars fundi integralis, ut *inquit Iaſ. in l. planè. 34 §. ſi ita. 7. num. 5. de leg. 1.* quoniam ex illo & proprietate fundus, conſtituitur, nõ etiam pars eſt quotativa *Bartol. in d. l. qui uſumfructum. 58. num. 2. & 3. de verb. obligat. Iaſ. in l. is poteſt. 18. num. 25. de acquir. hered.* cæterum formalis, hoc eſt, à 14

proprietate ſeparatus, §. *ult. Inſtit. eod.* ſicut poſſeſſio *l. naturaliter 12. § 1 de acquir poſſ.* (nam & uſusfructus quædã poſſeſsio naturalis eſt, *d. l. naturaliter. in princ. ubi Iaſ num. 3. de acquir. poſſ. ff.*) non exiſtimatur pars dominij *l. rectè. 25. de verb ſignif* multo minus ipſius fundi, ſeu rei, *Iaſ. in d. l. planè. §. ſi ita. 7. num. 5. de leg. 1 Bart. in d. l. 58. & in l & per jusjurandum. 13. §. 1. num 2. de acceptil. & in Auth. hoc locum num. 7. inf. ſi ſecundæ nupt.* quoniam & detracto uſufructu totus fundus recte ſolvitur. *Iaſ. d. l. qui uſumfructum. 58. nu. 4 & 5 de verb. obligat.* partem enim potius à dominio diſcernit. *l. cum filius. 7[illegible]. §. dominus. l. Mævius. 66. §. fundo. 6. de leg 2.*

Mihi tamen videtur in hoc perperam confundi fundum & dominium, non ſolum à noſtris, *in d. l. rectè. 25. de verb. ſignif. & in d. l. qui uſumfructum. 58. de verb. obligat.* verum etiam ab ipſo ICto Paulo *in d. l. recte dicimus. 25. de verb. ſignifica.* nam fateor uſumfructum, ut ius incorporale, non eſſe partem fundi, tanquam rei corporalis, nec integralem, nec quotam, cæterum dominij partem libenter dixero, ac quidem indiſtinctè, ut juris incorporalis, quod rectius ſenſiſſe videtur idem Paulus *in l 4. ff. eod.* quem text. non de cauſali uſufructu, ut Dd. interpretantur, ſed de formali, h. e. ſervitute accipiendum eſſe rubrica ipſa coarguit. Et ſane ſi formalis non eſſet pars dominij, quomodo partem ab illo au[illegible]ret.

61 Partes u[illegible]fructus conſtitui ex no[illegible] p[illegible] poſſint uſus & fructus, *l. 7. eod. l. [illegible] l. per ſervum. 14. de uſu & h bit.* nam & habitationem uſus c[illegible]plecti-tur, *d l. [illegible] §. 1. l. ſi h[illegible]b. 10. 10. & paſſim, d. uſ. & h bit.* Uſusfructus & alias partes recipit, ut hereditarias ac ſimiles, *l 5. eod. l. ſi alij 19. de uſuf. uct. leg. l. ſi mulieri 9 de uſufr. ac. reſc.* Cæterum Bart. *ſingulari. 9.* per totum, alias partes uſusfructus conſtituere videtur, nempe poſſeſsionem naturalem rei *l. naturaliter 1[illegible]. in prin 19. de acquir. poſſ.* & quaſi poſſeſsionẽ civilẽ & naturalẽ ipſius uſusfructus, ut juris *gl. in l. ait prætor. 23. §. item 2. verb q. poſſeſsionem. ex quib. cauſis maior. & l. 9. §. deiectum. 1. de vi arm. l ult. verb defendat, ff. uti poſſid.* quarum iſta contra proprietarium, illa contra extraneum uſum habet. Sed hæ partes imperfectæ ſunt, niſi ipſum quoque jus quaſi dominium uſusfructus adjungas, *tot. tit. ſi uſusfr pet. d. l. qui uſumfructum 58. ubi Bart. num. 3 de verb obliga.* ſubjiciens hoc, eum qui habet uſumfructũ poſſe dicere ſe habere dominium.

Speciem uſusfructus Dd. conſtituunt duplicem, alteram cauſalem, alteram formalem, *Iaſ in l. 1. nu 68. de leg. Bart. in l. qui jusjurandum. 13. § 1 num. 2. de acceptil. Idem Iaſ. in l. ſi ita. 126. §. Titius. 1. num. 10. de verb obliga. & d. l. planè. 34 §. ſi ita. 7. nu. 5. de leg 1. & in l. 1. num. 11. in 1. lectu. & in 2. lect. nu. 20. ad SC. Trebell. Bart. & Dd. in l. ſi quis. 57. ſol. matr. & in l. ſi fundi 12 ubi gloſ. ver. fundi. de condict. indeb Capol. in c. de uſufr. in princ.* Cauſalem vocant qui à re cauſatur *Bart. & Doctores d. l. 4. ff. eod.* hoc eſt, qui eſt in cauſa & dominio rei, *de quo in l. cum fundus. 31. in princip. ſi cert. pet.* Formalem appellant, qui habetur jure ſervitutis ſeparatæ à dominio, *l. 5. ſi uſusfruct pet.* eſt enim quædam forma (*nam & ſic Cicero ſpecies vocat*) utendi re aliena a [illegible] domi- 17

dominij ſeparata. *l. ſi cum. 21. §. pen. ubi gl. ad verb. ſuum de except. r. i judic. & in rubr. huius tit. & Inſt. eod. & d. l. ſi quis. 57. ſolut. matr.* qua de ſpecie ſolum hoc in argumento agitur, quamobrem ut diviſio definitioni congruat, de hoc tantum formali deinceps tractabimus.

17 Hic igitur rurſum † à cauſa efficiente dividi poteſt in civilem. *l. 1. verb.* utrum jure, *quib. mod. uſusfr. amitt.* & prætorium. *l. ſi uſusfructus 9 §. illud. verſic. ſive ipſo jure, ſive per tuitionem prætoris ff u uſr quemadm. caue. de quo Donell. in l. ſi plures. 10. num. 25. ſup. de pact.*

18 Ille denuo † diſtribuatur in legitimum qualem habet pater in bonis filij ex lege. *tot. tit. infr. de bon. quæ liber. & tit. de bon. mater. & Inſt. per quas perſon. cuiq. acquir.* etiam jure Saxon. *art 11. lib. 1.* usque ad ſeparationem, de qua *conſt. 10. parte. 2.* qualis etiam eſt ex Senatusconſulto *l. 1. 2. de uſufr ear. rer. quæ uſu. conſu.* conſtitutus quaſi uſusfructus in ijs rebus legatis, quarum nullus eſt uſus, niſi in abuſu *l. 2. § ult. & tot. tit. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſu §. 2. verſ exceptis. Inſt eod.* qui licet ſubtilitate juris uſusfructus non ſit, *Cic. in Top.* ſed magis quaſi uſusfructus *l. 2. verb. quaſi uſusfructum de uſufr, ear. rer. quæ uſu. conſum.* tamen ex Senatuconſulto & uſu poſt cautionem præſtitam. pro vero uſufructu habetur *§. 2. verb poſſe earum uſumfructum conſtitui. Inſt. eod l. 2. 4. 5. de uſufr. ear. rer.* unde ad ſpecies potius, quam affinia referimus. *l. 1 h. t. d. §. 2. Inſt. eod. l. ſed ſi. 1. §. item ſi jur. vero. 2.* ubi Jas. *num. 7. ut d. jur. tur* ibi illum ſuſtineri, in quo uſusfructus petitur et ſi tantum quaſi uſusfructus debeatur. Eodem pertinet & ille uſusfructus, qui ex ſtatutis, & conſuetudine debetur, ut mulieri viduæ. *Zobel art. 21. lib. 1. per illum text. Guid. Pap. deciſ. 566. Chaſſan. in conſuetud. Burg. de jure mariti. § 4. num. 6. & § 6. in verb. dotalitia munita num. 1. & 2.* Cuius tamen dotalitium potius quandam dominij, quàm uſusfructus eſſe ſpeciem nõnulli perhibent. *Everb. conſ. 217. præſuppoſito, per totum,* hic ut cautionem uſufructuariam præſtare non debeat, de quo *l. 1 l. 4. h. tit.* ſicut nuper memini judicatum. Eodem etiam referatur uſusfructus conventionalis, quam velut alteram ſpeciem hic conſtituimus, *l. 4. verb. ſive ex contractu h. tit. d. art. 21. lib. 1.* ſicut tertiam teſtamentariam, *l. 1. verb. teſtam l. 2. 4. h. tit.* quartam vero honorariam, quæ autoritate magiſtratus conſtituitur, non modo per tuitionem, de qua ſupra, verum etiam per ſententiam *d. l. ſed ſi. 11. §. 2. de jureiur.* Sed quia cauſæ efficientes non admodum ſpecies diſtinguere ſolent, *l 3. §. 21. de acquir. poſſ.* in his non eſt immorandum.

A materia † dividi poteſt in univerſalem & generalem. *l. omnium. 29. cod. l. uſufructu. 69 ubi Dd. ad L. Falcid. l. 1. verb. uſusfruct. omnium bonorum. h. tit. Cravet. conſ. 187. teſtator. num. 1. cum ſeq. Anto. Gabr. Roma. de uſufr, conclu. 1. 2. 3. Mattheſ. ſingul. 4. in fi.* quorum illum ab hoc, particula univerſalis omnium vel ſimilis adiecta, diſtinguit, *Bart. l. generali. 32 §. uxori. 2. num. 4. de uſufr. leg.* item in ſpecialem ſeu ſingularem. *l. 2 & paſſ. h. tit. Cravet. ac Mattheſ præall. loc.* 19

A forma † diſtribuatur in ſimplicem, paſſim *hic & ff. eod.* & duplicem, ut quando repetitus eſt in hærede. *l. 5. quib. mod. uſusfr. amitt. ubi gl ver. hæredibus* 20

per l. ſtipulatio. 38. §. ſi quis. 8. de verb.
oblig. quem eſſe duplicem tantummo-
do neceſſe eſt, cũ ad primum hæredem
reſtringitur. *l. antiquitas. 14. h. tit.* Item in
multiplicem, ut quoties conſtituitur in
ſingulos dies, menſes, annos, trienni-
um. *l. 1. §. ult. quib. mod. uſusfr. amitt. de*
quo latè Ias. in l. ſi plurib. 33. num. 20. & in l.
plane. 34. §. ſi coniunctim. 5. num. 20 &
21. de leg. 1.

21 Cauſam huius primam dicere † li-
cet jus gentium ut reliquarum ſervitu-
tum. *l. 4. de inſt. & jur.* & contractu-
um. *l. 5. eod. tit.* ſicut & inter modos ju-
re gentium acquirendi dominij hæ ſer-
vitutes referuntur, *Inſt. de uſufr.* quan-
quam reſpectivè, quantum arbitror
non abſurdè referri quoque poteſt ad
jus civile uſusfructus. *l. 1. quib mod. u-*
ſufr. quoniam & amittitur per eam mi-
nutionem, qua jus civitatis amittitur.
d. l. 1 quomodo ea tantum perduntur,
quæ juris ſunt civilis. *§ 1. & §. ult Inſt.*
de cap. minut. l. 1. ubi Bald. & Dd. infr.
de hered. inſtit. l. ult. l. 7. & paſs. ff. de
cap. diminut. ex regula l. nihil. 36. de R.
I. l. qui in futurum. 58. de pact. l. an inu-
tilis. 8. §. 2. de acceptil. Itaque origine,
cauſa, efficiente, materia, & effectu re-
feratur ad jus gentium, quoad formam
vero, quæ dat eſſe rei. *l. Iulianus. 9. §. ſi*
quis. 3. ad exhib. juris civilis perhibea-
tur, ut ſtipulatio & alia multa. *d. l. an*
inutilis. 8. §. ult. de acceptil.

Cauſa efficiens remota † eſt conſen-
22 ſus domini in re ſua ſervitutem alteri
conſtituentis per contractum. *l. 3. ff.*
eod. l 3. ubi gloſs. verb. conſtituunt. infr. tit.
1 aliasque pactiones, vel ſola tantum
traditione veſtitas. *l. ſi quis. 32. l. 3. ff.*
eod. item per ultimam voluntatem. *tot.*
tit. de uſufr. leg. vel teſtamenti. *d l. 3.*
verſ. ſive teſtamento. l. 5. 9. hoc tit. § 1.
Inſt. eod. vel alterius relicti. *d. l. 3. d. l. 5.*
l. 3. & paſs. de uſufr. leg. quin & pro-
prietate relicta ſemper implicitè uſus-
fructus relinquitur alteri, cum penes
eundem eſſe non poſſit, *l. 6. in pr. &*
§. ult. l ſi Titio. 33 in pr. l qui uſumfructũ.
36 § 1. l. ſub conditione. § 4. eod. l ſi quis,
34. eod. l. antiquitas 14. de uſufr. hoc tit.
Ut autem aliâs cauſa rei à re diſtat *l. qui*
interrogatus. 12. de petit. hered. Bart. l.
ult. num. 1 de offic. procur. Caſ. ſic hæc
perſonalis obligatio differt à ſervitute,
quæ eſt jus in re, *Spec. de emt. §. 1. num. 24.*
verſ. ſed pone.

Propinquâ † igitur cauſa eſt quaſi 23
traditio, qua jus in re conſtituitur. *l. 3.*
ff. eod. nec enim veram traditionem
hoc jus incorporale recipit. *l. ſervus.*
43. § 2 de acquir. domi. l. 3. §. ſi iter. 2.
de act. emt. per patientiam ſcilicet do-
minij, & uſum uſufructuarij, ut ibi-
dem Doctores pluribus exponunt, &
l. 2. infr. tit. 1. de ſervit. item præſcri-
ptio. *l. ult. hoc tit.* item adiudicatio in
judicijs declaratorijs, familiæ erciſcun-
dæ ac ſimilibus, *l. 6. eod.* nam ex reli-
quorum re judicata tantum actio per-
ſonalis ad rem, non jus in re conſtitui-
tur. *l. actori. 8. inf. de reb. cred.* Meri-
to autem † facimus mentionem quaſi 24
traditionis, ut enim alias nemo ſibi de-
bitum, aut ſuum occupare poteſt pro-
pria autoritate, cum ab alio poſſidetur.
l. extat. 13. quod met. cauſ. Dd. latè in l.
3. infr. de pignor. ita nec uſufructuari-
us fundi alieni uſumfructum quamvis
ſibi debitum propria autoritate appre-
hendere poteſt, *Dec. conſ. 607. numer. 2.*
quam-

quamobrẽ etiamſi ex legato jus quoddam reale ante traditionem legatario quæratur, tamen quia fictum hoc jus eſt, ne legatum quidem uſumfructum occupare poteſt, ſed accipere de manu hæredis debet, *Socin. conſ. 131. num. 4. & 5. vol. 1. Anto. Gabr. Roma. lib. concluſ. 5. de uſufruct. concluſ. 1. num.* 4. etjamſi in alimenta relictus ſit. *Bald. cap. ult num. 19. de conſuetud. Anto. Gabri. ibidem concl. 2. num. 56.*

25 Qui tamen † quaſdam exceptiones ſubjicit, ut ſi matri relictus ſit uſusfructus, quamdiu cum liberis manſerit, aut ſi relinquatur libero, & pleno jure *Gozad. conſ. 21. num. 17. & conſ. 91. nu. 9. Ioan. de Gearro in repet. auth. ex teſtamento, num. 33. infr. de ſecund. nupt. Gabr. ibid. num. 5.* aut ipſe fructuarius ſit executor teſtamenti, *Gozad. conſ. dictis. Gabr. ibid. num. 6.* vel alia verba appoſita ſint, quæ id importent, puta, ut ſine contradictione, vel per ſe, & ſua autoritate capiat, *Gozad. ibid. & Gabr. num. 7.* aut ſi alioqui penes fructuarium ſit poſſeſſio naturalis, vel civilis. *Alex. conſ. 50. num. 5. vol. 7. Gozad. conſ. 91. num. 10. & 95. per totum, Gabriel. ibid. num. 8.* De his cauſis Iaſ. paulo aliter ait. *in l. planè, 34. §. ſi conjunctim. 5. num. 22. de leg. 1. ex Aretino ibidem*, ſtatuens duplicem uſusfructus obligationem, tanquam cauſam, alteram principem, quæ conſtituat in eſſe uſumfructum, per inductionem in fundum, eamque dicit actum habere momentaneum, & non ſucceſſivum, ut illius reſpectu verum non ſit, quod ibi Bart. tradit, uſumfructum quotidie oriri & occidere ex *l. 1. §. pen. de uſufr. accreſc. l. ſi uſusfructus. 6. de uſufr. leg.* alteram & ſecundariam vocat, quæ competit ad præſtandam patientiam utendi fruendi, & ſic quæ reſpicit executionem juris conſtituti, habens cauſam ſucceſſivam, *Bart. & Dd. l. 2. in pr. verſ. & harum, de verb. oblig. Bald. d. l. corruptionem, num. 4. & 5. hoc tit.* cuius reſpectu, impropriè tamen, uſusfructus quotidiè dicitur naſci, & interire, itaque ſecundum Iaſ. ibid. *d. l. 1. §. pen. de uſufr. accreſc.* accipiatur de potentia, non actu, nam poſſibile eſt uſufructum quotidie finiri in perſona uſufructuarij per mortalitatem, aut aliam cauſam. *d. l. 6. de uſufr leg. cum alijs: quæ allegat Iaſ. d. §. conjunctim. num. 24. & 25.* ſed hoc non rectè convenit membro priori, nimirum naſci, quamobrem potius ad quotidianam, & naturalem fructuum perceptionem videtur illud eſſe referendum.

Cauſæ impulſivæ † conſtituendi uſusfructus poſſunt eſſe multiplices, ſicut & aliorum contractuum, ut conjugium, cuius nomine marito, vel uxori relinquitur. *l. 6. h. tit. l. uxori. 24. l. uxori. 27. de uſufr. leg.* ætas liberorum minor, quo reſpectu matri relinquitur *l. 5. hoc tit. Gabr. d. tit. de uſufr. concluſ. 2. & 3.* & aliæ cauſæ eiuſmodi complures colligi poſſunt, ex *tot. de uſufr. leg. ubi Bart. & Dd.* 26

Conſtitui autem † poteſt nedum ab eo, qui dominium plenum in re habet, ſed ab utili quoque domino, puta vaſallo, emphyteuta. *l. 1. verſ. in fundo vectigali, quib. mod. uſufr. amitt. ubi notat. Bal. in pr.* id etiam ſine conſenſu domini fieri poſſe, ſicut & fructus alienari poteſt. *l. neceſſario 8. §. ult. ubi gloſſ. & Dd. de peric. & com. rei vend. Iaſ. num. 2. & 4. Dd. in l. commodis. 40. de re jud.* 27

Sed

Sed aliud eſt fructus alienare, aliud in uſumfructum dare. *d. l neceſſario. §. ult.* quod eſt ſervitutem conſtituere in re. *§. ſi cui. 10. Inſt. de leg.* atque ita prædium onerare, quod illis non licet. *cap. 1. in pr. de inveſt. de re alie fact.* unde Romanus. *ſing. 626. incip. tu ſcis.* Baldum reprehendit, motus ea ratione, quod prohibitus alienare, prohibeatur etjam in uſumfructum dare. *l. ult. infr. de reb. alie. non alien.* Opinionem Baldi ſequuntur. *Alex. conſ. 120. ſuper. in fi. lib. 1. & in l. 3. §. ex contrario. num. 31. poſt. Bart. ibi. quem adhoc allegat. Ias. idem ſequens in l ult. num. 112. inf. de iur. Emph.* quanquam admodum ambigat. *in d. §. ex contrario, num. 65.* ſicut & Cotta in memorabilibus. *verb. Emphyt uta. Ari Pinel. in l. 1. parte. 3 num. 69. inf. de bon. mat.* & idem probant alij complures, quos referunt Tiraq. *de retr. prox. §. 1. gloſſ. 7. num. 38 Ruin. conſ. 150. in cauſa, num. 14. vol. 3.* neque tamen pauciores contra Romanum ſequuntur, ut *Cremon. ſing. 86. Bero. quaſt 95. Hipp. l. 1. §. cum quidam. num. 15. de quaſt. Cotta. in d. memorab. Tiraq. præall. loc. num 41. & 48 Cremon. in d. ſing 86.* ſubijciens dictum Bal. eſſe falſiſſimum, *ex l. ult. infr. de reb. alie.* quẽ text. ait non poſſe cavillari, & huc inclinant Iſer: *Alvar. Camerarius & FEla. in cap. 1. in pr. de prohib. feud. alien per Frider. & in cap. 1. de alien. feud. pater.* Concordiæ cauſa dici poteſt, vaſallum & ſimiles conſtituere poſſe uſumfructum in ſui præiudicium, videlicet ut, quamdiu poſſident, duret ſervitus, non ulterius ad incommodũ ſuccefforum vel domini *c. 1. de inveſt. de re alie fact*; quin reſoluto jure datoris reſolvatur jus acceptoris *l lex vectigali. 31. ff. de pigner. Capol. d ſervit. præd. urb. cap 14. num. 2. & 3. Sundec in tract. de feud parte. 11. in fi.* cur enim minus quam ſubinfeudare? *c. 1. §. ſimiliter. de leg. Conradi. c. 1 qualiter olim feud. poter. alien. ubi Dd Schurff. conſ. 41 in pr. cent. 3.* Et ſic non obſtabit. *l ult. inf. de reb. alie. non alie.* quæ tantum in detrimentum aliorum, quorum nomine prohibita eſt alienatio, ita rem alienari prohibet.

Ab eo qui dominus nullo modo ſit, reipſa conſtitui uſuſfr. nequit. *gl. l 1. verb legari. de uſufr. leg. & l omnium in pr. verb. propriorum ff. eod.* etiamſi is obligare ſe hoc nomine poſſet. *l. rem alienam. 28 de contrah. emt. tot. tit. inf. de reb. alie. non alien.* Poteſt autem † cui 25
cunque relinqui, ac conſtitui uſuſfructus. *l. ambiguitatem. 12. verb. uxori vel cuicunq. h. tit.* etiam univerſitati, collegio, Eccleſiæ, Reip. *l. an uſufr. 56. eod. l. ſi uſusfructus. 8. de uſufr. leg.* etiam duobus, vel pluribus, ut patri & filio, matri, & filiabus, quo caſu non duplex, ſeu multiplex, ſed unus eſt uſuſfructus, ut dividuus, *l. ſi mulier 18. de uſufr. accreſc. Fort. Gartz. in l. Gallus. 29. §. quidam rectè. num. 65. & 66. de lib. & poſth.* quin etiam quæritur patri per filium, aliasque perſonas ſubiectas. *l. inter. 15. l. ult. h tit. Bald. ſing. 66. per tot.* non tamen ex illicitè quæſitis Ias. *in d. l. Gallus. 29. §. quid ſi. 3. nu. 27. de lib. & poſth.* & ſecundum diſtinctionem. *tit. Inſt. per quas perſon. & inf. de bon. quæ lib. & de bon. mat cum Auth inceſtis*, non tamen incapacibus juris civilis, vel civitatis, rectè conſtituitur, puta maximam aut mediam minutionem paſſi *gloſſ 1 l 4. quib. mod. uſuſfr. amitt. per § 1. 2 & 3. Inſt de cap diminu. & l. 1. inf. de hæred inſtit.* niſi indulta à principe.

pe reſtitutione *gl. il. d. d. l. 4. per l. 1. §. le- inde de poſtul.* nec tamen hoc impedit, quo minus ſervus conſtituatur, cum hoc modo, dum acquiritur domino, eidem conſtitui videatur, ut paſſim *tit. de ſtipul. ſervor.*

29 Materia in qua † ſeu ſubiectum uſusfructus eſt corpus, unde debetur, *l. 2. eo. in prin. Inſtit. eod.* ſive illud ſit immobile, ut prædiũ, domus, *l. 5. verb. prædiorum. l. uſufructu 9. l eum. 7. h. tit.* fundus. *l. 3. §. 1. l. uſusfructu. 6. cum ſeq. l. ſi quis. 12. eod.* columbarium, vinarium, piſcina. *l. uſufructuarium. 62. eod.* cuius fructus quoties emitur, toties uſus fructus piſcinæ conſtitui putatur, *Bald. in l. 1. in fin. inf. de verb. ſignif. Capol. de ſervit. ruſt. præd. cap. 30 de lacu nu. 7. Petr. Gerardi ſing. 94. nota per tot.* item molæ, quæ pro re immobili *Curt. parte feud. 1. quæſt. 6. num. 11.* & pro prædio ruſtico habetur, *Bald. in l. certi. num. 7. inf. de locat. & in c. contingit in fin. de dol. & contum.* ſive movens ut grex, jumenta, *l. 3. §. 1. l. vetus 75. cum ſeqq. eod.* animalia. *l. 1. § 1. l. uſufructuarium 69. eod.* ſervus. *l. 3. § 1. l. ſi ſervi. 25. cum ſeqq. eod.* quæ licet ſint in prædio, puta feudo, nõ tamen dicuntur feudalia, vel prædij, *Bald & Dd. c. 1. de capita. qui cur. vend. Curt. tract. feud. part. 1. quæſt. 6 num. 11. per c. 1 ubi Dd. an agn. vel fil. Bald. conſil. 422. caſus. in fin & conſ. 33. ad evidentiam vol. 1* quod tamen diſtinctionem recipit *ex l. lines. 15. cum ll. ſeqq. de act. emt. Bald. in d. c. 1. de capit. qui cur. vend. & paſſim in tit. de fund. inſtr. leg. Tiraq. de retr. proxim. §. 1. gloſ. 7. nu. 117. Guid. Pap. de iſ. 91.* ſive mobile, ut ſtatua imago, *l ſtatuæ 51. eod* navis *l. arboribus. 12. §. navis. 1. eod.* numiſmata, *l. numiſmatum.* 28. *in princip. eod.* quibus accenſentur res, quæ conſumuntur uſu, ut pecunia, *l. 2 l. 5. l. antepen. & pen. ff. de uſu. earum rer.* aromata *d l. penult.* triticum, vinum, ac reliquæ res fungibiles. *§. 2. Inſtitut. de uſufruct.* vel minuuntur *l. 2 eod.* ut veſtimenta, *§. 2. Inſtitut eod* non aliter quam pecunia debentur, *l. 7 eod ſi. 15 §. 4. eod.*

Quanq̃ autẽ † *Vlp. l. uſufructu 7. eod.* dicat, uſum fructu aut rei ſoli, aut mobilis eſſe, putaverim tamẽ etiã in iuribus incorporalibus cum rectè conſtitui *gl. l. omnium 35. in princ. vers. bonorum. appellatio. ff. eod. per l. bonorum. 208. de verb. ſignif.* cum pro corpore habeantur, *l. 2. verb. exemplo rerum immobilium. inf. tit. 1 d. l. corruptionem. h tit. l. jubemus. 14. ubi Doctores ſup. de SS. Ec l. ſi l... ſup. ſi adverſ. tranſact. latiſſimè Tiraq. de retract. proxim §. 1. gl. ſ. 6 & 7 per tot.* & ſæpe corpora contineant *l. & non tantum 19. cum ll. ſeqq. de pet. hered.* ut in univerſitate bonorum *l 1. h. tit. l. omnium 29. eod. Dec. conſ. 4'8. viſa in princip.* feudo, *conſtitut. 44. parte 2.* Emphyteuſi, *Iaſ. l. ult. num. 110. inf. de jur. Emphyt* venatione *l. uſufructuarium 62. eod* dote *l. intereſſe 6 h tit.* non addam in ſervitute, ut *gloſſ. d l. omnium*, nam ſervitus ſervitutis eſſe nequit, jus tamen quoddam ſimile uſusfructus etiam hic conſtitui poteſt, *l 1. de uſufr. leg.* 30

Nec verò intereſt † cuius res ſint momẽti, vel quantitatis, cum nedum certæ partis aut unius ſpeciei cõſtitui poſſint, *l. omnium. 36. cum ll. ſeqq l. eius 9. eod.* ſed omnium & bonorum. *l. 1. h tit. d l. omnium. 29.* quanquam enim omnia bona, præſertim futura, non putentur donari, cedive poſſe, *gloſſ. B. 11. & Dd.* 31

Rrr *l. ult*

l. ult. ſup. de pact. & l. ſtipulatio 61. de verb. oblig. quod auferre videatur ei res teſtandi facultatem contra *l. 1. ſup de S. C. Eccl.* tamen aliter ſe res habet in uſufructu, cum mandat conſtituens dominus proprietatis, quæ potiſſima pars rei eſt *l. interfſe 6. h. tit.* de qua teſtari poteſt *l. ſi alij 19. de uſufr. leg.* ſicut & caſu converſo, cum cedit bona retento ſibi uſufructu, de qua ſpecie ſup. diximus.

32 Quia tamen † uſusfructus juvenibus
relictus ipſa proprietate major eſſe poteſt, *gl. d. l. omnium 30.* idcirco in ultimis quidem voluntatibus, & donationibus ad eam quantitatem eſt redigenda res, ut ineatur æſtimatio ex *l. hæreditatium 68. ad L. Falcid. quæ eſt in Florent. l. computationi,* ut nec legitima liberorum lædatur, *gl. d. l. omnium, in fin. per §. prohibemus in Authen. de trien. & ſemiſſ. num. 19. & Auth. noviſſima. ſup. de inoff. teſtamento,* nec heredum Falcidia *d. l. omnium 9. in verb. niſi excedat dodrantis æſtimationem, ff. eod.*

Cæterum † quod gl. ibidem propri-
33 orum tantum bonorum uſumfructum vult poſſe legari, non congruit cum *§. non ſolum. Inſtit. de legat. l. cum rem alienam 10. inf. de leg.* Quoad cauſam igitur remotiorem invito domino dixi poſſe relinqui, quoad cauſam propinquam non conſtitui jus in re ſine domini conſenſu, quod tamen nihil officit legato, quo minus valeat, quia ſi hæres redimere nequit, æſtimationem debet *d. § non ſolum. vers. ſi non poteſt redimere l. non dubium 14. § fin. verb. dominus non vendat, ff. de leg. 1. 3.* & ſic interpretatur *gl. in l. 1 ve b. legari. de uſufr.* [illegible] porro, quæ nullius ſunt in bonis coſtitui, aut relinqui uſusfructus nequit, ut oſtendit *d. §. non ſolum. & §. ult. Inſtit. de empt. § 1. Inſtitut. de inutil. ſtip.*

Quod ad formã † attinet, licet illud 34
Caij, pluribus modis ſcilicet cõſtitui uſumfructum *l. 6. eod* potiſſimum cauſam efficientem reſpiciat, tamen putetur ad formam quoq. pertinere, quoniam in facto eius, qui fruitur, hæc ſervitus conſiſtit *l. 1 quando dies uſufr. leg. ced.* ut igitur reliquis actibus, qui ſunt facti privati, pacta date formam poſſunt, *l. 1. §. ſi convenit 5. depoſ. l. 2. 3. l. dictam 8. inf. de condict. ob cauſam,* ſic etiam variis conventionibus varia forma poteſt uſuifructui præſcribi ſuper modo utendi tempore, quãtitate, qualitate, *l. ſi quis 23. l. quoties 34. eod.* nam
conſtituitur † rectè ad tempus *l. 5. l. am-* 35
biguitatem. 12 h. tit. latè Bal. de Bartolinis in repet. l. 1. num. 361. ſol. matr. puta ad certos dies, annos. *l. 4. quib. mod. uſufr.* in certum tempus *l. ambiguitatem 12. h. tit.* item ad alternos dies, annos, *l. 1. quando dies leg. l. 2. in princip. §. ult. quib. mod. uſufr.* ex die vel in diem *l. 4. eod. l. 1. §. 1. quando dies leg. uſufruct. ced.* quod ſecus eſt in aliis ſervitutibus *l. 4 ubi Bartol. & Doctores de ſervitut.* item ſub conditione *l. ambiguitatem. 12. h. tit.* pro parte diviſa vel indiviſa. *l. 5. eod.* poteſt & pleno jure, aut alio jure relinqui, *Anton Gabr. Rom. lib. 5. de uſufr. con. luſ. 1. num. 5. 6 cum ſeqq.* extra
vero † pactũ eiuſmodi certum, quod dero- 36
gat juri communi, *l. ult. inf. de pact. conv. ini. l. 6. de condict. cauſa dat.* naturalę in uſusfructus formam & rationem utendi in modo potius, h. e. moderatione & mediocritate boni patrisfamilias ponit *Ulpian.* quam qualitate utendi ipſius domini *l. item 9. in fin. eod.* alias

enim

enim aliter vt tur, *d. l. item 9* quam e b-
rē ad vnius uſum aſtringi nequit vſus-
fructus, ſed omnem rei vſum, vtilita-
temq; complectitur *l uſufructu. 7. cum*
ſeq. ff. eod. Iaſ. in l. divortio. velut eſt
in Florent. l. fructus 7. § ſi vir 10 ſolut.
matr. quia tamen vtendum eſt ſalva rei
ſubſtantia *l. 1. l. 9. in fin. eod.* res hæc re-
digitur eo, vt vtatur boni viri arbitra-
tu vſufructuarius, & modo, *l. 4. h. tit.*
ſecundum metas præſcriptas *in l. 7. 8. 9.*
10 11. cum ſeqq eod. quarum ferè
norma generalis eſt, ut ſalva rei
Cautione) Ablativi† abſolutè poſiti faciunt conditionem *l. ab emtione 8. verb. omnibus integris, ubi notat Bart. de pact. l. unic. verb. ceſſante legitima. infr. quando non pet. part. & l. evictus. de uſur. l. acceptus 93. ad L. Falcid. l. facta 63. §. reſcripto 5. ad Trebell.* etiam in legibus ac ſtatutis *Iaſ. in 2. lect. rubr. ſolut. matr. num. 19. per Bald. l. non ſine. 5. inf. de bon. quæ lib.* Conditio autem ſpecificè implenda eſt ut *ſup. diximus & l. Mævius 55. l. 44. de condit. & demonſtr.* ut forma rei, *Tiraq. de retr. proximit. §. 3. gl. 3. nu. 2.* Non igitur aſſentior hîc gl. & Dd. exiſtimantibus, hanc cautionem ab herede remitti poſſe, cum ſit legis, & juris publici, *d. l. trib. 8. de uſufr. ear. rer.* cui pactiones privatorum non derogant, *l. jus. 38. de pact.* Nec illa valet ratio, quod favori ſuo renunciare hæres poſſit, *l. pen. ſup. de pact. gloſſ. l. 1. in fin. ff. eod. per l. quod de bonis. in fin. cum ſimilib. ad L. Falcid. ex regula juris antiqui l. ſi quis 39. ſup. de epiſc. & cler.* nam illa etiam in teſtatore valere deberet, quia pereq; heredis, atque ſuo favori renunciare poteſt, ſicut & de rebus diſponere, *l. cum alienam 10. inf. de lega. §. non ſolũ Inſt. eod.* quod licet neget *Accurſ. l. pen. in fin. inf. ut in poſſeſſ. legat.* quam communiter vult approbatam *Guid. Pap. conſ. 13. n. 4.* Tamẽ falſum id comperitur, cum à plériſque improbetur, *Cravet. conſ. 74. num. 10. Clar. de teſtamentis quæſt. 64. nu. 1. 2.* Nec tamen inficior, quin quaſi connivendo, tacitè

remitti poſsit, ſi non petatur, *l. 5. §. 1. de uſufr. ear. rer.* Eſt autē aliud remittere, quod in legem incurrit: aliud vero nō petere, nec uti legis beneficio, ut eiuſmodi exempla plura extant in *l. 5. § ſi opus 13. de dam. inf. c. 1. §. 1. de iur. calum. in 6. l. 2. §. ſed quia, ubi Dd. poſt gl verb. remitti ſup. de iurejur. propter calumn. dando.*

L. Verbis. 2.

1. *Verbis teſtamenti tam diu ſtatur, donec contra probatur.*
2. *Reſcriptum Principis in precibus fundatur.*
3. *Dominus proprietatem obligare poteſt, licet alij habeant uſumfructum, & in dubio intelligitur vendere & obligare jus ſuum, quod habet.*
4. *Dominium quotuplex.*

1 V*Erbis teſtamenti:*) Quibus ſtatur, donec cōtra probetur *l. non aliter 69. de lega. 3.*

Quæ precib. inſeruiſti) Reſcriptum igi-
2 tur † in precibus fundatur, *l. ult. ſup. de reſcript.* ut quod *Caſtr. l. 1. num. 2. cod. tit.* tradit, non ſupplicationem, ſed reſponſionem attendi, accipiendum videatur, quando hæc illi non congruit.

Non impedit) Quia ſeparata ſunt, *l. utiliter. in pr. de acquir. poſſ.*

3 *Proprietatis dominium:*) Sicut in dubio intelligitur obligare, vel vendere jus ſuum, quale habet, *l. cum venderes, quinquageſimo nono. de contrab. emt.* niſi per fraudem pro re integra tale jus ignoranti obtrudatur, *l. ſi minor 9. inf. de act. emt. l. ſi ſterilis 21. §. 1. l. Iulianus 13. §. idem 6. de act. emt.* quo caſu ſe obligat decipiens decepto, juri vero reali alterius nihil derogat, *l. uſumfr. 9 h tit. l. alienatio. 67. de contrah. emt. l. 4. ſup. de rei vendic.* Hinc autē † notandū eſt, tri- 4
plex quaſi eſſe dominiū, aliud proprietatis *l 4 inf de proba.* aliud poſſeſsionis *l. 1. de bon. poſſeſ. l. 2. Cod. Theod. de bon. mater. l. 1. c. Gregor ſi ſub alter. nomine:* aliud verò uſusfructus, vel ſimilis juris *l. jubemus 14. §. pen. ſup. de pact.* Unde legata re, quamvis ad uſumfructum, vel alimenta legetur potius res ipſa, quam uſusfructus debetur, quod aliud ſit cauſa rei, aliud res ipſa *l. donationes 37. § 1. ubi Imo. de donat. l. 4. ubi Bart. de adim. legat.*

L. Si patri. 3.

1. *Uſusfructus morte proprietarij nunquam tollitur, quantumvis Accurſ. idipſum nonnunquam fieri contendat.*

V*Suſfructus legatus:*) In quo major eſt dubitatio, quam ſi aliter ſit conſtitutus, *Rom. conſ. 403. diligentia, num 7. cum ſeq.*

Ius utendi:) Quod non tollitur mor- 1
te proprietarij ex ratione *d. l. naturaliter 12. § 1. de acq poſſ.* Cæterum quas hic fallentias Accurſ. ſubjungit, eæ nō quadrant, cum in iis non morte proprietarij finiatur uſusfructus, ſed conſolidatione. At in *l. pen. vers. quod ſi nepotes inf. de bon. mater.* morte quidem filij uſusfructus finitur juxta regulam, ſed tamen novus avo naſcitur.

L. Uſufructu. 4.

1. *Cautio uſufructuaria ultrò quidem ante uſusfructus quaſi traditionem præſtari poteſt, non tamen ante poteſt admiſſo uſufructuario extorqueri, & an ante eius præſtationem uſufructuario competat actio pro vindicando uſufructu, num. 2.*

Con-

1 *Conſtituto*:) Ante poteſt ultro præſtari hæc cautio, *l. quoniam 10. de uſufr. ear. rer.* non tamen conſequens eſt, ut hic dicitur, & neceſſarium, ante cauſam, cuius gratia debetur, impletam, h. e. uſumfructum quaſi traditione conſtitutum, *l. 4. ff. eod.* nam cautio ſine cauſa nunquã eſt extorquenda, *Ang. Aret. l. 2. num. 13 ſol. matr. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. caſu 140.*

Satisdatio.) quæ vocatur ſtipulatio à forma, & quidem uſitata, ab uſu *l. inter 20. de dam. inf.*

Boni viri:) id eſt, Iudicis, aut arbitri, officio judicis dati, *l. ſi cui in officio judicis, eod. Bart. l. ſi ſocietatem 76. verſ. arbitrorum, n. 4. ff. pro ſocio.*

Arbitratu) Vnde hæc cautio nomẽ habet, *l. ult. uſufr. quemadmodũ cave.* Arbitratus idem quod arbitriũ, de quo in *l. 1. de lega. 2. l. in perſonam 22. §. 1. de R. I. Iaſ. in l. ſi ſic 75. num. 10. 20. 22. de lega. 1. Aret. l. 4. num. 7. de in lit. jura. Bart. l. ambitioſa 13. num. 18. 21. cum ſeq. de decr. ab ord. facie. latiſſimè Menoch. de arbitr. jud. lib. 1. quæſt. 8. 9. cum ſeqq.*

2 *Præbeatur*) Si deſideretur inquit *Vlp. l. ſi cuius 13. in prin. eod.* Cæterum quod dicitur *in d. l. ſi cuius. §. 1.* omnino non dandam prius actionem uſufructuario, quam ſatisdederit, intelligo ſecundum præcedentia, quando dominus cautionem apud prætorem deſideravit.

L. Si pater 5.

1. *Vſufructu omnium bonorum à marito uxori relicto, uſuſfructus non debetur de legitima bonorum.*
2. *Præmiſſo caſu an uxori revera totus uſuſfructus, an vero ſaltem alimenta de bonis mariti debeantur.*
3. *Vſufructuario mortuo cui lucro cedant fructus pendentes tam de jure civili quam Saxon.*
4. *Mater de jure Saxonico habet legitimum uſumfructum in bonis liberorum, ipſis a patre relictorum, donec liberi ab ipſa diſcedant.*

VSumfructum prædiorum) Qui tamẽ de legitima non debetur *auth. Noviſſima in fin. ſup. de inoff. teſtamento.* 1

Finito uſufructu:) ſcilicet adventu pubertatis, ut ſequitur & in *l. ambiguitatem 12. inf. eod.* nam tempus conſtitutionis pro forma eſt, *Authen. quæ ſupplicatio, ubi notant Bald. Salic. ad verb: niſi ſub hac forma, ſup. de precib. Imper. offer. l. ſcire 13. §. conſequens. ubi gl. de excuſat. tutor. latè Tiraq. de retr. proxim. §. 3. gl. 4. num. 3.*

Adoleviſtis:) Refertur hoc ad tempus pubertatis, ut in *l. ſi prædium 16. inf. de minor. & paſſ.* qua de re tota conſulendo *Menoch. de arbitr. judic. lib. 1. cent. 1. caſu 57. 58. 59.*

Poſterioris temporis:) Poſt finitum uſumfructum, qui ad illam ætatem, qua demum adminiſtrare ſua poſſunt liberi facile matribus cõceditur. Priores aut fructus ſequitur matrem lucrari, quandoquidem poſterioris tantum temporis reſtituere cogitur. Ex quo refellitur † 2
noſtrorum ſententia, qui volunt exiſtentibus liberis uxori, vel matri uſufructuariæ tantum alimenta deberi, *hic & in l. Titia 34. §. ult. de lega. 2. Anton. Gabr. de uſufr. concl. 2. per tot.* Et ſane alimẽta magis ad uſum pertinent, quam uſumfructum, & ſi fructus lucratur, ut hic text. vult, & apertiſsimè *l. uxori 37. de uſufr. lega.* certè plus alimentis capit. Verior igitur *Bald. & Salic.* opinio contraria *in Auth. quod locum inf. ſi mul. ſecund. nupſ.* nam quod *Lan. el. Decius d. l. uxori num. 3. de uſufr. legat. & Anto. Gabr. d. concl. 2. num. 33.* ut ſcopulos

harum legum evitent, eam theoricam limitant, ſi ad certum tempus legatus ſit uſusfructus, ut *hic, & in d. l. uxori*, nullam probabilem diſcriminis rationem habet, cum omnis uſusfructus temporalis ſit, *§. ult. Inſtit. eod.*

Fructus perceptus) De quibus veriſimile eſt hic quæſitum fuiſſe: De percipiendis *ſup. diximus, ad tit. de rei vendic.* & traditur *in l. ſi navis 62. §. 1. de rei vendic.* & ſubjicit idem argumentum *Ant.*
3 *Gabr. in tract. de uſufr. lib 5.* Cæterum† de nondum perceptis quærere nihil attinet, cum finito uſufructu proprietarium ſequantur, *l. defuncta 58. eod. l. in ſingulos 8. de ann. lega. §. is ad quem. Inſt. de rer. diviſ. l. ſi fructuarius 13 quib. mod. uſusfr.* Iure tamen Saxonum induſtriales ultimi anni ſequuntur fructuarium, aut eius heredem, vel ſimiles poſſeſſores *art. 76. & ſeq lib. 3 ubi gl. & lib. 2. art 58.*

4 *Quos nulla ratione*) Cauſa, nullo iure: at Saxonico ulterius mater obtinet, donec ſcilicet liberi ab ea diſcedant, *art. 11 lib. 1* non ex jure huius uſusfructus, qui finitur finito eius tempore, ut hic & *l. ambiguitatum 12. h. tit. l. uxori 37. de uſufr. lega.* ſed jure ſtatuti, ſeu uſusfructus legitimi, de quo *conſtitut. 10. parte 2.*

L. Intereſt. 6.

1. *Uſusfructus dari poteſt in dotem.*
2. *Uſufructuarius uſumfructum oppignorare poteſt, quod in tit. ... Et rem in uſumfructum conceſſam ſimpliciter oppignoratam, non præſumitur proprietatem oppignoraſſe, ſed ſaltem jus ſuum.*
4. *Marito non exſtante ſolvendo, res etiam æſtimato in dotem data pro dotalibus habetur.*

IN dotem) dari poteſt in dotem uſusfructus, quoniam & alienari *l. non usus ur. ... ff. de uſufr.* 1

Eadem poſſeſſio) id eſt, Proprietas, *ut in l. 2. inf. de prol. at.* quod præcedentia & ſequentia oſtendunt.

Proprietatem pignorare non potuit.) 2
In domini præjudiciũ, *tot. tit. infr. ſi res aliena*: etiamſi ſe perſonaliter ſic obligare poſſit, *l. rem alienam 28. de contrah. emt. juncta l. 3. de crim. ſtellio.* quia tamen hoc crimen eſt, non præſumitur, ſed potius jus ſuum oppignoraſſe creditur, *Rom. conſ. 403. diligenter num. 9. 10.* ſicut poteſt, *l. arborib. 12. §. 2. eod.*

Qui autem) Adverſativa tertium caſum à prioribus ſeparatum proponens. 3

Soluto matrimonio) Loquitur igitur† diſertè cum maritus tantũm ad æſtimationem reddẽdam tenetur, vel ex conventione *l. erit 10. de fund. dotal.* vel in dubio re æſtimata in dotem tradita, cum aliud conventũ non eſt, *l. plerumq. 10. in fin. de iur. dot.* nam ſecus fuerit re ad reſtitutionem obligata, *l. ſi inter 21. inf. de jur. dot.* vel electione uxori relicta, *d. l. erit. 10. de fund. dot. l. 10. 11. inf. eod tit. d. l. plerumq.* Proinde fit hic convenienter æſtimationis mentio, nam ſi vir reddat, aut eius hæres finito conjugio rem ipſam dotalem, pignus reſolvitur, reſoluto pignorantis jure *l. lex 31 de pign.* Cæterũ ante finitum conjugium fruſtra de jure pignoris quæritur, quia adhuc incertum, utrum res, an æſtimatio reddatur, & poteſt hæres ſolvendo æſtimationem rem dotalẽ retinere velut ex emtione, quam æſtimatio refert, *l. 2. §. ult. pro emt. l. ſed etſi 7. §. 1. de public.* ut pignoris obligatio non poſſit non valere, *l. rem alienam 41. de pignor. act.*

Exci-

4 Excipit & Bald. hîc † eam ſpeciem, ſi maritus fiat non ſolvendo: nam tunc ſemper res habetur pro dotali, non obſtante quavis æſtimatione, vel pactione, quod latè patet. *l. in reb. 30. infr de jur. dot. l. uxori. 55. de donat. int vir. & uxo.* de qua Cuiac. *obſer. lib. 5. cap. 29. l. ſi cum dotem. 22. §. ult. ſol. matr. Soc. conſ. 224. eleganter. num. 1. 2. vol. 2. Bart. l. jubemus. 21. num. 4. 5. inf ad Velleian.*

L. cum, VII.

1. *Uſufructuarius non modo rei uſufructuariæ onera ferre, ſed & eandem ſuis impenſis ſartam tectam præſtare tenetur, quod limitatur n. 3. & 4*
2. *Cui res ſervit, ab eodem ſumtus præſtandi.*
4. *Fructuarius magnas impenſas pro rei vetuſtate collapſæ reſtauratione factas à proprietario poteſt repetere actione negociorum geſtorum n 5. modo tamen prius probet, ſe ultra debitum erogaſſe n. 4.*
5. *Uſufructuarius an & quatenus ſit procurator proprietarij.*

1 S*Arta tecta.*) quænam hæc ſint exponit in *l hactenus. 9. eod.* Budæus. ut autem alia onera, ſervitia, tributa, uſufructuarius ſuſtinet, veluti ſumtum & compenſationem fructuum. *l. 7 ſeu. l. ſi pendentes. 27 §. ſi quid. 3. eod.* Sic ſarta tecta præſtare debet, alia ratione, videlicet, quia ſalvã retinere ſubſtantiam rei debet, & proinde eam reficiendo conſervare arbitrio boni viri *l. 7 §. ult. eod.*

2 *Suis ſumtibus.*) Tralaticium hoc eſt, cui res ſervit, ab eodem ſumtus præſtari *l quoniam. 11. inf. de teſtib. l. 4. in fi. verb. ſuis ſumtibus ff de edend.*

Si quid ultra.) De quo gl. *l. damni. 18 §. 1. verb quia reficiendi. de damn. inf. l. hoc amplius. 9. §. ult. eod. tit.* Adverſari † videtur *l inter. 20. de dam. inf* quæ 3
dicit onus refectionis ad uſufructuarium non pertinere, ſed reſtringatur ad refectionem, de qua ibi agitur, videlicet totalem, ut loquuntur, cum ruina ædificium diſſolutum eſt, cuius ad inſtaurationem uſufructuarius non tenetur, quia nova magis eſt ædificatio, quam refectio, *l. 5. cum ſeqq. quib mod. uſufr fin.* eamque rationem indicat, *d. l. inter. in verbis uſitata ſtipulatio, de qua reſtituenda cavet, ad hunc quoque caſum porrigitur.*

Erogatum potes docere) Notandum impenſas eſſe probandas ab eo qui petit, *l. ult. §. in computatione, ubi Bald. inf. de iur. deliber. & in l non ignoras. 4. inf. de fruct. & lit. expenſ. latè Corn. conſ. 81. quanquam n 8. vol 4.*

Fructuarius autem † non tantum 4
impenſam probare debet, ſed etiam ſupra id, quod debet, eſſe impenſum, ut oſtendunt verba huius legis *ſi* (quod conditionem facit. *l. 1. ubi poſt gl. Bart. num. 1. & 2 de condit. & demonſtr.*) *quid ultra erogatum potes docere.* Nam eſt contra eum juris præſumtio, quo ad impenſam, cum ad onera, & impenſas teneatur, ac refectionem in genere, ut hîc & *l. 7. §. 1. l. ſicut. 45. eod.* quoniam accepta tueri debet. *l. uſufructuarius. 44. eod* niſi uſumfructum relinquere ſit paratus *l. cum fructuarius. 64. eod.* At ſi quæ doceat vetuſtate collapſa à ſe eſſe refecta, horũ nomine habet repetitionem, quoniam ad illa reficienda non tenetur. *d l. 7. eod. l. inter. 20. de damn. inf.* non magis quam contra proprietarius in gratiam uſufructuarij illa reficere cogitur. *l. ſed cum. 65. §. 1. eod.* niſi culpa ipſius, ſuorumque res facta ſit dete-

 rior

rior. *l. ſed cum. 65. eod.* *Solenniter repoſcet.*) Actione negociorum geſtorum 3 † *ſecundum gl. hic.* quæ & ipſa dicitur ſolennis, quando eſt directa. *l. antep. de neg. geſt.* Actione vero in factum, ut vult, *Bart. & alij l. 14. ſup. eod.* At cur non potius mandati? ſi, quemadmodum volunt *in d. l 1.* uſufructuarius procurator eſt in rem ſuam ex tacito mandato, nam certe ordinaria actio potior eſſe debet. *l. quædam. 9. de eden.* etiam in refectionis ſumptibus repetendis. *l. ſi communes. 40 de neg geſt. l. prætor. 9. §. his verbis. 3. cum ſeq. de reb. aut. iud. poſſ.* Fateor ex neceſſitate impendenti non dari negociorum geſtorum actionem, cum aliæ ordinariæ competant, *d. l. ſi communes, l. tutori. 20. ſup. de neg geſt.* Sed quicquid uſufructuarius erogatum repetere poteſt, dico eius onerib. non incubuiſſe, alioqui repetere non poſſit, ut verba ſuperiora oſtendunt: *ſi quid ultra, & ſuis ſumtibus:* & proinde nec ulla hic neceſſitate impendiſſe. *l. uſus fructus. 7. §. 2. verſ. neutrum cogere reficere, l. cum fructuarius. 64. verſ. non eſt cogendus domum reficere, in quib. caſibus uſufructuario hoc onus incumbit. eod.* neq; aliam illi competere quam negociorũ geſtorum actionem. Sed nec procuratorem eſſe domini facilè conceſſero, niſi quoad uſumfructum, & curandam rei ſubſtantiam. *Ias. l. naturaliter. 12. in pr. num. 11. de acquir. poſſ. & l. 1. § ult. ubi communiter. Dd de oper. no nunc.* in alijs nequaquam, cum, ut oſtẽſum eſt, vetuſtate ruentia reficere non cogatur, *d. l. 7. §. 1.* ne quidem fructuarius bonorum mobilium, & immobiliũ, habet exercitium actionum, ut multis probat. *Soci. junan l. ſtipulationes. 72. num. 22 de verb. obl.* Univerſorum autem bonorum uſufructuarius exercitium quidem habet *l. 1. ſup eod.* ſed ne hic quidem ipſius litigando rem proprietarij ignorantis, vel nõ conſentientis facit deteriorem, niſi quoad uſu fructus durat, *Bart. l. de die. 8. §. 1. verſ. quidam nu. 2. in verb. ſimile dicimus in fructuario. ff. qui ſatisd. cogant per l. hoc amplius 9. de dam. inf. l. ſi noxalem. 27 de noxal. act.* etiamſi alius procurator domino præiudicet, ac præſcribat. *Ias. in l. 3. § ſi procurator. 1. num 3. 4. cum ſeqq. ff. quod quiſq. jur.* maxime in rem ſuam datus. *l. procurator. § 5. de procurat. Bart. l ult ubi Dd. inf. de except. & transl. milit. lib. 12. & l. 1. §. ſi procurator. 2. ſi quis jus dicenti non obtemp.*

L. neque 8.

1. *Vſufructuarius, vel eius heres proprietatem præſcribere nequit, quod ex Accurſij ſententia limitatur n 3.*
2. *Vitia authorum quatenus noceant ſucceſſoribus in materia uſucapionis.*

FRuctuarius † nequit præſcribere 1 proprietatem, cum ob malã fidem, *l. 2. inf. de præſcript 30. ann* habet n. conſcientiã rei alienæ, *l. ult. inf. und. vi.* tum quia naturaliter tantum poſſidet, *l naturaliter in pr. de acquir poſſ.* hoc eſt, alio nomine, *l. 2. ff. pro hæred Cuiac. l. ſervi. 16 de uſucap. & obſer. lib 4. c. 3. Cont. diſput. lib 1. c. 9.* licet pro ſe, & ſuam ad utilitatem poſſideat. *Ias. d. l. naturaliter. n. 1. & 14. per l ſi de fundo. 10. de vi armat.* ea vero naturalis poſſeſſio non ſufficit ad uſucapionem. *Bart. l. 1. num. 8 & ibi copiosè Soc. jun. nu. 264. 293. 338. de acquir. poſſ. per l. acquirantur. 10. § 4. de acquir. dom. Ias. l. 3. § ex contrario. 4. num. 25. de*

25.. *de acquir. poſſeſſ. Cuiac. in cap. poſſeſ-
ſor, in pr. num. 7. de R. I. in 6. Pariſ. conſ.
1 9. num. 26. vol.* 1 præſertim quamdiu
alius, ut hic proprietarius, civiliter poſ-
ſidet, *gl Bart. Iaſ. & Dd. in l. clam poſſi
dere 6. §. 1. de acquir. poſſ. gl. magna verb.
præſcriptione, ubi Bart. Iaſ. in l. 1. infr.
de ſer. fugit. & d. l. 3. §. ex contrario. 4. ubi
Iaſ. num. 52. 54. de acquir. poſſ.* eadem-
que, ut volunt, obſtant ſucceſſoribus e-
ius, *l. vitia. 11. inf. de acquir. poſſ. §. pen.
Inſt. de uſucap.* nam communis eſt con-
2 cluſio † tranſire vitium defuncti etiam
in bonæ fidei hæredem, *l cum heres. 11.
ubi Bart. de diverſ. & tempor. præſcript.*
ſic ut ne longiſſimo quidem tempore,
ne quidem ex ſua perſona præſcribat,
*Balb. tract præſcript. parte. 2. part 3. prin-
cip. quæſt. 3. num. 2. & quæſt. 12. num.
11. 12. 13. Alex. conſ. 63. ſtantib. num. 1.
vol. 4.* Singularis tamen ſucceſſor, ut
emtor, ex ſua bona fide uſucapiet, et-
jam tempore breviore, *d. l. cum heres.
Balb. 2. part. 3. part. prin. quæſt. 3. num. 1.
Tiraq. de retr. convent. § 1 gloſſ. 2. num. 2.*
cum non noceat ei vitium autoris i-
gnorati, *Balb. 4. part. 4. part. quæſt. 3. nu.
1.* Idem ergo erit in ſucceſſore dignita-
tis. *gl. l. tutor. 56. in fi. de adminiſt. tut.*
quam ut ſingularem commēdat, *Caſtr.
in l. nunquam. 31. in pr. de uſucap. Alex.
l. Pomponius 13. §. cum quis. num. 2. de
acquir. poſſ. Panor. num. 9. Fel. & Dd. c.
4. de præſcript. & c. cura. 11. ubi gloſſ. de
jur. patr.* Item in ſucceſſore feudi. *Dd.
ibid. Iaſ num. 28. Alex. num. 6. & 8. l.
Pompoinus. 13. §. cū quis. de acquir. poſſeſſ.
idem Alex. conſ. 82. viſo. num. 8 vol 2.
cons. 63. ſtantibus, num. 11. vol. 4. Panor.
conſ. 3. nitar. quæſt. 12. vol. 2.*

3 Cæterum † quod Accurſ. in fine hic
ſubiicit, uſufructuarium uſucapere poſ-
ſe, ſi domino poſſeſſionem intervertat,
puta ſi eum non admiſerit, declaratio-
ne habet opus. Equidem naturaliter
poſſidens inchoat poſſeſſionem ex eo
momento, quo civiliter poſſidens a-
mittit *gloſſ. Bart. & Dd. d. l. clam poſſi-
dere, & l. 3. §. ex contrario. 4. de acquir.
poſſ. & l. 1. verb præſcriptione, ubi Iaſ nu.
45. inf. de ſer. fugit.* Amittere autem in-
telligitur, qui prohibitus acquieſcit,
*l. clam poſſidere. 6. §. 1. ubi Dd. de acquir.
poſſ l ſi quis. 10. ſi ſer. vind. l. hac autem.
6. de ſer. urb. præd. l. qui luminibus. 11.
cod. tit. Iaſ in l. quo minus. 2. num. 3 de
fluminibus.* Sed hoc caſu ex ſola prohi-
bitione id non rectè ſumitur, quia uſu-
fructuarius prohibens videri poteſt id
facere magis ad tuendam ſuam, quam
invadendam alterius poſſeſſionem, *Iaſ.
in d. l. naturaliter. 12. in pr. nu. 2.* Dein-
de ne quidem ſatis erit ſpoliatio poſſeſ-
ſionis, ſi abſit bona fides. *l. ult. inf. und.
vi. d. l. 2. infr. de præſcript. 30. ann.* ma-
ximè ex jure Canonico, *cap ult ubi Dd.
de præſcript.* niſi quod poſt 30. annos il-
la non amplius præſumatur, *Bart. nu.
17. d. l. ult. inf. und. vi Iaſ. in § ſed iſtæ.
num. 11. Inſt de act. Cravet. de antiquit.
tempor. part. 4 §. materiæ. num. 16. cum
ſeq.* dato etiam, quod conſtet de anti-
quiore alterius poſſeſſione. *Balb. in l.
Celſus. part. 3 num. 10. & ibidem Siſell-
us. num 31. de uſucap. Innoc. cap. 2. num.
8. de in integ. reſtit.* quam commu-
nem, *Covar.* dicit. *in cap. poſſeſſor part.
2. §. 8. num. 3. de R. I. in 6.* etiamſi con-
tra teneat. *Imol. d. l. Celſus. num. 3.
Alex. conſ. 92. in cauſa num. 2. vol. 2.
Corn. conſ, 207. videtur, num. 5. vol. 3.*

In

In eo autem omnes conveniunt, hanc præſumptionem cõtraria probatione elidi poſſe, atq; ita poſſe centenariam, vel immemorialem præſcriptionem annihilare ſecundũ communem, teſte Covar. *d. c. poſſeſſor. part. 2. §. 8 nu. 3 ex gl. cap. 1. ver. niſi, ubi Franc. Balb. n. 14. de præſcript. in 6. Angel in §. furtivæ. num. 1. Inſt. de uſucap.* Iam etiam & illud tenendum, in præſcriptione, de qua hic agitur, juſto, ut notum eſt, titulo opus eſſe, ut illa Accurſij exceptio magna ampliatione habeat opus, nec ſane puto admodum huc pertinere, cum diſertè lex ipſa non de ejusmodi caſibus loquatur, ſed de fructuario, ac ſucceſſoribus eius, qui ex illa cauſa rem tenent. Quanquam & hic propriè non de uſucapione agatur, ſed de veteri lõgi temporis præſcriptione, quæ loco erat uſucapionis in rebus, quæ uſucapi non poterant, ut ad tit. ſequentem amplius dicetur.

L. Vſufructu, IX.

1. *Vſufructuarius aut proprietatem alienare nequit, ita eandem nec perdere, aut quovis modo mutare.*
2. *Vſufructuarius jus ſuum alienare non prohibetur, reſoluto tamen jure alienantis, reſolvitur jus accipientis.*

1 VSufructuarius † alienare nõ poteſt proprietatem *l. ult. de uſu & habit. l. 7. in fi. eod.* proindeque nec ſervos proprietarij manumittere, *l. 1 eiu. 9. §. ult. eod.* Alienare eſt dominiũ transferre, *l. 1. infr. de fund. dot.* vel perdere non transferendo ut hic manumittendo, item rem mutando, *l. ult. de uſu. & habit. l. 7. in fi. eod* etiam in melius. *l. ſi cuius. 13. §. ſed ſi adium. 7. l. uſufructuarius. 44. eod.* Unde nec rivum novum parieti imponere poteſt, *l. uſufructuarius. 61. eod.* quod ſtillicidij genus eſt, ut flumen, *l. ſervitutes. 20. §. ſtillicidium 4. l. foramen. 28. de ſervit. urb. præd.* neque rectorium. *l. uſufructuarius. 44. eod.* nec imperfectum ædificium conſummare. *l. uſufructuarius. 61. § 1. eod.*

2 Nihil autem † hæc pertinent ad uſumfructum, quem ut jus ſuum alienare poteſt, *l. cui 67. l. non utitur. 38. eod. Inſt. in pr. de uſu & habit.* etiam invito proprietario, *d. l. cui. 67.* & is, qui ſic accipit, lata ſignificatione uſufructuarius dici poteſt, ut *Iaſ. in l. 1. in pr. num. 5. & in 2 lectur. num. 7. & 19. ad SC. Trebell.* Cæterum non totum jus alienare oſtẽdit, quod ante diximus, nempe nihilominus cum perſona cedentis, non autem accipientis uſum fructum finiri ex *l. neceſſario 8 § ult. de peric. & com. rei vend.* Illud vero repudiandum, quod noſtri ſubtiliter diſtinguunt, vendito uſufructu, jure ſuo fructuarium cadere: Iure vero ſuo vendito, nihil amittere. *Bart. & Dd. in l. 1. infr. de petit. hon. ſubl. & l. voluntas. ubi Bald. inf. de fideicom. Ang. & Dd. in pr. Inſt. eod.*

L. domina. X.

1. *Summatur h leiuſq; mendoſa lectio taxatur.*

1 MEndum huius legis mendoſis interpretationibus occaſionem dedit, pro morte, reponendũ more, diſpuncta particula i, quam librarij de ſuo addiderint, ſicut & alibi in Codice id, crebrius eſt factũ. Sententia hæc eſt, ſi

eſt, ſi domina proprietatis uxori tuæ uſumfructum locavit. (nec enim locare minus poteſt, quam pignorare *l. 1. inf. ſi pig. pign. dat ſit ſub cert. ann. præſt.*) ſub certa annua penſione, qualem locatio requirit *§. 1. Inſt. de locat. l. 5. §. at cum do. de præſcript. verb.* more, h.e. jure, modoq; conductricis primæ, nempe uxoris tuæ, quæ deinceps alteri locavit, ſicut conductor ulterius locare poteſt, *l. nemo 6 inf. locat.* etiam uſumfructum *l. cum antiquitas 13. verb. uſufructus. inf. eod.* dum tamen æquè idoneo, & ad eundem uſum elocetur, ut hoc ipſum nomen (more) oſtendit. & probat pluribus *gloſ. in d. l. nemo 6. inf. loc. per l. ſi cuius 13. §. ult. l. ſed ſi is § 1. verſ. ſecundum conditionem earum. eod.* ſimilis utendi fruendi cauſa non eſt deneganda ei, qui ab uxore tua conduxit, quemadmodũ & aliâs jure modoq; cedẽtis utitur ceſſionarius, quocunq; modo capiat, *l. emtor 5 ubi Bal. quæſt. 8 inf. mand. l. 1. 2. inf. de obl. & act. Rom. conſ. 142 quod ceſſionarius. num 1. & 2. Bovius de præſcript. glo. 19. num. 19. num. 48.*

L. Habitatio. 11.

1. *Summa huius legis.*

Habitationis ſervitus finitur eius morte, cui cõſtituta eſt, nec tranſit in heredem, quia perſonalis eſt, *l. ſi habitatio 10. de uſ. & habit.* quamobrẽ ſi legaverit quidam habitator alicui eam habitationem, dominij vindicationẽ, quam à morte eius, reverſa ad proprietatem habitatione, dominus habet, nõ excludit, ut *l. uſufructu 9. h. tit. l. res. 17. inf. de jur. dot.* etiamſi legatum rei alienæ, quoad obligationem heredis, valet, *§. non ſolum. Inſt. de legat. l. cum alienã 10. inf. de leg.* ſicut & venditio, *l. rem 28. de contrah. emt.*

L. ambiguitatem, 12.

1. *Uſusfructus relictus uſq; ad tempus certæ ætatis, aut eventum certæ conditionis non perit morte uſufructuarij, ſed demum cum tempus, aut conditio evenerit.*

Eſt hæc deciſio Iuſtiniani, ut reliquæ ſequentes omnes, quibus veterum de his, quæ hic proponuntur, quæſtionibus altercationes tolluntur, *l. un. §. 1. ſup. de emend. cod.* Hanc autem ſingularem vocat *Bald. hic, num. 4* nec alibi in jure reperiri teſtatur *Caſt. l. ſi cui 49. §. 1. de leg. 1.* Summa hæc eſt, Uſumfructũ morte finiri uſufructuarij, nõ etiam eius, ad cuius certã ætatẽ relictus eſt, *l. 5. h. tit.* nam etſi alias dies incerta pro conditione eſt, *l. 1. in fin. l. dies 75. de condit. & demonſtr.* non tamen quando cum tempore certo permiſcetur, ut hic pluribus oſtendit *Bald. num. 2. & 3. ex l. Seius 46. ad Trebell. cum ſimilib.* vel etiam ſi relinquitur ad certam qualitatem, ut quoad reſipuerit filius in furore conſtitutus: hoc tamen modo durat uſusfructus ad vitam uſufructuarij. Superiore in caſu cum certo tempore finitur. Ad rationem gloſ. de onere & lucro adde regulam *l. cum 30. de jurejur.* cum qui in uno gravatur, in alio relevari: quo & reſpicit ultima particula huius legis.

L. Cum antiquitas, 13.

1. *Diviſio & argumentum h. l.*
2. *Corrigitur textus.*

DEciſio etiam hæc eſt Iuſtinianea, ut oſtendit verſiculus, *autorum iurgiis decidentibus*, tres veterum altercationes determinans. Primum, tribuendo propriam habitationi ſpeciē ab uſu diſtinctam, de quo olim litigabatur *l. ſi habitatio 10. de uſ. & habit. Capol. de ſervit. urb. præd. cap. 6.* Secundo dum ſtatuit habitationem locari poſſe, contra *l. ſed neq. 8. cū ſeq. de uſu. & habi.* & rationes Connani *lib. 4. cap. 5. num. 6.* maximè ſi pleniore verbo uſufructus, habitatio relicta ſit. Tertio decidit, habitationis legato uſum tantum, & ſervitutem, non proprietatem contineri, niſi appareat, teſtatorem ipſum dominium relinquere voluiſſe, quia voluntas eius verbis anteponitur, *l. cum virum 16. ubi copioſe Coraſius inf. de fideicom.* quod tamen evidentiſsimis probationib' à legatario probari vult textus, ut & aliâs contra iuris præſumtionem *l. ult. de eo quod met. cau.* quibus evincatur teſtatorem vocabulo habitationis pro domo fuiſſe uſum, ad quod nō exiſtimo propterea ſufficere, quod hic Accurſ. vult, ſi probetur teſtatorem ſic ſolere uſurpare vocabulum habitationis: nam hæc conjectura eſt, non evidentiſsima probatio, qualem lex requirit. Deniq; hæc coniectura valet in caſu dubio, ubi non apparet, quid ſenſerit teſtator, *l ſi ſervus 30. §. ult. de legat 1.* Cæterum quando res certis vocabulis, quæ ſunt immutabilia. *l. 4. de legat. 1.* exprimitur, ut hic, talis coniectura non ſufficit, quoniam non aliud ſenſiſſe putetur teſtator, quam quod genuinus ſenſus ſignit, *l Labeo. 7. de ſuppel. leg. l. non aliter. 69. de legat. 3.* nec in certis, ut aliter, locus debet eſſe conjecturis, *l. continuus 137. §. 2. de verb. obliga.* Eſt autem & certus caſus legis, quali hîc proponitur *l. ancillæ 12. ubi gl. verb. quæſtio. inf. de furt.*

Quanquam autem ✝ de legata habitatione tractat hæc lex, idem tamen intelligatur de aliter conſtituta, quod oſtendit *verſiculus ult.* in quo pro *locis* legendum *modis*, ſicut & *gloſſ. ultimam* legiſſe apparet, & verba ſequentia, ut ita legatur exigunt,

---

L. Antiquitas. 14.

1. *Morte uſufructuarij finitur uſusfructus, niſi à conſtituente ſit diſpoſitum, ut etiam ad heredes tranſeat, quo tamētsi ſit ad primos tantum heredes, non etiam ulteriores producitur.*

GEneralis uſusfructus interemtio eſt mors uſufructuarij, ut hic dicitur, *verb. generali interemtione*, niſi diſertè heredi quoque conſtituatur, *l ſtipulatio. 39. §. ſed ſi quis 12. de verb. obligat.* ſicut initio qualitates modiq; ſervituris conſtitui poſſunt, qui alias non inſunt *l. uſufructuarius 6'. §. 1. l. vetus 68. eod.* quo caſu ad primū reſtringitur, ut hîc, ſublatis veterum altercationibus, decidıtur, contra antiquam juris regulam, *l. ult. inf. de hered. inſtitut.* ne ſemper fit inutilis proprietas *§. ult. Inſt. eod.* Quare quod *Accurſ. hic ad verb. herede*, excipit, niſi conſtet, teſtatorem de ſecundo herede ſenſiſſe, videndum an non pugnet cum legis deciſione, quæ in hoc tantū indulſit teſtanti, vel paciſcenti, contra leges & naturā uſusfructus perſonalē, ut in primo herede valere pateretur

ciuſmo-

ciuſmodi uſusfructus conſtitutionem, quæ ideo ulterius extendi non debet, *l. nemo 55. de legat. 1.* Alioqui ſi permittas in ſecundo, pari ratione dandũ idem erit in tertio, adeoque in infinitum eadem ratione, contra hanc legem & eius rationem, ne inutilis evadat in perpetuum proprietas *l. 3. in fin. eod. l. ſi uſusfructus 8. de uſufr. lega.* unde & incertitudo dominiorum conſequitur, contra bonum publicum *l. 1. de uſucap* quia perpetuus poſſeſſor dominus videri potius poſſit, quam proprietarius *l. 1. de ſuperficieb. l. 1. 2. ſi ag. vect.* Idemque incurrit in finem dominiorum, qui eſt in uſu *l. 2. de his qui ſunt ſui jur. l. in re 21. inf. mand.* paria enim ſunt non habere, aut habere inutile, *l. ult. ubi gloſſ. verb. orbitates. inf. de plagiar. c. 2. ubi gloſſ. verb. inutilem, de tranſlat. epiſc.*

L. Inter. 15.

1. *Hæc conſtitutio cur promulgata à Iuſtiniano.*
2. *Uſusfructus per ſervum domino acquiſitus finitur domini morte, non ſervi.*
3. *Ratio dubitandi.*
4. *Rationes decidendi.*

1 EST & hæc deciſio Iuſtiniani, lata de finiendis eorum ambiguitatibus, qui ipſius mandato pandectas ex ICtorum libris conficiebant, quos in diſſenſione ICtorum alios aliorum opiniones ſecutos apparet, ut deciſione Imperatoria fuerit opus.

2 Pronunciat autem † hîc pro Iuliani ſententia, quem ſummum vocat juris ſcientiæ autorem, nempe ut acquiſitus per ſervum domino ſemel uſusfructus tollatur domini morte, non etiam ſervi morte, vel alienatione.

Dubitationem faciebat † quod in 3
filio aliter placuit, *l. ult. in fin. inf. eod.*

Deciſionis † duplex affertur ratio, & 4
quod ſit humanius hoc, *ut in l. ambiguitatem 12. verb. humaniſſimum. ſup. eod. ut & in l. ſi ſervitus. 23. verb. humanius eſt. de ſervitut. urb. præd.* h. c. æquius. *§. theſauros §. per traditionem I. de rer. diviſ.* melius, *l. 1. §. ſecundo loco. 6. verſ. ſed melius. de poſtul.* utilius, *l. ſervitutes 20. §. ſi ſublatum 2 de ſervitut. urb. præd. l. ſi id quod, verſ. videtur utilius. de acquir. poſſeſſ.* benignius, *l per fundum 11. verb. benignius. de ſervit. urb. præd.* Et quod non interemtio, id eſt, amiſſio uſusfructus, ſed retentio ſtudioſa ſit paſſivè, id eſt, ſtudio favore digna, vel gratioſa: nam magis favetur retentioni, quam acquiſitioni, *l. qui furere 20. de ſtat. hom l. 1. §. 4. de poſtul. l. ſi in area. 33. in fin. de condict. indeb.* nedum amiſsioni, de qua Lex ſequens inquit, durum eſſe ſatis amittere, quod ſemel poſſeſſum eſt, intellige citra ſuam voluntatem, ut hîc, *§. per traditionem. Inſtitut. de rer. diviſ.* & ſine iuſta cauſa, *l. ult. ubi Iaſ. ſup. ſi contra jus.*

Poſtremo, quia multi caſus incidant, ut hîc dicitur, rebus mortalium, per quos videlicet caſus ſervi alienentur, *l. juſto 44. in princip. verſ. propter quotidianam, & aſſiduam comparationem ſervorum. de uſucap.* ut non putandum ſit, in conſtitutione uſusfructus, qui domino quærebatur, reſpectum habitum

 adſer-

ad ſervum, velut inſtrumentum, qui leviſsima quaq; occaſione alienari poteſt. Proinde gl diſtinctio, quæ in filio valet, *l.ult. h tit.* hic nõ eſt recipienda, utrum domini, an ſui contemplatione ſervus quæſierit: Lex enim ſic non diſtinguit, *l. de precio*, 8. *de public.* & filius ſibi quærere poteſt, ſervus non item, qui totam deſignationem à domino habet, *l. non minus*. 31. *de hered. inſtit. l. de liber.* 82. §. 1. *de legat.* 2.

Lex Corruptionem XVI.

1. *Summa* h. l.
2. *Actiones perſonales natura ſua durant 30 annos, quod nonnunquam fallit, & nu 5. 7.*
3. *Actio an per præſcriptionem ipſo jure, an vero ope exceptionis tollatur & num. 8.*
4. *Uſusfructus quanto tempore præſcribatur.*
6. *Uſufructuarius quatenus poßideat.*
8. *Exceptio præſcriptionis quatenus ſit excluſiva juris agendi.*
9. *Uſusfructus per maximam & mediam capitis diminutionem, non autem per minimam finitur.*

1 NOmine magis, quam re ſúbtilis, & de apicibus juris, ut loquitur *Ulp. l. ſi fidejuſſor* 29. §. *quædam* 3. *mand* putatur hæc lex, quæ corruptionem (quomodo ICtus dicit corrumpi ſervitutis ſtipulationem *in l. pro parte* 11. *de ſervit.*) uſusfructus multiplicem, h.e. modos quibus ille corrumpatur proponit, de his *ſup. diximus. cap. ult. & extat tit. ff. quib. mod. uſufr.* §. *ult. Inſt. de uſufr Cæpol. de ſervit. urb præd. cap.* 4. quamobrem verba tantum paucis exponemus.

2 *Capitis minutione:*) *l. 1. in princ. quib. mod. uſusfr.* ex † quo intelligi poteſt, licet perſonales actiones natura ſua 30. durẽt annos, *l. 2. inf. de conſti. pecu.* tolli tamen citius re, ad quam dantur, uſucapta, vel extincta. *l. hereditas*. 7. *in fin. ſup. de petit. hered. l. 4. in fin in quib cauſ. ceß long temp. l. pen. inf. tit. 1. Novell.* 119. §. *ultra. ut donat propter nupt.* nam actiones à reb. in quas diriguntur, tanquam à materia, & fine pendent, *l. 1. ubi gl. & Dd. ſup. ſi advers. tranſact.* §. *ergo verb. numeranda in Auth. de non alienan. Tiraq. copioſe de retr. prox.* §. 1. *n.* 2. 3. 4. *gl* 7. Quanquam autẽ † text. hîc 3 utatur ſignificante verbo tollendi, *ut Inſt. quib. mod. toll. oblig* tamen placet noſtris, ope tantum exceptionis actionem tolli *gl. magna hic, ad verb. alteri cantib. in fin. Contra Connan. lib. 1. diſput. cap.* 12.

Per annum:) Nam ſicut olim † uſucapiebantur, res mobiles, ſic etiam jura his adhæreſcentia, ut uſusfructus, *l. ſicut* 14. *inf. tit. 1.* unde ſervata eadem analogia videri poterat, etiamnum harum rerum uſumfructũ triennio præſcribi, ſicut & ipſæ res mobiles uſucapiuntur, *Inſt. de uſucap. in pr.* quod tamẽ negat *gl. antep. hic ad verb. exclude.* 4

Vel biennium:) Quo uſucapiebantur res ſoli, & ſic uſusfructus earum *d. l. ſicut* 14. *inf. d. tit.* 1.

Non ſolum actionem:) Nota † aliud 5 eſſe perſonalem actionem, qua uſusfructus petitur, tanquam jus ad rem, aliud ipſum uſumfructum, ut jus in re, neque dubium veteribus fuit, quin uſusfructus periret anno in mobilibus, biennio in immobilibus non utendo, *l. ſicut* 14. *inf. tit.* 1. ut oſtendit etiam hæc *l. in prin. ip. verſ.* *ſed*

ſed de uſufructu hoc indubitatum fuerat, Verum an actio perſonalis ſimiliter periret, id vero nec ſine ratione dubitabatur ob perpetuam harum naturam, de qua *Inſt. de perpet. & tempor. act. in pr.* quod hic tandem definitum eſt.

Retinere non poſſe.) Scilicet naturaliter & corpore: nam animo civilis poſſeſſio retinetur. *l. 1. §. quod vulgo. 19. de vi arm. Paul. lib. 5. ſent. tit. 2. in pr. l. 3. §. ſaltus. 7. § in amittenda. 9. l. fi. 25. §. 1. & paſſ. de acquir. poſſ.* & proinde etiam uſusfructus. *l. 3. §. unde vi. 8. de vi arm. Bart. l. inſtrumento. 44. §. 4. num. 3. de uſucap* rem † poſſidet uſufructuarius

6 naturaliter, *l. naturaliter. 12. in pr. de acquir. poſſ.* jus in re ſuum, id eſt, uſumfructum etiam civiliter. *Iaſ. ibi & Dd. in fin.*

Talis exceptio) Longi temporis, quod continuum eſſe debet. *l. nunquam. 31. §. 1. de uſucap. Cuiac. ad Vlp. tit. 19. praeſcriptio. l. ult. inf. de long. temp. praeſcript.* Haec enim non modo tollit civilem poſſeſſionem per non uſum, *Iaſ. latè in l. 1. num. 45. 46. inf. de ſer. fugit. & in d. l. clam. 6. §. qui ad nundinas. 1. num. 34. de acquir. poſſ.* ſed etiam res ipſae praeſcribuntur eodem tempore, *d. l. ult. inf. de long. tempor. praeſcript.* ac conſequenter etiam jura, tam acquirendo per uſum *l. 2. verb. exemplo rerum immobilium inf. tit. 1.* quam amittendo per non uſum, *l. pen. inf. tit. 1.*

Etiamſi dominium vindicatur) Vindicationem † excludi diximus re uſucapta, cuius rei triplicem hic rationem

7 adfert *Bald. num. 2.* Primo, quia conſentaneum eſt, actionem ad rem cum re perire. Secundo quoniam alioqui fruſtranea eſſet praeſcriptio. Tertio quod actio perſonalis juncta reali ratione unionis ſimul perimatur. *l. pluribus. 140. §. etſi. 2. de verb. oblig.* Secus eſt in pignore & ſimilibus juribus, quibus non res petitur, ſed quae à re petuntur. *l. uſucapio. 7. infr. de pignor.* haec enim non pereunt re uſucapta, quia translato dominio una tranſeunt, *l. ſi debitor rem. l. 12. infr. de diſtr. pign.*

Praeſentem vel abſentem.) Illum poſt 10. hunc poſt 20. annos continuatae poſſeſſionis. *l. ult. de praeſcrip. long. temp. Paul. lib. 5. tit. 2. verſ. longi temporis praeſcriptio.*

Excludere.) Hinc † notant exceptionem praeſcriptionis eſſe excluſivam juris agendi. *cap. 1. ubi gl. & Dd. verb. finitur. de lit. conteſt. in 6.* ſcilicet cum in continenti probari poteſt, *Bart. l. ult. num. 3. pro ſuo. & l. 5. ubi Iaſ. num 5. & 6. de jurejur.* Exceptio autem de qua hic *verb. niſi talis exceptio opponatur*, & *verſic. niſi talis exceptio*, praeſupponit actionem. *l. 2. de except. §. 1. & paſſ. Inſt. eod.* ex quo volunt non ipſo jure tolli prius jus per praeſcriptionem, ſed ope exceptionis, cujus dogmatis utilitates videre licet apud *Covar. in proceſſ. part. 3.* Quanquam contra Centius ut dixi. *cap. 12. diſput. lib. 1.* Et ſane exceptio non ſemper probat competere actionem, quia poteſt haec nulliter moveri, & eidem exceptio, quae dicitur intentionis, obiici. *l. antep. infr. de except. Azo. in rubr. infr. de except. Panor. & CCia, extra eod. Socin. & Dd in l. 2. ff eod.* 8

Neq. per omnem capitis minutionem.) 9 Sed tantum † per maximam, quae libertatem adimit, vel mediam, quae civitatem Romanam, ut poſt ſequitur, quoniam utraque pro morte civili habetur: nam minima olim quidem tolle-

bat,ut hic iudicatur,cum per venditiones in emancipationibus uſitatas mutaretur ſtatus: hodiè non item, ijs ſublatis. *l. ult. inf. de emancip.* inde dici poteſt hanc minutionis ſpeciē hodie antiquatam eſſe, forma utique & effectione eius ſublatis, &c.

L. Vltima.

1. *Diverſa huius legis habetur lectio.*

1 HUic legi non obſtat. *l. qui uſumfr. 36. §. ult. eod.* ſi ſequaris Florent. exemplum, *uſusfructus ſervi*, non *ſervo*, ut ita perperā Accurſ legit, rectius *in d. § ult.* ubi Piſanam literam ſic habere dicit gl. nec ideo quicquam huic obſtare meminit, ut & in *l. inter. 25. in fin. ſup. eod.*

Contemplatione magis filij.) Alioqui patri potius reliquiſſet. Secus eſt cum filiæ dos datur: cum enim hæc onerib. patris incumbat. *l. dotem. 6. verb. ex officio patris. de coll. bono.* huius potius cōtemplatione, quam filiæ, data videtur. *d. l. dotem. Coras. l. filium. 24. nu. 136. inf. famil. hercisc.* Secus item in ſervo, cuius intuitu nihil relictum videtur. *d. l. inter. 25. ſup. eod.*

TITULUS XXXIV.

De ſervitutibus & aqua.

1. *Continuatio.*
Servitutum nomine abſolutè poſito veniunt ſervitutes reales.

2. *Servitutes reales, vel prædiales unde hoc habeant nominis, & cur in rubrica ſervitutibus ſit adiectum verbum* aqua.
3. *Servitutes reales quid?*
4. *Servitutum realium propria.*
Servitutes quatenus recipiant partes & n. 5.
Intellectus l. 8. §. 1. ff. de ſervit
Servitutes urbanæ, & ruſticæ quatenus ſint perpetuæ, continuæ, ac de jure veteri præſcriptibiles.
Servitutes an & quatenus ſint transmiſſibiles, & ceſſibiles.
6. *Servitutum realium ſpecies à nomine, item à qualitatibus propriis n. 7. à cauſa efficiente n. 8. à forma. n. 13 à fine & effectu, n. 14.*
9. *Servitutes urbanæ, & ruſticæ quæ? & quod prædia non loco, ſed uſu diſtinguantur, quamvis Neratius diſſenſerit.*
Ex ſervitutibus ruſticis fieri poſſunt urbanæ, & ex his illæ & n. 10. circa fin.
Servitutes à prædio dominante nuncupantur.
10. *Urbanarum ſervitutum genera & cuiuscunque generis ſpecies.*
Naves an ad prædia urbana, vel ruſtica referendæ
11. *Ruſticæ ſervitutes quotuplices & num. 12. 43.*
Molendina inter prædia ruſtica referuntur.
Iter quatenus via & actui inſit, ac quid ſervitus itineris, via & actus à ſe invicem differant.
12. *Solariæ, ſuperficiariæ, & aereæ ſervitutes quæ? n. 43. 44.*
Qui per[illegible] ſervitutem hauriendæ aquæ, tanquam principale, iter quoque, tanquam acceſſorium, perdidiſſe certi juris eſt. & nu. 55.
13. *Formata & informis ſervitus quæ?*
15. *Servitutis ſpecies in conſtitutione eſt exprimenda, alioqui conſtitutio tanquam generis incerti, & ambigui non valet.*
Plures quidem ſervitutes uni vel pluribus ab eodem conſtitui poſſunt, ſed non contrariæ, quibus impediatur ſervitus jam ante conſtituta. & n. 34.
Servitutem de ſervitute conſtituere an ſit permiſſum, & n. 47.

Servitus,

Servitus, uni prædio dominanti à pluribus prædijs ſervientibus debita, una eſt, & uſ[illegible] partis, hoc eſt dum in uno prædio ſerviente exercetur, tota, ac in omnibus prædiis retinetur.

16. *Servitutum realium cauſa efficiens remota, & propinqua. n. 18. materia circa quam n. 35. materia in qua n. 36. forma n. 49. & ſeqq. finis n. 57.*

Servitutes reales quatenus ſint juris gentium, & quatenus juris civilis.

17. *Servitutes quibus modis conſtituantur, & acquirantur & n 18. 19.*

18. *Servitutum traditio conſtat patientia ejus, qui debet, & uſu ejus, cui debetur & n. 54. ubi exponitur quomodo cauſa ſervitutum remota effectu differat à cauſa proxima & num. 58.*

19. *Ad præſcriptionem ſervitutum quæ requirantur & n. 30.*

20. *In poſſeſſione ſervitutum, (quæ ad præſcriptionem earum eſt neceſſaria) quomodo quis conſtituatur.*

21. *Ad præſcriptionem ſervitutum an titulus ſit neceſſarius & n. 30*

22. *Servitutes urbanæ olim ante legem Scriboniam uſucapi poterant, non verò ruſticæ & n. 4. donec L. Scribonia urbanarum quoq; uſucapionem prohibuit, ex tuitione tamen Prætoris utræq; lõgo tẽpore acquiri potuerunt.*

23. *Uſucapio à longo temporis poſſeſſione, ac inde reſultante præſcriptione olim differebat propriis, & cauſa efficiente, item materia n. 24. forma. n. 25 fine n. 26 effectu nu. 27. Hodie verò hæc diſcrimina per Iuſtinianum ſunt ſublata, qui uſucapionem quoad res ſoli, & ſervitutes transformavit in longi tẽporis præſcriptionem. n. 28.*

29. *Omnes ſervitutes tam continuæ, quam diſcontinuæ hodie uſucapiuntur.*

30. *Ad uſucapionem ſervitutum requiritur titulus, poſſeſſio, & bona fides, de jure quidem civili ab initio ſaltem, non verò in continuatione poſſeſſionis, de jure vero Canonico usque ad completam præſcriptionem.*

31. *Uſucapio ſervitutum an denunciatione interrumpatur.*

32. *In præſcriptione immemoriali nihil de veteri jure à Iuſt. fuit immutatum, ſed ea ut olim ita & hodie quælibet ſervitutes acquirũtur.*

33. *Servitutes à quibus poſſint conſtitui.*

34. *Servitutes reales à quibus poſſint prædiis acquiri.*

Pluribus una ſervitus ſeparatim poteſt cedi, & acquiri in ſolidum. & n. 15.

35. *Permiſſa de jure in ſervitute deduci nequeunt.*

36. *Servitutes reales quibus rebus poſſint imponi*

Prædia unde dicta?

37. *Prædium quatenus ſit nomen univerſitatis, & quod verbũ prædij latius pateat nomine fundi.*

38. *Prædium quid?*

39. *Prædiorum genera.*

40. *Sicut prædio ſaltẽ proprio, ita non niſi prædio alieno ſervitus poteſt acquiri & n. 42.*

41. *Prædia ſervitutẽ ſibi invicẽ debentia oportet eſſe vicina, niſi forſitan intermedium ſervitutis uſum non poſſit impedire. & n 46.*

42. *Prædiis non modo extantibus, ſed & futuris, ac ædificandis ſervitus poteſt acquiri.*

43. *Servitutes conſtitui poſſunt vel in toto fundo, vel in certa eius parte diviſa. & n. 47.*

Servitute in prædio ſimpliciter cõſtituta, totum prædium ſerviens, omnesq; eius glebæ ſerviũt, ſicut contra totum prædium dominans dominatur, quod tamen ibid. limitatur.

45. *Locis ſacris, ſanctis, & religioſis ſervitus imponi nequit, ijs tamen ex ſingulari favore ab alijs prædiis deberi poteſt.*

46. *In locis publicis ſervitutes conſtitui nequeunt, per ea tamen ex privato in privatum traduci poſſunt, quod tamen in quibuſdam ſervitutibus fallit.*

Ædificata in loco publico, niſi officiant, non ſtatim quis tollere cogitur, ſed ibidẽ ſarta tecta relinquuntur, ſi inde ſolarium præſtetur, ſecus eſt in ædificatis in locis religioſis, ſacris, & ſanctis.

47. *Rebus mobilibus, & juribus incorporalib. ſervitus prædialis imponi nequit ubi docetur, quatenus feudo. ſervitus imponi, & ſervitutis ſervitus eſſe queat & n 15.*

48. *Materiã alieno ſolo imponere, & ædificatũ ſupra alienum in quatenus habere liceat.*

Cellam, aut penum ſub alterius domo habere an ſit permiſſum.

49. Com-

49. *Conventio de ſervitute recipit quidem diem, & conditionem, non autem ipſum ius ſervitutis. (quod ibid limitatur) vſus tamen ſervitutum tertiis temporibus poteſt diſtingui, iiſdemq; modus adiici.*

50. *Forma ſervitutum à conſtituente præſcripta ſtricte eſt cuſtodienda, quod ſi conſtituens nullam certam formam ei dedit, is cui ea conſtituta eſt, civiliter illa uti debet.*

Si conceſſum eſt iter alicui per fundum, per quem locum fundi liceat ire?

Servitute ad certum fundi locum reſtricta amplius mutare, & de loco in locum eandem transferre non licet.

51. *Servitute in fundo ſimpliciter conſtituta quis eandem ad certam fundi partem coercere, locumq; certum eidem deſignare debeat & n. 43.*

52. *Actus, itineris, viæq; latitudo, & quid iuris ſit ſi à conſtituente tam anguſtum ſpacium viæ eſt demenſum, ut vehiculum duci nequeat.*

53. *Servitus pro parte acquiri nequit, & proinde parte alienatá, tota interit.*

54. *Servitutes non poſſunt ita conſtitui, ut eam patiens faciat quid in ſuo, ſed ut patiatur, quod fallit in ſervitute oneris ferendi, & n. 57.*

55. *Servitutes conſtitutæ vſu & vſurpatione retinentur, ſive quis ea tota, aut pro parte utatur.*

Socius pupilli per ſolum uſum ſocij ſui, etiamſi ipſemet ea non utatur, ſervitutẽ retinet.

Præſcriptio dormit tempore peſtis vehementis, & hoſtilitatis.

56. *Servitutes quomodo probentur.*

57. *Servitutes prædiales debent eſſe utiles prædio dominanti vel potentia, vel actu, & vel principaliter vel per conſequentiam, alioqui non erunt prædiales, ſed ſaltem perſonales ſervitutes*

58 *Servitutum effectus.*

Servitutes an ſint in bonis.

59 *Forma ſervitutis ſemel conſtituta amplius mutari nequit, niſi in cauſam forſitan leniorem, aut niſi de novo aliud conſtituentibus placeat*

Dominus fundi ſervientis nihil in ſuo facere poteſt, quo ſervitus impediatur.

60 *Servitutum adiacentia & affinia n. 61.*

62. *Earundem contraria & n. 63 64.*

63. *Servitutes quibus modis extinguantur. & n. 65.*

SErvitutes † aut in perſonas, aut res 1
conſtituuntur, ſive rerum ſunt, aut perſonarum, ſive hominũ aut prædiorum. *l. quoties. 15. ff. eod. l. Caius. 12. de annis lega.* De perſonalibus hactenus dictum eſt: jam reales perſequamur, quæ propriè & abſolutè vocantur ſervitutes. *§. ult. Inſt de reb. corpor. & tot. tit. de ſervit.* Hæ vero † licet & homi- 2
num cauſa mediatè ſint comparatæ. *gl. l. 1. §. 1. verb. computanda, de ſervit. ruſt. præd,* ut alia jura. *l. 1. 2. de ſtat. hominum;* tamen reales ſeu prædiales dicuntur, quia maxime reſpectu rei conſtituuntur, & prædijs debentur. *l. via. 23. § ſi fundus. 2. l. ergo 5. verſ. Neratius, de ſervit. ruſt. præd. l. qui aliena. 33. § ult. quæ eſt in Florent. l. liberto. 31. de negoc. geſt. gl. d. l. 1. de ſervit. ruſt. præd.* & proinde hinc etiam appellantur. *l 6 h. tit.* Hic autem fit & aquæ in inſcriptione mentio, non quod ſit quoddam ius à ſervitutis genere ſeparatum: eſt enim aut ſpecies ſervitutis prædialis, aut ſubiectum: ſed quoniam hanc ad ſpeciem pleræque huius tituli conſtitutiones pertinent *ut l. 2. 3. 4 6. 7. 10. 12. h tit.*

Huius † autem generis nempe ſer- 3
vitutis prædialis definitiones variè traduntur. *à Bart. & Dd. in l. 1. num. 2. & 3. eod.* Conano eſt jus agendi, habendique in fundo alieno ad ſui prædij utilitatem, quod jure communi agere habere non licet *ex l. 3 in fi. de ſervit ruſt. prædior.* Cuiatio eſt jus, quo prædium aliud alij ſervit, & ſubjicitur, ſive conditio

d t ,qua jus unius prædii minuitur, augetur alterius: vel jus quod quis in alieno prædio ſui prædij nomine obtinet, quod ita explicemus licet ut ſit conſtitutio civilis *l. 4. vers. ſervitus, ubi Dd. de ſtat. hom.* qua prædium contra naturalem ſuam libertatē vicino prædio ſubjicitur, & ſervit *l. ſi ædes. 32. de ſervit. urb. præd.* Conſtitutio complectitur & cauſam efficientem, & genus ſubintellectum Ius: omnes enim ſervitutes ſunt jus prædij, quod tanquam genus alia quoque complectitur prædiorum attributa, ſeu qualitates, ut bonitatem ſoli, ſalubritatem cœli, amplitudinē, quantitatem, *l. quid aliud 86. de verb. ſignif.*

4 Propria ſunt, † quod ſint res mancipi, *Vlp. in frag. tit 19. Cont. lib. 1. diſput. cap. 12.* privati juris *l. ſervitutes 14. §. pen. eod.* acceſsiones rerum corporalium *d. l. ſervitutes 14. verb. corporalib. accedant, ff. eod.* & tamē per ſe incorporeæ *d. l. ſervitutes l. § ult. de rer. diviſ.* ut reliqua jura *inſt. de reb corp & incorp. in fin.* ideoque nec poſſideri videntur *l. ſi ædes 32. in fin. de ſervit urb. prædio.* neq; ſunt per ſe in dominio *l. 1. ubi Dd. de acquir. poſſ. l. 1 de rer. diviſ.* per ſe quidem *l. 1. de uſufr. leg.* intelligitur tamen earum quaſi poſſeſsionem & dominium habere, qui prædium, cui ſervitur, poſſidet *d. l. ſi ædes 32. in fin. de ſervit. urb. præd.* ſunt enim jus prædij *l. ſi aquæductus 47. de contrah. emt. l. ſi mihi 20 §. ult. de ſervit. ruſt. præd.* & cum prædio poſſidentur, cui adhærent, ac inſunt *l. 2. eod. l. 1. de ſervit. ruſt. præd. l. ei 16. ff. de ſervit. l. 2. h. tit.*

Ideoq; jus proprium vocantur eius, qui dominus prædij eſt *l ſi tibi 10. verb. jure proprio h. tit.* ſunt & natura individuæ *l. 2. in prin. vers. & harum, l ſtipulationes 72. de verb. oblig l. ad certam 6. l. ſi cui 9. eod. l. 1. §. ſi uſusfructus, ad L. Falcid.* quare & in toto fundo, & qualibet eius parte intelliguntur eſſe *ut ibidē traditur.* Quod vero in *l. 8. § ult. eod.* traditur, per partes retineri ſervitutem, non eum habet ſenſum, quaſi pars ſervitutis eſſe poſſit, ſed quod in qualibet parte fundi tota ſervitus retineatur, ſicuti & ex qualibet parte debetur *d. l. ad certam 6. cum ſimilib.*

Sunt etiam impoſiticiæ *l. de pupillo 5. §. & velle 9. de oper. no. nunciat.* non naturales; *Iaſ. in l. ſi priusquam 15. num. 40. cum ſeqq. de oper. no. nunciat.* perpetuæ, *l foramen 28. de ſervit. ruſt. præd. ubi Bart. num. 1.* Vrbanæ quidem continuo jure habendi *l. ſervitutes 20. de ſervit. urb. præd.* quæ ideo ante legem Scriboniam erant præſcriptibiles *l. 4. §. ult. de uſucap.* ruſticæ vero jure utendi *d. l. ſervitutes 14.* qui uſus continuus eſſe nequit, ideoque jure nō præſcribebantur olim, *d. l. ſervitutes 14 eod.* ſed æquius eſt & benignius, ut putentur continuam habere naturam, & cauſam, ſi non actu, tamen potentia, *l. cum uſusfructus 13. de uſufr. leg. d. l. foramen 28.* ideoq; cum perpetuam cauſam non habent, ſuſtinentur tamen ex æquitate tuitione prætoris *l. 2. communia præd.* & perpetuo ſuſtinentur *l. cum 33. de ſervit. urb.* Quocirca etiam tranſeunt cum prædio, ut perpetuæ, tam in heredē, quam in ſingularem ſucceſsorem *d. l. ſi aquæductus 47. de contrah. emt* non tamen tranſmiſsibiles neq; ceſsibiles per ſe, ſed cum ſolo tātum fundo; tranſeunt enim & manent cum re, quia jura ſunt, non perſonalia, ſed realia, non tantū quo ad

ſubjectum, ſed etiam quo ad uſum, & finē *l. etſi 6. §. 1. ſi ſervit. vind.* cōſiſtunt etiam in patiendo, non in faciendo, reſpectu eius, qui debet, *l. quoties 15. eod. l. ſicut 8. §. diſtant. 2. vers. quod non eſt contra genera ſervitutum. ſi ſervit. vind.* Item odioſæ ſunt ob favorē libertatis, & ſtricti juris *Dd. in l. altius cum ſeq. h. tit. Iaſ in d. l. ſi priuſquam nam. 40 cum*
5 *ſeqq.* Partes † ſervitus nō recipit *l. ſtipulationes 72. ubi Dd de verb. obligat. l. pro parte 11. h. tit.* quoniam in uſu conſiſtit *l. via 17. eod.* qui eſt individuus, *l. uſus 19. de uſu & habit.* & quoad debentes, & quoad eos, quibus debetur, *d. l. 2. §. 1. de verb. obligat.* & quoad ipſam conſtitutionem, vel ademtionem *l. pro parte 11. eod.* niſi quendam ſervitutis motum eius partem velis perhibere *d. l. 1. de uſufr leg.* quē tamen magis ſpeciē appellare, aut quaſi ſervitutē libet: fundus tamē, q debet, aut cui debetur, partes recipit, & in qualibet parte tota ſervitus retinetur, ac debetur *d l. ad certā 6. l. ſi cui 9 eod.* pars enim eſt rei indiviſæ, pars diviſa non eſt pars, ſed totū *l. recte 52 §. ult. de verb. ſignif.* cuiuſmodi parti ſervitus imponi, & acquiri poteſt *l. ad certam 6. eod.* ſicut & adimi *l legata 14. de adim. leg. l. pro parte 11. eod.* ſic poteſt & pars ſervitutis alia eſſe ſervitus, ut iter, actus vel via *l. loci 4. §. 1. ſi ſervit. vend Cuiac. lib. 13. obſerv cap. 12.* Refectio quoque ſervitutis partes recipit *l. 6. §. ſi ædes 3. ſi ſervit. vind.* Et omnium denique ſervitutum ſubjecta dividi poſſunt in partem inferiorem ſeu baſin *l. cuius 24 de ſervitut. urb præd. l. qui duo 30. de ſervitut ruſt. præd.* & ſuperiorem *d. l. cuius 24. l. hoc quod 25. § 1. de ſervitut. urb. l. qui duo 30. de ſervitut. ruſt. l. 4. §. ult. ſi ſervit. vind.*

Servitutes autem † à nomine divi- 6
duntur in nominatas, de quibus *l. 1. in princip. de ſervitut. ruſt præd § aquæ Inſt. de act.* & innominatas *l 1. ubi gl. verb. cōputanda. ver. hæ ſunt innominata. de ſervit. ruſt præd. & in l 2. vers eſt & quartum genus. eod. ubi Bart & Doctores Cæpol. de ſervitut. ruſt. præd. cap. 9.* A propriis qua-
litatibus † in continuas, & diſcontinu- 7
as, *l. ſervitutes 14. ubi Doctores eod.* illæ vel actu, vel potentia tales ſunt *d. l. ſervitutes, l. foramen 28. de ſervit. ruſt. præd.* diſcontinuæ neutro modo *l. 2. communia præd.*

Item alia levior in eodem genere, ut ſtillicidium *l. ſervitutes 20. §. ſtillicidium de ſervit. urb. præd.* alia gravior *l cuius 24. verb. graviore ſervitute. de ſervitut. urb. præd.* vel acrior *d. §. ſtillicidium, verb. acrius ut flumen, d. l. 20. § 4.*

A cauſa efficiente † licet dividere ſer- 8
vitutem in legitimam, *l ult. §. ult. h. tit. Novell. 63. de oper. novi nunci.* ſive civilem, quæ nec diem, nec conditionem admittit *l. 4. eod.* & prætoriam, quæ horum capax eſt *l. 4. eod.* ea & utilis dici poteſt, quia conſtat tuitione prætoris *l. 2. communia præd.* qui ſervitutum jura tuebatur *l. 4. h. tit.*

Item conventionalem pacti, *l. idem 37. de ſervitut. urb. præd. l. refectiones 11. l. receptum 18. communia præd.* relictam ex ultima voluntate *l. ſicut 9. cum l. ſeq. ff. de ſervitut. l. ſi quis 10 ſi ſervit. vend.* & præſcriptam *d. l. ſi quis. 10. l. 1. & 2. h. tit.*

A materia & ſubiectis † aliæ ſervitu- 9
tes urbanæ, h. e. urbanorum prædiorum *l. 2. & tot. tit. de ſervitut. urb. præd.* aliæ ruſticæ, ſeu ruſticorum prædiorum *l. 1. 2. & p ff. de ſervitut. ruſt. præd.*

quæ

quæ diviſio traditur etiam in *l. 1. cod. §. ult. Inſtitut. de reb. corp. & incorp §. aquæ Inſtitut. de act. §. 1. & 2 Inſtitut. de ſervitut. prædial.*

Prædia vero non ſitu, ſed uſu diſtinguuntur *l. urbana 166. de verb. ſignific. Capol. de ſervit. urba. cap. 2.* Sed hæc ἐπὶ τὸ πλεῖον capiantur: nã & urbanæ ſervitutes ruſticis deberi poſſunt prædiis, ut horreo jus ſtillicidij, cloacæ, proſpectus hominum *l. 2. de ſervitut. ruſt præd.* Et contra urbano prædio, ut ædibus ſervitus ruſtica deberi, velimus poni poteſt, ut iter, actus, via ex domo, aut per domum *l. 20. §. 1. de ſervitut. urb. præd. l. in tradendis 7. §. 1. l. iter 14. communia prædior.* Sed hoc rarius, ideo ſequimur & hic *l. 3. cum ſeq. de R.* Illæ ad habitationem potiſſimum ſpectant, hæ vero ad agrorum, & fructuum colligendorum commoditatem, prout autem eſt dominans prædium, ita & ſervitus à fine ſuo vel urbana, vel ruſtica cenſentur, etiamſi à diverſi generis prædio debeatur *gloſſ. l. 1. verb. aream. de ſervitut. urb. præd. Iaſ. num. 33. in §. aquæ Inſtitut. de act. Capol. cap. 2. de ſervitut. urb.*

90 Sunt autem † urbanæ aut affirmativæ, aut negativæ: Affirmativæ, altius tollendi, *l. 2. l. ſi domus 21. de ſervitut. urb. præd.* quod jus ædificandi dicitur, *l. ſed ſi 27. de ſcvitut. urb. præd.* cum id iure libertatis non liceat, *l. altius 8. hoc titul.* ob formam ante conſtitutam *l. 1. h. tit.* luminum, *l. 4. de ſervit. urb. præd.* ne cœli aſpectus impediatur, luminibus officiatur, ut lumina recipiantur, *l. inter 15 de ſervitut. urb.* ubi lumina pro feneſtris capiuntur, ut *Ciceroni lib. 2. ad Atticum* & hanc propriè ſpeciem huc refero: nam illa, ne luminibus officiatur, pertinet ad negativas, *l. hac autem 5. de ſervitut. urb. præd.*

Illam porro rectè ICtus appellat luminis immittendi *l. 4. l. eos, antep. de ſervit. urb.* ubi cæco pro communi pariete legit Cuiatius, improbante ibidẽ Ræ vardo, eandem appellat feneſtræ immittendæ *Caius lib. 2. tit. 2. Cuiat. lib. 1. obſerv. cap. 31.* proſpectus *l. inter 15. de ſervitut. urb* ubi diſtinguitur à ſuperiori. Protegendi. *l. 1. de ſervitut urb. l. ſi vero 5 §. prætor. de his qui deiecer.* proiiciendi. *l. 1. 2. de ſervit. urb.* ea ſcilicet quæ ita protenduntur, ut non acquieſcant in loco, quo proijciuntur, ut meniana *l. ſervitutes 20. de ſervit. urb.* græcis ἐξωσαὶ, quomodo legendum in *l. Meniana 11. inf. de ædif. privat.* ut rectè monet *Cuiat. lib. 1. obſervat. cap. 30. ex Conſtantino Harmenopolo lib. 2. tit. 4.* tigni immittendi, quod in ædes vicini quieſcat, *l 2. de ſervit. urb.* quo referrem & ſervitutem fumi immittendi *l. ſicut 8. §. 4. ſi ſervit. vind.* niſi tam ad ruſtica, quam urbana pariter referri poſſit: quanquam & de ſervitute tigni immittendi idem ferè dici queat, cum & huius in prædiis ruſticis æquè ſit uſus: tamen & hanc à communiter accidentibus ad urbanas ICti referunt. *l 7. & 8. ſi ſervitut. vind.* oneris ferendi, *d. l 7. & 8. ſi ſervitut. vind.* in qua non tantum pati debet ſervitutem ſerviens, ut in aliis, *l quoties 15. in fin. eod.* ſed etiam reficere, & tueri ſartum tectum, quod onus fert, ut ſtatuas, atlantes, *&c. l. etſi 6. §. etiam 2. ſi ſervit. vind.* quod in hac ſingulare

eſt, cum in aliis reficiat dominans ſuo ſumtu *l. quoties 15. §. ult. de ſervit.* unde putabat Gallus Aquil. eſſe perſonalem hanc ſervitutem, quoniam hic non patiatur tantum, ut in reliquis, *d. l. quoties, §. ult.* Sed contra receptum eſt *l. etſi 6. § 2. ſi ſervi. vend.* quia durat cum re, nec ſequitur perſonam, *l. is cum quo 7. de aq. pluvia. arc. l. cum 33. de ſervit. urb. præd.* Stillicidii excipiendi, *l. ſi arborem 17. §. ult. de ſervit. urb.* & in vicini aream avertendi, cujus ſpecies ſtillicidiũ *l. cũ in lege 33. de contrah. emt. d. l. ſi arborẽ* rivus, *de quo ſup. dixi*, & flumen, *d. l. foramen, de ſervit. urb. l. cum in lege 33. de contrah. emt.* Item cloacæ emittendæ, *l. jus 7. eod.* Quanquam autem hæ ſervitutes urbanis prædiis propriè tribuantur, nihil tamen, ut dixi, impedit, quo minus & ruſticis tribuantur, ſicuti & navibus, quas ad prædia urbana refert *Capol. de ſervit. urb. cap. 11. num. 7.* ex doctrina Bartoli & Dd. *l. certi inſ. de locat. Iaſon. in l. quo minus. 2. nu. 112. de flumin.* Verum tarius, quia nec prædia, nec naves ita contiguæ ſunt, & junguntur, ut in illis æquè, ac in vicinis urbanis hæ ſervitutes locum habere poſſint.

Negativæ vero ſunt ſuperioribus cõtrariæ, ut altius non tollendi *l. ſi domus 21 de ſervit. urb.* luminibus non officiendi, *l. qui luminib. 11. l. inter 15. de ſervit. urb.* aut cœlo, *l. lumen 16. cum ſeq de ſervit. urb.* ne proſpectui officiatur.

41 Ruſticæ ſunt † prædiorum ruſticorum *l. 1. 2. & paſſim de ſervit. ruſt.* quo etiam molendina referuntur, *Capol. cap. 11. de ſervit. urb. nu. 8.* Sunt autem vel nominatæ, vel innominatæ. Nominatæ, ut aquæductus, *l. ſervitutes 14. § ult. eod. l. ſervitus 9. de ſerv. tut. ruſt.* iter *d. l. ſervitutes 14. §. 1.* jus eundi, ambulandi, id eſt, ſpacia faciendi *l. 1. de ſervit. ruſt* à quo jus tranſeundi diſtat, *l. pen. de ſervit. legat.* tranſire autem licet pedibus, equo, ſella, ſicut & ire ambulare, *l. inter 12. l. qui ſella. de ſervit. ruſt.* Actus jus agendi jumentum, vel vehiculum *l. 1. de ſervitut. ruſt.* minandi pecus, ut ait interpres *Pauli lib. 1. ſentent. tit. 17. de ſervitut.* cui iter ineſt, velut ſequela quædam, *l. 1. de ſerv. ruſt.* non contra, *l. ſi quis 7. l. ſi mater 11. §. ſi quis iter 4. de except rei iud. l. qui uſumfructum 58. de verb. obligat.* Via, quæ iter & actum continet, *l. 1. de ſervit. ruſt. l. 2. quemadmodum ſervi amit. l. ſi eo loco 9. ſi ſervit. vendic. l. & per jusjurandum 13. §. 1. de acceptil.* quæ ſervitutes licet admodum finitimæ ſint, *l. 2. 4 quemadmodum ſervi amitt.* tamen multum diſtant. Iter in via ineſt ex ipſius uſus ſervitutis natura, in actu per conſequentiã tantum, *d. l. 2. 3. de ſervit. ruſt.* qui habet actum, iter vindicare non poteſt, qui viam habet, actum, & iter vindicat *d. l. ſi eo 9. ſi ſervit. vind.* Actus latitudo non eſt legitima, ſicut nec itineris, ſed definitur arbitrariè à conſtituẽtibus *l. ſi nõ tam anguſti 13. eod.* aut ſi convenire nequeunt, ab arbitro, *d. l. ſi tam 13. § 2.*

Latitudo viæ lege definita eſt, *l. via latitudo 8. l. via 23. de ſervit. ruſt. d. l. ſi tam 13.* & in duas ſemitas dividitur *l. num ſatis 6. §. ult. quemadmodum ſervi amitt.* Actus conſtat, etiamſi vehiculũ duci nequeat, via non item *d. l. ſi tam 13. eod.* qui actum habet jus trahendi lapidem, tignum, rectam ferendi haſtam non habet: Cui via eſt, hæc omnia poteſt, dummodo fructus non lædat, *l. qui ſella 7. §. 1. de ſervit. ruſt.*

Inno-

Innominatas eſſe volunt, *gl. & Dd.* reliquas, quæ recitantur. *l. 1. in fi. de ſervit. ruſt.* ut pecoris appulſum *d. l. 1.* aquæ hauſtum. *d. l. 1. l. ſervitutes. 14. §. ult. eod.* Ius calcis coquendæ in alieno, *d. l. 1. in fi.* arenæ, lapidis, metalli fodiendi, jus paſcendi. *d. l. 1. in fi.* Contra tamen nec abſurde diſputat. *Capol. de ſervit. urb. cap. 9. num. 2.* exiſtimans has etiam eſſe nominatas, ut quæ nomen elegans ex jure habeant, illas vero dici & hic, & in ſuperioribus urbanis innominatas, quæ nullum habent in jure nomen expreſſum ex doctrina Cyni, Petri, & aliorum *in rubr. ſup. de ſervi-*
12 *tut.* Ducitur hinc † & alia diviſio: nam quædam ſervitutes in ſolo conſiſtunt, ut ruſticæ potiſſimum, iter, actus, jus fodiendi. *l. 2. eod.* quædam in ſuperficie, ut urbanæ. *l. 2. eod.* hæc ſuperficiaria ſervitus dicitur, illa ſolaria *Harmenop. lib. 2. tit. 4.* quædam ad aquam pertinent & referuntur, ut aquæductus. *l. 3. & paſſ. h. tit.* aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus. *d. l. 1.* huiusmodi in terreſtribus non ita commiſcentur ut illæ inter ſe: Itaque iter ad hauriendam aquam huius pars non eſt, nec illius uſus hanc conſervat. *l. Labeo. 17. quemadmodum ſer. amitt.* ſicut viam & actum. *l. 2. 3. quemadmodum ſervi. amitt.* eodem referatur & jus piſcandi, *l. ult. ad L. Aquil. l. iniuriarum. 13. § ult. de iniur.* nam citra jus ſervitutis conſtitutæ in alieno piſcari non licet, *l. iniuriarum. 13. § ult. de iniur.* in publico licet, nō jure ſervitutis, ſed gentium, *§. flumina 3. inſt. de rer. diviſ.* etiam ante fores ... *d. l. iniuriarum. 13. § ult.* adeo ut ... prohibere nequeat, *l. praſcriptio 4... de uſucap.* niſi longo forte tempore poſſedit, & quamdiu utitur, & qua parte utitur, *l. ſi quisquam. 7. de diverſ. & temp. praſcript.* ex ratione *l. in tantum. 6. ff. de rer. diviſ. Cuiac. l. 4. in fi. de uſucap.* quædam aëreæ ſunt, ut aucupium *l. divus. 16. de ſervit. ruſt. præd.* Venatio, *l. 3. de acquir. dom.* nam ſine jure ſervitutis id in alieno non licet domino prohibente, *d. l. 3. d. l. divus. 16.*

A forma dividi ſervitus poteſt, in 13 formatam, hoc eſt, quæ titulum habet. *Capol. de ſervit. urba. cap. 20.* & nō formatam, ſeu informem, quæ ſine titulo poſſidetur, *l. ſi quis. 10. ſi ſervi. vend. Capol. ibidem.* Huc etiam referatur. *quod Bart. in l. ſicuti. 8. §. ſi quæratur, num. 3. ſi ſervit. vend. & Menoch. remedio retinenda. 6. num 9. & 10.* tres faciunt ſervitutum ſpecies; unam; per quam in alieno nihil fit, ut altius non tollendi: reliquas quibus fit in alieno, vel per modum facultatis, ut ire, agere, vel per modum ſervitutis, ut tignum immittere, aquam ducere. Item & ſpecies ſumtæ à tempore, aliæ præſentes, aliæ futuræ, *l. etiam. 18. de leg. 3.* diurnæ. *l. 1. 2. de aq. quotid.* nocturnæ. *l. ſi ſic. 7 l. ſi communem. 10. quemadmodum. ſervit. amitt.* quotidianæ, æſtivæ, hybernæ, *l. 1. l. 5. & 6. de aq. quot. & æſti.*

A fine & effectu † alia faciendi, *l.* 14 *quoties. 15. §. ult. eod.* alia patiendi, *l. etſi. 6. l. ſicut. 8. ſi ſervit. vend.* Quædam utiles, quædam inutiles, *l. ei fundo. 19. de ſerv.* Servitutes itaque † ſunt plures, & ab 15 eodem, vel eidem plures deberi poſſunt, *l. 2. in fi. de ſervit. ruſt.* ideo in conſtitutione ſpecies ſervitutis eſt exprimenda, ne ſi generaliter ſervire dictum ſit, nihil valeat conſtitutio, *l. in tradendis. 7. communia præd.* nam & ſtillicidij, & altius non tollendi, & ſimiles ſervitutes ab eodem prædio deberi, haberi-

vè poſſunt. *l. ſi domus. 21. de ſervit. urb.* non tamen contrariæ per eundem locum rectè conſtituuntur. *l per quem. 14. de ſervit ruſt.* Nec enim ſupra rivum alienum itineris cauſa facere pontem licet. *l. ſupra. 11. de aq plu. arcen l. per quem 14. de ſerv ruſt.* quemadmodum nec ſupra iter alterius arcum ducendæ aquæ cauſa facere licet. *d. l. ſupra. 11 in pr. de aq. plu.* quicquid n. ſupra eſt, cedit juri inferioris, *ut ſup. diximus. & oſtendit. l. altius 8. h. tit.* aqua tamen pluribus cedi poteſt, quoniam eadem eſt ſervitus, & hoc nomine ſupra rivum alienum ponte facto duci poteſt, dũ ne illi ſua minuatur. *l. hoc jure. 3 § ult. de aq. quotid.* Sed & alia ſervitus ex alia duci poteſt, non quidem mero jure, *l. 1. de uſufr leg. l. ex meo. 24. l. cum eſſent. 33. §. 1 de ſervit. ruſt.* ſed ex æquitate & tuitione prætoris *d l. cum eſſent. 33. §. 1. l. 3. & 4 h. tit.* Cæterum per ſe una eſt quæque ſervitus, etjamſi per plures fũdos, puta iter, aquæductus ducatur. *l una. 18. de ſervit. ruſt. præd.* quæ aut tota retinetur etiam in parte, aut tota amittitur. *d. l. una. 18 de ſervit. ruſt l. ſi ſtillicidij. 8 in fin. quemadmodum ſervit. amitt.*

16 Cauſa prima † eſt jus gentiũ. *l 4. & 5. ubi Bart. n. 5. & 21. de inſt. & jur. & in l. 1. n. 2 h. tit. per §. ult. Inſt de uſu & habit.* ubi dicuntur jure gentiũ ſervitutes acquiri. Cæterũ etſi ex cauſis jure gentium quæruntur, tam remotis, ut pactione quam proximis, ut traditione: tamen aliud ſæpè res eſt, aliud cauſa & origo rei. *Bart. l. ult. n. 1. de offic. procur. Cæſar. l. qui interrogatus. 12. de pœnit hæred.* Itaq; nõ abſurdè quis dixerit, eas juris eſſe civilis, ut cum a cõſtituantur aut lege, aut tuitione prætoris, *l. 4. l. ult. h. tit. l. 2. cõmunia. præd.* unde & olim inter res mancipi habebantur, *Vlp. tit. 19. in pr.* & certè prædio ſerviunt civiliter, non naturaliter, ut in
l. 1. §. ult. de aq. plu, arc. Ceditur autẽ † vel 17
relinquitur ſervitus. *l. ſi cui. 9. in pr eod.* Ceditur inter vivos. *l ult. cõmun præd. l. ſervitutes. 30. §. 1. de ſervit verb. præd.* quod propriè ceſſionis eſt *l. idemq́. 17. de ſerv. urb. l. refectionis 11. verb. in ceſſione ſervitutis l. receptũ. 18. communia præd.* vẽdendo vel aliter cedendo *l. per quem locum 14. de ſervit. ruſt. præd.* Relinquitur in ultima voluntate *l. 1. de tab. exh l. binas. 36. de ſervit. urb. præd* aut ipſo jure, aut precario. *l ſi quis. 12. verſ. peti precario & cõcedi ſolere de relig. & ſumt. fun.* Conſtituuntur igitur hæ ſervitutes iiſdẽ modis, quib. uſusfructus. *l. 5. eod.* quo ad jus, ad rẽ, & cauſam remotiorẽ. *l. 3. de oblig.* aut inter vivos, aut ultima voluntate. Inter vivos, ſtipulationibus. *l. 2. l. exiſtimo. 98. de verb. oblig. §. ult. Inſt. de ſervit.* & pactis *l. 3. h. tit.* Stipulatione cõprehendimus quosvis contractus. *l. 3. de uſufr.* quibus ſubijci illa ſolet. *l jurĩgent. 7 §. quod ferè 5. de pact. l. diviſionis. 45. & paſ. de pact. l. cum eſſent. 33. in pr. de ſervi. ruſt.* Pacti nomine deſignantur pacta conventa. quæ ex cõtinẽti adijciuntur cõtractib. *l. 7. §. 1. & 2. cũ ſeq. ff. de pact. tot tit. inf. de pact. convent. l. contractus. 16. inf. de fide inſtrument.* vel traditionib. *l. in tradendis. 7. communia præd l. diviſiones. 45. l. in traditionib. 48. de pact.* unde civile negocium. *d l. jurĩgent. 7. in pr.* & ideo utilia ſunt hæc ad agendum, quia formant actiones, id eſt obligationib & actionib. formam certam dant, & efficacem, *l. quiſquis. 28 inf. de donat. l. 42. de don. cauſ. mort.* tanquã leges contractus, *l. legẽ. 10. ſup. de pact. l. 1. in fi. de aq. plu arc.* Sic lege vel pacto diviſionis cõſtitui poteſt ſervitus, *l. via. 23. §. ult. l. cum eſſent. 33. §. 1. de*

ſervit

ſervit.ruſt l.cũ pater.77.§.4.de leg 2.ſi ut
vẽditiones, *l.cũ in lege.33.de cõ.rah.emt.l.*
1.§.1.l.3.§.2.de act. emt. cuius vicem di-
viſio obtinet. *l.1.inf.communia utr. jud.*
Teſtamentũ hic quamlibet ultimã vo-
luntatẽ comprehendit, *l.codicillis.34.de*
uſufr.leg. unde leges hic relicti magis,
quam teſtamenti nomine utuntur tan-
quam generaliori. Hæc igitur cauſa eſt
remorior, qua jus ad rẽ quæritur *l.corru-*
18 *ptionem.16. ſup.de uſufr.* Proxima, † qua
jus in re quæritur & cõſtituitur, eſt ceſ-
ſio realis, id eſt, traditio vel quaſi, *l. 3 §.*
2.de act.emt.l 3. de uſufr. cuius duæ ſunt
quodãmodo partes, nempe uſus ſervi-
tutis à parte dominantis, patiẽtia à par-
te ſervientis, unde & ICti aliàs patien-
tiã, alias uſum vocant, *l.1.§.ult.de ſervit.*
ruſt.præd l.2.h.tit.l.ult ff eod.l 1 § ult. de
ſuperfic. l.ſi ego.11 §.1.de publici. hæc etiã
ceſſio vocatur. *l ſervitutes.20.§ 1. de ſer-*
vit.urb l.per fundũ.11.de ſerv.ruſt. Et huc
pertinet quod dicitur, uſum pro tradi-
tione eſſe *l ult.ff.eod.* & placitũ ſequi. *l.*
3 h.tit. dicitur etiã datio: nã obligatio-
nẽ dandi continet. *l.3. verſ. ſervitutẽ no-*
ſtrã facit.de oblig.& act.l.2.verb.dationẽ,
l.ſtipulationes 72. ubi Bart.& Dd de verb.
oblig. Eſt & hic loco traditæ ſervitutis
pactũ traditioni rei adiectũ. *l. 6.& 7. cõ-*
munia præd.l.3.de ſervit ruſt. Itẽ cautio,
per te non fieri quo minus utatur acci-
piens *d.l ult.eod l.3.§ ſi iter.2 de act.emt.*
Itẽ cum in traditione rei ſervitus reti-
netur. *l.& qui.3. l ſi quis 30 § 1.de ſervit.*
19 *urb.præd* Eodem pertinet † & præſcri-
ptio. *l.ult.in fin inf de præſcript.lõg temp.*
adijcit enim dominium. *l.3 de uſucap. l.*
traditionib. ſup.de pact. dum tamen quis
putet ſe ſuo jure uti, non alterius *l. ult.*
quemadmodum.ſervit.amit. & dominus

patiatur, ut noſtri volunt, *l.2 .h.tit.* At-
qui talis quædam patientia eſt in omni-
bus uſucapionibus *l. alienationis. 28. de*
verb.ſignif. Itaque rectius omnino *Cu-*
jac.in l.4.§.ult. de uſucap qui patientiam
& ſcientiam hic non requirit, & probat id
l.ult.inf. de præſcript. long. temp. quæ ſer-
vitutes etiam contra ignorantem præ-
ſcribi ſtatuit. Poſſeſſio autem † hic, 20
quam potiſſimum præſcriptio requirit,
aliter atque aliter conſtituitur: In ijs ſer-
vitutibus, per quas nihil fit in alieno,
inducitur per prohibitionem, cui obe-
diatur, ut ne altius tollat, *l. qui luminib.*
21. de ſervit urb.Bart.& Dd.l.etſi.6 §.1.l.
ſicut 8.§ ſi quæritur.n.3.ſi ſervit.vend Iaſ.
l 2.de flumi Bart.Caſtr.& Dd.in l.2.h tit.
In ijs, quæ aliquid immittunt in alie-
num, rurſum dupliciter: nam quæ poſ-
ſunt etiam fieri per modum facultatis,
familiaritatis, precarij, ut ire, agere.
l. qui jure.41. de acquir.poſſ. l. Iivus.
16. de ſervit. ruſt. l. ſi quis.12. de relig.
& ſumt. fun. in iis requiritur diutur-
nior uſus ad poſſeſſionem conſtituen-
dam ſaltem 30. dierum: in ijs, quæ
non niſi jure ſervitutis fieri poſſunt in
alieno commode, & actum ſucceſſi-
vum, ut loquuntur habent, ut eſt a-
quam ducere, *l. 1. hoc tit.* tignum im-
mittere, &c. unicus actus ſufficit. *Bart.*
d l.ſicut.8.§.ſi quæritur. num. 3. ſi ſer-
vit. vend. l.1.§.2 num.1.de itin. actuq.
priva. latè Menoch. remedio retinendæ.
5.num.9.10.11. & remedio. 6. num.15.
& de arbitr. judic lib. 2. caſu. 160. paulo
aliter Bald. in l.2. num. 54. hoc tit cum
ait, poſſeſſionem in negativis acquiri
per prohibitionem, in affirmativis ali-
quo facto, *de quo & Iaſ l. 2. num. 30.cum*
ſeq. de flumi.

Quod

21 Quod ad titulum attinet, † hunc præſumi noſtri volunt ex longa poſſeſſione, *l. ſi quis. 10 ſi ſervit. vend.* etiam in diſcontinuis. *Bart. l. ſervitutes. 14 nu. 4. de ſervit.* Atque ſi in his requiritur præſcriptio immemorialis, ut volũt, quorſum opus præſumtione tituli, vel probatione, cum ſit conſtituti loco. *l. 3. §. ductus de aq. quotid. & æſt. Ant. Gabr. lib. 5. de præſcript. concluſ. 1.* Tota igitur hæc res apud noſtros eſt lubrica, & magnis tenebris involuta in *d. l. ſervitutes. & l. 2. h. tit.* potiſſimum ex ignoratione præſcriptionis longi temporis, de qua. *l. ſi quis. 10. ſi ſervit. vend.* eſt accipienda,
22 & uſucapionis, quam † negant ICti in ſervitutibus obtinere, præcipuè ruſticis, *l. ſervitutes. 14 ff. eod.* nam urbanæ capiebantur uſu, quod haberent continuam poſſeſſionem, *l. ſervitutes. 20. de ſervit. urb. præd.* quod tamen poſt ſublatum eſt lege Scribonia. *l. 4 §. ult. de uſucap.* quando per ſe non poſſideantur, ſed cum prædio tantum, cum quo & uſucapiuntur. *l. 4. §. ult. l. ſi aliena. 10. §. 1. de uſucap.* eoque digitum intendit Paulus, cum ait in urbanis idem obſervari ex nova lege, *d. l. 4.* Nam Lex Scribonia, quæ fuit plebis ſcitum, nec ideo totum populum obligabat, tum cum ſimilibus, ut L. Aquilia, pro jure populi recepta eſt, *l. ſi aliena. 10. §. 1. in verb. hoc jure utimur. de uſucap.* acquiri tamen poterant longo tempore. *l. 1. 2. hoc tit. l. ſi quis 10. quemadmodum ſervi amitt. l. foramen. 28. de ſervit. urb. l. 1. §. ult. de aq. pluv. arc. l. 1. §. pen. de itin. act. privat.* nam quæ non uſucapiebantur jure civili, acquiri longo tempore poterant, ex tuitione prætoris. *l. cum ſponſus 12 §. in vectigalib. 2. de publ. in rem act. l. ſi finita. 15. §. ſi de vectigalib. 26. de damn. inf.* dum nec vi, nec clam, nec precario poſſeſſum eſſet. *l. Pomponius. 13. § 1. de acquir. poſſ. l. 1 inf. de præſcript. long. tẽp.* Tempus longum erat 10. annorum inter præſentes, 20 inter abſentes, *Paul. lib. 5. tit. 2. de uſucap. & eodem lib. tit. 5 de effect. ſentent. §. res olim judicata.* Obſtat quod in *d. l. ſi aliena 10. §. 1. de uſucap.* dicit *Ulpian.* ſervitutes per ſe nuſquam longo tẽpore capi, ſed cũ ædificiis tantum. Animadvertit Cuiac. illa verba, longo tempore, à Triboniano adiecta, qui aulicus nec ipſe videtur vetus diſcrimen uſucapionis, & longi tẽporis ſatis animadvertiſſe: nã tale nihil extat apud Ulpianum. *tit. 19.* & uſucapio ſervitutum non longi temporis fuit apud Juſtinianum, ſed biennij tantum. *Paul. lib. 1. tit. 17. l. nunquam. 31. §. 1. de uſucap. l. corruptionem 15. ſup. de uſufr. l. ſicut 13. & penult. h. tit.* ſicuti aliarum rerum ſoli. *Ulp. d. tit. 19. §. uſucapionem.* Sed ne Tribonianum inſcitiæ, quanquam non injuria, coarguamus, poteſt dici, ſervitutes nuſquam capi, hoc eſt, ſecundum titulum illum, cui Lex ſubjicitur, uſucapi potuiſſe, neque biennio, neq; longo tempore, aut alio, cum biennio uſucapi per ſe ſervitutes Lex Scribonia, & uſus populi vetarent, longa vero poſſeſſio uſucapionem non induceret.

Multum igitur † uſucapio, & longi temporis poſſeſſio, quæque inde ducitur præſcriptio diſcrepabant. *l. hereditas, 7. ſup. de petit. hered. l. 4. ſup. de rei vend. l. ſi duo. 13. §. 1, de jurejur. & Inſt. de uſucap. & long. temp. præſcript.* nam his duobus vocabulis promiſcuè utuntur noſtri, tanquam cauſa & effectu, ut *§. 1. & 2. Inſt. eod. §. item. ff. per quas perſ. nob. a. quir. d. l. 4. de rei vend.* Diſtant autem primo proprijs: Uſucapio juris eſt 23

ex l.

ex l. 12 tab. *l 3. & paſſ. de uſucap* poſſeſſio longa eſt facti *l poſſeſſio 49. de acq. poſſ.* Cauſa efficiente, illa jure conſtituitur, & defenditur; hæc æquitate prætoris, *l. 1 quib. mod. uſusfr l. ſi uſusfructus 9. §. 1. uſufr. quemadmodū cau. d. l. cum ſponſus 12. § 1. de publicia. d l. ſi finitas 15. §. ſi de vectigalib. de dam inf.*

24 Materia, † illa obtinuit in rebus Italici juris, quæ uſucapi poterāt: hæc in provincialib. quæ uſucapi nō poterāt *Inſtit in princ. de uſucap l. unic. inf. de uſucap. transf. l. 1. inf. de præſcript. long. temp.*

25 Forma, † quoniam uſucapio ſine titulo non procedebat, *l. Celſus 27. de uſuca. l. nullo 24. ſup. de rei vendic.* hæc enim ſolo breviſsimo tempore anni, vel biennij juvabatur, poſſeſsio vero longa ſibi pro titulo erat, *l. ſi quis 10. ſi ſervit. vind.* propter temporis diuturnitatem, quæ loco tituli, h. e. conſtituti habebatur, *l. 1. in fin. de aq. plu. arc. l. 3. §. ductus 4. de aq. quot. & æſt.* & quoniam uſucapio nitebatur juſta cauſa, idcirco non intertumpebatur à mala fide ſuperveniente, *l. bonæ 48. de acquir. dominio.* neq; litis conteſtatione *l. ſi poſt 18.* Poſſeſſio verò, quia ſola temporis continuatione nitebatur, bonam cum continua poſſeſſione fidem exigebat, omnis vicij expertem, *l. pen. inf. de præſcript long. temp. l. 1 & 2 b. tit. d. l. ſi quis 10. ſi ſervitut. ven.* ex ratione *l. 22 de acquir. poſſeſſ.* proindeque malæ fidei interventu rumpebatur, *l. 1. l. pen. inf. de præſcript. long. temp.* & tempora venditoris ac emtoris hic conjungebantur, in uſucapionibus non æquè, *l. ſi ædes 32. §. 1. de ſervit. urb præd. Harme: lib. 2. tit. 4.*

26 Fine † diffetunt, illa bono publico civium Romanorum inducta eſt, *l. 1. de uſucap.* præſcriptio vero partim horum favore in iis, quæ uſucapi non poſſunt, ut erant ſervitute *d. l. ſi quis 10. l ſervitutes 14. de uſucap.* partim favore provincialium qui res ſoli alioquin non uſucapiebant, ut diximus. Quamvis enim Antoninus Severus omnes in orbe Romano ingenuos voluit cives eſſe Romanos, *l. in orbe 17. de ſtat. hom.* tamen propter vectigalia populi Romani, & tributa principum, manſit diſcrimen Italici, & provincialis ſoli uſque ad Iuſtinianum, *§. 1. I. de uſucap. l. unica. inf. de uſucap. transf. l. ſi ædes. 32. §. 1. de ſervit. urban.*

Effectu † quoque differunt, uſucapio 27 dominium adjicit, *l. traditionib. 20 ſup. de pact l 3 de uſucap.* quod lex dare poteſt. *l ult. ſup. de SS. Eccleſ.* præſtatque directas in rem actiones. *l. ſi quis 8. inf. de præſcript. 30. ann* jam completa: necdum vero completa poſſeſſorem pro domino, quo ad fructuum perceptionem, conſtituit, ſic ut nec mala fide ſuperveniente eius jus interrumpatur, ut diximus, qa jus eſt civile, quod ſola opinione privata, ut actus civilis, à naturali non rumpitur, *l. bonæ 48 de acquir. dominio. l. 4 § de illo 10. de uſucap. l. 2. §. ſi ſervus 7. §. ult. pro emt. l un. inf. de uſucap. transf ut in ſimili §. ex eo 6 Inſtit. quib mod. teſt. infir.* aut litis conteſtatione, quæ pro mala fide habetur, *d. l. ſi poſt 18. de rei vend. l. Iulianus. 9 § pen. ad exhib. l. 2. §. ult. pro emt. l. 2. pro donat.* Ideo abſoluto poſſeſſore (nam condemnato eo, retrotrahitur ſententia ad tēpus conteſtationis *l. cum fundus 31. 6 cert. pet.* ut inde intelligatur malæ fidei fuiſſe, *l. 25 §. ſi ante 7 de petit hered. l. 1. ſup. eod.*) ut judicio deſerto, nihilominus perficiebatur ex tempore prio-

re uſucapio, ut d. ll. oſtendunt, quæ omnia contra ſe habent in longi temporis poſſeſſione, nam & completa non adijcit dominium, ut ſup. vidimus ex *l. cum ſponſus 12. §. 1. de publici. d. l. ſi finita*, quia prætor dominos non facit §. 2. *Inſt. de bono. poſſ.* & necdum completa per malam fidem interrumpebatur, eaq; re per litis conteſtationem, vel quaſi, ut denunciationem, ſic ut abſoluto etiã poſſeſſore, vel reſtituto judicio prius tempus pro nullo poſtmodum eſſet, nec amplius juvare poſſeſſorem poſſet *l. 2. in fin. ſup. ubi in rem act. l. 1. l. pen. inf. de præſcript long. temp. l. pen. inf. de præſcript. 30. an.*

28 Et hæc quidem † ante Iuſtinianum in uſu fuerunt, cujus tempore translata jam pridem in provinciam Thraciam, cum jure, nomineque populi Romani, monarchia, cum illud diſcrimen Italici, & provincialis ſoli obſoleviſſet, merito hoc diſcrimine veteri abrogato, quod nullius amplius erat uſus, uſucapionem transformavit, *l. un. inf. de uſucap. transfor.* in longi temporis poſſeſſionem, ſeu præſcriptionem, quod quidem ad res ſoli, & ſervitutes his inhærentes attinet *Inſt. de uſucap. in prin. juncta. l. ult. inf. de long. temp. præſcript.*

29 ſic ut exiſtimem, † abſque diſtinctione continuarum, aut diſcontinuarum, quam faciunt *Doctores in d. l. ſervitutes eod.* omnes ſervitutes hodie exemplo rerum immobilium uſucapi, ſicut & amittuntur *l. pen. h. tit. l. corruptionem 15. ſup. tit. 1.*

30 Eſt igitur † nunc etiã hic titulo opus, ut in uſucapione rerum ſoli, *d. l. nullo 24. ſup. de rei vind. Bal. & Dd. l. Celſus 28. de uſucap.* quod nominatim de ſervitutibus tradit *Bart. in rubr. ſup. de uſufr. num. 2. & in l. ult. num. 3. ne de ſtatu defunct. in l. 1 §. deniq; num. 7. de acqu. plu. arc. Balb. de præſcript. parte 2. 4. part. princip. quæſt. 2. num. 1.* alioqui 30. annorum curſu erit opus, quoniam hoc tempus titulum ſupplet, quia ſibi ipſi pro titulo eſt talis præſcriptio, *c. 1. de præſcript. in 6. Caſtrenſ. l. 2. num. 2 h. tit. Bald. l. ſi quis. 11. in princip. ſi ſervit. vind. Balb. de præſcript. 2. part. 4. part. princip. quæſt. 2. num. 7. per l. ſi quis 8. in princip. inf. de præſcript. 30. ann.* opus eſt & poſſeſſione de qua dixi, juxta *l. ſine 25. de uſucap. c. ſine poſſeſſ. de R. I. in 6.* ad quam non requiro patientiam domini, velut noſtri hic *in l. 2. ubi Bald. Caſtren. & communiter Doctores* cum uſucapio contra ignorantem procedat, *l. ult. inf. de præſcript. long. temp.* & præſcribat nõ tantum contra dominum, ſed omnes, ut fatentur ipſi *Doctores in l. 1. l. 3. de uſucap. Covar. in d. c. poſſeſſor parte 3. in princip. num. 6. Felin in d. c. 1. de præſcrip. num. 6.* & ſi requireretur patientia, certe ſufficeret præſumta ex lege. *l. alienationis 28. de verb. ſignif.*

Quamobrem non requiro hic alteram cauſæ proximæ partem, nempe domini patientiam, de qua dixi, cum hanc Lex pacifico uſui, & completæ uſucapioni ultro adijciat, *d. l. alienationis.* Cæterum bonam fidem requirimus jure civili, ut in uſucapione, videlicet initio, non poſtea, *l. ſi fundo 6. inf. de præſcrip. long. temp. l. 2. inf. pro emt.* alioqui tantum 30 annorum præſcriptio curret, non adijciens dominium rei, ſed excludens contrarias exceptiones, *d. l pen. cum ſimilib. inf. de præſcrip. 30. annor.*

Iure canonico continuam bonam fidem, & omni tempore requirunt, *c. ult ubi Doctores de praeſcript. Covarr. d. c. poſſeſſor parte 2. §. 8. num. 3. & 4. & parte 3. §. 1. num. 1. de R. I. in 6. Balb. tract. praeſcript. parte 2. part. 3. princip. quaeſt. 13. num. 1. cum ſeqq.* quæ tamen poſt decurſum 30 annorum etiam in eo, qui malæ fidei fuit, præſumitur, *Bar. num. 17. & communiter Doctores l. ult. inf. unde vi.*

81 Quod ad interruptionem † attinet videtur durare jus uſucapionis vetus, in quod præſcriptio longi temporis transfuſa eſt, *d. l. unic inf. de uſuc. transfor.* Sed tamen videtur hac in parte Iuſtinianus magis naturam præſcriptionis veteris retineri voluiſſe, ut ſcilicet per denunciationem etiam interruptio induci poſſit, ut *in l. 2. inf. de annali excep. l. 2. ſup. ubi in rem act. §. ult. Novel 119. ut donatio propter nupt.*

82 Sane † quod ad præſcriptionem immemorialem attinet, nihil exiſtimo de veteri jure mutatum. ſicuti nec putandum eſt in præſcriptionis materia de hac agi. *Bald. & Doctores. l. 1. inf. ne rei domin. vel templ. & l. omnes 4. in fin. ubi Angel l. 7 inf. de praeſcript. 30 ann. l. 1. inf. de annal. except. c. ſuper 24. §. 1. de verb. ſign Iſern. & FF in c. 1. quae ſint regalia. Tiraq in retract. convent §. 3. glo. 2. num. 23.* cum potius privilegium ſit, quam præſcriptio *l. 3 §. ductus 4. de aq. quot. & aeſti. Bald. l ſi ſolennibus 7. num. 8. inf. de fide inſtrum. late Gabrie. lib. 5. de praeſcript concl. 1.*

Quamobrem arbitror indiſtinctè etiam apud veteres quaslibet ſervitutes immemoriali præſcriptione quæſitas fuiſſe, tanquam ex conſtituto *d. l. 3. §. ductus aquae 4. de aqua quot. & aeſt. l. 1. §. ult. l. 2, l. ult. de aq. plu. arc.* quod & Doctores fatentur in ſervitutibus diſcontinuis, quas nolunt aliter præſcribi. Hæc de cauſis.

Imponere verò † poſſunt ſervitutem, & conſtituere domini eius prædij, ex quo promittitur, aut cui imponitur, *l. 2. eod. l. 3. communia praed.* quatenus videlicet, & quamdiu domini manſuri ſunt, *l. is cui 11. §. ult. quemadmodum ſervit. amit.* & quidem omnes imponere debent, *d. l. 2.* nam etiamſi ſeparatim pro ſua quiſque parte cedere poſſunt, *l. per fundum 11. de ſervit. ruſt. praed. l. 6. §. 1. l. ult. communia praed.* tamen nil efficitur prioribus ceſſionibus, niſi ad unum omnes tandem cedant: quod ſi reliqui cedere nolint, non inducitur ſervitus, ſed qui ceſſit ad evictionem obligatur *l. ſi quis per. 10. de evict.* nec enim unus ex ſocijs jus hoc individuum pro ſua parte conſtituere poteſt *d. l. 2. eod. l. 5. communia praed. l fundus 64 de contrah. emt l. unus ex ſocijs 34. de ſervit. ruſt. praed.* & in re communi melior eſt prohibentis conditio, *l an unus 11 ſi ſervit. vend.* Itaque non niſi ex noviſſima ceſſione omnium priores ceſſiones confirmantur *l. 6. §. 1. communia praed.* quod non idem eſt in legato, *d. l. ult. communia praed.* quia morientium actus ita ſuſpendi nequeunt, ut vivorum, *l cum filius 76. §. ſervus. 4. de leg. 2.* hæredes tamen in ſolidum ſervitutem ex jure defuncti imponere poſſunt, ſicut acquirere, *l. via 17. eod.* quia partem non debent, aut acquirunt ſinguli, ſed in ſolidum *l. 2. §. 1. ubi Dd. de verb. oblig. gloſ. & Dd. l. ea quae 6. inf. famil erciſc.*

Vſusfructuarius autem nō rectè conſtituit, *l. ſed ſi 15. §. ult. de uſufruc.* quia

Yyy 2 partis

partis tantum, nec verè dominus eſt, *l. 4. de uſufr.* at contra proprietarius ſervitutem imponere poteſt, ex quo non fiat deterior uſusfructus cauſa, *d. l. ſed ſi 15. § ult. cum l. ſeq.* quoniam hic conſenſu uſufructuarij non habet opus, *l. 2. ſup de uſufr.*

Illam vero quæ noceat uſuifructui, ne quidem illo conſentiente imponere poteſt, *d l. ſed ſi 15. §. ult.* quia cum interſit hic fructuarij, perinde ab hoc conſtitueretur, ac à proprietario, quod fieri nequit, cum non niſi à dominis prædiorum imponatur, & quidem omnib. ſimul, ut unius proprietarij conſenſus in re individua nihil efficere poſſit, cum plenam de re diſponendi non habeat poteſtatem, *l. 1. communia præd. §. ult. Inſtitut. de uſ fruct.* Uſufructuarij vero, ut non domini, conſenſus haudquaquam ſit idoneus *d. §. ult.* Cæterum hanc nimiam ſubtilitatem fortaſsè noſtrum forum non admittit: nam ſi uſufructuarius partis eſt dominus, cur non reſpectu ſuæ partis conſentire ac cedere ſimul poſſit? ſin partis dominus non eſt, cur proprietarius, ut ſolus dominus imponere nequeat? Superficiarius quanquam ipſo jure ſervitutem non imponit, quia dominus non eſt, *l. ult. de ſuperfic.* tamen quoniam utilis dominus eſt, *l. 3. §. pen. de oper. no. nunc. l. 1. de ſuperfi.* idcirco ſervitutes ab eo conſtitutas prætor tuetur tam perſonales, *l. 1. in princip. quib. mod. uſufr.* quam reales, *l. 2 ubi Dd. de ſuperfi. ſeb* quamdiu ſcilicet poſſidet, ex ratione *d l. ſi cui §. ult. quemadmodum ſervi amitt.* ſicut & in vaſallo receptum eſt, ac ſervatur, *c. 1 § quidergo de inveſt. de re alien fact. Capol. de ſervit. urb. præd cap. 14. num. 2, & 3.* nec hoc caſu contra dominum, aut agnatum ſervitus præſcribetur, *Sonsbec. tract. feud. parte 11. in fin.* cum nec dum agere poſſint, quamdiu conſtituens poſſidet, *l. 1. in fin. inf de an. except.* Idem dicamus in Emphyteuta. *Curt. tract. feud. parte 4. quæſt. 14.* quæ ſuperficiario magis adæquatur *l. 3. ſi ag. vect.* niſi quod ille ſuperficiem habet utiliter, hic ſolum & totum agrum, *l. 1. 2. ſi ag. vect. d. l. 1. de ſuperfic.* quomodo olim provinciales in tributarijs, & ſtipendiarijs prædijs ſervitutem imponebant, *l 3 h. tit.* Sic heres rei ſub conditione alij legatæ dominus eſt *l & poſt litem 12 §. ult famil ercisc.* quamobrem pendente conditione ſervitutem ei imponere poteſt, deinturam, poſtquam conditio legati extiterit, *l ſi fundum 105. in fin de condit. & demonſt. l. ſi cui 11. § ult. quemadmodum ſervit. amit ex ratione l ſi fundum 81 l. ſervo legato 69. §. 1. de leg. 1.*

Idem forte dici poteſt de marito qui lege Iulia prohibetur fundum dotalem obligare, *§. 1. Inſtitut. quib. alien. lic tot. tit ff. & C. de fund. dot. l* & conſequenter ſervitutē imponere, *l. 5. & 7. de fund. dot. ex regula l. ult in fin inf. de reb. alien. non alien. in l.* quæ Lex Iulia ab Auguſto lata eſt de adulterijs, qua etiam de fundo dotali cautum fuit, *Paul. l. b. . tit. 21. §. 1. de dotib.* Videtur igitur accipienda eſſe de caſu, quo actioni dotis, ſoluto ob adulterium, aut aliam cauſam matrimonio, locus eſſe poteſt, *l. ſi maritus 7. vers. officio. de fund. dot.* nec enim ante actio, vel iudicium dotis datur, *l. unic. §. cum autem, vers. ſi matrimonium fuerit diſſolutum inf. de rei uxor. actio.* niſi ex inopia mariti, *l. ubi adhuc. infr. de jur. dot. l ſi conſtante ubi Doctores ſolent, matr.* atqui durante matri-

matrimonio cum dos ſit in bonis viri, l. Lucius. 21. § idem. 4. ad municip. quāvis in jure mulieris l. quamvis 75. de iur. dot. certe durante matrimonio videtur conſiſtere alienatio, vel ſervitutis impoſitio, d. l. ſi m ritus. velut à domino facta, l. doce. 9. ſup. de rei vend. eo magis, quod ejuſmodi valeant, nec incurrant in prohibitionem legis Iuliæ, quoties maritus non cogitur rem reſtituere ipſam, ſed tantum æſtimationem. l. 1. infr. de fund. dot. l. intereſt. 6. ſup. de uſufruct. perinde ut impoſitio ſervitutis à patre in bonis filij facta pendet ſimili eventu l. ex Caſtrenſi. 18. ubi gl. verb part. de caſt. pec.

Tutores & ſimiles alienæ rei adminiſtratores imponere ſervitutem nequeūt fundo pupillari vel ſimili, quem curant, quoniam nec obligare poſſunt. l. ſi pupillorum. 7. § ſi prætor. de reb. eorum ex ratione d. l. ult. inf. de reb. alien non alienan. cum domini ſint tantum in adminiſtrando, l. interdum. 56. § pen de furt. non in alienando. l qui fundum 7. § ſi tutor. 3 pro emt. Idem in adminiſtratore publico ſtatuunt. Zabar. clement. 1. quæſt 2. de reb. Eccleſiæ non alien. Rodian. in tract. de reb. Eccleſiæ non alien. in pr. § quando num. 1. & 2. fol. 18. & in rubr. de conſtit. annui cenſ. num. 16. cum ſeq. fol. 102. adeoque in marito extra res dotales aliud uxoris patrimonium procurante, de quo in l. maritus. 21 ſup. de procurat.

34 Acquiruntur vero † ſervitutes non homini, ſed prædio, l. ſed ſi. 15. § ult. de uſufr. quanquam per conſequentiam & reſpectu ejus etiam domino acquiri perhibeantur. l. 5. communia præd. acquirere vero fundo poſſunt tantum domini prædiorum, d. l. 1. communia præd & ſibi quidem, non alij, d. l. 5. communia. præd l qui ædificium. 2. de ſervit. urb. præd. l. etiam 17. de leg 3. & qui pro dominis ſunt, ut pater in caſtrenſi filij peculio, d. l. ex caſtrenſi. 18 § 1. de caſtr. pec. etiam proprietarius. l. ſed ſi. 15. § ult. de uſufr. non fructuarius. d. §. ult. licet retinere quæſitam poſſit utendo, d. §. ult. Sed nec unus ex ſocijs rectè acquirit, l. ſi unus. 19 de ſervit. ruſt. præd. pluribus tamē acquiri poteſt ſervitus, aut ſimul, aut ſeparatim, etiam dominis diverſis, d. l. ſi unus. 19. de ſervit. ruſt. præd. ut jus eundi, aquæducendæ per eundē locum pluribus cedi, & acquiri poteſt, l. 2. inſ. de ſervit. ruſt. præd. l. Lu 10. 4 de aq. quot. & æſti l. qui per. 15 communia præd. cujuſmodi rivales dicūtur, quoties diverſæ rei ſunt domini. l. 1 §. ſi inter rivales 20. & §. pen. de aq quot. at unius rei domini potius ſocij ſunt, quorum aliquibus ceſſio facta non acquirit ſervitutē, donec poſtremo tandem cedatur, atque hic ultimus actus priores ceſſiones cōfirmet, l. 6. §. 1. l ult. communia prædior. Eademque eſt cauſa hæredum, l ſi unus. 19. de ſervit. ruſt. præd. ut omnibus in ſolidum quæratur, l. viæ. 17. eod. cum per partes nec deberi, nec acquiri poſſit, l. pluribus. 140. in fin l ſtipulationes. 72. l. 2. §. 1. ubi Dd. de verb. oblig. d l. ſi unus 19. de ſervit ruſt præd. l hæredes. 25. § an ea. 8. famil. ercisc. Acquirere poteſt & is, qui revocabiliter eſt dominus, nec perit ſervitus ſemel quæſita, licet dominium amittat, quia non ſibi, ſed prædio quæſivit, l. ſi cui 11 §. ult quemadmodum ſer. amitt. & hæ perpetuæ ſunt ſua natura. l. 4. l. ſervitutes. 14. eod. quib. etiam melior fieri poteſt res aliena, non deterior, d. c. 1. §. 2. de inveſt de re alie. fact. in fin. Sic & vaſallus rectè ſervitu-

tem acquirit prædio domini. *c. 1. §. 1. de inveſt. alie. fact.* maritus dotali, *d. l. 6. & 7. de fund. dota.* pater filio. *d. l. ex caſtrenſi. 18. de caſtr. pec.* ſed & per adminiſtratores rectè quæritur, ſicut & per ſervum. *l. ſi unus. 19. de ſervit. ruſt. præ.* per vicinum acquiri vicino, qui non ſit dominus prædij, cui quæritur, nequit, ſed domino ſoli quæritur, nec valet alterius adiectio. *l. 5 communia præd.*

35 Materia circa quam † eſt id, quod jure communi habere non licet: nam quæ hoc permiſſa ſunt, fruſtra in ſervitutem deducuntur. *l. 3. in fin. de ſervit. ruſt. præd.* ubi proponitur exemplum aquæ hauriendæ, etiamſi iter ad id conſtitui poſſit, *d. l. 3.* ſic ut mihi liceat in meo ſedere, lavare, ignem facere non rectè conſtituitur, *l. ſicut autem. 8. §. Ariſto. 5. ſi ſervit. vend.* at ne liceat in balneo vaporarium habere, ſeu cuniculū, per quem vapor in vicini ædes erumpat, rectè conſtituitur, *d. l. ſicut. 8. l. 3 de rivis. cum ſimil.*

36 Materia in qua † ſunt prædia. *l. 1. eod. l. 1. & tot. tit. de ſervit. urb. præd. & toto tit. communia præd. §. ult. Inſt. eod.* quæ dicta ſunt vel à præda, quod agri capti prædæ loco publicari ſolent: vel à præſtando, quod pro prædibus, id eſt, fidejuſſoribus haberentur. *l. ſecundum. 15. qui ſatiſd. cog.*

37 Eſt autem † hoc nomen univerſitatis, ut dicitur. *l. locus. 60. l fundi 211. l. quæſtio. 115. de verb. ſignif.* quod non ita accipiendum eſt, quaſi prædiū non poſſit eſſe res ſingularis, *l. ult. h. tit. Panor. c. cum ſeculum n. 1. de iur. patron.* nam & in Inſtitutionibus inter res ſingulares referuntur. *§. ult. per quas perſon.* Sed hunc habet ſenſum, quamlibet rem ſoli, ſive univerſalem, ſive ſingularem, & quamcunque, prædij nomine, ſicut & fundi, tanquam univerſali contineri, imo magis univerſale videtur, quā fundi, cum hoc prædia tantum ruſtica propriè denotet, prædiorum autē nomen etiam ædificijs urbanis accommodetur.

Eſt igitur † poſſeſſio rei cuiuſcunque 38 immobilis, unde ſervitutes prædiorum potius, quam rerum appellantur: rei n. nomen generale eſt, ac mobilia quoq; complectitur. *l. 5. l. rei. 5. de verb. ſignif.* in quib. hæ ſervitutes locū nō habent. *l. ut pomum. 8. l. quoties. 15. de ſervit.* ſed & jura continet rei appellatio, *l meorū. 91. d. l. rei. 5. de verb. ſignif.* quorum etiam non eſt æquè eiuſmodi ſervitus, *l. 1. de uſufr. leg. cum ſimilib.*

Diſtinguuntur autem † prædia in o- 39 ptima maxima. *l. ſi cum fundum. 126. de verb. ſignif.* item vectigalia, patrimonialia, Emphyteutica. *l. e. tam. 13. inf. de præd. minor. l. 3. §. 4. de reb. eor. tot. tit. inf. de fund. patrim. lib. 11.* Sed & alia fuerunt prædia mancipi, ac Italici ſoli ſeu juris, *de quib. in tit. de cenſib.* alia provincialia *l. 3. h. tit.* unde & illud intelligi poteſt ſine diſcrimine utriſque potuiſſe ſervitutem imponi, illis quidem mero jure, his vero tuitione prætoris. Verum in hoc argumento uſitatè diſcriminantur prædia in urbana, & ruſtica, *l. urbana. 198. de verb. ſignif.* quæ Neratius diſtinxiſſe videtur loco, & ſitu, non uſu. *l. 2. de ſervit. ruſt. præd. l. 4 §. 1. in quib. cauſis pig. tac. cō. rah.* reliqui ab uſu, ut quæ habitationis ubicunq; conſtruuntur, potiſſimum (à principaliore enim fine res æſtimantur, etiam familiares, *l. urbana. 166. de verb. ſignif.*) cenſeantur urbana, quæ vero fructuū colligendorū præcipuè cauſa, ſint ruſtica, *d. l. urbana 198. de verb. ſignif. l. 1. communia præd.* Diſtinguitur

guitur etiam hic prædium in ſerviens
l. ſi cui. 9. verb fundi ſervientis, eod. quod
& inferius. *l. cuius. 24 de ſervit. urb præd.*
& in dominans ſeu ſuperius. *l. hoc quod*
24. de ſervit. urb præd. Oportet autem
40 † prædium, [illegible]ui ſervitus vel conſtituitur,
vel acquiritur, eſſe aut proprium, aut
alienum. Proprium eius, qui ſervitu-
tem acquirit, *l. 1. communia præd. §. inter.*
Inſt. eod. Alienum vero id, unde acquiri-
tur. *l. pen. h. tit.* nam rei ſuæ ſervitus eſſe
nequit. *l. 6. l. ſi cum duos 8. commun. præd.*
unde & qui duas poſſeſſiones, vel ædes
habet, nō poteſt ſimul tradēdo ſervitu-
tem imponere, vel acquirere, ſed ſepa-
ratim altero retento, donec ſervit⁹ cō-
ſtituatur. *l. ſi cum duos. 8. cum ſeq. l. 6. com-*
munia præd prædijs vero communibus
ſocio invito ſervitus nec quæritur, nec
imponitur, ut ante dixi *l. in re communi.*
26 de ſer. urb l. proprium. 5. cōmunia præd.
l. ſi unus. 19. de ſeru. ruſt. præd. Sed nō niſi
41 † inter vicina quoq; prædia ſervitus re-
ctè cōſtituitur. *l. ſi ædes. 32. cū. ſeq. de ſer.*
urb. l. 4. §. ult. ſi ſerv. vind. nec intermediū
aliquod eſſe poteſt, niſi eiuſmodi, quod
ſervitutē non impediat. *l. qui ſella 7. §. 1.*
& ult. de ſer. ruſt l. ſervitutes. 14. §. ult. eod.
42 Sciendum eſt † etiam futuris prædijs,
ut ædificandis, ſervitia quæri vel impo-
ni. *l. ſi ſervitus. 28. §. ult de ſervit. urb. l. La-*
beo. 10. de ſervit. ruſt. l. exiſtimo. 98. de
verb. oblig. l. hæredes. 25. §. an ea 8. fam.
erciſc proprijs ſcilicet, ut dixi, non alie-
nis. *l. 1. l. ſi quis. 6. §. 1. l. ſi cum 8. commu-*
nia præd. quamvis alienum debeat eſſe
ſerviens illi, cui quæritur, *l. cum eſſent. §.*
1. de ſervit. ruſt. præd. l. quicquid. 10. com-
munia præd. l in re. 26. de ſervit. urb, res n.
ſua nemini ſervire poteſt, ut ibi dici-
tur. Itaq; prius ſuum alienare debet,
qui in eo ſervitutem ſibi retinere velit.

l. 3. 5. 6. communia præd. l. ſi communi. 27.
de ſervit. ruſt. l. ſi quis. 30 §. 1. de ſerv. urb.
Conſiſtunt etiam † aliæ ſervitutes in ſo- 43
lo, ut plerunq; ruſticæ, aliæ in ſuperficie
l. 3. eod. ut urbanæ, *l. certo. 13. de ſervit. ru-*
ſtico. præd. & vel in toto fundo, vel ad
certam eius partem; *l ad certam. 6. eod.* h.
e. diviſam & certis finibus diſtinctā, in
qua & conſtitui poteſt, *d. l 6.* & cōſtitu-
ta remitti *l. placet. 25. quibus mod uſusfr.*
quomodo pars ſumitur. *in l. rectè. 25. §.*
1. de verb ſignif. l. ſi ex toto. 8. de leg. 1. nā
in parte indiviſa, vel incerta non impo-
nitur, vel acquiritur. *l pro parte. 11. eod.*
l. 6. § 1. communia. præd. toti quippe
fundo alioquin quæritur ſervitus, & im
ponitur. *l. ſi cui. 9. de ſervitut. l. ſi mihi.*
21. l. certo. 13. §. 1. de ſervit ruſt. ſic ut o-
mnes glebæ ſerviant, ac dominentur,
d. l. certo. 13. §. 1. niſi quatenus ad cer-
tam partem ſervitus reſtringitur. *d. l.*
certo. 13. in pr. quod fit diverſimodè, vel
ad diſtinctam quandam quaſi ſpeciem
totius fundi, ut quando conſtituitur in
ædificio, non in fundo vel agro, aut
contra in agro, campo frumentario,
prato, ſylva cædua, item vinea, &c. *d. l.*
certo. 13. de ſerv. ruſt. præd. quo caſu
non totum prædium ſervit, ſed hæc
pars tanquam ſeparata, deinde & in hac
ipſa parte, quæ tota ſervit, ad certum
aliquem partis locum ſervitus coercer-
ri poteſt & ſolet, *l. ſi cui. 9. eod l. certo. 13.*
§. 1 & §. 1. 2 de ſervit. ruſt aut nominatim
conventum ac deſignatum. *d. l. certo.*
13. §. 2. l. via. 23. de ſervit. ruſt. cuius rei
electio ſi conceſſa ſit dominanti, ipſe
civiliter definiet. *l. ſi cui. 9. eod.* ſin mi-
nus erit debitoris electio *l. ſi via. 26. eod.*
ſine captione tamen & defraudatione;
l. ſi via. 26. de ſervit. ruſt. d. l. ſi cuius.
eod.

Quod

Quod ſi convenire nequeunt, arbitrio id definietur. *d. l. certo.* 13. § 1. *de ſervit. ruſt* quo opus eſt, quando lex deficit. *l* 1. *de jur. delib gl. & Dd. l.* 3. *ſupr.*
44 *de SS. ecel.* nec modo terræ † ſervitus imponi poteſt, verum etiam aquæ, *d. l. cum eſſent* 33. §. 1. *de ſervit. ruſt. l.* 3. *de rivu. tot. tit. de aq. quot.* & igni *l. ſicut.* 8 § *ſi ſervi. vend.* Item aëri, ut ſupra diximus.

45 Cæterum † loco ſacro ſervitus imponi nequit. *l. ſervitutes.* 14 § *pen & ult. eod. l ſi prius.* 17. §. *ſed loco.* 3. *de aq plu. arc.* neque per loca ſacra debere poteſt. *d. l. ſervitutes.* 14. §. *ult. eod.* quoniam ijs locis uti fas non eſt, ut recte ait. *Revard. l. cum principalis.* 178. *de R. I.* Idem de loco ſancto & religioſo ſtatuatur, *d l.* 14. §. *ult. eod. l.* 4. *communia præd.* Quanquam autem nec ſervitus acquiri ijs locis mero jure poſſit, quia tantum à domino quæruntur qui hic nullus eſt, *d. l.* 6. *communia præd.* tamen favore religionis; qui ſummus eſt, *l. ſunt perſonæ.* 43. *de religioſ.* receptum eſt ut acquiri ijs ſervitus poſſit. *d. l. ſervitutes* 14. §. *penult. eod l. ſi venditor.* 10. *l. ſi quis ſepulchrum.* 12. *de relig. & ſumt. fun.* certè & ad eiuſmodi loca, ut ſacellum, ſepulchrum, iter in privato conſtitui poteſt, *l. ſervitutes.* 14. *in ſin. eod l. ſi quis.* 12. *de relig. & ſumt. fun.*

46 In publico quoque † non rectè conſtituitur ſervitus, niſi principis permiſſu. *l. ſi in publico.* 18. *de aq. plu. arc. d. l. ſervitutes.* 14. § *ult. eod.* per loca tamen publica traduci ſervitus ex privato in privatum poteſt, quatenus uſus viæ publicæ non fiat deterior, ut in itinere, actu, via, &c. *d. l ſervitutes.* 14. §. *ult. l. ſi prius.* 17 § *via.* 2. *de aq plu. l. in tradendis.* 7. §. 1. *communia præd. l.* 4. § *ult. ſi ſervit. vend.* quandoquidem talibus ſervitutibus per locum publicum uti licet, licet via ipſa publica pateat uſui nō jure ſ. rvitutis, ſed facultatis, *l per agrū.* 11. *in fin. h tit.* in locis ſacris, religioſis, ſanctis idem non licet, qui uſibus hominum eximuntur. *d. l ſervitutes.* 14 §. *ult. eod. d l ſi prius* 17. §. 3. *verſ. ſed loco ſacro de aq. plu.* Cæterum nec per locum publicum aquæductus vel ſimilis ſervitus conſtitui poteſt, arbitrio privato, *d. l. ſervitutes.* 14. §. *ult. eod.* quoniam hic opus eſt, ut in publico aliquid fiat, quod ſine principis aut Reipub. conceſſu fieri non poteſt. *d.* §. *ult l. ſupra iter.* 11. *de aq. plu arc. l.* 2. §. *ſi quis.* 15. *ne quid in loc pub. l.* 1. *de via. publ.* eademque ratione nec ſtillicidij, protegendi, proijciendi, immittendi ſervitus, interveniente publico loco, non rectè conſtituitur. *l. ſi opus.* 21. § *in opere.* 2. *l. ult.* §. *ult. quod vi aut clam.* quia quod jus eſt ſoli, eſt etiam jus cœli ſupra ſolum. *d.* §. *in opere, l. ult. eod. quæ in Florent. eſt l.* 1. *de ſervit ruſt.* hæc enim aliquo poſitu, vel immiſſione conſtant, cuiusmodi in publico non licet facere, habere, *l.* 5. §. *prætor.* 6. *de his qui deiec. vel effud.* non tamen factum cogitur quis ſtatim tollere, niſi publico officiat, ſed ſolarium inde præſtat. *l.* 2. §. *ſi quis.* 17. *ne quid in loc. pub.* ut ſuperficiarius. *l.* 1. *de ſuperfic.* at in religioſo, ſacro factum aut ædificatū omnino tollitur. *l.* 2. §. *ſi quis* 17. *ne quid. in loc. publ.*

Sed nec † mobilibus rectè ſervitus imponitur. *l. ut pomum.* 8. *l. quoti s.* 15. *eod.* etiamſi perſonalem ſervitutem recipiant, *l. ſed ſi.* 19. §. 1. *eod. l.* . *de uſufr. leg.* ne quidem in corporalibus. *l cum eſſent,* 33. §. 1. *de ſervi. ruſt. l* 1 *in ſin de uſufr. leg.* Itaque quod diximus feudo 47

ſervitus

ſervitutem imponi, *c. 1. §. 1 de inveſt. de re alien.* item aquæductui, aquæhauſtui, *d. l. cum eſſent* 33. §. 1. hoc ita accipiendum eſt non juri incorporali ſervitutem propriè imponi, ſed ipſius ſubjecto corpori, ut prædio feudali, itē aquæ, aquæductui, & terræ ſeu ſolo, per quod ad hauriendum itur, *l. Labeo* 17. *quemadmodum ſer. amitt.* atque ita malim interpretari *d. l. cum eſſent* 33. §. 1. *de ſervi ruſt.* quam de perſonali tantū obligatione. An autem parti fundi ſervitus quæri, vel imponi poſſit ſup. diximus, & diſcendum eſt, *ex l. pro parte* 11. *cod. l.* 1. §. *ſi uſusfructus* 5. *ad L. Falcid. l.* 5 §. *ult.*
48 *commod.* Sed neq; † materiam omnem jure ſervitutis licet imponere alieno, quia ſolo ſtatim cedit, *l. 2. ſup. de rei vindicat. l. ſi ſupra* 28. *de acquir. dom.* unde ſupra alienū haberi ædificium nequit, niſi jure immiſſi, projecti, ſic ut à dominante ſuſtineatur, *l. hoc quod.* 25. *de ſervit. urb.* aut niſi ſit res mobilis, quæ ſolo non cedit, *l. altius* 28 *de acquir. rer.* Eadem ratione nec contra cellam aut penum ſubtus alterius domum habere licebit, cujuſmodi tamen uſus contra ſubtiles noſtrorum diſputationes recipit, ut eſt in *l. 4. de ſervit.*

49 Quod ad formam † attinet, quæ ſervanda eſt, *l. 1. l. 5. 6 . h. tit.* conventio de ſervitute, ſeu jus ad rem, diem ac conditionem recipit. *l. exiſtimo* 98. *de verb. oblig.* conſtitutio ipſa juris in re, quæ fit & inducitur per uſum dominantis, & patientiam ſervientis, *l. 3. h. tit. l. pen. l. ult. eod. l. 3. §. 2. de act. emt. l. 1. §. ult. de ſervit. ruſt.* neque ex tempore, neque ad tempus, neq; ſub cōditione, nec ad certam conditionem, quæ comparantur, *l pater.* 101. §. *ult. de condit. & demonſtr.* rectè conſtituitur *l.* 4. *eod.* ſcilicet ipſo jure civili, quoniam factum quaſi traditionis natura perpetuum, & efficax non impeditur pacto, *l. ab emtione* 58. *de pact. l. 2. de reſcind. vend.* Iure tamen prætorio ex ejuſmodi pactionū formis datur exceptio, vel quantum arbitror etiam actio, quia pactum eſt conventum, id eſt, traditione munitum, & efficax, ut eiuſmodi placita ſervari debeant, *d. l. 4. l. 3. h. tit.* diverſis tamen temporibus ſervitus rectè conſtituitur, *l. in tradendo* 7. §. 1. *communia præd. l. ſi prius* 17. § *ult. de aq. plu. arc.* nam uſus ſervitutis tempore rectè diſtinguitur, *l. ſi ſic* 7. *l. ſi communem* 10. *quemadmodum ſervit. amit. l. via, iter* 5. §. 1. *eod* nec deſinit una eſſe, quamvis temporibus diviſa, *l. 1. §. ult. de aq. quot.* quia non ad formam ſervitutis, ſed modum & uſum, id eſt, effectum pertinet, *l. 4. in fin. eod.* itaque modus adjici ſervitutibus poteſt (ut quo genere vehiculi quis utatur:) *d. l* 4. §. 1. *l. is cui* 11. *quemadmodum ſervit. amit.*

Sed & † ſi quid præterea in ſervitute 50
imponenda nominatim conventum eſt, id ſervandum eſt, *l. ſervitutes* 20. §. *ſtillicidium* 4. *de ſervit. urb* quemadmodum & id, quod à teſtatore relictis ſervitutibus præſcribitur, *l. binas* 36. §. *ult. de ſervit. urb. l. ſi via.* 26. *de ſervit. ruſt. l. ſervum* 44. §. *ult de leg. 1. l. dominus* 15. §. 1. *de uſufruct. leg.* quod ſi nihil adjectum ſit, pura eſt & hîc obligatio, ut in §. *omnis. inſt. de verb. oblig.* quædam tamen civiliter ſubintelliguntur, *ut in l. ſi cui* 9 *eod.* non enim omne, quod licet, honeſtum eſt. *l. non eſſe* 144. *de R. I.* nec maliciis indulgendum *l. in fundo* 38. *de rei vend.* quamobrem iter deligere non licet illi per villā (quæ eſt acceſſio fundi. *l. fundi* 8. *l. quid tamen* 10. *quib. mod.*

uſufr. amitt. l. uxori 35. de uſufr. leg.) cui
ſervitus itineris per fundum debetur,
aut per vineas ire agere non licet, cum
id æquè commodè per alteram partem
fieri poſſit, minore ſervientis fundi de-
trimento, *d. l. ſi cui 9. eod.* Illud etiam
conſtitit, h. e. convenit inter ICtos, &
couſtare cœpit, ut qua primum viam is,
cui ſervitus, debetur, direxiſſet, vel ri-
vum, quem primo qualibet ducere li-
cebat, duxiſſet, id eſt, feciſſet, *l. ſi preca-
rio 17. communia præd.* amplius eius rei
mutandæ poteſtatē nō habere *d. l. ſi cui
9. eod. ex ratione l. apud 20. ubi Dd. de opt.*
51 *leg.* Vnde *d. l ſi cui,* † permittit huius rei
deſignationem ei, cui ſervitus debetur,
quoniam agit de eiuſmodi ſpecie, qua
alicui ſervitus ceſſa, vel relicta eſt, atqs
ita eius arbitrio permiſſa, ut *l. legato 37.
de leg. 1. ubi Dd.* Secus eſt ſimpliciter
ſervitute conſtituta, vel relicta, *l. ſi via.
26. verb legetur ſimpliciter per fundum, de
ſervit ruſt. præd. l ſi quis 32 §. ſi quis plu-
res 1. l. legato 37. §. ſi de certo 1. de leg 1.* nec
hic inter ceſsionem, & relictum diffe-
rentia eſt conſtituenda, quando diſer-
tè *d. l. ſi cui 9.* conjungat & æquiparet
utrumq; caſum, in verbis: *ſi cui via con-
cedatur, vel relinquatur.*

52 Latitudo actus, † itinerisq; ea eſt,
quæ demonſtratur conventione, quod
ſi nihil dictum ſit, neque conveniat in-
ter partes, ab arbitro ſtatuetur, *l certo 13.
§ pen. de ſervit. ruſt.* In via aliud eſt,
nam ſi latitudo dicta ſit, legitima nō de-
betur *d. l. certo 13. §. 2. de ſervit. ruſt.*
quia licet quidem contrahentibus in re
ſua privata, qua de hic agitur, legem
rei ſuæ dicere *l. cb res 20. de pact. dotal.
l. dictam 8. inf. de con dict. ob cauſam.* Sed
ſi nihil eiuſmodi dicta ſit intelliguntur
ſecundu leges paciſcentes contraxiſſe,
*l. ſi duo 38. ubi Caſtr. & Dd. de acquir. hær.
Bar. l, hæredes 57 §. cū ita 1. n. 2, ad Trebel.
CCra in 6. ex literis 7. de ſponſal. Tiraq. de
retr. convent. §. 1. gl. 2. nu. 14. Everh. conſ.
87 nu. 40. Cravet. conſ 33. nobiles, nu. 18.*
proindeq; quod omiſſum eſt, manet in
legis diſpoſitione, *l ſi extraneus 6. de cō-
dict. cauſa dat. l. illam 19. ubi Iaſ in fin.
inf. de collat. l. ſi ad dotem 22 ſolut. matr.
Schurff. conſ. 55. exploratiſſimi n. 1. 2. cent. 1.*
Latitudo igitur viæ debebitur lege 12.
tabul. definita, *l via 8. de ſer. ruſt. præd.*
quod ſi definiatur à partibus anguſtior
via, quam ut vehiculum duci poſſit, a-
ctus videbitur conceſſus, ſi jumentum
ire poteſt, ſin minus, iter tantum, *l. ſi
tam anguſta 13. eod.* de qua ipſa latitudi-
ne ſi non conveniat, arbitri officium e-
rit invocandum, *d. l. certo 13.* h. e. peri-
torum *l 1. §. ult. ubi Bart de vent. inſpic.
l ſemel 6. inf. de re milit. lib. 12. l. ſeptimo
12. de ſtat. hom. c. ſignificavit 3. de homi-
cid. l. comparationes 19. inf de fid. inſtru.*
arbitrorū juris, *l. arbitro. 9. cum ſeq. qui
ſatiſd. cog* qui dātur à judice, *l. ſancimus
6. ſup. de advoc.* In judicialib advocati, *d.
l. 6. viatores, l. ult. de iudic.* In hac ſervitu-
tū quæſtione, in ruſticis quidē agrimē-
ſores, directores, *de quib. l. 2. 3. inf. fin.
regund. l. 1. & tot. tit. ſi mens. falſ mod.
dix.* in urbanis architecti, à quibus di-
cuntur leges ſervitutum ædibus, ex au-
toritate præfecti urbis, vel prætoris *l. 1.
in fin. de ſervit. urb. l. in ſacris 12. inf. de
proxim ſacr. ſcrinior. lib. 12. Vitru l. 6. 1.
cap. 15* ut de altitudine *l. ei. 26 de excep.
rei iud.* ne videlicet graviore ſervitute
onerentur ædes ſervientes, *l. cuius 24.
de ſer. urban. l. qui luminibus 11. eod. tit.*
Pro parte quoque † ſervitus acquiri ne- 53
quit, *l pro parte 11. eod l 6. §. 1. communia
præd.* quia partim iri, vel aqua duci ne-
quit.

quit

quit, *l. vis 17. eod. d. l. pro parte* 11. quare corrumpitur ſervitus parte alienata, quoniam inde incipere nequit, *d. l. pro par. e.* ſed hoc ante conſtitutionem: nã jure ſemel conſtituto in qualibet parte retinetur tota ſervitus *l. ut pomum 8. §. 1. eod. l. pluribus 140. de verb. obligat.* quia quod ſupereſt, non amplius pro parte, ſed pro toto retinetur, *l. rectè 25. in fin. l. locus 60. verſ. qualibet portio fundi poteſt fundus dici. de verb ſignif.*

54 Servitus etiam † cum patientia eius, qui debet, & uſu eius, cui debetur, conſtat, *l. 3. §. 2. de act. emt.* non poteſt conſtitui in facto eius, qui debet, excepta ſervitute oneris ferendi, ut diximus. verbi cauſa, ut ex tuo prædio tollas viridaria, aut proſpectum amæniorem præſtes, vel quid pangas: hoc enim modo conſtituitur perſonalis obligatio, ut ſi promittas quid facere, vel non facere obligeris, non autem realis, quia quaſi traditio hic non cadit, videlicet uſus dominantis, & patientia ſervientis, *l. quoties 15. in fin eod.* quamvis & hoc arbitror ſubtilius, quam ut uſus fori nunc admittere poſſit. Retinetur etiã †
55 (ut hoc ultimo loco ſubijciam) ſervitus vel per hominẽ vel per rẽ ipſam. Per hominẽ ut poſſeſſorẽ, *l. 5. quemadmodum ſer. amit.* tam bonæ fidei, quam malæ fidei. *l. qui fundum 12. d. l. 5. quemadmodũ ſervi. amit.* ſocium *d. l. 5.* per rem ipſam, ut ſi abſq; facto hominis aqua ſua ſponte fluxerit, etiamſi nullus utatur *d. l. qui fundum 12. l. ult. quemadmodum ſervit. amit. l. quod Servius 8. de condict. cauſa dat.* etiamſi non per omnia aquagij loca defluat *l. aqua 9. quemadmodum ſer. amitt.* quælibet enim retinetur uſurpatione, id eſt, uſu, *l. ſi ſtillicidij 8. §. ult. l. 2. 4. & paſſ. quemadmodum ſervit. amit,* etiã pro parte utendo, *l. 6. 7. 8. quemadmodũ ſervi. amit. l. ſi eo 9. § ult. ſi ſervit. vind* ut qui ſtatuto tempore ivit, non etiam vehiculum vexit, aut jumentum egit, viam actumque retineat, *d. l. ſi eo 9. §. 1. l. 2. quemadmodum ſer amitt. l. & p rius 13. de acceptil.* velut totum in parte, & contra, quod ſecus eſſe diximus in itinere, aquæhauſtu, quia illius pars non eſt, ſed ſequela, & acceſſio. *l. Labeo 17. quemadmodum ſer. amitt.* cum à diſparatis ſervitutibus non fiat illatio *l. ſi domũ 21 de ſervit. ruſt. præd.* & acceſſorium pereat cum principali *l. cum principalis de R. I.* ſed & quando contra pupillum nihil præſcribatur non utendo *l. bonæ 48. de acq. rer. dom* etiam ſocius eius major retinet ſervitutẽ nõ utendo ex perſona ſocij pupilli *l. ſi communẽ. quemad. ſervit amitt,* tempore peſtis etiam, hoſtilitatis, & ſimilis neceſſitatis dormit præſcriptio, ſed ita tamen, ut ſit vehemens peſtis, ut tractant *Dd. in c ex transmiſſa. de præſcript.* Sed contra pupillum, vel minorẽ ſemper dormit præſcriptio.

FORMA † probandi ſervitutem eſt 56
varia *Spec. de probat. §. 1. n. 21. & de reſ. ſi. ſpol. § 1. in pr. Bart. l. 1. §. hoc interdictum in fin de itin. actuq. pri.* Probari autem omnino debet, cum non præſumatur, *l. altius 8. ubi Dd. l. ſi in ædib. 9. verb. ſi te ſervitutem habuiſſe non probetur. h. tit. Alc. reg. 2. præſumt. 1. num. 12 & per totum.* Probatur autem probatis cauſis, unde conſtituitur, puta titulo, conceſſione *l. 3 h tit* præſcriptione *l. 2 h. tit. uſu, l. ſi quis 10 ſi ſervit. vend* qui variis modis demonſtrari poteſt, *l. ſicut 8. §. ſed ſi 3. ubi Bart. l. ſi quis 10. ſi ſervit vend. l. 1. 2. ubi Dd. h. tit.* ſicut & poſſeſſione, *l. cum res 12. inf. de proba Bar. l. Celſus 27 nu. 23. de uſucap. & l. Titia 48. n. 2. & 3. de ſolut.*

Ex uſu tamen ſolo poſſeſſio magis probatur, quam jus ſervituti, *d l. ſi. ut 8. §. ſed ſi quæritur. 2. ſi ſerv. vend. ubi Bart* quæ ad hoc valet, ne probare ſe dominum rei poſſeſſor cogatur. *gl. d. l. ſicut 8. § 2. verb. poſſeſſoris. ſi ſervit. vend.* quod alias probare cogitur, *gl. ibid. per l. 2. in prin. eod.* Cæterum nihilominus poſſidens ſervitutem ſibi deberi, & conſtitutam eſſe, probare debet propter maximum libertatis favorem quæ omnibus rebus eſt favorabilior, *l. libertas 16. de R. I. ita gl. Caſtr. & Dd. in rubr de ſervit. Bart. l. ſi ædib. 9 per illum text. in fin. h. tit.*

57 De fine tũc loquitur ICtus: ſervitutũ ea natura eſt, non ut aliquis, videlicet qui ſervitutem patitur, faciat quid in ſuo, ut viridaria tollat (quæ ſcilicet in feneſtris aut lectis poni ſolent, *l. ædificia 12. de ſervit. urb præd. Plin lib. 19. cap. 4*) ſed ut patiatur, vel ne faciat, *l. quoties. 15. § ult. eod. l. eum debere 31. de ſervit. urb. præd. l. ſicut 8. §. 2. ſi ſerv. vend.* principaliter ſcilicet, nam in conſequentiam conſtitui poteſt. Sed & prætor ejuſmodi pacta tuetur, *l. 2. communia præd.* quoties prædio utilia ſint, *l. via 17. eod.* ſola enim utilitas prædij dominantis hic inſpicitur, *l. 5. 6 de ſervit ruſt. præd.* h. e. quod utile eſſe poſſit, etiamſi non ſit, *l. ei 19. cum l. ſeq eod. d l. ſicut 8. §. Ariſto 4. ſi ſer. vend.* Licet autem etiam commoditas perſonæ ſic acquiratur, tamen conſtituuntur hæ ſervitutes reſpectu prædij, nec aliter, dummodo proſint ratione dominij, quod habet in prædio is, cujus jus conſideratur, *l. qui aliens, vel ut eſt in Florent. l. liberto. 31. §. uno. ult. d. neg. geſt. l via 23. § ſi fundus 2. de ſervit. ruſt. præd.* cujus ſupra uſum conſtitui nequeunt *l. Labeo. 10. de ſervit. ruſt. præd.* Imo niſi fiat & conſtituatur ad prædij uſum ſervitus, prædialis eſſe nequit *l. 5. l. 6. l. Lucius 37. de ſervit. ruſt. præd. l. plenum 12. l. uſus 21. l. Divus 22. de uſ. & habit. l. Mela. 14. §. 2. ubi Bart. de alim. leg. Bart. & Dd. in l. ut pomum 8. eod.* Vſus etiam amœnitatem complectitur, item ſalubritatem loci *l. hoc jure 3. in prin. de aq. quotid. l 5. & 6. de ſervit. ruſt. præd l. 1. & 3. de ſervit. urb. præd* Cæterũ ut perſonæ pomum decerpere liceat, ſervitus realis imponi nequit: nõ enim ad fundi, ſed perſonæ utilitatem conſtituitur, ſicut ſpaciari, ambulare in alieno *d. l. ut pomum 8. eod.* Ire namque per fundum ſervientis prædio neceſſaria eſt fructuum, jumentorum, [illegible]orum cauſa: at deambulare & ſpacia facere pertinet ad valetudinem & uſum perſonæ prædio nõ proficit, itaq; hic prædio non ſervitur. Arbitror tamen ſi reſpectu prædij hæc conſtituantur, nempe ut ejus domino liceat decerpere pomum, ſpaciari, ambulare in alieno, conſtitui quandam ſervitutem prædialem, ſic ſaltem ut valeat tuitione prætoris *d. l. 2. communia præd. d. l Mela 34. §. 2. de alim. leg. l. pater 6. de ſervi lega.* quia certe tanto prædium eſt melius, & vendibilius, quanto plures habet ejuſmodi commoditates, & hujuſmodi portiones ſuſtinet, *l ult. inf. de pact. int. emt. & vend l. pen. de pact.* Finis igitur iſtarum ſervitutum eſt uſus prædij, *l. via 17. verb. uſus ſervitutis eod. d l. Mela 24. §. 2. de alim. & cib. leg* non uſusfructus *l. cum eſſent 33 § 1. d. l. 2. communia præd.* Et certe negari nõ poteſt, quin fructus pluribus ſervitutibus inſit, ut jus piſcandi, paſcendi, venandi in alieno, *l. venationes 26. de uſur. l. 1 em. § aucupiorum de uſufr. Paul. lib. 3 ſent. tit. 6.*

Eſſe-

58 Effectus † eſt jus ad rem, & jus in re, ut ſupra diximus. Pactio & ultima voluntas producunt jus ad rem, id eſt, obligationem & actionem, ut ſervitus conſtituatur. *d. l. ut pomum. 8 §. 1. eod. l. ſi quis. 19. §. 1. de ſerv. urb. præd. l. 3. hoc tit.* etiam in hæredes tranſeuntem. *l. via. 17. eod.* & obligantem evictioni, id eſt, ad evictionem. *l ſi quis. 10. de evict.* Conſtitutio vero ſeu ceſſio ſervitutis per uſum, & patientiam adjicit dominium ſervitutis ei, cui conſtituitur. *l. 3. hoc tit.* non loci, *l. 4. in pr. ſi ſervit. vend.* hoc eſt, partis fundi, *l. certo. 13. §. ult. de ſerv ruſt. præd.* per quam ſervitus eſt conſtituta. *l. 2. § viarum 13. ne quid. in loc. publ. l. in concedendo 8. de aq. plu arc.* præſtat etiam rei vendicationem. *tot. tit. ſi ſervi. vend.* quæ tamen ſervitus proprie non eſt in bonis. *Bart. in l. 1. num. 2 & 3. de uſufr. leg* quia nõ per ſe, ſed cum prædio poſſidetur, *l. ſervitutes. 14. eod. l. 4. §. ſi viam. 15. de uſucap. d l 1, de uſufr. leg* ideoque cum prædio manet, tranſit & interit. *l. is cum quo. 7. de aq. plu. arc. l. 6. §. 2. ſi ſervit. vend.* Dd. dividunt hunc effectum in utilitatem prædij dominantis, & diminutionem prædij ſervientis. *l. 1. de ſervit. ruſt. præd.* ὅπη τι πλέον, ut arbitror: nam alioqui ſervitus utrique prædio utilis eſſe poteſt, ut aquæduct⁹, poteſt & neutri utilis eſſe *l. etſi. 19. eod.* Illud tamen fatendum eſt ad prædij dominantis utilitatem pertinere *l. quoties 20. in fin. eod.* & cum prædij ſervientis detrimento. *l. ſi mihi 20. §. ſi ſervitus. 1. de ſervit. ruſt. præd. l. ſi ſiſtula 17 de ſerv. urb præd.* cuius nomine agi non poteſt *l. ſi quid. 19. de ſer. urb præd.*

59 Diffunditur autem † ſemel conſtituta ſervitus per totum fundum, *d. l. ſi cui eod.* ſic ut omnes eius glebæ [illegible] ant. *l. certo. 13. § 1. l ſi mihi.* [illegible] *eod.* [illegible] l. 12. tabul. introdu[illegible]tum [illegible] Cicero pro Cæcinna, [illegible] ſem[illegible] eſt, ibi manere debe[illegible]. *l. ſi cui 9. l. [illegible]tates. 20. §. ſtillicidium. 4 eod.* [illegible] ſam leviorem *d. §. ſtillicidium.* a[illegible] nominatim, id eſt [illegible] conventi[illegible] mutui aliud con[illegible]tum ſit. *d. §.* [illegible]*cidium.* ubi alij codices habent [illegible] ponenda ſervitute, alij in impo[illegible] Cæterum nec dominus fundi ſ[illegible] facere in ſuo quicquam pote[illegible] ſervitus impediatur. *l. certo. 13* [illegible] *de ſervit ruſt. præd.*

Adiacent † uſus ſervitutis, ut eſt jus paſcendi. *l via. 17. eod.* cautio de non impediendo uſum. *l. 1 in fin. ubi gl. & Dd de ſervit. ruſt. præd.* iter, acceſſus ad uſum ſervitutis. *l. Gaurus. 11. de ſervit. urb præd.* gradus. *l. 10. §. 1. eod l. refectiones 10 communia præd.* opus, fabrica, ſtructura ad uſum ſervitutis neceſſaria, ut cum relictum eſt iter, ſi locus ſit paluſtris vel impeditus, ſubſtruere ad iter faciendum poſſit. *l ſi iter. 10. eod l. Paulus. 26. de damn. inf l 3. §. ult. de itin. actuq́ priv.* etiam cum demolitione prædij ſervientis, dumnè quid ultra, quam neceſſe eſt ſervitutis cauſa, vel deſtruatur, vel reparetur. *l. ſervitutes. 20. § 1. de ſervit urb.* nam & refectio adiacet *l. etſi 6. §. ſi ædes. 3. ſi ſer. vend. l. eam. 33. de ſer urb. præd.* & refectionis gratia acceſſus etiam ad eum locum, qui ſervitutem non debet, concedendus. *l. refectio. 11. communia. præd* quæ tamen refectio priorem formam retinere debet, *l qui luminibus 1. de ſervit. urb. præd.* & fit ab eo, cui debetur ſervitus. *l. ſicut 8 §. diſt. ns. 3. ſi ſer. vend.* ex regula, *l. 4. ve b. juiſ ſum. tib. de edend. l. quoniam. 10. inf. de* 60

inſ. de teſtib. excepta ſervitute oneris ferendi. *l. eum 33. de ſer. urb. præd.*

61 Affinis eſt † uſus formalis, ſimilis ſervituti, quia conſtituitur ad modum ſervitutis. *de quo Dd. in l. 1. de uſufr. l. Mela. 14. §. 2. de alim. & cib. leg.* ſervitus naturalis citra omnem conſtitutionem, qualis eſt inter prædium ſuperius & inferius. *l. 1. § ult. de aq. plu. arc.* foramen *l. foramen. 28. de ſerv. urb. præd.* fidelitas & ſubiectio, qualem ſuperiori debent ſubditi, domino vaſalli, quam & ipſam quandam eſſe formam ſervitutis volunt. *Bald. in l. 2. num. 41. h. tit. Affl. & Dd. in c. un. qualiter jura Vaſal. & in c. 2. §. Vaſalli de pac. tenend. CCia in c. minus. 30. ubi Panor. n. 10. de jureiur.*

62 Contraria † eſt libertas *l. 4. ubi Bart. & Dd. de iuſt. & jur.* quæ tamen aliquãdo nomine ſervitutis notatur. *l. ſi ædes. 32. de ſervit. urb. præd. l. juſto. 44. § non mutat. 5. de uſucap.*

63 Contraria ſunt etiam, † quæ cauſas deſtruunt, ex quibus ſervitus exiſtit *ex regula l. ſi per errorem. 15. de juriſd. l. nihil 35. de R. I.* prorſus ut in uſufructu *l. 3. quẽadmodum ſer. amitt.* præterquam quod hic neq; morte, neque capitis diminutione ſervitutes pereant, quia non cohærent perſonæ, ſed prædio, *d. l. 3. l. 6. §. 2. ſi ſer. vend l. 6. 7 de aq. plu arc.* Incurrunt autem in cauſam efficientẽ, eamque deſtruunt, in relictis quidem ademtio legatæ ſervitutis, quæ tamen pro parte fieri nequit. *l. legata. 14. de adim leg.* ſicut nec conſtitui *l. pro parte. 11 eod.* in ceſſionibus contraria pactio de ſervitute tollenda, & remiſſio. *l. ſervitutes. 14. §. pen eod. l. ſi ſtillicidij 8. quemadmodum ſer. amitt.* reſolutio juris eius, qui conſtituit ſervitutem. *l. ſi is cui 11. quemadmodum ſer. amitt. l. ſi fundum. 10 de condit. & demõſt. l. ſi fundũ. 81. de leg. I.* Domini diſpatientia, ut loquuntur, quæ uſum tantùm habet ante cõpletam præſcriptionem. *l. 2. ubi Bald n 41. Caſtr. n. 2. 3. 4. l. 4. h. tit.* & non uſus *l. ſi tibi. 10. l. ſicut. 14. l. ult. h. tit l. ſicc. 9 § ult. ſi ſer. vend. l. ſi communem 10. § 1. l. ſi is cui 11. l. ult. quemad. ſer amitt.* quomodo olim peribant ſervitutes ruſticæ. *l 4. §. ſi viã 16. de uſucap. l. 5. de ſervit. urb. præd.* per non uſum biennij. *Paul. lib. 1 ſent. tit. 17.* quod certũ tempus vocatur. *l. hæc autẽ. 6. de ſervit. urb. præd.* quoniam harum libertas uſucapi non poterat, ut ibidẽ Paulus oſtendit. *tit. 17.* Urbanæ autem ſervitutes non amittebantur uſu. *l. hæc autem. 6. de ſerv urb præd.* quarum ideo libertas uſucapiebatur. *l. 6. 7. l. ſi ædes. 32. §. 1 de ſervit. urb. præd. l. ſi quis. 16. §. ult. quemadmodũ ſer. amitt. l. 6. de fund dota.* Hic facto opus eſt eius, qui ſervit, neq; ſufficit nõ uſus eius, cui debetur. *d. l. hæc autẽ. 6. de ſerv. urb. præd.* illic ſufficit negligentia eius, cui ſervitur, nec aliquo facto ſervientis eſt opus. *l. 4. §. ult ubi Cuiac. de uſucap. & lib. 11. obſervat. cap. 28.* Hodie autem ſervitutes indiſtinctè omnes 10. annis inter præſentes, 20. inter abſentes amittuntur, *l. pen. h. tit.* exemplo rerũ immobilium. *l 2. h. tit.* Diſcõtinuæ tamen, ut quæ temporibus alternant, duplicato tẽpore pereunt. *l. ſi ſic. 7. quemadm. ſer. amitt. l. ult. h. tit.* niſi tẽpus ſit breviſſimũ *d. l. ſi ſic.* quamobrẽ ne quidem in diſcõtinuis, ut noſtri appellant, longius tẽpus eſt admittendũ. Iure porrò Saxonũ indiſtinctè omnes, ut 30. & unius anni uſu quæruntur, ſic nõ uſu indiſtinctè amittuntur *l. b 1. art 29. pro quo facit & conſtit. 4. p. 7* [illegible]. Nõ uti intelligitur, vel qui [illegible] pat, vel qui alio, quã ſer[illegible], jure [illegible] *l. 10. §. 1. l. ſi is cui 11. l. ult.*

ult. quemadmod ſer. amiſſ. l. ſi eo. 9. §. ult. ſi ſer. vend. puta ſamiliaritatis. l. qui jure familiar 41. de acquir. poſſ. aut publico, aut alieno. l. ſi com. 10. §. 1. l. ſi quis 18. quē-adm. ſer amitt. requiritur n. ſemper poſ-ſeſſio formis, (id eſt, cōformis,) ut inquit Aſſl in §. ſi quis per 30. annos, in 4 notab. in pr. ſi de feud defunct. nec ſufficit act⁹ ſine qualitate, nec qualitas ſine actu vel uſu, ut tradunt Caſſan. in conſuet. Burg. rub. 1. de iuſt. §. 4. in ſi. verb. in alia juſticia n. 3. Pariſ conſ. 114. homines. nu. 15. & 20. vol. 1. Everh. conſ. 107. venerãda col 3 vol. 10. pro quo l. 4 inf. de hered. inſt. l. nō ignorat. 4. inf. de ijs qui accuſ poſſ. in dubio tamē potius quis intelligitur uti jure ſervitutis, quā alio, quia illud præſupponit jus proprium, hoc alienū: in ambiguis autē ſemper intelligitur quis uti jure potius proprio, quā alieno. Caſtr. in d. l. qui iure. n. 2. Bald. in c. cū cauſ. n. 12. 13. de teſtib. Curt. in c. ult. in 8. requiſ de conſuetud. Alex conſ. 5. viſo in ſi vol. 1. Dec. conſ. 56. in cauſ. n. 3 Pariſ. cōſ. 75. n. 7. vol. 4. per l. quædā 77. de rei vend. l. quoti 5. 15. ſup. eod. l. 2. ubi Bald. n. 3. & 4 inf de probat. Bart. num. 2. & 4 Dd. l. quædā. 17. de condit. inſt. Soci ſenior. n. 18. & 19. Socin. iun. n. 124. l. 2. de acquir. poſſ. & idē Soci. in l. natural. 12. §. 1. n. 31. eod. tit. Maſoldus. conſ. 4. huius n. 71. & 105. quod ſufficit etiā partim fieri. l. 2. l. 6 l. ſi ſtillicidij. 8. quemadm. ſervi. amitt. l. via. 18. de ſervit. ruſt prad. etiā per unū actū. Bart. l. arborib. 12. § de illo. 3 de uſufr. de quo Panor in c. cū E cl 3. n. 12. de cauſ. poſſ & propriet. Pariſ. conſ. 25 n 87. 88. vol 1. Curt. in c. ult. in 8. requiſito. limit. 1. de conſuet. vel per ſociū, aut aliū quēcunq; noſtro nomine utentis. l. 5. l. 6. l. ſi commune. 10. l. uſu. 20. cum ſeqq. quemadmodum ſer. amitt. ſed & impedimētum n… … excuſat non utentē. l. ſi locus. 14. §. 1. 2. quē-admodum ſer. amitt. l. unus. 34. §. 1. cum l.

ſeq. de ſerv. ruſt prad adeo ut redintegretur ſervitus ſublata impedimēto. l. unus. 34 in ſi. cū l ſeq de ſervit. ruſt. prad. l. locus. 14 quē. d. ſer. amitt. ut omnino aliud ſit impediri ſervitutē, aliud amitti. Deſtructione quoq; materiæ tollitur ſervit⁹. l. 6. §. 2. ſi ſer. vēd. l. is cū quo. 7. de aq. plu. arc. puta ſi res, quæ ſervitutē debet, intereat inundatione, ſcil. perpetua, aut chasmate immergatur. d. l. 14. quemadm. ſer. amitt. ſi locus ſacer fiat, aut religioſus. l. refectio. 11. verb. nec locū ff. cōmunia prad. aut ſi nimis anguſtus ſit vel fiat locus l. ſi tā anguſti. 13. eod. ſi dom⁹, quæ ſervitutem debet, cōburatur, aut corruat. l. ſervitutes. 20. §. ſi ſublatū. 2. de ſerv. urb. prad. quo tamē caſu domo reſtituta utiliter, non mero jure, ſervitus reſtituitur. l. ſi teſtam. 31 de ſerv. urb. prad. idemq; eſt in prædio dominanti ſublato, & reſtituto d. l. 20. §. ſi ſublatum. 2. de ſervit. urb prad. nā ſupra dixi, ſervitutes ut individuas toti fundo imponi & omnibus partib. l. certo. 13 l. ſi mihi. 20 de ſervit ruſt. prad. quare deſtructo prædio ſeu domo, benignius eſt in area ſervitutē retinerihactenus, ut reſtituto ædificio redintegretur ſervitus, quod in uſufructu dividuo diximus non uſq; quaq; obtinere Sunt
& alia † quibusdā ſervitutib. contraria 64
aliter quam alijs, ut viridaria in ſummo ponere eſt contrarium ſervituti proſpectus. l. ædificia. 12. de ſervit. urb. prad. & luminū. l. ſi arborem. 17. de ſer urb. prad. ſicut & ſolē auferre ijs locis quib. ſol eſt opus d l ſi arbor. 17. Ad hæc ſervituti altius tollēdi, & ſimilib nihil officiunt. d.
l. ædificia. 12. eod. Morte perſ… æ † nō a- 65
mittuntur hæ ſervitutes, vel mutatione dominorum, quia prædiales. l. 3. quemadmod. ſer. amitt. unde nec dominij mutatione, vel uſucapione intereūt.

d. l. 3. quod valet etiam in uſufructu. *l.* 2. *de uſufr. leg. Cicer. in Top.* Deſtructa quoque forma ſervitus extinguitur, ut ſi conſenſu dominantis in area ſervitutem ſtillicidij debente, ædificium conſtituatur. *l ſi ſtillicidium* 8 *eod. ex regula l Iulianus.* 9 §. 2. *ad exhib.* Item ſublata relatione, ut fit per confuſionem. *l. Papinianus.* 10. *eod. l. ſi ei.* 9. *communia præd. l. in re communi.* 26. *l. ſi quis.* 30 *de ſervit. urb. præd.* ut ſi dominus fundi dominantis ſucceſſerit domino fundi ſervientis. *l* 1. *quemadmodum ſer amitt. l.* 4. 5. *de fund. dotal.* quia nemo ſibiipſi ſervitutem debere poteſt. *l.* 1. *quemadmodũ ſer. amitt. l. ſi quis.* 6. *l. qui. quid* 10. *communia. præd.* quæ ratio cum ſit ſingularis, valet etiam in titulo ſingulari. *l. ſi quis.* 30. *de ſervi urb.* ſi tamen fundi ſervientis hæres dominium alicui legaſſet, cogitur legatarius pati, veterem ſervitutem, aditione hæredis confuſam, rurſum imponere, quia fundus legatus talis dari debet, qualis relictus eſt: fuit autẽ nõ liber relictus, ſed ſerviens, qualem habuit teſtator. *l. cum filius* 76. § *dominus.* 2. *de lega.* 2. *l. ſi quis* 30 *de ſerv. urb. præd.* oppoſita doli exceptione. *l. Papinianus, aut ut eſt in Florent. l. in omnibus.* 18 *eod* hoc eſt, jure retentionis, aut ſi omiſerit eam exceptionẽ, condicet condictione incerti. *l qui except.* 40. § *pen. l. indebiti.* 15. *de condict. ind* Idem erit in caſu converſo, ſi dominans fundus legatus ſit, nã cedere ei priſtinum ſervitutis jus, quod confuſio tranſtulerat, hæres debet. *l. hujuſmodi.* 86. *vel ut eſt in Florent.* 84. §. *ædes.* 3. *l. legatum.* 16. §. *ult. de condict. indeb.* Idem eſt in hæreditate vendita. *l. ſi ejus. communia. præd. l.* 2 §. *pen. de hæred vend.* licet diverſum ſit in uſufructu ex præſumta teſt. toris voluntate & verborum proprietate, quia qui fundum legavit, ex propria verborum ſignificatione ſimul & uſumfructum quemlibet hæredi legaſſe intelligitur. *l. ei cui jus.* 26. *l. cum filius.* 76. § *dominus.* 2. *de leg.* 2. tanquã fundi partem. *l qui uſumfructum.* 58. *de verb. oblig. l. ſi alij.* 19. *ubi Dd. de uſufr. leg.*

LEX I.

1. *Summa hujus legis.*
2. *Actio confeſſoria, & negatoria unde dicta?*
3. *Actio confeſſoria quid?*
4. *Ejus propria.*
5. *Actionis hujus partes, ſeu quid actor eâ intendat.*
6. *Actionis confeſſoriæ ſpecies & n. 7. 8. 9.*
   Actio confeſſoria directa & utilis cui competat.
   Vaſallus quatenus utile, & directum dominium in feudo habere dicatur.
8. *Pro cenſibus ex domo, vel fundo debitis quænam detur actio.*
9. *Actio confeſſoria ſui natura ſpecialis pro ratione ſubiecti nonnunquam fit generalis & num. 4.*
   Actiones univerſales, generales, ac ſpeciales quæ? & an vindicatio aliqua ſit generalis.
10. *Actionis confeſſoriæ cauſa efficiens remota & propinqua num. 11. materia n. 16. forma n. 17 finis. n. 30.*
   Actio confeſſoria quo jure introducta & n. 4.
11. *Confeſſoria pro cauſa præſupponit in actore duplex jus, primò jus ſervitutis in fundo ſerviente à domino illius fundi ſibi ex juſta cauſa, traditum & deinde jus dominij in fundo dominante, cui ſervitus debetur, in Reo autem turbationem, ac denegationem illius juris.*
12. *An ijs qui turbatur in quaſi poſſeſſione ſervitutis prius denuntiare teneatur turbanti, ut à turba-*

à turb tione deſiſtit, antequam actionem confeſſoriam inſtituat.

13. *Actio confeſſoria qui bus, & contra quos detur, nu. 14. & 15.*

15. *Actio hæc quo venus non competat adverſus uſufructuarium.*

16. *Actio confeſſoria de jure Canon. non tantum pro ſervitutibus vindicandis, ſed pro quolibet jure aſſerendo competit.*

17. *Libellus in hac actione qualiter formari debeat.*

18. *Libellus in actione confeſſoria conſtare poteſt verbis tam negativis, quàm affirmativis, & num 2.*

Libellus an in hac actione ſuſtineatur, ſi dicat actor, jus ſibi ab altero deberi, quod verbi denotat actiones perſonales.

19. *In confeſſoria cui incumbat probatio.*

20. *In confeſſoria quænam actori probanda veniant. & num. 26. 28.*

21. *Actoris prædio conſtitutam eſſe ſervitutem in prædio Rei conventi qualiter probetur.*

22. *In actione confeſſoria an ſufficiat ſolam poſſeſſionem ſervitutis probare. & num. 25.*

23. *Actor an in hac actione teneatur probare, reum conventum illius prædii, in quo ſervitutis jus ſibi competere aſſerit, eſſe dominum, ubi explicatur* l. 6 §. hæc autem 3. ſi ſervit vend.

24. *Agens confeſſoria quatenus ea, quæ ſibi probanda incumbunt juręjurando, vel inſtrumentis probare poſſit.*

27. *Actor quomodo probare poſſit, ſe à Reo in jure ſuæ ſervitutis fuiſſe turbatum.*

28. *Damnum & intereſſe quoq; actor hic petere poteſt, atq; tenetur probare, & quomodo idipſum tam de jure civili, quam Saxonico probetur*

29 *In actione confeſſoria quando liceat actori contra reum jurare in litem.*

30. *Actio confeſſoria ad quid competat.*

31. *Actionis confeſſoriæ eventus, ſive abſolvatur Reus, ſive condemnetur. nu 32.*

33. *Ejuſdem adjacentia.*

34. *Affinia remedia hujus actionis*

35. *Actionis confeſſoriæ contraria, ſeu quæ exceptiones Reo ad eam excludendam competere poſſint.*

36. *Negatoria actio unde, ac quomodo alias ſoleat nuncupari.*

37. *Ea quid? ubi diſceptatur, an libertas prædiorũ rectè dicatur vindicari.*

38 *Actionis negatoriæ propria.*

39. *Ejuſdem partes.*

40. *Negatoria alia eſt directa, alia utilis, & quibus utraq; detur.*

41. *Negatoriæ cauſa efficiens remota, & propinqua num. 42. materia circa quam num 46. forma n 47 finis n 49.*

In prædiis magis de jure præſumitur libertas, quam in hominibus.

42. *In negatoria ex parte agentis requiritur jus aliquod in re, cujus libertas aſſeritur, ex parte vero Rei conventi ſervitutis in illa re uſurpatio, aut aliquod libertatis impedimentũ.*

43. *Negatoria quibus, & adverſus quos detur num. 44. 45*

46. *Ea circa quid verſetur.*

47. *Libellus in negatoria quomodo concipiendus, & & quid actor ea intendere debeat.*

Actio negatoria non modo negative, ſed & affirmative intentari poteſt.

48. *Probatio in hac actione facilis, & quid actor probare neceſſe habeat, quomodo itidem illud, quod ipſi probandum incumbit, probare queat.*

50. *Eventus hujus actionis, tam quoad abſolutionem, quam condemnatio .em n 51.*

52. *Actionis negatoriæ adjacentia.*

53 *Remedia affinia*

54. *Actionis hujus contraria.*

55. *Ædificia contra veterem formam à lege, ſtatuto, aut pacto vicinorum impoſitam altius tollere non licet*

56. *Verba* (per judicem) *in hac lege arguuntur eſſe ſpuria.*

57. *Arbiter juris venit appellatione judicis.*

58 *Quam rectè Dd ex h l. colligant, conſuetudinem decem annis introduci.*

59. *Servitutes olim poſt l. Scriboniam, & ante Juſtinianum non uſucapiebantur, ſed ſaltem poſſeſſione longi temporis ex tuitione Prætoris acquirebantur & n. 61.*

60. *Vitia poſſeſſionis, quæ longi temporis præſcriptionem impediunt.*

LEGVM EXplicatio hujus tituli de ſervitutibus.

LEX I.

1 *Adverſus eum, qui contra veterem formam ædificando vicini luminibus officit, agi poteſt.*

2 S*I quas actiones*) Negatoriam præcipuè hæc verba innuunt, ſed quoniam hæc abſque altera oppoſita, quæ confeſſoria dicitur, intelligi nequit: ideo de ut aque agemus, quomodo [illegible] videmus *in §. æquè 1. de act. l. 2. §. 1. l. 4. l. ſicut 8. vers. actio contrai ... ſi ſer. vind.*

3 Confeſſoria † dicta eſt, quod confi[illegible], id eſt, aſſerat debere ſervitutem: Negatoria ſeu negativa, quod eam debere negat *d. l. 2. l. 4. ſi ſer. vind. l. ult. ſi uſ[illegible] ... Theoph. d. § æquè. Iaſ. l. ſi priuſquam 15. num. 2. de oper. no. nunc. ubi nu. 8. & 12.* hanc quoque affert nominis rationem, quod illa affirmantibus, hæc [illegible] verbis concipiatur, *post* [illegible] 5. quod tamen perpetuum [illegible] *l. 4. §. competit 3. & § ult. ſi ſ[illegible].*

Eſt igitur confeſſoria † actio, qua jus ſervitutis, quod ſibi abeſt, qui [illegible] tur, ut definit *Theoph. in d. §. æquè. I. de act.*

Breviſsimè, eſt vindicatio ſervitutis *l. creditor. 9. ver. vindicatio ſervitutis, ei datur, de oper. nov. nunc. l. 4. verſ. ſervitutem vindicanti de ſervit. l. 5. v. vindicavit de ſervit ruſt. l. 1. verb. vindicatiorum. ſi ſer. vind.* Aut eſt petitio ſervitutis *l. actio 28. de oblig. & act.*

Eſt actio in rem ſpecialis, qua jus aliquod incorporeum vindicatur *l. 3. in princip. inf. de præſcript. 30. an.*

Seu eſt actio in rem qua cōfit[illegible] actor, hoc eſt affirmat ſuam [illegible], quam petit, ſervitutem, idque declarari, & reum condemnari, ne uſum [illegible] agenti impediat, & ut hoc non [illegible] caveatur, petit *l. 2. §. 1. l. harum 7. ſi ſervit. vind. Mynſing. d. §. æquè num. 10.* confeſſoria, inquit, eſt actio realis, qua [illegible] mus contra impedientem nos uti jure, & ſervitute noſtræ perſonæ (ut in uſus fructu) vel rebus noſtris (ut in juribus prædialibus) ex re alterius. *Fab num. 13. Iaſ. num. 15. d. §. æquè,* eſt actio in rem competens alicui ratione juris, vel ſervitutis ſibi debitæ, vel fundo ſuo, vel quaſi (quod per publicianam adjectum eſt) contra impedientem ad declarationem ſui juris.

Quibus *Schneid. ibidem n. 7.* & rectè cauſam finalem addit hanc, ut reus ceſſet ab impedimento, & caveat ſe ſuoſque ſucceſſores non impeditur[illegible]os, quo minus uti ſervitutis jure petitor poſſit

pellat d. l. harum 7. verſ. cavere neg. ſe neg. ſuveſſores prohibeantur, l. egi 12. i. ſi quis 10 §. ult. ſi ſer. vind.

4 Propria † ſunt quod civilis ſit actio *l. etſi 6. §. [illegible] civili actione. ſi ſer. vind* & legitima *l. ſecundum 19. de oper. no. nunc. §. aquè [illegible] §. ſed iſta, verſ. iſta actiones, quarum mentionem fecimus, ex legitimis cauſis deſcendunt. Inſt. eod.* vindicatio *l. 1 communia præd.* quoniam petitor contendit jus, quod petit, eſſe ſuum *l. ſed ſi 10. §. 1. de jurejurand.* Nam ſervitutis jus propriè eſt, *l. ſi tibi 10. hoc tit.* poteſt & dici ſpecialis *l. 3 in princip. verb. in rem ſpecialis, inf. de præſcript. 30. an.* quamvis ex accidenti putetur fieri generalis *Iaſ. l. quo minus 2. num. 4. de flumin. Gomeſ. d. §. aquè, nu. 14. I. de act.*

Eſt autem in rem directa *l. 2. communia præd. l. 4. §. competit 3. verſ. in rem act. l. 6. ſi ſer vind.* affirmativa *d. § aque, ubi Theoph.* petitorii judicii *l. etſi 7. § 1. verb. juris petitio (non poſſeſſionis) ſi ſerv. vind c. 3. de cauſſa poſſ. & propriet. Iaſ. poſt Imol. in d. l. ſi priusquam 15. num. 21. de oper. no nunc.* ideoq; actio eſt perpetua *l. 3. verſ. ſi qua res vel jus aliquod poſtuletur inf. de præſcr pt. 30. ann.*

Eſt autem actio ſtricti juris, quoniam arbitraria *l. harum 7. ſi ſervitus. vind.* quod proprium in actiones bonæ fidei non cadit *l. in bonis 7. de eo quod cert. loc.*

Partes † confeſſoriæ ſunt duæ potiſſimum.

5 Prima petitio, qua poſtulatur declarari jus, [illegible] agentis, aut prædii eſſe [illegible] *l. [illegible] 10 §. [illegible] de neg. geſt. l. & ex diverſ. 38 § 1. ubi habet exemplum Florent. [illegible] verb. declaratio meum eſſe de rei vind.* quæ [illegible] licet de ſententia petitorii [illegible], tamen & petitioni accommodetur, cui congruere ſententia debet, etiam in materia ſervitutum *l. ut fundus 18. communi divid.*

Altera eſt, qua petit actor cōdemnari reum, ut patiatur agentem uti ſervitute *l. ſi ut 8. §. Ariſto 4. l. ſi quis diuturno 10 ſi ſer. vind l. 5 ſi uſufr. pet l. pen. de ſervit. c. cum Eccleſia [illegible] de cauſa poſſ. & propr.* atque hoc nomine in poſterum caveat *l. harum 7. ſi ſervitut. vind.* damnumque ideo datum præſtet *Ferrar. in for. confeſſ. act. real. verb. ad non turbandum. Zaſ. & Dd. d. §. aquè.*

Confeſſoria † quædam directa, quæ 6
ex aſſe domino, hoc eſt, plenum dominium habenti competit *l. 1. 2 ſi ſer vind.* alia utilis, quæ datur quaſi dominis *l. ei 19. de ſervit. l. creditori 9 de oper. no nunc.* item ex tuitione prætoris *l. [illegible] in princip. quib. mod uſufr. amitt.* longi temporis poſſeſſoribus *Cuiac. l. 4. § ult. [illegible]* item dominis utilibus, ut Vaſallis, emphyteuticariis, *d. l. ei qui 19. in fi. de ſervit. gloſſ. & Dd l. 2. ſi ſervit. vind.* quæ dicitur vectigalis actio *l. [illegible] 5. §. ſi de vectigali 11. d. dam. inf. l. ſi [illegible] venditor 66. de evict.* quam dicendum erit & domino feudi directo, & vaſallis hanc actionem dari: nam vaſalli licet utile dominium tantum habeant

reſpectu ſuperioris, habent tamen directum quo ad inferiores, *Bald. l. 1 in fin. inf. de legit. hered. Gozadin. conſ. 51. n. 9.* quibus tamen nō alia, quàm utilis actio datur. Deniq; aliis omnibus tantum utilis actio datur, qui jus aliquod in re, ſed non pleni dominij habēt, *d. l. et qui 16. Iaſ. §. aquè nu. 49. Inſt. de act.* Eadem præſto eſt utilis actio, re, unde debetur ſervitus, extincta, & redintegrata, ut domo combuſta, & inſtaurata: nam ipſo tum jure putatur extincta ſervitus ita ut non niſi utiliter poſt inſtaurationem repeti ſervitus poſſit, *l. ſi teſtamento 31 v. ib. utilis actio. de ſervit. urb. l. ſervitutes 20. §. ſi ſublatum. 2. eod. tit.*

7 Eſt & alia † confeſſoria vi & verbis, ſeu forma & effectu, alia vi tantum, alia verbis duntaxat, alia quæ vim habet negatoriæ *l. 4. § competit 3. §. ult. ſi ſer. vind.* ſed quoniam non a verbis, ſed ab effectu, & principali fine actiones, omniaque jura penduntur. *l. ſi ire 16 de ll. cū ſimilib.* idcirco damus iis tantum locum inter confeſſorias, quæ vi tales ſunt, h. e. quæ ſervitutem aſſerunt, & contitentur, ſive affirmativè, ſive negativè, quibuscunque deniq; verbis proponantur *ex l. 1. ubi Dd. ſup. de form. ſubl. c. dilecti 6 ubi Panorm de Iudic.*

8 Eſt & † quaſi confeſſoria ad perſequendum cenſus ex domo, aut fundo debitos, ſiquidem actor percipiendæ ſolutionis ſemel poſſeſſor factus ſit, ut eleganter exponit *Pet. Iacobi in form: libelli ſuper penſione ſeu reditu num. 19.* non enim vera confeſſoria hic dari potest. Nam licet cenſus ſit jus quoddam [illegible] reale, tamen propter hoc [illegible] petuntur debita, quæ [illegible] non magis perſonalem, quam ius acquiſitum complectitur, quo nomine confeſſoria non datur, quia tamen ex jure reali fluxit, putatur & hic quaſi confeſſoria ſubveniendum eſſe, quod & conſuetudo ſuſtinet, teſtante Fab. § *præjudic. alias num. 32. Inſt. de act. Specul. de cenſib. in fin per c. prohibemus, c. præterea, c. quando, c. pervenit de cenſib*

Confeſſoriam etiam † aliam eſſe ſpecialem aliam generalem vult, ut diximus, *Iaſ. in l. quo minus 2. num. 54. de flumin. quem refert Gomeſ. d. §. aquè Inſt. de act.* ſicuti actiones pro ſubiectæ materiæ varietate vel univerſales habentur, *l. 1. in prin de rei vend.* vel generales, *l.* [illegible] *ubi Bald. num. 2 de neg. geſt.* vel ſpeciales *l. 1. l. ſin autem 27. §. ſi homo 2. d. l. in ſpeciali 3. de rei vend.* Generales ſunt illæ, in quibus rationes tractantur *d. l. 2.* quod quoniam à vindicationibus principaliter abeſt, ideo rectius dicere licet alias univerſales, alias ſpeciales *d. l. 1. de rei vend.* Confeſſoriam ſua natura ſpecialem eſſe inſtar rei vendicationis oſtendit *l. 3. inf de præſcript. 30. annor.* Sed ut vindicatio rei fit univerſalis pro univerſitate objecti, ut in petitione hereditatis *d. l. 1. de rei vend.* ſic non eſt abſurdum diſtinguere confeſſoriam in ſpecialem, ut plerumq;, & univerſalem, quando jus aſſeritur univerſale, puta juriſdictio, quod ſæpe uſu venit *c. conquerente 6 ubi notat. Innoc. & Dd. de offic iud. ord n. Ferrar. in forma confeſſoriæ. verb. plenam num. 7. per c. inter 8. de major. & obed. c. Abbate 25. de verb ſignif.* quæ jus quoddam univerſale eſt, *Iaſ l 3. num. 10. ſup. de edend.* 9

Cauſa † hujus actionis remota eſt Lex *l. ſciendum 19. de oper. no. nunt.* quod 10

quod [illegible] civile vocatur. *l. etſi. 6. §. [illegible] 2. ſi ſervit. vind.* nempe poſt leges [illegible] inductum, quo actiones inventæ formatæq; ſunt *l. 2. § his legib. de orig. iur.*

11 Proxima cauſa † non eſt dominiũ fundi. *l. 5. infr. ſi uſuſ. pet.* ſcilicet eius, unde ſervitus debetur, ſed jus ſervitutis, aut ſimile, quod in illo fundo habetur, aut quæſitum eſſe intenditur. *d. l. 5. ſi uſuſr. pet. l. 2. ſi ſervit. vind. l. ei. 16. de ſervit.* ex juſta aliqua traditionis cauſa. *l. quoties 20. de ſervit. l. 3. §. 2. de act. emt. l. 1. in fin. de ſervit. ruſt.* ubi ICtus ait, traditionem & patientiam ſervitutis inducere officium prætoris, nimirum ad dandas actiones. *l. ſi ego. 11. §. 1. de publici.*; nec enim hic ſufficerit allegari titulum ſine traditione, & poſſeſſione, neq; poſſeſſionem ſine juſto titulo, multo minus ſuffecerit proferre cauſam debitionis, quæ nihil aliud eſt, quã titulus ſimplex, unde jus non transfertur, niſi traditio & poſſeſſio ſequatur, *ut Fab. declarat. in §. præiudicialis. nu. 31. cum ſeq.* nam inde perſonalis tantum actio, non confeſſoria datur. *l. corruptionem. 10. verb. perſonali actioni quæ naſcitur. ſup. de uſufructu.* itaq; ſic agens repelleretur, ut contraria allegans. *l. 1. infr. de furt. l. ult. inf. de codicil.* aut ſaltem ut agens inepte *c. examinata. 11. de judic.* nam inepta cauſa libellum reddit nullum *Dec. l. quæ dubitationis. 51. num. 5. & 6. de R. I. Iaſ. in l. 3. num. 19. ſup. de eden.* quam [illegible] non corrigit, aut ſupplet. *Caſt. & Bd. l. uni. ſup. ut quæ deſ. advoc.* ſed potius reijcit. *gl. & Dd. l. 1. de offic. aſſeſſ.* & reum cum refuſione expenſarum ab inepto libello abſolvit. *d. c. examinata. 11. d. tud. ubi gl. ult. per l. 1. § 1. ſi men. falſ. mod. dix. c. cum ad ſedem. 15. de reſt. ſpol. cap. inter. 6. de fid. inſtr. Iaſ. in l. de quib. [illegible] num. [illegible] de leg. & d. l. 3. num. 17. cum ſeqq. ſupr. de edend. Rom. conſ. 69. viſ. [illegible] 10.* [illegible] tur vindicatio [illegible] cauſa à parte agentis eſt dominium, à parte Rei poſſeſſio, vel detentio. *l. officium 9. de rei vind. l. uni. ſupr. de alien. iud. mut. cauſa.* ſic & in caſtis jurium incorporalium vindicationibus, ſed paulo aliter: nec enim ſufficere arbitror quod *Schneid. poſt alios in §. æquè num. 17.* generatim tradit, a parte actoris requiri hic dominium conſtitutum, nam omnino duplex jus videtur opus eſſe, primũ in ipſo ſervitutis jure. *l. etſi 6. verb. poſſeſſorem juris & petitorem. l. 4. §. 2. ſi ſer. vind.* alterum dominium, ſeu jus in fundo, cui ſervitus debetur. *l. eorum. 19. de dam. inf. l. ei. 16. de ſervit. 8. §. 3. ſi ſer. vind.* nam ex huius tantum jure agi non poteſt. *l. 2. ſi ſer. vind. l. 1. 2 communia præd. l. 5. de ſervit. ruſt. præd.* a parte poſſeſſionis turbatio. *l. ſi quis. 10. §. 1. verſ. quæq; impediat. l. 4. §. comperit. 3. verſ. adverſus prohiben e l. harum. 7. ſi ſer. vind l. 2. 3. de oper. no. nunc. l. 5. §. 1. ſi uſuſr. pet.*

Cæterum † quod cauſam antecedentem volunt eſſe quidam denunciationem, ex *l. quidam. 13. de ſer. urb. præd.* id non eſt neceſſitatis. *Dd. in l. denuntiatio. de op. r. no. nunc.* nec probatur *in d. l. quidam,* quoniam illa verba *quæ de re cũ Hubero loquaris, ut rẽ ill. certa faciat,* nõ ſunt ICti reſpondentis, ſed conſulioris interrogantis, ut annotat, *Duar. lib. 2. diſput. cap. 18.* 12

13 Datur † ergo hæc actio, quibus rei vindicatio. *l. ei. 16. de ſervit. l. 1. §. 1. de remiſſ. l. creditori. 9. de oper. no. nunc.* h. eſt, dominis prædij dominantis, ac ſervientis. *l. 1. 2. § 1. l. 6. §. 2. ſi ſer. vind.* etjam utilibus. *d. l. ei. 16. l. 3. § pen. de oper. no. nunc.*

Precario) De quo *tit. de precario ff. & inf. & ext. eod* atque hæc quidem tria in jure ſunt poſſeſsioni vitia, quæ longi temporis præſcriptionem elidunt *l. Pomponius 33 §. 1. de acquir. poſſeſs. l. 1. in princip. uti poſſid.* ubi paulo poſt *in §. perpetuo 4 ſubiungitur,* perpetuo hoc interdictis inesse, quod nec vi, nec clam, nec precario poſſideatur Ex his autē † intelligitur, hic non agi de uſucapione 61 ſervitutis, quæ ante Iuſtinianum nō fuit recepta, nec in ruſticis, nec urbanis ſervitutibus *l ſervitutes 14. ff. eod.* ſed de [illegible] *l. ſi quis 10. ſi ſer. vind. l. 3. h. tit.* etiam in Italicis prædiis, cum uſucapi non poſſint, *l. ſi aliena 10, §. 1. de uſucap. d. l. 14.*

L. Si aquam 2.

1. *Olim ante Iuſtinianum nulla ſervitus potuit uſucapi ſed utiliter ſaltem longo tempore præſcribi, hodie verò ſecus eſt.*
2. *Aqua privata quot modis habeatur.*
3. *Servitutes an poſſint contra ignorantem præſcribi, & quatenus ad præſcriptionem earum requiratur ſcientia, patientiaq; domini, ac titulus.*
4. *Res Italicæ ſoli ſaltem olim uſucapioni erant expoſitæ, res vero provinciales utiliter tantum ex tuitione Prætoris longo tempore acquirebantur.*
5. *Per prohibitionem domini interrumpitur poſſeſsio ſervitutis, præſcriptioq; impeditur.*

HInc notant † ſervitutem continuam præſcribi longo tempore, rectius indiſtinctè diximus, quamlibet ſervitutem olim non potuiſſe uſucapi, 1 *d. l. ſervitutes 14.* ſed longo tātum tempore utiliter acquiri, ut *hac lege*, & *l. ſi quis 10. ſi ſer. vind.* Hodiè autem indiſtinctè uſucapi *l. ult. inf. de præſcr. long. temp.*

Si aquam) Privatam ſcilicet, de qua *hac Lex & l. 4. huius tituli* eſt accipienda, ſicut *l. manifeſtè 7. h. tit.* de publica. Privata † tribus modis habetur, ut volunt *Ang. & Dd. § fluminum. 1. de rer. diviſ. Iacob. in invest. verb. cum fluminib. num. 28 & 9 Capol. de aquæductu num. 28. Iaſ. l. quo minus 2. num. 37. de flumin.* primum origine, ut quæ in privato oriatur *l. 4 l 6. l. 10. h. tit. l. ex meo 24. l. via 23. §. ſi lacus 1. de ſer. ruſt. præd.* ſecundo conceptione *l 2. in princip. ne quid in loc. pub.* tertio ex præſcriptione *l. 3. h. tit. l. 1. cum ſeq. de aq. pluv. arc.* 2

Per

Per poſſeſſionem.) Rectius dicit poſſeſſionem, quam proprietatem, ſignificat enim hic provincialem, non Italici juris. *Cuiac. l. 4. §. ult. verb. libertatem de uſucap.* quod ſequentia oſtendunt.

3 *Eo ſciente.*) Hoc adjectum † ut oſtendatur, non fuiſſe clam factum, *l. 5. §. 1. verſ. ſed & Servius, quod vi aut clam,* alias enim etiam ignorante eo procedit præſcriptio, dumne animo celandi ducta ſit aqua. *Cuiac. d. l. 4. §. ult. ex l. ult. in fin. infr. de long. temp. præſcript.* neque verum eſt, nec admittit ratio, aquæductum hic non poſſideri, niſi ex ſcientia, & patientia domini, cuius in fundo uſurpatur, nā nec ſemper is poſſidet, neque hæc lex patientiam, ſed ſcientiam tantum, requirit. Denique uſucapio non tantum contra hunc, ſed etiam omnes currit. Sufficit igitur contra factum uſurpatæ ſervitutis nihil fieri, & ita uſucapionem vel præſcriptionem tolerari. *l. alienationis. 28. verb. patitur. de verb. ſign.* Ex quo redarguitur eorum error, qui nullam jurium admittunt poſſeſſionem, ac conſequenter præſcriptionem, niſi ex ſcientia & patientia domini, *hic & l. quoties. 15. l. quoties. 20. ff. eod. Bart. l. 1. §. denique num. 4. de aq. pluv. Iaſ. l. 3. §. ex contrario. nu. 252. de acquir. poſſ. Innoc. c. 2. num. 3. & 4. de poſtul. prælat. Panor. num. 21. & 19. Feli. num. 4. c. de quarta. de præſcript. Ripa c. cum eccleſia. 3. num 64. de cauſ. poſſ. Covar. c. poſſeſſor. part. 2. in pr. num. 8. aiens hanc eſſe communem. de R. I. in 6.* qui licet indiſtincte eam defendat, ſive cum titulo, ſive ſine titulo poſſideatur, rectius tamen aiunt, qui putant, hac patientia, & ſcientia non eſſe opus, quoties titulus à tertio habetur, *Caſtr. d. l. ſervitutes 14. num. 5, 6 9. ff eod. Cepol. de ſervit. urb. præd. cap. 20. num 5. & 6. Balb. de præſcript. ſecunda parte quartæ partis princ. quæſt. 1. num. 5. Feli. d. c. de quarta in fin.* nam licet ſcientia, & patientia conſtituentis ſit hic loco traditionis, *l. 3. de uſufr. l. 3. §. 2. de act. emt.* ramen aliis etiam modis, & ab alio, quam à domino, nanciſci poſſeſſionem ſervitutis, & proinde præſcribere poteſt. *Balb. in l. Celſus. parte. 4. quæſt. 1. num. 7 verſ. niſi appareat de naturali poſſeſſione. de uſucap.* etiam contra ignorantem, *l. ult. inf. de præſcr. long. tempor.*

Exemplo rerum immobilium.) Hoc 4 Codicis jure † ante Iuſtinianum res ſoli Italici uſucapiebantur biennio. *l. 1. infr. de uſucap. transform. Vlp. tit. 19. de domi. Inſt. de ſervit. in pr.* quamobrem de iſtis agi hic non poteſt, ubi longum tempus requirit, ſed de provincialibus tantum rebus, quæ cum eſſent in principis, ac populi jure & dominio, ut nunc loquuntur, directo *Theoph. §. per traditionem. Inſt de rer. div. ſ. Cont. diſput. lib. 1. cap. 12.* nunquam directo uſucapiebantur, ſed ex longo tempore quoddam utile dominium tuitione prætoris in iis acquirebatur. *l. cum ſponſus. 12. §. 1. verſ. in vectigalibus de public. in rem act. l. ſi finita. 15. §. ſi de 13. de dam. inf.* qua de re hæc conſtitutio Antonini & *l. ſequens* ait.

Tempore quæſivisſi.) Servitutes, velut & poſſeſſiones provinciales, licet non uſucapiebantur, ut dixi, acquirebantur tamen longo uſu, ac diuturna poſſeſſione. *l. 10. §. 1. de uſucap. l. ſi quis. 10. ſi ſervi vind. l. foramen. 28. de ſervit. urb. l. 1. §. ult. de aq. pluv. l. apparet. 5. §. pen de itin. actuq. priv.* utiliter *Cont. d. cap. 12. Cuiac d. l. 4.* ex tuitione prætoris. *l.*

1. *in pr. quibus mod. uſu. fr.* datis actionibus utilibus. *l. 1 inſi de ſuperfic. l. ei. 16. ff. eod. l. ſi finita. 15. §. ſi de vectigalibus. 11. de dam. inf.* & exceptionib. *d. l. 1. in fin. de ſuperfi. l. ſi à te. 16. l ſicut. 8. §. 2. ſi ſer. vind.* quemadmodum & in alijs quæ uſucapi nequeunt. *l. 3. §. ult. de acquir. poſſ.*

5 *Quod ſi ante id ſpacium.*) Ante † completum decennium inter præſentes, vicenniũ inter abſentes interdicto facto incipit vicioſa eſſe poſſeſſio. *l. 6. in pr. ver. intra tempus ſtatutũ. ſi ſer. vind* nam dominus prohibere aditum, vel uſum rei alteri, cui jus non ſit quæſitum, & ſic ante cõpletam præſcriptionem poteſt. *l. Divus. 16. de ſer. ruſt. præd l. ſi tibi 10. h. tit. l. quemadmodum. 28. ad L. Aquil.* à qua prohibitione ideo vitioſa incipit eſſe poſſeſſio. quia violenta. *l. 1. §. 2. ver. quid ſit l. vim facit. 19 ff. quod vi aut clam.* Ac proinde hoc vicio interpellatur poſſeſſio. *l. pen inf. de præſcript. long temp. l. pen. inf. de præſcript. 30. ann.* quia à præſcriptionis jure eximitur quælibet poſſeſſio vi, clam, aut precario uſurpata.

Sumtus in ea re.) Ut in re aliena. *l. 2. ſup. de rei vind. §. cum in ſuo. Inſt. de rer. diviſ.*

L. Et in provinciali prædio. 3.

1. *Summa h. l. ubi ratio dubitandi in hac lege, & diſcrimen rerum Italicarum ac provincialium explicatur.*
Verum placita in jure quid deſignet.
Aquæductus quid, & quibus alijs nominibus ſoleat appellari.

1 IN ſuperiore lege actum eſt de præſcriptione ſervitutis fundi provincialis: hic agitur de conſtitutione, hoc eſt impoſitione ejusdem in eodem fundo. Eſt autem hæc Lex Alexandri Severi, cujus ætate ad Iuſtin. usq; manſit diſcrimen Italici & provincialis ſoli, de quo ſup. ijs exceptis prædijs, quæ Italici cum jus beneficio principis adepta eſſent, *de quib. l. 1. & paſſim de cenſibus.* Provincialia cum eſſent in populi ac principis jure, velut diximus, non poterant uſucapi. *l. uni. inf. de uſucap. transfor. l. 6. inf. de præſcript. 30. annor.* nec pleno jure tradi, & abalienari *Theoph. d. §. per traditionem*, quare nec ſervitutes, quæ quaſi traditione conſtituuntur. *d. l. 3. § 2. de act. emt. l 3 de uſufr.* illis mero jure imponebantur, ſicut nec hodie feudis, niſi ad tempus vaſalli. *c. 1. § 1. de inveſt. de re. alie.* at ſervitutes ad tempus jure illo veteri nõ conſtituuntur, ſed perpetuam habere cauſam debent. *l. 4. de ſer.* & ſunt etiam res mancipi, velut & ipſa prædia Italici juris. *Ulp. in fragm. tit. 19. verſ. 1.* prædia vero provincialia nec mancipi, quibus propterea res mancipi, hoc eſt ſervitutes mero jure & ſolenni mancipatione imponi non poterant. *Cont. d. cap. 12. lib. 1.* Hæc fuit dubitandi ratio in quæſtione hujus legis. an provinciali prædio conſtitui aquæductus, vel alia ſervitus poſſit. Ut autem olim pacta contra propriam ſervitutum naturam tuebatur prætor. *l 4. de ſervit.* & jura poſſeſſionum nec mancipi tuitione prætoris ſervitutes recipiebant. *l 1 in pr. quibus mod uſu fr. l. ſi quis 10 ſi ſer. vind.* ita & hic Imperator exemplo prætoris quod ſequitur. *l. 4 v. ob præ. eriu edictum h. tit.* ſervari vult placita inter contrahentes ſuper ſervitutes in provincialib. poſſeſſionibus conſtitutas, quod perperã. *gl. & Dd.* ad pactiones, & ſtipulationes referunt.

ferunt, nec enim hæc ſervitutem conſtituunt, & verbum *placita* in jure non nuda pacta, ſed traditionibus munita deſignat *l. tranſactio. 7. l. 10. & paſſ. ſup. de tranſact.* idque omnino neceſſum eſt dari propter ſequentia, ubi traditur hoc onus perferendæ ſervitutis ad emtorem tranſire ex regula. *l. via. 23. §. ſi fundus. 2. de ſer. ruſt. præd. l. ſi aquaductus. 47. l. alienatio. 67. de contrah. emt.* ubi oſtenditur, hoc tantum fieri realiter conſtituta ſervitute, non vero per pactionem ſolam, quæ perſonalis eſt. *l. quis ergo. 17. ubi gl. & Dd. de pecul. & conſtit. provinc 32. parte. 2.*

2 *Conſtitui aquaductus.*) privatus, de quo tantum hic agitur, ut & *l. 4. hoc tit.* qui aquagium etiam dicitur. *l. Quintus. 15. de ſervit. ruſt. præd. l. hoc jure. 3. §. is qui 5. & l. ult. de aq quot. l. ſi partem. 19. quemad. ſer. amitt.* iter aquæ. *d. l. Quintus. 15. de ſer. ruſt præd.* h. e. jus aquæ ducendæ. *l. 1. §. aqua. 3. de rivis. §. 1. verſ. aquaductus. Inſt. de ſervit. l 5. de ſer. ruſtic. præd. l. ſi de via. 7. de aq. quotid.*

Aquam duci per prædia.) Ea vero facultas non aliter domino adimitur, quã conſtituta realiter ſervitute. *l. 2. verſ. quin etiam ubi Bald. in ſi. inf. tit. 1 l. 4. l ſi ubi 10. h. tit.* qua de re non de cauſis cõſtituendi perſonalibus hic tractari putandum eſt.

L. Aquam. 4.

1. *Aquaductus quoties pluribus ſimul concedi poſſit.*

AQuam, quæ in alieno oritur, hoc e. privatam. *l. præſes. 6. h. tit. l. 6. fin. regund. l. 1. §. 1. de flumi.* (nam in publica ſecus eſt ſecundum diſtinctionem. *l. 1. ubi Iaſ. & Dd. de flumi.*) ſine vo ntate eius ad quem uſus aquæ pertinet, ſive jure dominij, ſive jure ſervitutis, prætoris edictum alio ducere non permittit. *l. in concedendo. 8. de aq. plu. l. ſi ubi. 10. h. tit. l. 2. in ſi. inf tit. 1.* poteſt enim pluribus aqua cedi, vel ſimul. vel ſeparatim, vel alternatim, *l. 2. in fin. de ſer. ruſt.* ſic tamen ſi ſufficiens ſit omnibus aqua, alioquin eius, cui prius ceſſa eſt, conſenſus erit exquirendus, ut hic *& in l. 8. de aq. plu. arc. l. ex meo. 24. de servi. ruſt.* quo pertinet etiam regula. *l. 2. in fin inf tit. 1. ubi notat. Bald. num. 2.* aquam, in qua privatus jus habet, nõ poſſe à ſolito curſu diverti, vel minui.

L. Si quid. 5.

1. *Argumentum h. l.*
2. *Nemo in ſuo ædificans præſumitur in alterius injuriam id facere.*

1 IN confeſſoriam venit, ut quod contra debitam ſervitutem extinctum eſt, ad priſtinam formam revocetur, deſtructo eo, quod contra factum eſt, *Novel. 63 l. altius. 8. cum l. ſeq. h. tit l. 2. inf. tit. 1. l cui. 22. & paſſ. de oper. no. nunc.* ſumtibus eius, qui fecit *d. l. altius.* & damni ratio habeatur, *l. loci. 4. §. 1. & ult. ſi ſer. vind.*

Si injurioſè.) Verbum id ambiguum eſt, quod in dubio, & hoc in argumento malim interpretari de eo, quod non jure fit *ut & l. ſeq. ver. injuria propagari. l. 4. & 5. ad L. Aquil.* maximè propter præſumti nem libertatis. *l. 8. hoc tit. per l. qu madmodum. 28. §. 1. eod. ad L. Aquil.* nec enim injuriam facere intelligi,

intelligitur qui in ſuo ædificat, etiam cum detrimento alterius, donec ille jus ſuum oſtendat. *l. cum eo. 9 de ſer. urb. l. ſi tibi. 10. h. tit. l. Proculus. 26. l. flumi. num. 24. §. ult. de dam. inf. l. nemo. 194. ubi Cagnol. num. 2. l. nulli. u. 56. ubi Dec. l. factam. 107. §. 1. de R. I.*

L. Præſes, 6.

1. *Summatur hæc lex, ac quæ ſit forma & lex naturalis aquæ profluentis docetur.*
2. *Facultas naturalis utendi aqua profluenti in ſuo ſecundum formam naturalem ſolo non uſu amittitur, ſed alijs quibuſdam modis.*

1 NOn videtur hæc lex agere de conſtituta aliqua ſervitute, ut noſtri volunt, ſed de forma moribus ſtatuta aquæ profluentis, ut *l ſeq.* vel ex naturali fluxu, ut in *l. 1. in fin. de aq. plu. arc.* vel ex diuturno uſu, ut in *l. ſi ibi. 10. h. tit. l. 2. tit. ſeq. l. 1. 2. & paſſim. de aq. plu. arc.*

Cæterum ubi aliud non obtinet, hæc eſt ſtatuta forma, & lex, ut prius quisque in ſuo aquam retinere poſſit, quam ad inferiorem delabi patiatur, dummodo id fiat ita, ut per novum opus non aliter aqua defluat, quam naturaliter, & ante fluere ſit ſolita. *d. l. 1. de aq. plu. arc.* Inhibere tamen fluxum, & totam ſibi retinere dominus poteſt cum imminutione utilitatis aliorum, quibus nullam ſervitutem debet, quæ eſt ſententia huius legis & *l. 10. h. tit. l. 2. tit. ſeq. l. Proculus. 26. de dam. inf.*

Vſu aqua.) Qui uſus non eſt ſervitus, ſed naturalis facultas, *d. l. fluminum. 24. & l. Proculus. 26. de dam. inf. Iacob. in inveſt. verb. fluminib per tot. & verb. cum molendinis. Alex. conſ. 134 conſiderátis. num. 5. vol. 2.* conceſſa domino aquæ, de quo hic agimus *l. 4 l. 10 h. tit. l. 1 & paſſ de aq. plu. arc. Bal. num. 2. Salic. numer. 1. & optimè Alber in l. ſi manifeſtis 7. h. tit. Bart. num. 2. Ias num. 21 in l. quo minus. 2. de flum Bald. l. uni. num. 45. inf. de ſent. quæ pro eo quod intereſt. & c. 1. §. ſi quis de manſo num. 8. de contr. inveſt.* etiamſi utilitas hinc vicinis intervertatur. *d l. fluminum. 24. l. Proculus. 26. de dam. inf Bart. num. 25. Ias. num. 49. in d. l. quo minus. Bald. d. §. ſi quis de manſo. num. 9. Capol. de aquæductu, nu. 50. per l. quæro. 18. de jur. patr. l. ult. de obſ pat præſt l. medicus. 26. de oper. libert.* dum ne per novum opus damnũ vicinis inferatur, aliter quam naturali, vel priori defluxu inferretur. *d. l. 1. §. ult. l. 8 l. ſi prius. 17. §. non placuit 1. l. pen. de aq. plu. l. Servius. 3. ubi gl. verb. ſine incommoditate de rivis. l. 3. in pr. & §. is qui 5. de aq. quot. gl l. ſi quis. 6. §. pen. verb. rationis de edin.* nec præſcribitur † hæc 2
facultas ullo tempore, *d. l. ſi tibi. h. tit. Bart. l. cum ſcimus. 21. num. 1. infr de agr. & cenſ. lib. 11.* etiamſi dominus 100. aut 1000. annis, quomodo loquuntur, non eſſet uſus, *l. altius. 8. ubi Dd h. tit. Panor. c qui translationem nu. 4. de offic. leg. Alex. conſ. 1, 6. in cauſa n. 18. vol. 2. Ias. d. l. quo minus nu. 96. 170. Bald. d. § ſi quis de manſo. num. 14. de contr. inveſt Capol. de aquæductu, num. 25 & 57. Schurff. conſ. 69. præſens. n. 20. cent. 1. conſ 1. cum venationes. num. 26. & paſſ. cent. 3.* donec contra ſervitus fuerit conſtituta, *l. 3. l. 10. h. tit* aut præſcripta. *l. 1. ubi Cyn. num. 5 l 2. h. tit. ubi Dd.* per prohibitionem, *Bald. & Salic. hic & in l. cum notiſſimi infr. de præſc. 30. ann.*

ann. & domini obedientiam, prohibitioni acquieſcentem *Iaſ. d. l. quo minus de flumin. & in l. penult. num. 56. de conſt. princip. Schurff. d. con. 1 num. 27. cent. 3.* nam aqua per ſe tantum defluens nullam præſcriptionem inducit *Bald d. §. ſi quis. de manſo, num. 14. de contr. inveſt.*

L. ſi manifeſtè. 7.

1. *De qua aqua h. l. ſit exaudienda.*
2. *Conſuetudinem allegans tenetur illam probare.*
3. *Domini fundorum iuxta aquam publicam ſitorum quatenus in ijs molendina extruere poſſint.*

1 HAnc legem de aqua publica accipiendam eſſe docet *Cuiac. l. 4. in fin. de uſucap.* idque oſtendit ultima pars huius legis, ubi procuratori cæſaris id injungitur, ne quid cōtra veterem formam ſolennemq; moram innovari ſinat.

2 *Si manifeſtè*) Nota conſuetudinem † eſſe probandam ab eo, qui in hac ſe fundat, niſi ſit notoria *l. 4. verb. conſuetudo oſtenditur, ubi Bart. de cuſtod. reorū. Cravet. conſ. 137 magiſter nu. 5.* per doctrinam *Bald in l. filiusfam. 8. §. 2. de procurat. l. fugitivi 3. in princip. inf. de ſerv. fugit.*

Ex veteri more:) Vetuſtatem innuit, de qua *l. 3. §. ductus 4. de aq. quot. & æſti. l. 1. § ult. l. 2. l. ult. de aq. plu. arc.* quia tutius eſt niti in acquirendo uſu aquæ publicæ *l. 4. inf. de aquæduct. lib. 11. l. 7. de diverſ. & temp. præſcript. c. ſuper 24. §. 1. de verb. ſignif.*

Ne quid cōtra veterem formam) Aquæ ſcilicet per certa loca jam ab antiquo profluentis, quod inſtar conſtituti eſt, ut multis diſputat *Ant. Gabriel. lib. 5. de præſcript. con. l. 1.* Cæterum † per hoc 3 impediri non debent domini vicinorū fundorum, quo minus in ſuo molas novas conſtituant jure noſtro (licet provincialibus inſtitutis aliud ſit:) dum tamen per hoc meatus non mutetur, nec aliis inferiorib⁹, aut ſuperioribus, quoad aquæ augmentū, vel deceſſionem, detrimentum inferatur. *Spec. de interd. publ. num. 19. Bald. num. 2. 3. Dd. hic communiter Bart. num. 2. Iaſ. 91. in d. l quo minus 2. de flumin. Iacob. in inveſt. verb. cum molendinis. Alex. conſ. 194 num 5. volum. 2. Schurff. conſ. 42. diligenter in fin cent. 2. Capol. de aquæductu num 52.* etiamſi per 1000. annos, vel nunquam ibi mola prius fuerit cōſtructa *Iacob. d. loc. num. 1. per gl d. l. ſi quis 6. §. ſi initium, ubi Iaſ & Dd. de eaden* Dico quoad aquam, nam incertum intereſſe, nempe lucrum molentium, etiamſi nova conſtructione accolis tollatur, non eſt conſiderandum *Bald. l. un. num. 45 inf. de ſentent.* quæ pro eo quod interest, *per l inde Neratius 23 inf. ad L. Aquil. ubi gl. verb.* & quia retrorſum, quā ad hoc ut ſingularem allegat *Bald. conſ. 71. num. 2. volum. 1.* nam privatam aquam continere, & aliis adimere, licet, ſicut diximus *l. ſi ubi 10. b. tit. l. 2. inf. tit. 1. l. 1. §. ſi cui 15. de aq plu. arc.* publica non item, ut oſtenditur hac lege, & multis probat *Iaſ. d. l quo minus 2, num. 91. 173. de flumin. Capol. de aquæductu*, imo nec licet per novum opus efficere, ut aqua reſtagnet, aut violentius, quam antea fluat *gl. d. l. ſi quis §. ſi initium, in fin. ubi Iaſ. de eaden. per l. 1 ne quid in flu. publ. l. 1. § ſi quis 14. de via publ.* nam id nequidem in privata aqua licet, ſcilicet opus novum facere, quo aqua decurſum detal-

 teri,

teri aliter quam naturaliter, aut prius facere ſolet *l. 1. de aq. plu. l. 1. de rivis. l. 1. de aq. quotid. d. l. Proculus 24. de dam. inf. Capol. de aqu. eaductu num. 26.*

Pro urator) ad quem cura publicarũ aquarum ſub Auguſto percinere cepit *l. diligen. er 9. inf. de aquaductu. lib. 11. l. uſum aquæ 5. inf. de fund. rei priva. cod. lib. 11.*

L. altius quidem, 8.

1. *Summa h. legis.*
2. *Ratio dubitandi, ubi explicatur* l. Impp 14. & l. 11. ff. de ſervit. urb. præd
3. *In ſuo an quis poſſit facere feneſtram ut in vicini ædes vel aream proſpicere poſſit?*

1 ETiamſi 1000 annis ut loquuntur, domus non ſit altius ſublata nemo tamẽ id prohibetur in ſuo jure domini, ſi domus ſervitutem altius nõ tollendi vicino non debeat, ut hæc *l. & ſequente. ubi Bald. Salic. & Dd. Bald. d. c. 1. §. ſi quis de manſo nu 14. de contr. inveſt. optimus text. d. l. cum eo. 9. de ſer. urb.* etiamſi per novum ædificium vicini luminis obſcurentur, aut obſtruãtur *l. qui luminib. 11 ubi gl. ff & Bald. l. cum eo 9. de ſer. urb. gl. & Cu. ia in c. Abbate de verb. ſignif.* nam cuiq; licet in ſuo ædificare ad ſuo uſum *l. 1. §. idẽ 10. ver. 5. prodeſſe unuſqui q. ſil. 1.* dum alij non nocet, non prohibetur, *de aq. p'u arc.* Ac in dubio præſumitur unuſquiſque utilitatis ſuæ cauſa facere, non ad alterius injuriam, *Rip. num. 9 in d. l. 2 de flumin. Iaſ. l. 5. n. ... d. j... & ſer. Bald. l. 3. num. 5. de rer. diviſ. C... no l. nemo 10. 4. num. 2. de R. I. ... b. lib. 2. de jud. c. a bitr. cent. 2. ca-*

2 *ſu 16.* Nec obſtat † *l. Imperatores 14. de ſervit. urb.* quoniam tantum hoc exigit, ut ſtatuta forma ſervetur, ſicut & *l. qui lumin b. 11. eod. tit.* unde & Cujat. *d. l.* Imperatores accipit de eo, qui luminum ſervitutem debet. An autem

3 † feneſtram quis in ſuo facere poſſit, qua proſpiciat in ædes aut aream vicini, quæſtionis eſt, in qua communiter exiſtimatur id licere, licet vicino ſolũtum ſit contra ædificare *d. l. qui luminib. 11. d. l. cum eo 9. ita Capol. eod. tract. de ſervit. urban. c. 5. & 62. Menoch. d. loc. cent. 2. caſu. 156. num. 4.* In communem tamen parietem feneſtras mittere non licet, velut nec in alienum *l. eos 40 de ſ r. urban. ex regula l. parietem 8. l. in re communi 26. cum l. ſeq. de ſer. urb.* quenquam *Cujac. in d. l. eos, pro communi legat cæco, ut Hermenop. lib. 2. tit. 4. ita ... lib. obſerv. 1. cap. 31. lib. 2. cap. ult.* exiſtimans ne quidem ex proprio licere feneſtram mittere, tanquam oculos in domũ aut aream vicini, quod certè urbanius eſt.

TITULUS XXXV.

De Lege Aquilia.

1. *Ratio ordinis, ubi docetur, cur noxales actiones ſubjiciantur realibus.*
2. *Actio L. Aquiliæ ab Authore ſuo appellata, & quomodo alias communiter ſoleat nuncupari.*
3. *Ea quid?*
4. *Actionis L. Aquiliæ propria, quod ſcilicet ea ſit civilis, non tantum origine, ſed & natura, ſubſidiaria tamen ſit prætoria.*
Eadem eſt perſonalis, & ſua natura ſimplex, accidentaliter tamen de jure civili nonnunquam mixta, ſecus de jure Saxon
Eadem eſt pœnalis certo quodam reſpectu, & proinde

proinde adhæredes Rei non transmiſſibilis, quod limitatur num 19. in fin.

5. *Partes ſeu capita L. Aquiliæ, & quid unoquoq; eorum fuerit cautum & num. 20.*

6. *Partes actionis L. Aquiliæ, ſive quæ in libello eius actorem exprimere oporteat.*

7. *Actio L. Aquiliæ alia directa, alia utilis, alia ſubſidiaria, & quando unaquæq; earum locum habeat, & n 19. quod itidem differat ſubſidiaria (quæ nonnunquam utilis vocatur) ab utili propriè ſic dicta.*

8. *Actionis L. Aquiliæ cauſa efficiens remota, & propinqua, item impulſiva tam interna num. 9. quam externa num. 10. & ſeqq. materia n 20. forma, num 22. finis, nu. 32.*

Actio L. Aquiliæ à quo Aquilio fuerit introducta, & quod illa proprie non ex lege, ſed ex plebiſcito ſit.

10. *Ad cauſandam L. Aquiliæ actionẽ requiritur, ut ſit damnũ datũ injuria, ſeu dolo, vel culpa, etiam leviſſima, nec unum ſine altero ſufficit h. e. nec damnum ſine injuria, nec injuria ſine damno, & num 14. 17.*

11. *Imperitia culpæ annumeratur non tantum in ijs, qui artem aliquam profitentur, à ſummo uſq; ad infimum, ſed etiam in alijs quibuscunq;.*

12. *Sola negligentia an faciat huic actioni locum.*

13. *Quatenus is, qui occaſionem damni dedit, damnum dediſſe putetur.*

Miſericordiam exercens in re aliena culpa non caret.

14. *Ceſſante culpa, ceſſat Aquilia, etiamſi damnum alteri datum ſit.*

15. *Unde qui caſu damnum dedit, Aquilia non tenetur, modo non culpa aliqua caſum illum præceſſerit, vel comitetur & num 45. ubi caſui æquiparatur conſilij innocentia, & fati infelicitas.*

16. *Sic qui ex iuſta aliqua cauſa, puta ſui defendendi, damnum dedit, in Aquiliam non incidit.*

17. *Nullo damno dato, licet adſit dolus vel culpa, Aquilia locum non habet.*

18. *Actio L. Aquiliæ quibus, & adverſus quos detur, num. 19.*

20. *Quibus in rebus damnum datum eſſe oporteat ut actioni L. Aquiliæ locus detur,*

Liberi hominis corpus an recipiat æſtimationem, & quid in damno ei dato æſtimetur, quomodo itidem damni æſtimatio ineunda & num 2.

21. *In actione L. Aquiliæ quid veniat, ac quid eâ agens conſequatur tam de jure civili, quam Saxon. ac qualiter æſtimatio damni ineunda. & num 34.*

22. *In actione L. Aquiliæ an rectè in concluſione petatur damnum & intereſſe, cum tamen non ſit in obligatione.*

23. *Deinde in Libello Aquiliæ an rectè petatur duplum damni dati tam de jure civili, quam Canon.*

24. *Forma libellandi in actione L. Aquiliæ, & ubi ea inſtituenda.*

25. *Agens ex L. Aquilia quid probandum & nu. 30.*

25. *Damnum à Reo converto datum eſſe quomodo actor probare poſſit & num ſeqq.*

30 *Damni æſtimationem, quam fecit actor, an probare teneatur, & qualiter eandem probare poſſit.*

31. *An valeat conventio, ut ſuper æſtimatione damni dati, nudæ aſſertioni etiam injuratæ actoris ſtetur.*

32. *Animus damnum dantis an in hac actione attendendus, ut ſi animo damni inferendi damnum dederit, hac actio, ſi animo furandi, aut alio, damnum intulerit, alia detur.*

33 *Actionis Aquiliæ eventus, tam in abſolutoria, quam condemnatoria ſententia, num 34. 35. 36.*

Sententia abſolutoria pro Reo in actione L. quilia lata, an eidem patiat ex epti onem in actione criminali adverſus ipſum inſtituta.

35. *Si plures ſimul damnum dederunt, & unus eorum damni dati æſtimationem præſtitit, an reliqui liberentur.*

36. *Reus quando in duplum damni in hac actione condemnetur.*

37. *Actionis hujus adjacentia*

38. *Einſdem remedia aſſinia & num. 37. & ſeqq.*

Pro ijs damnis, quæ L. Aquilia non continentur, datur in factum actio.

39. *Actio de ſuperficie quando, ac quibus detur.*

40. *Interdictum quod vi, & clam an cum utili L. Aquiliæ actione cumulari poßit.*

41. *Actio criminalis cum L. Aquiliæ actione non poteſt uno tempore cumulari, & æquè principaliter proponi.*

Injuriarum actio quando pro damno dato competat, & an cum L. Aquiliæ actione cumulari queat.

42. *Index etiam poſt ſententiam in hac actione latam inquirere in rei delictum poteſt, eumq; deprehenſa facti qualitate ex officio punire.*

43. *Actio L. Aquiliæ concurrere poteſt cum condictionibus, ita tamen, ut altera alteram conſumat.*

44. *Canem ferocem, aut aliud aliquod animal, unde præſens damnum timetur, vulnerare, vel occidere licet.*

Pecus alienum in noſtro paſcens, aut damnum dans, an & quatenus tam de jure civili, quam Saxon. includere liceat.

Qui non habet in ære, ut damnum datum reſarcire poßit, luat in corpore.

45. *Contraria huius actionis, ſeu quibus exceptionibus eadem oppoſita excludi.*

Damnum datum mutua compenſatione tollitur, culpa enim culpam non damnat.

Facta remiſſione damni ab eo, qui illud paſſus eſt, non cenſetur facta, expenſarum remiſſio.

An is, qui imminens periculum fugere poteſt declinare, cenſeatur in caſu neceſſariæ defenſionis conſtitutus.

Furem diurnum & nocturnum quatenus occidere ſit permiſſum.

1 Vindicationis proxima † eſt legis. Aquiliæ actio, quamvis perſonalis, §. *ſi quis eum ſeq. Inſtit. de act.* §. *ult. Inſti. ut. de l. Aquil.* cum quia noxalis eſt §. *ſunt autem. Inſtit. ut. de nox. act.* quod genus illis adæquatur, *l penult. de nox. act. l. 3. § ſi quis. inf. l. de eo. 11. §. ſeptim. ad exhib.* & domino erga dominum rei datur, *l. quæcunq; 56. de obl. & actionib.* denique quoniam ex nullo contractu, aut maleficio propriè datur, ſed ex facto damni dati, *l. 4. l. ſi quis. 49 ff. eod. §. 2. Inſtit eod.*

Aquilia † ut aliæ pleræq; actiones ab autore ſuo Aquilio nomen habet, *l. 1. eod* à materia autem nominatur actio damni injuriæ, aut damni actio, aut de damno dato, §. 1 *& paß. Inſtit eod. l. in duobus. 28. §. colonus. 6. de jurejur. l. qui domum 57. locat.* 2

Eſt igitur † actio civilis de damno injuria, h. e. non jure, vel injuſte dato, *d. l. qui domum. l. 1. 3. 4. 5. eod.* qua petitur damnum injuria datum *l. 3. eod. d. l. qui domum*, ab eo qui dedit, vel cuius res dedit reſarciri, *l. 2. h. tit & Inſtitut. eod.* Brevius à ICtis definitur eſſe actio damni injuriæ, *d. l. qui domum*, ſeu damni, vel de damno diſceptatio, *ut l. capitalium 28. §. incendiarij. 12. de pœn.* ſeu actio ad damnum civilis, ut definit *Pet. Iac. eod num. 8.* 3

Propria † quod civilis ex *l. 12. tab. l. 1. eod. l. quæcunq; 56. de oblig.* unde & legitima dicitur, *l. qui ſervandarum 14. verb. legitimã, de præſcr. verb.* quoq; poſt ex L. Aquilia eſt interpolata, nec modo civilis eſt directa, verum etiam utilis *Roſr. de directs Aquil. num. 1. & 2.* & de ſubſidiaria *in pr. verſ. illam utilem credo civilem, iſtam in factum prætoriam.* 4

Civilis autem non tantum eſt origine, ſed etiam materia, non criminalis. *Pet. Iac. eod. num. 8.* unde judicium civile appellatur, quod latius pateat crimi-

criminali, *Bal. l. 3. num. 2. h. tit.* ſubſidiaria tamen huius videtur juris eſſe prætorii, *l. quia. 11. de præſcr. verb. Roſr. in for ſubſidiaria. L. Aquil. in pr. verſ. ſed in pactũ & paulo poſt,* iſtam ſubſidiariam credo prætoriam. Eſt autem perſonalis, *§. ult. Inſt. eod. l. item. 11. §. 1 & 6. cum ſeq. eod.* quia condictio eſt, & quidem certa. *l. certi. 9. §. 1. verſ. & ex lege Aquilia. ſi cert. pet.* quod genus perſonale eſt, *§. his itaq. 1. Inſt. de act.* mixta tamen eſt reſpectu perſecutionis rei, & pœnæ. *§. his autem. 4. Inſt. eod. l. item. 11. §. 2. l. ait. 21. eod. §. ex maleficiys. ubi Myn. ſing. num. 1 . & 12. Plat. in §. in quadrupl. num. 4. & 6. Inſt. de act.* qui ait ſimplicem eſſe natura, accidentaliter mixtam, jure tamen Saxonum liceat ſimplicem perhibere, quo nõn ſit reductio æſtimationis ad tempus præteritum. *Schneid in §. pen num. 9. Inſt. eod.* quo reſpectu jure noſtro perſonalis eſt, *d. § his autem. Inſt. eod.* omnino tamen pœnalis reſpectu eius, qui convenitur, quia præſtat, quod non accepit, *d. l. item 11. §. 2. eod.* Perpetua eſt ex regula. *§. 1. Inſt. de proper. & tempor. act. & l. in honorariis. 35. de act. & oblig. l. 1. ver. nemo. inf. de annali except.* etiamſi eius æſtimatio, ut dixi ad certum tempus annuum, vel 30. dierum redigatur. *d. §. his autem. Inſt. eod.* tranſiens in hæredem agentis, quia rei perſecutoria eius reſpectu. *l. inde. 23. §. hanc actionem. eod.* & ideo ceſſibilis, *l. quod ſæpe. 25. § ſi res. 4. de contr. ib. emt. Tiraq. de retr. proxim. § 26. gloſ. 3. num. 12.* non tamen tranſiens in hæredem eius, qui damnum dedit, *d. l. 23. §. hanc actionem 6. eod. §. 4. verſ ideoq. Inſt. eod.* quoniam illius reſpectu pœna eſt, *d. l. item §. 2. eod* quod genus in hæredem non tranſit, *l. un. inf. ex del. deſun. §. 1. de perpet. & temp. act.* lib. & noxalis, *ut ſup. dixi. §. ſin autem. Inſt. de noxal. act.*

Partes ſeu † capita legis Aquiliæ 5
tria fuerunt, *l. 2 l. ſi ſervus. 27. §. 4 l. quemadmodum 29. § hac actione. eod. §. 1. & 7. Inſt. eod.* Primo agitur de homine, & pecore alieno occiſo. *§. 1. Inſt. eod l. 2. eod l. 3. h. tit.* aut de quadrupede, quæ numero pecudum habeatur, hoc eſt, gregatim paſcatur, ut boves, *Pet. la ob. in rubr. eod num. 2. per Bart. & Dd. l. ult. inf. de milit. teſtamento. lib 12.* Altero capite putat actum *Cuiac. ff. eod* de quavis alia ratione damni dati, etiamſi res læſa non eſſet, quod ideo minus ſit veriſimile. 1. quoniam hoc nomine non directæ, ſed utiles actiones ex interpretatione legis darẽtur, *§. ult. Inſt. eod. l. ult. h. tit* quæ directæ eſſent, ſi hoc *l. Aquil.* cautum foret. *d. §. ult.* Deinde quia capite tertio de omni reliquo damno cavetur. *§. pen. Inſt. eod l. ſi ſervus. 27. § 4. l. quemadmodum 29. eod.* ut conſentaneum ſit, aliud eo cautum fuiſſe, niſi putemus ideo obſolevisſe, quod videretur hac in parte ſufficere caput tertium. *argumento l. 1. quod met. cauſ.* quod nec ipſum probabile apparet, quia non fuiſſet ſupervacaneum, cum tertium caput pertineat tantum ad damna in corpus per corpus data, reliqua non comprehendat. *§ ult. Inſt. eod. d. l. ult. h. tit.* Sed quia ſecundum caput in uſu eſſe deſiit, *d. l. 27. § 4. eod. l. liberum. Inſt. eod.* omiſit illud Iuſtin. ſecutus *Ulp l. 1. eod.* qui leges hac parte abrogatas referre non putabile geſſit; quare nec nos de eo amplius quæramus: Tertio capite quemadmodum de reliquo damno caveatur, diſcendum eſt ex *§. capite. Inſt. eod. l. ſi ſervus. 27. l. 29. eod.*

6 Partes † huius actionis duas facit. *Bald.* ſunt cum res in priorem ſtatum reponi poteſt *l. 1. in fi. h. tit.* quarum altera concludatur ad reſtitutionem damni, altera ad reductionē in priſtinum ſtatum. *d.* *l. 2.* nam ſi tale ſit damnum, ut nō poſſit reduci ad prius, velut mutilatio, tum ſimpliciter agitur ad intereſſe. *Bald. d. l. 2.* Cæterum illæ ſunt partes concluſionis, medium autem concludendi præmitti debet, velut neceſſarium antecedens, nempe damnum injuria datum eſſe. *Bald. l. 1. in fi. h. tit.*

7 Species alia † directa ex verbis legis. *§. ult. Inſt. eod. l. item. 11. eod. Rofr. de act. in factum ſubſid. L. Aquil. in pr.* quæ ſtricto jure datur. *l. pen. inf. ad exhib.* quoties per corpus corpori damnum datum eſt. *d. § ult.* alia utilis ex ſententia, & interpretatione. *l. 7. § proinde. 3. l. item. 11. §. 1. cum ſeq. & § ult. l. ſi ſervus. 27. §. ſi quis. 12 l. quemadmodum. 29. §. pen. l. proinde. 25. §. 1. eod. l. ult. h. tit. d. §. ult. Inſt. eod.* quæ ex ſententia legis non ex verbis datur, *d. l. pen. inf. ad exhib.* quoties corpus non damnum, ſed cauſam damni dedit. *l. quoties. 21. l. 11. de præſcript. verb. l. 9. eod.* Alia in factum ſubſidiaria, quæ datur quoties nec verba, ut in directa, neque ſententia legis, ut in utili, actionem ſuppeditat: nam in caſu à lege diſſimili non datur actio utilis. *l. ſi menſor. 5. ſi menſ. falſ. mod. dixe.* & tamen æquitas aliqua ſuadet actionem dari *d. l. quia. 11. de præſcript. verb §. ult. in fi. Inſt. eod l. boves. 53 verſ. in factum ad exemplum l. Aquiliæ eod. l. & eleg. nter. 7 §. 2. verſ. ſi quis ... ubi ... verb. in factum actio. de aol mal.* videlicet cum nec corpus ... nec cauſam damni proximā, ſed remotā dedit, *d. §. ult. inſt. eod. l. qua actione. 7. §. proinde. 3 cum ſeq l. item. 11. §. 1 ff eod.* ad exemplum Aquiliæ inducta. *l. ſed et ſi. verſ. danda ad exemplum, l. boves. 53. verſ ad exemplum Aquiliæ eod. d. l. item, 11. l. qui ſervandarum 14. de præſ. r. verb.* Hanc tamen & utilem nominat. *l. ſed ... 17 § ult. verſ. utilem exemplo l. qui Aquiliæ. de uſufr.* ubi tamen ſic diſtinguenda eſt à ſuperiore utili, ut illa ſuperior ſit utilis civilis ex ſententia legis: hæc vero utilis prætoria ex edicto, ideoque ſubſidiaria. *l. qua actione. 6. §. proinde. 3. l item 11. l. ſi quis. 48. l. boves. 53 l. ſi ſervus 27. eod, §. pen. Inſt. eod. l. ſi ſiſtula. 18. de ſervit. urb.* Quanquam autem hanc diſerte ab Aquilia diſtinguat. *l. 7. § ſi quis 4 l. item. 9. in pr. §. 1. & 2. eod* ut videatur ad affinia potius quam ſpecies pertinere: nos tamen huc referre malumus conſiderato effectu, & quoniam hodie inter has actiones non ita ſubtiliter diſtingui ſolet. *c. 1. 2. 3. 4 5. 6. 7. ult de injur. dam. dat.* Effectu certè nihil differunt *l. antep. de neg geſt.* quia nec ipſi ICti tam ſubtiliter quam Iuſtinianus *d. §. ult. Inſt. eod.* inter utilem & in factum diſtinxiſſe videntur. *l. boves. 53. eod.* cum eū qui cauſam damni dat in factum, hoc eſt, utili actioni faciant obnoxium *l ſi ſervus. 49 eod.* Utut ſit, nos hanc ſubſidiariam inter ſpecies poti⁹, quam affines Aquiliæ actionis referamus, *quod & Rofred.* fecit bis terve in ſor. act. ſubſid. *in pr. & num. 3.* diſtinguens Aquiliam in has tres ſpecies ſupra commemoratas, nec diſſimulans tamen paulo poſt *in 7 requiſito,* omnia in has poſteriores actiones venire, quæ in directa. *d. l. 7 d. præſ. r. verb.* Illud autem præterea tenendum, non modo iſtis actionibus hominum eſſe in caſu, *d. § pen, & ul. Inſt. eod.* ſed etiam

etiam quoties alij, quam domino danda eſt actio *l. qui occidit. 30. §. 1. eod.* Item quoties propriè damnum datum non eſt, ut conſumto alterius vino, frumento, fructu, *d. l. qui occidit 30. §. ſi quis 2. eod.*

8 Cauſa † huius actionis lex 12. tabul. *l. 1. eod.* quam Aquilia ſequens ſuſtulit, *§. pen. Inſt. eod. d. l. 1. eod.* ex cuius capite primo vel tertio datur hæc actio. *l. quemadmodum. 29. §. hac actione. 4 l. qui occidit. 30. § ult. verb. in hac actione. eod.* Quanquam autē plebiſcitum fuerit initio, *d. l. 1. eod.* tamen ex lege Hortenſia deinceps omnes Quirites obligavit. *l. 2. §. deinceps 4. de orig. jur. §. plebiſcitum. Inſt. de jur. nat.* quod ipſum argumento eſt, antiquiſſimam eſſe legem, & ætate Ciceronis longe vetuſtiorem, & qui huius legis tanquam antiquæ ſæpe mētionem facit *per Roſc. in Bruto & alibi. Et ad eandem.* Q. Mutius *Scævola ætate illi ſuperior ſcripſiſſe perhibetur in l. Quintus. M. 39. eod.* ut repudianda ſit Mynſingeri ſententia, referētis, cum ad Gallum Aquilium Ciceronis familiarem, de quo in orat. pro *Cæcin. lib. 3 off.* qui non tribunus nec ex plebe, ſed ſenatorius & ex gente conſulari fuit.

9 Impulſiva autem proxima † à parte agentis intereſſe, *l. qui occidit. 30. §. 1. verſ. quia poteſt eius intereſſe eod. Pet. Iac. in form. Aquil. num. 8. verſ. ego cuius intereſt, & non aliter ag re poſſero, hoc eſt, damnum datum, l. ſi ſervus, 27. § inquit. 9. verſ. ſpecies damni, ut lex Aquilia locum habeat eod.* & quidem privatum, *Pet. Iac. eod. num. 8. verſ. notandum.* à parte rei conv nti privatum delictum, *Pet. Iac. eod num. 8. verſ. quia privatum eſt delictum,* damnum videlicet datum, *l. & eleganter. 7. §. 2. verſ. ſi quadrupes. ubi gl. verb. ad factum in fi. de dol. mal. d. l. qui occidit. 30. §. 3 eod.*

Cauſa extrinſecus † oblata, ut dicitur *in l. qui domum. 57. in loc.* nempe iniuria, *l. 1. 4. 5. eod. §. 2. Inſt. eod. c. ult. de iniur.* hoc eſt nullo iure, *l. 5. §. 1. eod.* ſine iuſta cauſa. *§. 2. verſ. ... Inſt eod.* quæ caveri potuit vel debuit. *l. 5. §. 1 l. ſed ſi 19 eod.* ſive ex dolo proficiſcatur. *§. 2. verſ. non minus quam ex dolo. § pen. verſ. ſi dolum. Inſt. eod. l. illud. 20 l. 30. §. ult. eod c. 4. 6. de iniur. Pet. Iac. eod. num. 2. Rofred. de ſubſid. num. 3. Bald. num. 1. in l. 1 h. tit.* ſive ex culpa. *l. qui occidit. 30. §. in hac. 3. eod. §. 2. verſ. modo culpa. & paulo poſt: ex culpa quoq. §. illud. 8. verſ. ſi culpa Inſt. eod. c. ult. ext. eod.* hoc eſt, cum, quod provideri potuit diligentia, non eſt proviſum. *l. ſi putator. 31. eod.* nec diſtinguendum eſt hic inter gradus culpæ, ſive lata fiat, *Rofred. de ſubſid. num. 3.* ſive levi, *Rofr. ibid. per l. in lege. 41. eod.* ſive etiam leviſſima. *Bald l. 1. n. 1. h. tit. Pet. Iac. eod. nu. 2. d l. 40. eod. l. ſi cuius. 13. §. de præteritis. 2. de uſufr.* 10

Imperitia † quoque culpæ annumeratur. *§. præterea. 3 Inſt. eod. l. idem, 8 cum l. ſeq. l. ſi ſervus. 27. § ſi calicem 18. eod. c. ult. verſ. vel vel imperitia. de iniur.* maximè in ijs, qui artem profitentur, ut in medico, *l. quæ acti. ne. 7. § ult. eod. l. imperitia. 132. de R. I Panor. & CC. c. tua nos. de homicid. Schneid. §. præterea num. 4. Inſt. eod.* Item Doctore, procuratore, advocato, iudice, *Ang. num 3. & 4. in d. §. præterea* ac omnib. vel minimæ artis profeſſorib. uſq; ad bubulcū, quemadmodū loquuntur *Ang. Schneid. & alij ibid* quanquā & extra profeſſionē 11

artis-

artis imperitia, velut impotentia, ac infirmitas in culpa eſt, ut in gubernanda nave, regendis equis, jumentis, quæ ab alio tutius regi potuiſſent. *d. §. præterea. 3. Inſt. eod. l. idem. §. eod. c. ſign. ſi. caſti de homi. id.* cum affectare quiſquā non debeat, in quo intelligit, vel intelligere debet, quæ paria ſunt, *l. quisquis. 15. inf. de reſcind. vend. l. 5. ſi certi pet.* imbecillitatem ſuam alij periculoſam futuram. *l. item. 8. eod.*

Quamobrem nec ignorantia excuſat eum, qui ſcire debuit ex facto ſuo damnum cuique contingere poſſe, *cap. ult. de injur.*

12 Illud majoris quæſtionis eſt, † an ſola negligentia huic actioni viam muniat, quod certe videtur ex *l. qua actione. 7. §. 2. verſ. vel negligentia eod. §. ult. verſ. vel negligentia. de injur.* Sed hoc noſtri ſic interpretantur, quoties negligentia eſt proxima cauſa, per quam damnum detur ipſo facto, *l. qui occidit. 30. §. pen. eod.* nam negligentia, ut ajunt, cauſa proxima cum ſit delictum omiſſionis, non commiſſionis, quod hic requiritur, per ſe Aquiliæ locum non facit, *l. ſi cui. 13. §. 2. verſ. deniq. ubi Bart. Alex. & communiter Dd. de uſufr. & l. qui bona. 13. §. cum inter. 2. ubi Bart. num. 1. Alex. num. 3. de dam. inf.* deſiderat enim hæc actio actum, ſeu commiſſum, ex quo oriatur, ut inquit *Spec. de crim.* ut cum negligentia cuſtodis aut domini ferum animal damnum dedit. *c. ult de injur.* atque ita diſtinguit. *gloſſ. in l. cum quis. 32. verb. acceſſerit. de dol. mal.* quod mihi parum probabile videtur, cum ICti, ut ſupra dixi, ex ſola negligentia aditum huic actioni concedant, dummodo damnum factum ſit, & hoc poſito, non video quomodo commiſſum ſeu factum removeri poſſit: ſic enim in jure damnum ab infecto diſtinguitur, quod hoc non dum factum, illud factum ſit, *l. 3. & paſſ. de dam. inf.* Itaque omnino exiſtimo indiſtinctè quomodocunque damnum datum ſit, ſaltem utili Aquilia agi poſſe. *d. l. qui occidit. 30 §. in hanc 3. eod. Roſr. de act. Aquilia. num. 4. & l. ſi cuius. 13. §. 2. de uſufr.* qua noſtri moti in alia decedunt, aut ad directam eſſe reſtringendam, aut, quod potius, agere de eo, cui culpa ob negligentiam imputari nequit, qualis eſt uſufructuarius in jure ſuo, de quo ibi agitur. *arg. l. merito. 31 pro ſoc.*

Qui etiam † occaſionem damni dat, 13
damnum dediſſe intelligitur, *d. l. qui occidit. 30. §. 3. eod. c. ult. inf. c. de cætero. 11. de homicid. c. ſicut. 9. ubi gl. & Dd. de teſtib. §. ult. Inſt. eod.* ſcilicet dando operam rei illicitæ. *d. c. ſicut.* aut licitæ, non tamen adhibita circumſpectione debita, *l. ſi putator. 31. eod. §. pen. & ult. Inſt. eod.* nec excuſat hic miſericordia in re aliena *l. 7. depoſ.* quod genus cum ad leviſſimam culpam pertineat, intelligi facile poteſt, & hanc pendere legem Aquiliam, *l. ob id. 44. cum ſeq. eod gloſſ. l. 3. h. tit. Roſr. de ſubſid. num. 3. & de directa, num. 4. per l. ſi putator. 31. eod.* iniquum enim eſt quomodocunque damnum alteri daret, dummodo id injuria, hoc eſt, nullo jure fiat, unde exiſtit actionis æquitas, & ratio, ut quod ita datum eſt reſarciatur, *Roſr. de directa. num. 3.* quoniam hæc cauſa, ex qua detur hæc actio, juſta eſt, *l. qui foveas. 28. eod.*

Cæterum † ubi culpa nulla eſt, nulla 14
etiam Aquiliæ datur actio. *§. 2. verſ. ſi modo culpa eius nulla. Inſt. eod.* quamvis damnum ſit datum, *l. 4. in fin. ubi Bald.*

hic.

h. tit. per l. ſi quis 49 §. ult. l. qui occiderit 30. §. pen. eod. Bart. l. eleganter 7 §. 2. verſ. ſi quadrupes, de dol. mal. nec obſtat idem textus ea parte, qua dat actionem in dominum quadrupedis, quæ læſit, cum tamen culpa abſit: nec enim ibi de hac, ſed actione pauperie tractatur, h. e. damni ſine injuria dati, *l. 1. § 1. ſi quadr. paup. feciſ. dic.*

15 Quamobrem † caſu damnum factum non præbet huic actioni materiam, *d. §. 2. verſ. quo caſu occidit. Inſtit. eod. l. quemadmodum 29. §. 4. ſi navis. ff. eod.* quo pertinent diſtinctiones de ſagittantibus, ludentibus pila, haſta, *§. 2. l. eod. l. 9. § 3. eod.* fodiente foveas, *l. qui foveas 28 eod.* dejiciente ramos arboris, *§. 2. Inſt. eod. l. ſi putator. 31. eod.* in quo genere ſemper illud ponderatur, an culpa caſui cauſam dederit *l. ſi ſervus. 27. §. huius 4. §. ſi fornicarius. 5. ff. eod. Per. Iac. in for. huius act. num. 3 § pen. ubi poſt alios Schneid. num. 9. in fin. I. eod. per art. 38. lib. 2.* Sic qui equum, jumentum dimittit in paſcua vel alium locum, ubi paſcere ſolet, nō tenetur de damno facto: ſecus qui in ſolito, *Bald. l. 3. quæſt. ult. ſup. de epiſc. aud.* niſi culpa præceſſerit, ut ſi contra domini voluntatem per petulantiam, aut aliter id factum fuerit, *Cyn. quæſt. ult. d. l. 3. per l. ult ſup. de neg geſt.*

Sic qui alieno impulſu damnum dedit, ſiquidem fortuitò, caſus eſt: ſin alterius culpa, non impulſus, ſed is qui impulit, tenetur, *l. quemadmodum 29. §. ſi navis. eod.* ex regula, quod qui cauſam damni dat, damnum dediſſe intelligatur, *l. is damnum. de R. I. l. 3. eod.*

16 Aſsimilis eſt fortunæ †, quod quidē ad excludēdam Aquiliam attinet, cauſa damni inferendi juſta, ut caſus veriſſimæ defenſionis, *§ 2. verſ. ſi quis non aliter, Inſt eod. l. ſcientiam 45. §. qui cum aliter, l 4. §. l. ita vulneratus. 51 § 1. eod. l. 1. inſ. unde vi. l. 2. & paſſ. inſ. de ſi ar.* etiam à jumentis vel feris intentatus, *Schneid. d. §. ult. num 6. & 7. inſtit. eod.* vel juris ſui tuendi cauſa, aut publici, ut animadverſio magiſtratus, *l. quemadmodum 29. §. 5. eod.*

Econtrario † nec culpa ſuffecerit, aut dolus, niſi revera damnum datum ſit, *l. ſi ſervus. 27. § inquit. 9. verſ. ſpecies damni, l. illud. 32. §. ult cum ll. ſeqq. eod. Bald. l. 1. num. 2. h. tit. per l ſi ſervus. 7 § 11. l. quia. 16. eod. Rofred de dir. act. nu. 3.* 17

Datur autem † hæc actio directa domino rei, in quem damnum datum eſt, *l. item. 11. eod.* quam ad hoc inducit *Pet. Iac. eod num. 6. Schneid. Inſtit. eod. in pr. num. 13.* etiam revocabiliter domino, *d. l. item 11. §. 6. eod* ut marito pro re dotali, *l. ſi ſervus. 27. §. ſi cum maritus. ſ. eod.* & hæreditati jacenti, *l. 13. §. 2. eod.* nam ejuſmodi non minus domini ſunt tantiſper, dum fit revocatio, aut mutatio dominij, *l. non ideo. 66. de rei vendic. l. 1 §. ſerv. de SC. Syllan. cum alijs quæ cumulat Tiraq. de retr. convent. §. 2. num 36. cum mult ſeqq.* Nec conſiderantur futura, quæ non ſunt certa, & ut loquuntur, infallibilia, *d. l. quemadmodum. 29. §. ſi navis, verſ. cum inter ſit. eod. l. 1. de in lit. jur.* vero tamen, nō ficto domino hanc actionem damus, *l. liber homo. 13. §. ult. cum ll. ſeqq eod. l. 7. §. 2. ver. item ſi ſervus, de dol. mal.* Vtilibus porro dominis datur utile hoc judicium, *l. 5. §. 1. 2. & ult. arb. furt. caſ.* etiam præ directo, *l procuratorem 55.* 18

de procur. §. ult. ubi Dd. qual. olim feud: poter. alien. etiam iis qui pro domino poſsident, ut bonæ fidei poſſeſsoribus *l. 2. §. 1. vers. in loco. de relig. & ſumt. fun. l. 11. § ſed ſi 8. l. ſi dominus. 17 eod. l. 1. §. 1. de ſer. corrupt. Rofred. de ſubſid. num. 2.* ſicut & fructuario & uſuario, *l. item. 11. §. ult. eod. quam ad hoc allegat Pet. Iacob. eod. num. 6. Rofred. de ſubſid. num. 1.* & creditori, *l. qui occiderit 30. §. 1. eod.* & libero homini nomine ſuo, *l. liber. 13. ff. eod.* Item heredi & ſucceſſoribus, *l. inde 9. §. acti. nem. 6. eod. §. his autem verbis. I. eod.* etiam liberi hominis occiſi nomine ſaltem utiliter, *l. ſed etſi. 14. ff. eod.* non aliter tamen hic omnibus datur, quam quoties eorum intereſt, *Petr. Iac. eod. num 8. vers. dominus cuius intereſt* cæteroquin obſtat exceptio, tua non intereſt, de qua *gloſſ. 1. ex parte 7. verb. tacito. verſ. quia non interrogat. innoc. & CC. c. ſupra. 16. de accuſat. latè Blanc. tract. de compromiſſ. per l. 4. de except. in 16. except. ex defectu actionis, incipiente, tua non intereſt.* Sed, nec commodatario competit, aut cæteris, qui ius in re non habent, *l. item, Mela. 11. §. pen. eod.*

19 Datur autem † directa adverſus omnes, qui ſuo corpore damnum dederunt, aut dari juſſerunt, *l. liber homo. 37. §. 1. eod.* In his tamen diſtinguitur, ut ſi imperandi jus habeat, directa teneatur, excuſetur is, qui juſſus fecit. *l. is damnū. de R. I. Rofr. de dir. nu 8.* Sin verò jus imperandi non habeat, ut tum jubens utili, qui fecit directa actione conſtringatur, *l. 11. § 1. l. liber homo. 13. ubi Dd. eod.* de quo Bart. latè *l. non ſolum 11. §. ſi mandatum . ff. de iniur.* Datur etiam in mulierem. *l. ſi ſervus 27 § ſi. cauſa. 19. eod.* adverſus in uxorem, ſiquidem in rebus viri damnum dedit, *l. mulier. 56. eod.* quoniā & adverſus ſocium datur, *l. ſed ſi 47. ff. pro ſoc* etiam liberū hominem, qui nobis ſeruit, *d. l. liber. 13. §. 1. eod.* nec unus modo, ſed & plures qui damnum dederunt, rectè conveniuntur, *l. ita 51. l. item. 11. §. 1. & 2. l. illud. 32. ff eod.* præſertim ſi res dubia ſit, nam alioqui cuiusq; ictus conſideratur, qua de re videre licet diſtinctiones *Pet. Iac. eod. n. 11. Rofr. de dir. nu. 8. & 9.* nam & tota univerſitas teneri poteſt, *l. aut facta. 16. §. ult. ubi Bart. num. 3. 4. & 5. ff. de pœn.* In heredem non datur, quia hactenus pœnalis eſt actio, *§. his autem verbis. Inſtit. eod.* niſi forte ex damno dato locupletior ſit factus, *l 9. §. actionem 5. eod. d. §. his autem verbis* aut lis cum defuncto conteſtatur, *l. un. ubi Dd. inſ. ex del. defunct.*

Materia † ſunt res quæ damnum faciunt & patiuntur, corpora hominum tam ſervorum *l. 3. h. tit. l. liber homo 13. §. 1. l. ſi ſervus 27. l. qui occiderit 30. & paſſ. eod.* quam liberorum, *d. l. 13 eod. c. 1 de iniur.* corpus ſervi æſtimationem recipit liberi hominis non item, *d. l 13.* ſed circa hoc alii æſtimantur, ut operæ amiſſæ, curationes in medicos factæ, *Rofr de ſubſid. num 3. per l. qua actione 11. eod text. in c. 1 ubi CC. de iniur. l. ex hac 3. ſi quadr. paup. fec. dic. l. ult. de his qui deiec. vel effud.* putant autem CCtæ etiam corpus liberum æſtimari, *gloſ. & Dd. d. c. 1.* ſaltē ad 500 ſolidos, *ex l. 1. §. 3. de his qui deiec. vel effud.* Sicut & jure Saxonum interfectum corpus VVeringeldio, ut loquuntur, vulnera vero illata dimidio, aut alio precio mulctantur, de quo *Koning. in pract. cap 138. per art. Sachs. 8. gl. lib. 3. art. 45. & lib. 1 art. 68.* Item corpora animantium, pecudum, 20

c. 2. 3.

c. 2. 3. de iniur. l. ſi ex plagis. 13. cum ſeq. eod. de quibus pecudibus occiſis agitur primo capite *L. Aquiliæ l. 2. eod. § 1. Inſtit. eod.* De læſis vero ac corruptis capite tertio, *§ capite 7. Inſt. eod. l. ſi ſervum 27. § huius 4. eod.* De reliquis beſtiis, quæ non ſunt pecudum numero, tam occiſis quàm læſis tertio capite, *d. l. ſi ſervum 27. § 4. l. quemadmodum 29. § 4. eod.* item ex interpretatione res inanimatæ, *l. ult. h. tit. l. ſi ſervum 2. § 9. 10. eod. cap. 4. 5. 6. de injur.* etiam moribus Saxonum, *lib. 1. art. 41. 49. 22. 27. 38. Schneid. § ult. num. 1. & § 3. num. 7. Inſtit. eod. Henning. God. conſ. 7. 8. de vectig. & conſil. ult. de incend.* Cæterum læſio corpori facta, præfertur læſioni pecuniariæ, vel rerum *Cravet. conſ. 264. nu. 2.* quod de læſione corporis accipio, quod reliquis rebus præſtat, *l. ſancimus. 17. in fin. ſup. de SS. Eccl.* in aliis rebus non item admiſerim: quis enim corruptionem jumenti anteferat damno incendii, aut aquarum in prædiis dato, *d. l. ſi ſervum 27. § 5. eod.* Damnum autē omnino datū eſſe oportet in eiuſmodi rebus, alioquin æſtimatio, ad quā agitur iniri nulla poteſt, atq; ita materia huius actionis eſt defectura, *l. hoc apertius. 14. eod.* Quamobrē etiamſi quis confeſſus ſit, ſe damnum dediſſe: tamen ſi pateat, vel ab ipſo probetur, nullum ab eo datum abſolvitur, *l. inde 23. § ult. cum. ll. ſeqq. eod. Rofred. eod. nu. 3. in 6. requiſ.*

51. *Actor in hoc iudicio primum probare tenetur, ſe & reum conventum eſſe coheredes, ac quomodo hoc ipſum probare poſſit, num. 52.*

53. *Deinde probare neceſſe habet, res, quas dividi petit, eſſe hereditarias, & qualiter hoc probandum.*

55. *Effectus huius iudicij, ſeu quid uterq; litigantium eo conſequatur, ſive lata ſit abſolutoria, ſive condemnatoria ſententia, quod item ſit officium judicis in hoc judicio.*

56. *Actionis huius adiacentia.*

57. *Eiuſdem remedia affinia.*

58. *Eiuſdem contraria, ac quæ exceptiones Reo in hoc judicio ſint paratæ.*

1 AD realia judicia † de quibus hoc libro tractatur, pertinēt & judicia divisoria familiæ erciſcundæ, communi dividundo, finium regundorū, *l. in rem* 22. *in fin. eod. §. quadam. I de act.* de quibus deinceps eſt agendum. Familia hæreditatem † ſignificat, *l. ult. inf. de verb. ſignif. l. pronunciatio. 195. §. 1. ff. eod.* 2
quæ ius univerſum defuncti continet, *l. hereditas, 62. de R. I. l. quoties. 10. h. tit.* in hoc tamen tractatu non tam jus ipſum ſignificat hæreditatis, quod ex lege diviſum eſt, *l. ea 6. l. inter 11. l. licet. 23. h tit l. 2. inf. de hæred. act.* aut voluntate teſtatoris, *§. hereditas. 4. cum ſeq. I. de hæred. inſtit.* & pro diviſo rectè non poſſidetur, *L. Pomponius. 8. in fin. de rei vind.* quàm bona exhæreditate communia, *l. bona. 8 h. tit. l. 1. §. ſi ergo 3. ſi pars hæred. pet.* quæ dividi hac actione petuntur, *l. 1. 2. 3 & paſſim. h. tit l. familia 9. inf. communia utriuſq; judic.* quia quia contenta ſub nomine univerſitatis dividi petuntur, potius dividendæ hæreditatis, quam bonorum aut partium, actio vocatur, *§. quadā. verbo dividendendæ hæreditatis gratia. I. de act.*

Eſt autem erciſcere † noſtris divide- 3
re, *gl. verbo familiæ in d §. quadam. I. de act.* ubi deducunt ab arceo, quod utraque pars ab altera arceatur, id eſt, ſeparetur Sane vetus verbum eſt ex *l. 12. tab. Cic. 1. de Orat.* itaque ut familiæ potius, quam hæreditatis, ſic & hoc ex lege retentum eſt, ut vel ipſo nomine originē, ac antiquitatem ſuam indicet, *l. 1. ff. eod.* Apud Ciceronem tamen dubius eſt locus, *lib. 1. de orat* nam verbum erciſcere, quo utitur, Stobæus per aſpirationē legit herciſcere, ducens à græco *ἑρκίζειν*, quod interſepire, atq; ita dividere ſignificat, Lambinus primo legit erciſci cieri, in poſteriori vero editione arctū cieri ex Petro Victorio *lib. 35. variar. lect. cap. 1.* arctum enim fit, teſte Feſto, inter cōſortes, ſocios, ut cohæredes, & ſigni-

ſignificat coarctionem rationum communiũ, unde putatur, quãtum in hæreditate, aut re communi ſeu cõſortio ſit, *Revard. l. in ambiguis 85. §. quoties de R. I.* Ciere vero & citum diviſionẽ, quæ deſuper fit, deſignare putatur, *Revar. ibid.* Feſtus certè & hæc diſtinguit deducens erctum à cohercendo, erciſcendæ autem erciſcitum à ciendo, ut appareat à coarctione, & ciendo verbũ compoſitum eſſe, & ſignificare ſolenniorẽ quandam diviſionem, quæ putatis rationib. certa verborum formula concipiebatur, tanquam earum concluſio, ac diviſio, argumento eſt *idem Ciceronis locus*: nec ſi parvi navigij, inquit, & magni eadem eſt in gubernando ſcientia. Idcirco qui quibus verbis (nota formulã) erhiſceri, (compoſitè, vel ut alij legunt diſjunctim erctum cieri) oporteat, neſciat, idem familiæ herciſcundæ cauſam agere non poſſit. *Cuiat. in paratit. ff. eod.* Erctum hæreditatem, citum dividere ſeu diviſionem ſignificat, quod ſi recipitur ſupervacua hic erit familiæ adjectio. Probabilius igitur illud videtur, herciſcere compoſitum eſſe ab arcto, & ciendo, quod & Feſtus oſtendit, ac ſolenniorem quandam denotare diviſionis inter cõſortes inſtituendæ rationem, ad quam cum hac actione civili ſolenniter agatur, jure dicta eſt familiæ herciſcundæ actio, ſeu judicium, *l. bona. 8. l. 1. h. tit.* ut ſit herciſcere nomẽ generis ſeu ſolennioris diviſionis, quæ huic ſpeciei, nempè familiæ dividundæ deinceps accommodatur, *l. 2. l. 3. h. tit.* quod aliquem familiæ herciſcundæ poſtulare (intellige actione ſeu judicio) vocat *Cicero pro Cecin.*

4 In libris etiam † noſtris paſſim arbitrium dicitur, *l. arbitrium 45. & paſſ. ff. eod.* à qualitate, qua bonæ fidei eſt, *l. non ambigitur 9. h. tit.* quod arbitrium ſignificat, *l. 1. de leg. 2. l. in perſonam. 22. §. 1. de R. I. l. hac venditio. 7. de contrah. emt.*

Ut igitur † hæreditatis nomen habetur civile, *l. hæreditatis 119. de verb. ſignif.* & familiæ, *d. l. pronunciatio. 19. §. 1. de verb. ſignif. Vlp. cap. 25. & 26.* ac ipſa formula erciſcundi ut dixi, ſic hæc quoque actio civilis quædam eſt formula ex *l. 22. l. 1. eod.* qua petit actor, ut inter ſe, & reum communis hæreditas arbitrio judicis dividatur, *l. item. 22. §. ult. cũ ll. ſeqq. eod. §. quædam Inſt. de act. l. ſi diviſionem. 35. h. tit.* Papinianus ſuo more breviſſime definit, eſſe judicium diviſionis hæreditariæ, id eſt, de re hæreditaria, *l. cum pater 77. in pr. de leg. 2.* Unde *Cujatius ff. eod.* judicium diviſionis vocat, quod inter cohæredes, aut ſimiles perſonas, (ut bonorum poſſeſſores, & fideicommiſſarios) redditur: nã per ſe judicium diviſionis genus eſt, ac latius patet, complectens actiones, communi dividundo, ac alias diviſiones, ut aliquo addito ſit ad hanc ſpeciẽ accommodandum *in Inſtit. §. quadam. 18. de act.* traditur eſſe actio familiæ erciſcundæ, quæ competit hæredibus de dividenda hæreditate, *ubi Schneid. nu. 1.* poſt alios fuſius definit, eſſe dividandæ hæreditatis actionem, per quam hæres, qui à communione vult diſcedere, agit contra cohæredem, ad diviſionem rerum hæreditariarum, Cui definitioni ſi addideris, arbitrio judicis faciendam, quod formam indicat, & finem, plenior niſi fallor erit. 5

Propria † à cauſa efficiente, quod civilis ſit actio, non prætoria, *l. 1. eod. ex* 6

l 12. quæ de familiis, ſeu hæreditatibus tum cernendis, tum dividendis cavet, *l. 1. de petit. hered. l. verbis. 120. l. pronunciatio 195. de verb. ſignif. §. ſi teſtatorum. §. item vetuſtas. Inſtit. de hered. quæ ab inteſt. defer. §. 1. l. de legit. agnat. ſucceſſ. l. 3. de legit. tut. §. ult. l. de legit. patr. tut. l. 3 §. utiq́; ex lege 12. tabular. de ſuis & legit.* unde nata hæc actio *l 1. eod.* paulo poſt eum aliis informata, *l. 2. §. 2. verſ. his legibus latis. de orig. iur.* quam noſtri perſonalem origine, & tota ſua natura eſſe volunt, etiamſi effectu realium naturam induat, *Ang. num. 3. Plat. num. 1. Iaſ. num 15. Fab num. 2. d. §. quædam. I. de act. Adamantius cap. 2. actionum circa finem,* quod ex quaſi contractu naſcatur, *§. item ſi inter. 3. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract.* ubi tamen id non ſimpliciter probatur, ſed eatenus tantum, quatenus perſonalium præſtationum ineſt obligatio, *verſ. fructus percipere, & verſ. ex his cauſis, obligatur videlicet præmiſſa.* Item quatenus alter alteri hac actione ad diviſionem obligatur, *d. § item ſi inter verſ. alter alteri communi dividundo judicio tenetur,* nam reſpectu portionis, quæ ut ſua aſsignari petitur agenti per diviſionem, omnino realis eſt *l. item 22. §. 1. cum ſeq. eod.* non ex quaſi contractu, ſed dominio agentis, & poſſeſsione conventi, *l. 1 2. eod.* more realium. *§. 1. Inſtitut. de act. l. 1. ſup. de alien. iud. mut. cauſa,* nec magis licet hanc ideo fingere perſonalem, quod ex contractu oriatur, quam vindicationem ex eo, quod dominium, unde competit ex contractu acquiratur, *l. 2. l. ſi ut propoſuis. 8 l. doce ancillam 9. l. in civile. 12. l. quoties. 15. ſup de rei vind.* nam & hæres adeundo, atque ita quaſi contrahendo acquirit dominium *§. ult. Inſt. de hered. qualit.* & conſequenter rei vindicationem ex dominio, proxima utiq́; cauſa, *l. donum. 5. ſup. de rei vind. Dec. l. hereditas. 62. num. 2. de R. I.* Et ex eodem itaq; fonte manat hæc actio, quatenus ſuam quiſque ſibi portionem ex communi hereditate petit. Quocirca ſicut petitio hereditatis magis realis eſt, quã perſonalis, *l. ſin autẽ. 27 §. 2. de rei vind. l. ſed etſi 25. §. petitio. 13. l. ſi bona. 49. de petit. hered.* licet miſtam cauſam obtineat, ut perſonalium actionum præſtationem. *l. hereditatis. 7. ſup. de petit hæred.* ſic hanc quoque actionem, quæ illi comparatur, *l. in familiæ. 20. h. tit. l. 2. in princ. l. inter. 44. §. 2. eod.* petit enim pro diviſo hereditatẽ, quam illa pro indiviſo, *Schneid. d. §. quædam. num 9. I. de act.* Exiſtimaverim potius hanc realem, quam perſonalem eſſe, *d. §. quædam,* ubi cum dicitur tam eſſe in rem quam in perſonam actio, vel hic ipſe ordo oſtendit in rem (quod primo loco ponitur) potiſsimam hic partem eſſe *c. quorundam. 24. ubi gloſſ. verſ. prædicationem. de elect. in 6. & verb. loc. ab ord. in quinta format. Bald. Salic. & Dd. in auth. habita C ne fil. pro pat.* ſed & alioqui jus reale perſonali præponderat, *l. plus cautionis. 25. de R I. Alciat. in rub. ſi cert. pet. in pr.* & in mixtis conſideratur, quod dignius eſt, *l. 1. petendarum. 15. §. 1. de teſtibus. l. filius. 21. de lib. & poſth.* unde & præcipuè æſtimantur, *d. l. filius* nam majus dignum trahit ad ſe minus, ut loquuntur, *c. 1. de conſen. eccleſ in 6. l. ſi fideicommiſſum 50. de iudic.* ſed & præſtationes tantum hic quædam acceſsiones ſunt, quæ ratione rei communis, id eſt, propriæ debentur, *l item 22. gl. ult. eod.* acceſsiones autem principale ſequuntur, non contra, *l. cum prin-*

cipali

cipali de R. I. c. acceſſorium. eod. in 6. Cum itaque præcipuè hæc actio oriatur ex dominio, quod hæres poſt aditam hæreditatem in re communi habet. *l. qui erat. 49 in fin. eod,* non abſurde quis dixerit potius realem eſſe, quo etiam hic refertur.

7 A materia eſt actio univerſalis † *l. 1. ubi Bald. in pr. h. tit. l. in hoc judicio. 27. l. heredes. 25 §. pen. & ult. eod.* magis etiam quam petitio hæreditatis, quæ tantum à parte agentis putatur univerſalis *l. 1 §. 5. ſi pars. hered.* non rei conventi. *l. licet. 10. de petit. hered.* At hæc cum duplex ſit, à parte quoque rei univerſalis eſt. *Cyn. Bald & Salic. l. 3. h. tit. Ang n. 6. Ias nu. 49. d §. quadam. 18. Inſt. de act.* ac ut loquitur Accurſ. *in l ſi filia. 20. §. familia. 4. vol. non poteſt. eod.* univerſalis eſt quadrupliciter, natura, habilitate, neceſſitate, & effectu. Item petitorij eſt judicij, *l. ordinar. 13. ubi Bart. num. 6. ſup. de rei vend. facit. d. l. ſi filia. 20. §. Papinianus. 5. (quæ in vulgatis eſt l. ſi uni. 21.) vol. officio judicis cognoſcentis.* Item eſt mixta, *d. §. quadam. 18. Inſt. de act. ubi Fab. nu. 1. 5. & 6. Ang. n. 3* partim ſcil. in rem quatenus quisque ſuam petit, partim in perſonam ob præſtationes perſonales, *l. in rem. 22. eod. d §. quadam. Inſt. de act. d §. item ſi inter. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr.* & quatenus adverſarius ad diviſionem cogitur atque hac actione tenetur. *l. bonæ. 8 h. tit.* nam dividere facti eſt, *l. & puto. 16 §. ult. verſ in ſimplum operatur. l. damno. 17. verſ. ſimpli habẽdam æſtimationem in familia judicio. ff. eod.*

8

A forma † duplex eſt judicium, quoniam uterque litigator duplicem ſuſtinet hic perſonam & actoris, & rei, *l. 2. §. in familia. 3. l. inter. 44 §. qui familia. 4. eod. l. 2. cõmuni divid. l. judiciũ. 10. fin. regund.* & par eſt omnium cauſa, *l. in tribus. 13. de judic. Fab d. §. quadam nu. 1.* placuit tamen eum videri (nota hæc improprietatis eſt, *l. naturaliter videtur 11. ubi Ias. & Dd. de acquir. poſſ. l ſi is qui pro emtore. 15. ubi Bart. & alij. de uſucap.*) actorem qui ultro has partes ſuſcepiſſet, & ad judicem provocaſſet, *d l. in tribus.* Quod ſi ambo provocant ſorte (ad quam itur, ubi par omnium jus eſt. *l. 2. inf. cauſa de legat.*) res diſcerni ſolet, uter actor eſſe debeat, *l. ſed cum ambo. 14. de judic.* quo ad ordinationem judicij, *gloſſ. Caſt. Angel. l. 28. de judic.* quod conſiſtere nequit, niſi diſcretis in agentem & defendentem litigatoribus *l. inter. 62 de iudic. l. ille. 13. §. pen. ad Trebell.* ut alij volunt, & quidem communius etiam quo ad litis deciſionem, *c. 3. vol. poſſeſſores teſtes præferũtur de probat. Ias. num. 14. poſt Alex. d. l. duo judices. Bald. c. licet. 9. nu. 28. de probat. Fab. §. 3. in fi. Inſt. de interd.* Item eſt individuum, quod in partes ſcindi nequeat, neque quo ad ordinem judicij. *l. ſi familiæ. 48. eod.* neque quo ad eventum, hoc eſt, condemnationes, & abſolutiones. *l. in hoc judicio. 27. eod.* bonæ quoque fidei. *l. non eſt ambiguum. 9. h. tit. §. actionum. 24. verſ. famil. Erciſcundæ. Inſt. de act.* contra naturam realium. *l. 5. de in lit. iur. Bart. l. 1. num. 5. ſup. de iudic.* inſtar petitionis hæreditatis, *l. ult. in fin. ſup. de petit. hered.* quoniam hic ex bono & æquo fieri debeat adiudicatio, *d. §. quadam. & Inſt. de officio iudic.* etiam ob varietatem præſtationum perſonalium, *l. his conſequenter. 18. cum ll. ſeqq. l. inter. 22. l. ſed & 24. eod.* propter bonam item fidem diviſionis. *l. inter. 11. u-*

bi gl. verbo æquo jure. h. tit l. 1. l. 3. ubi gl. inf. communia. utriuſq; iudic. & quaſi fraternitates, quæ eſt inter hæredes cõſortes, *l. verum. 63. in pr. ff pro ſoc.*

9 A fine † eſt actio rei perſecutoria nõ pœnæ, vel famæ. *§ ſequens. 16. iuncto. §. quædam. 18. Inſt. de act.* in ſimplum tamen ut dixi, *§. omnes. 19. Inſt. eod. d. l. & puto. 16. §. ult. cum l. ſeq. eod.*

10 Ab effectu † perpetua eſt actio durans 30. annis, *l. 1 §. nemo. verſ. familiæ erciſcundæ. inf. de annali except. Ias num. 25. poſt alios. d. §. quædam.* exemplo hæreditariæ petitionis, *l. 4. inf. in quib. cauſ. ceſſet longi tẽp. præſcript. l. hæreditates 7. ſup. de petit. hæred.* cuius ſequela quædam eſt, *l. 1. ff. eod.* in hæredem transmiſſibilis, *l. ſi familia. 48. eod.* & ideo ceſſibilis. *l pro diverſa cum l ſeq. inf. mand.* ſecundum diſtinctionem tamen. *Bart. & Dd. ibid. Tiraq. de retr. prox. §. 26. gloſ. 3. num. 8.*

11 Partes † huius judicij Ulpianus duas facit, cum ait, illud rebus, quæ ſcilicet dividendæ ſunt, & præſtationibus; quas invicẽ reddere litigantes debeant conſtare, *l. item 22. §. pen. eod.* Noſtri partes alias ponunt tanquam poſitiones ut, actorem eſſe reo cohæredẽ, *l. 1. eod.* quod eſſentiale huius libelli vocat, *Faber. d. §. quædam. num 8. & ibid. Schneid. num. 7. Inſt. de act.* deinde pro indiviſo res hæreditarias poſſideri, *l. quoties. 10. l. 1. ubi Bald. & Dd. h. tit. Schneid d. §. quædam. n. 11.* ideoq; dividendas eſſe, *l. 1. 2. 3. & paſſ. h. tit.* Eſt etiam cum hæreditatis petitio huic actioni permiſcetur, quo caſu utraque pars huius judicij videri poteſt, *l fundus, 51 §. 1. eod.*

12 Sunt autem duæ † potiſſimũ huius actionis ſpecies, alia directa, alia utilis, Illa vero hæreditatur, *l 1. eod.* hæc poſſeſſoribus bonorum fideicommiſſarijs univerſitatis, alijsq; ſucceſſorib. qui ex interpretatione pro hæredibus habentur. *l. ſed & eius. 24. verſ. familia ubi gloſ. verbo. famil. l. ſi ex parte. 40. eod.* itẽ & filio arrogato ad quartam conſequendam, *l. 2. §. ſi qu. rta. 1. eod.* & conſequenter alij quoq; filio quamlibet exhæredato, *l. 2. ubi gl. verbo. excitans ubi Bald. & Dd. h. tit.* Veris etiam interdũ hæredibus, ut ad jura, quæ partitionem vere non recipiunt dividenda, *l. arbor. 19. § aquarum. 4. communi divid. Fab. n. 5. Schneid. n. 30. & alij. in d. §. quædam. per l. Titio. 36. ad municipalem.* item ad damna ante aditam hæreditatem illata. *l. damno. 17. eod. ubi gl. l. ſi ſervus. 18 in fi. de nox. act.* & fructus eodem tempore perceptos, *l inter. 44. §. fructus 3. ubi gl. verb ſciret. eod. & in l. non eſt. 9 h. tit. ubi gl. ult.* aut impendia ante præſtita durante adhuc tempore deliberandi, cuiusmodi eſſe ſolent quæ in morbum, aut funus defuncti impẽduntur, *l. qui erat. 49. verſ. æquum erit adverſus cohæredem dari utilem actionẽ, ne in damno moretur,* nã ut familiæ erciſcundæ judicio agere quis poſſit, nõ tantum hæredem eſſe oportet, verũ & ex ea cauſa agere, vel conveniri, quam geſſit quodq; admiſit, poſteaquam hæres effectus ſit, alioqui ceſſat familiæ erciſcundæ actio, (nempe directa, non utilis) ut paulo ante oſtendi, *quod & gl. ibid. ultima declarat, ff eod.* Sed & ad dotẽ uxoris ex bonis paternis percipiendam filius tantum utiliter agit, *l ſi maritus, 46. eod. ut vult Cuiatius obſervat. lib. 14. cap. 31.*

Cauſa prima † eſt LEX. XII. unde 13
hæc actio proficiſcitur. *l. 1. in pr. eod.* paulo poſt ex lege à prudentibus informata. *l. 2. §. 2. verſ. deinde de orig. jur.*

Proxi-

14 Proxima † jus hæreditarium directum aut utile, *l. 1. l. qui erat. 49 l. ſed etiam. 34. l. 2. §. 1. eod.* cum reale reſpectu partis, quã quiſq; in rebus dividendis habet, tum perſonale ex obligationib. præſtationũ *d. §. quadã. Inſt. de act. §. itẽ. 3 de oblig. quæ ex quaſi contr.* non n. propriè contrahitur cũ hærede, ſed in eũ incidimus, *l. hæredes. 15. §. non tantum* 13 *eod.* Unde ex quaſi contractu hæc actio fluit, *Fab. §. quadã n. 6. Inſt. eod.* hic autẽ quaſi cõtractꝰ per aditionẽ hæreditatis cõſtituitur, *l. qui erat. 49 in fi eod. d. §. itẽ.* unde ius incipit hæreditariũ, *l quoniã. 7. l. cũ in antiquioribus. 19. inf. de jur. delib.* & hæredes invicẽ obligantur. *d. § item. Ang. nu. 4. in d. §. quadam.* ac incipiunt res eſſe cõmunes, *l. 1. cum ſeqq. ff. eod. l. qui erat. 49. eod.* quæ cõmunio eſt concurrens huius actionis cauſa, *l ſi ſ. rvus. 31. verſ. ſufficit cõmunionis cauſ. eod.* Nec n. in diviſis locum habere poteſt, *l. hæredes. 25. in pr. eod. l. 1. l. 6. l. quoties. 10. l. ult. h tit.*

15 Quanquã autẽ † etiam poſt pactionẽ, vel ſtipulationẽ ſuper diviſione factam detur, remanet actio ex cauſis iã dictis, *l. ſi diviſionẽ. 15. h. tit.* nõ tamẽ inde naſcitur, *gl. d. l. ſi diviſionẽ,* quoniã nullum ius reale, atq; ita hæreditariũ ex tali pactione producitur, *l. ſervos 34. eod. d. l. ſi diviſionem. l. diviſionis placi ũ, 45. de pact. Tiraq. de retr. convent. in fi. n. 64.* etiamſi eiusmodi pactorũ in hoc iudicio rationem habere judex debeat. *l. 3. verſ. ſicut ipſi ſive dolo contigerit. cõmuni divid l. 2. §. ult. eod.* Cæterum ſi non pactione tantum, ſed etiã traditione ſecuta facta ſit diviſio, iam alia ratione non datur, quia quatenus diviſum eſt, ad diviſionẽ agi nequit, *l. 1. l. quoties. 10. & paſſ. h tit. l. cum putarem. 41 eod.* Impulſiva † eſt neceſſitas

16 *l. 1. verſ. cohæredib. volentib. à cõmunione diſcedere neceſſarium videbatur aliquam actionẽ conſtitui, qua inter eos res hæreditaria diſtribuentur. ff. eod. l. 2. §. 1. verſ. utile judicium erit neceſſariũ. eod* propter rixarũ & contentionũ moleſtias, *Ang. n. 4. d. §. quadam, Inſt. de act.* quas cõmunio parit, *l. cum pater. 77. §. dulciſſimus. 20. de leg. 2. Iaſ. n 34 d. §. quadã.* in qua propterea nemo manere cogitur, & proinde ſeparationẽ, & diviſionẽ ab ea petere poteſt, *l. ult. tit. 1.* Quin etiã judex ex officio diviſionem facere poteſt, ex eadem cauſa & invitos quoq; ad hoc judicium compellere, ſi videat communionem in nimiam exire acerbitatem ut loquitur. *Ang. in d §. quadam n. 8. per l. æquiſſimum. 17. quæ in Florent. eſt l. ſi cuius. 13. §. ſed ſi. 3. de uſufr.* cuius rei plures rationes adducũtur *à Iaſ. & Dd. n 6. & 7 cum mult. ſeqq. in l. quidam, 21 ſi cert. pet.*

Datur autem † hæc actio hæredibus 17 tantum. *l. 1. eod. filiis. l. inter. 11 l. ſi familia 14. h. tit.* etiam adoptivis *l. 2. §. 1 eod.* fratribus. *l. bona. 8. l. non ideo. 12. hoc tit.* alijsque extraneis. *l. 5. h. tit. & paſſ.* pluribus vel paucioribus. *l. 2. §. iudicandũ. 4. l. hæredes. 25. §. 1. & 2. ff. eod.* Nam & unus, vel plures ex pluribus cohæredibus ad diviſionem provocare poſſunt etiam cæteris invitis, *l. arbitrum. 43. ff. eod.* ſive pro ſe, ſive jure ſucceſſionis ſint hæredes, *l. ſi familia. 48. eod. ex regula. l. ſciendum. 70. de verb. ſignif. l. ult. inf. de hæred. inſtit.* ſive ex teſtamento, ſive ab inteſtato, *l. 2 ff. eod.* ſive ſtatim à morte defuncti hæredes fiant, ſive poſt, *l. ſi hæres 7. eod. l. hæredes, 25. in pr. eod. tit.* Quin etiam titulo ſingulari ſuccedentibus hæc actio datur. *l. hæredes. 25. §. ſi teſtator. 5. eod. l. 2. de hæred. vend. l. emtori. 18. inf. de evictionibus.* juxta diſtinctionem, *l. emtor. 5. inf. de hæred.*

hæred. vend. l. 2. ubi gl. vol. emere. inf. de hæreditar. act. ſive poſſideant. pro indiviſo. *l. 1. l. 2. l. hæredes. 25. §. 1. eod. Fab. in §. quadam, num. 7. 8. Inſt de act. l. maximus. 66. §. 1. de leg. 2*, de qua Auguſtinus *lib. 1. emend. cap. 1.* ſive non poſſideant, *d. l. 1. eod.* dum tamen hoc caſu non negetur actor eſſe cohæres ante conteſtationem *d. l. 1 l hæredes. 25. §. 1. eod. Bald. Sal. & Dd. l. non epiſtolis. 13. inf de probat.* Etenim ſi negetur eſſe, hac omiſſa prius evincendum erit petitione hæreditatis, agentem hæredem eſſe, *d. l. 1.* ut indiſtinctè vera non ſit Angeli ſententia. *d. §. quadam. n. 1.* exiſtimantis, non obeſſe hanc exceptionem, ſi poſt actor probare queat, ſe cohæredem eſſe: Nam in poſſidente hoc duntaxat verum eſt, non etiam eo, qui non poſſideat, ut diſerte *d. l. 1. diſtinguit*, quæ diſtinctio manifeſtam habet rationem, quia poſſeſſorem juvat ipſa poſſeſſio, in qua tuendus ſit, dum aliter cognoſcatur, *Bald. nu. 3. & Dd. in l. un. inf. de prohib. ſeq.* At non poſſidenti nullum ad hanc actionem jus eſt, niſi ex jure hæreditario, quod ante omnia docendum eſt, *d l. 1. l. fundus. 51. §. 1. fam. erciſc. Fab. num. 8. Schneid. num 10. d. §. quadam. 18.* Idemque diſtinguendum in hæredibus putativis. *l. cum putarem. 36. eod. Fab. d. §. quadam num 8 de quibus Tiraq. de ll. connubialib gl. 6 num. 245. Schurff conſ. 25. in propoſita. nu. 1. 2. 3. cent. 1.* Eodem modo datur & bonorum poſſeſſoribus ex jure prætorio, *l. 2. §. 1. l. ſed & 24. l. ſi ex aſſe. 40. eod.* aut fideicommiſſariis hæreditatis, *l. 2. §. 1. l. ſi ex parte. 40. eod. l. ſi qua fideicommiſſorum. 7. h. tit. Fab. in d. §. quadam. nu. 7* ac conſequenter etiam nico & ſimilibus, qui pro hærede habentur, de quo *Iaſ. & Dd. in l. Gallus.* *§. quod ſi tantum de lib. & poſth* Opinor autem tantum in agente eam diſtinctionem valere, utrum poſſideat nec ne *d. l. 1.* nec etiam in convento cohærede, *l. hæredes. 25. §. 1. eod* quoniam is qui agit non rectè intendit, aut replicat, reum cohæredem non eſſe, nam licet id non fateatur, ut confeſſus in jure, *l qui familia. 37. ubi gl. eod. & Cuiac. obſervat. lib. 9. cap. 36.* præſupponit tamen agendo, & intentando hoc judicium, eum eſſe cohæredem. *Hotomannus. lib. 4 obſervat. cap. 21.* Datur etiam Eccleſiæ inſtitutæ contra cohæredes, ut alij hæredi cuicunque. *Ang. d. §. quadam, num. 9.* minori tamen † non æquè, quo- 18
niam ad diviſionem provocare nequit, ne quidem per tutorem, aut curatorē, *l. ſi pupillorum. 7. de reb cor. l. pen. de prædijs minor.* licet provocare queat. *l. 1. verſ ſi communis. de reb. cor. d. l. pen. d. l. ſi pupillorum Bald. Sal & Dd. l. 1. ſup. ſi adv verſ. tranſ. vel diviſ.* Quare nec minori contra minorem datur, quia neuter alterum ad diviſionem provocare poteſt, *l. inter. 20. de autor. tutor. d. l. ſi pupillorum. 7. de reb. cor.* quia diviſio quædam alienationis eſt ſpecies, *Crevet. 264. nu. 8. Corn conſ. 152. num. 1. vol. 1.* niſi tamen diviſio, quæ petitur neceſſaria, aut utilis eſſe pupillo allegetur, ob injurias ſocij, aut aliam cauſam, *l ſi convenerit. 14. inſi. pro ſoc. Bart. d. l. ſi pupillorum. ubi Dd. Roma. conſ 160. viſo num. 4 per gloſſ. d. l. inter pupillos de adminiſt. tutor.* quo caſu etiam maiorem minor rectè provocat. *Bart. ibid. Bald. & Sal l. iubemus. 14. ſup. de SS. Eccl.* quam cauſam ut judicis eſt agnoſcere, ita agentis libello complecti. *Bart. d. l. ſi pupillorum. Rom. d. conſ. 160. viſo. num. 4.* cui addit & illam exceptionem, quoties videlicet

non

non proprietatis, ſed poſſeſsionis tan-
tum diviſio, totius indiſtinctè minori-
bus hoc judicium permittendum eſſe,
ex l Lucius & Titius. 38. ff eod. d. l. jube-
mus. ſup. de SS. Eccleſ. Bart. & Dd. d. l. 1.
de reb. cor. Excipiunt etiam Bart. Alber.
& Dd. d. l inter. 20. de autor. tut. ſi tan-
tum bonorum mobilium diviſio peta-
tur. Sed hoc arbitror accipiendum
juxta terminos l. lex quæ 22. inf. de admi-
niſtr. Non tamen † contra omnes, qui
19 petitione hereditatis cōveniri poſſunt,
hoc judicio agitur, l. fundus 51. in fin.
eod. ut exteros poſſeſſores, h. e. qui res
hereditarias poſsident ſine titulo, aut
jure hereditatis, l. 1. §. ſi ergo. 3. ſi pars
hered. pet. rerum hereditariarum, l. 2.
inf. communi divid. item debitores he-
reditarios, d. l. fundus. 51. eod. Cæterum
quod adverſus titulo ſpeciali poſsiden-
tes nō datur, l. 4. l. heredes 25. §. quod pro
emtore. 6. eod. id cum petitione heredi-
tatis habet commune, l. hereditates. 7.
ſup. de petit. hered. Datur igitur tantum
adverſus, vel inter coheredes, aut pro
herede poſſidentes, l. non epiſtolis. 13. in
fin. inf. de probat. l. cum putarem. 36. eod.
Iaſ. poſt Ang. num. 26. §. quædam. I. de
act. duos, aut plures, aut omnes, aut
aliquos è multis. l. 2. §. ult. l. arbitrum.
42. eod. Nam quod dicitur in omnium
perſonis fieri condemnationes, & abſo-
lutiones, l in hoc. 27. eod. de iis quos in-
ter lis eſt, non aliis erit accipiendum, l.
2. §. dubitandum. 4. eod. nam inter pau-
ciores ex pluribus accipi poteſt, ut ibi
oſtenditur velut inter heredem, ac fi-
deicommiſſariū, l. ſed & eius. 24. l. ſi ex
aſſe. 40. eod. reliquis qui non ſunt in lite
nihil obſuturuū aut profuturū, l. cohere-
des 17. h. it. l. ſæpe 63. de re iud. ex regulà,
l. 2. inf. quibus res iudic. non noc. tot. tit. inf.
res int. alios act. unius tamen coheredis
ſucceſſores omnes accipere judicium,
aut unum procuratorem dare debent,
quoniam unius perſonā repræſentant,
l. ſi familia 48. eod. Ad ſummā †. propriè 20
hi nec agunt, nec conveniuntur, cum
ſinguli actores ſint, ac rei, l 2. §. 3. l. in
iudicio 43. l. inter. 44. §. qui familia. 4.
eod. ſic tamen ut actor ſit, qui prior pro-
vocat, l. in tribus. 13. de iudic. l. 2. com-
muni. divid. aut qui ſorte, vel ex con-
ſenſu conſtitutus actor eſt: Diſcerni e-
nim litigatores debent, ut alius agentis,
alius poſſidentis, alius defendentis per-
ſonam ſuſtineat, alioqui iudicium con-
ſiſtere nequit, l inter 62. de iudic. l. ille.
13. §. ult. ad Trebell. Quare nec eundem
plures coheredes dare procuratorem
poſſunt, niſi qui ſunt unius loco, ut uni-
us coheredis plures ſucceſſores, l. licet.
42 §. pen. de procur. l. ſi familia. 48. eod.
Materia circa quam † eſt hereditas, & 21
ſucceſſio communis, §. quædam. I. de
act. dividenda l. bona 8 l. 1. 2. & paſſ. ff.
eod. undecunq; debita, l. 2. l. ſed & eius.
24. in fin. l. ſi aſſe. 40. eod. l. 3. h. tit. Ferrar.
eod. vo. communiter. num. 1. Ang. §.
quadam. num. 2. eod. l. certum. 13 vo. in
hereditatem dividendam h. tit. ſive u-
na ſive plures, l. heredes 25. §. 2. 3. & 4.
eod. l. bona. 8. ubi Bald. in pr. h. tit. Ang.
d. § quadam. num. 6. etiam ex diverſis
cauſis, l. heredes 25. §. de pluribus. 2. eod.
ut peculium filiifamilias militis pro he-
reditate relictum, l. 2. §. 2. eod. Item ſi
mihi tecum ex alia cauſa, tibi cū altero
altera hereditas ſit communis inter o-
mnes tres unū iudicium accipi poteſt,
d. l. heredes. 25. § ſi inter 4. Nec obſtat eadē
l heredes. §. 1. quoniam agit de heredita-
tibus & bonis ipſo jure diviſis, quorum
altera ſint caſtrenſia, altera pagana ut

alia diviſione non ſit opus, *l. ſamiliæ*
9. inf. communia utriuſq. iud. perinde at-
que ſi alter feudalium, alter allodiali-
um ſit hæres, quos inter aliæ actiones
eſſe poſſunt, hæc non item, *c. 1. §. inter*
filiam ſi de feud. defun. Ac generaliter
quorum peti hæreditas poteſt, eadem
ut dividatur peti poteſt, *l. 2. in pr. eod.*

22 Cæterum † propriè loquẽdo non tam
hæreditas petitur dividi, quam res hæ-
reditariæ, & corpora, ac jura bonorum,
quæ ſunt in hæreditate communia, *l.*
bona. 8. h. tit. l. cum pater. 77. in pr. de leg.
2. ſive immobilia *l. fundus, 30. eod.* ſive
mobilia, *l. 4. §. 1. l. ſi familiæ 48. eod.* ſive
jura, *l. 3. l. Veniunt. 9. eod.* quicquid de-
nique defuncti, vel eius occaſione poſt
obvenit. *l. Mevius 52. l. pecuniam. 13. eod.*
Nam jus ipſum hæreditarium ſeu hæ-
reditas pro portionibus, aut à teſtatore
factis, aut à lege adæquatis dividitur,
quare nec dividi amplius poteſt, nec de-
bet, *§. hæres. 4. cum ſeq. I. de hæred. inſt.*
l. 6. ubi Dd. h. tit. l. 2. inf. de hæred. act.
At in rebus hæreditarijs licet quiſq; hæ-
redum portionẽ etiã diviſam pro por-
tione hæreditaria juris intellectu ha-
beat: tamen quamdiu pro indiviſo res
communis poſsidetur, nemo quicq̃ ab
altero in ea ſeparatum habet, & proin-
de diviſio rixoſæ communionis peti
poteſt, *l. Mevio 41. §. 1. de leg. 2.* vel in o-
23 mnibus rebus † vel in aliquib *gl. & Dd.*
l. 6. l. quoties. 10. h. tit. Fab. §. quadam nu.
20. I. de act. poteſt enim ad diviſionem
certarum rerum agi, *l. fundus. 30. h. tit.*
communione in reliquis manente, *l. in*
iudicium. 13. communi divid. d. l. fundus
30. ver. ut hanc poſſeſsionẽ exceptis cæ-
teris corporibus hæredirariis pro jure
quodammodo partiatur, *ff. eod.* Nec ob-
ſtat ꝙ dicitur omnium rerum faciendã
diviſionẽ, neq; quicquã indiviſum eſſe
relinquendũ, *l. hæredes 25. § iudex. 20. eod.*
Nam ut ſupra de perſónis: ſic hoc intel-
ligatur de rebus, quæ ſunt in judicium
deductæ, aut enim ſine rerũ ſpecificati-
one tota hæreditatis diverſitas dividi
petitur, *Ang d. §. quadam nu 6. I de act.*
per d. l. fundus. 30. eod. l. ex facto. de hæred.
Inſt. aut una aliqua res ſingularis, non
tantum quando hæreditas, vel alicuius
hæreditaria portio, in una domo, præ-
dio aut alia re ſingulari, ſed etiam ſi in u-
niverſitate, conſiſtit, *Plat nu. 7. Fab. n. 7.*
Schn. nu. 5. & 6. in d. §. quadam, Bald. l. nõ
eſt 9. nu. 3. h. tit. Vtroq; modo nihil, ꝙ
petitum fuit dividi, debet indiviſũm re-
linqui, ſed ſi res una aliqua ſingularis
communis petita fuit dividi, tota divi-
datur, ſi vero plures ſunt rationes, tũc ſi
fuerit petitũ, ut omnes dividerentur, o-
mnes quoq; ſunt dividẽdæ, ſi vero unã
de his dividi fuit petitũ, illa etiã tota eſt
dividenda, reliquis, de quibus nihil fuit
dictũ, in communione relictis. Nec ob-
ficit ꝙ pro reb. ſingulis detur commu-
ni dividundo actio, nõ familiæ erciſcũ-
dæ, *l. hæredes 25. § 7. eod* nam hoc intel-
ligitur ex jure, & titulo ſpeciali, quod
nihil impedit, quo minꝰ ex jure univer-
ſitatis res communis in hoc in univer-
ſale judiciũ deduci poteſt, *d. l. inter. in pr.*
& §. 7. ſicut & in petitionem hæreditatis
l. licet 10. de pet. hæred. quoniã tamen hæc
iudicia cumulari poſſunt, nec alterum
alteri impedimento eſt, idcirco conſul-
tius videtur cæteris paribus pro re ſin-
gulari communi dividundo agere, ut
hoc maneat ſalvum *d. l. inter. 44. l. cum*
putarem. 46 eod. juxta regulã *l. 1. ubi Bald.*
h. tit. Res aũt † veniunt, quæ defuncti 24
fuerunt

fuerūt, vel pleno jure, vel utili, *l. item 10. eod.* nec intereſt, utrum poſſeſſæ ſint à defuncto, an non *l. veniunt 9. eod. Ang. nu. 6. in d. §. quadam.* etiamſi aliquo caſu auferri poſſint, *l. & vos. 12. §. 1. eod.* ut ſi rem alteri defunctus oppignoraret, *l. hæredes. 25. §. idem. 11. l. rem pignori. 28. eod.* Veniunt etiam eæ, in quibus dominium defunctus non habuit, ut poſſeſſæ tantū *l. item 10. l. ſi pignor. 29. eod. l. non tantum. 18 de petit hæred.* aut eidē oppignoratæ, *d. l. ſi pignori, 29.* vel quarum cuſtodia ad hæreditatem pertinet, *d. l. non tantū.* quatenus tamē eæ omnes communes ſunt: nam de diviſis amplius non agitur, *l. 1. h. tit. d. l. 2. communia utr. judic.* obſtante exceptione, petis quod habes, & quia dividi nō poteſt ſemel diviſum, *Fab. in d. §. quadam num. 7.* ſicut nec dominium duplicari poteſt. *l. ſi ancillam. inf. de contrah. emt. §. ſic itaq. l. de act.*

25 Quare † nomina ab hoc judicio excipi ſolent, *l. 2. §. ult. l. fundus. 51. § 1. & ult ubi gl verbo debui. eod.* tanquā diviſa, *l. 6. h tit. l. & in pr. l. hæredes. 25. d. l fundus. 51. eod.* quoniam ne quidem per aſſignationes aliter dividi poſſunt, quam ex lege pro portionib. hæreditarijs ſunt diviſa: cuiq; enim obligatio cohæredū nihilominus pro ſua portione adhæret, *l. 3 verſ. nec tamen. eod. ex l. quis ergo 17. in fin ubi gl. verbo in omnibus. de pecul. l. 3. pro ſoc. l. 3. inf de novat.* Sed quoniam de his quoq; ſæpe hæreditaria cōtentio gliſcit, *l. 3. eod.* vel etiam conventio exiſtit, *l. 2. § ult. eod.* & particularis exactio, item ut ſolutio varia incommoda habet, *l. 3 in pr. eod.* idcirco de his quoq; judicium hoc exiſtere poteſt. *d l. 3. l. 4. eod. gloſſ. Bald. & Dd. l. 6. h. tit. Ferr. eod. verbo actionis. num. 2.* nec vero id negat *d. l. 6.* ſed ait tantum nomina non recipere diviſionem, aliam ſcilicet, quam ex lege habeant, pro portionibus hæreditarijs diviſa, *l. hæredes 25. §. idem. 11. eod. l licet. 23. h. tit.* quod non impedit, quo minus de his lis eſſe communionis poſſit, & proinde diviſio ſit neceſſaria, *l. 3. & 4. eod.* maximè ſi, ut plerunq; fit, inſtrumentis, ſyngraphis ſint nomina comprehenſa, aut etiam locis dividi debeant, *Bald. Salic. & Dd. l. 6. h. tit.* ſed & cum nomen alicui prælegatur, judicio familiæ erciſcundæ hoc hæres, ceu prælegatum habebit. *l 4. in prin eod* Eſt & cum pater, vel defunctus, de cujus hæreditate agitur, nomina inter hæredes diſtribuit, *l. ſi filia. §. ſi pater. 3. eod.* vel ipſi hæredes pacto dividunt, *l. 2. §. ult. eod.* quia quidem in ſpecie, ſi de rebus alijs communib. ſupereſt hoc judicium, poterunt & hæc induci, ut diſpoſitio teſtatoris, aut hæredum conventio ſervetur, *d. l. ſi filia. 20. §. pater. 3. l. 2. §. ult. eod. l. ſi diviſione. 15. h. tit.* Quod ſi nihil ſuperſit dividendum, hac actione iſto nomine agi non poterit, *d. l. ſi filia. §. ſi pater. verſ. ſi omnes res diviſæ ſint. l. ſi familiæ. 9. inf. communia utriuſq. jud.* ſed ad ſtipulationem erit eundum, ſi intervenit, *l. 2. §. ult. eod.* aut præſcriptis verbis, *d. l. ſi filia. 20 §. ſi pater. 3. l. ſi familiæ. 14. h. tit.* quæ tum datur, quia pactum diviſione aliarum rerum, quaſi permutatione munitum eſt, & actionem producit, *l. a diviſione. 45. de pact. d. l. ſi familia. 14. h. tit.* Excipio, ſi per inſtrumenta & ſcripturas nomina ſint dividenda, ut ſupra dixi: ſic indiviſibilia jura cōtra quidem excipiuntur, *l. hæredes. 25. §. an ea. 8. cum ſeq. eod.*

Sed hoc accipiendum, quatenus ne quidem per aſſignationē dividi poſſunt, ut ſervitutes, *l. heredes, 25. §. an ea 8. ff. eod.* & ius ſepulchri per ſe *l. fundus 30 eod. l. 4. inf. de relig. & ſumt. fun.* Sed & hæc cū univerſitate tranſire poſſunt, *l. in iudicio 47. l. fundus 30. eod.* Veluti aliæ acceſſiones, *l. Pomponius 8. eod.* quanquā non idem in jure ſepulturæ *d. l. fundus 30. in fin eod.*

26 Cæterum † alia qualibet indiviſibilia, dummodo per aſſignationem alicui acquiri poſſunt, veniunt, & dividi petuntur, ut reditus, *Fab d. §. quadam. n. 10 juriſdictiones. Iaſ. nu. 7 Fab nu. 5. & 10. d. §. quadam* præfecturæ & territoria. *Soci conſ. 18. viſo, nu. 4. conſ. 165. nu. 17. conſ 172. n. 2. volu. 2,* prædia cenſualia, & Emphyteutica, *l. item, 10. eod. l. communi 7. communi divid. Fab. §. quadam num. 11.* feuda, *Bald. l. ſi familiæ. 14. nu. 5. & 6. h. tit. Fab. num. 5. Iaſ. num 47. d §. quadam* ſicut veniunt in petitionem hereditatis *gloſ. l. item 10. de pet hered.* etiam regalia, *Bald. & Dd. c. 1. §. preterea ducatus. de prohib. feud. alie. per Frid. Alex conſ. 28. in fin. vol. 2. Fab. præall. loco. per l. communi 7. communi divid. Soc. conſ. 165. viſis num 16. volum. 2.* etiam ab hoſtibus occupata, aut flumine, propter ſpem poſtliminii, vel reſtitutionis ſaltem. ut illa res tanquam dubius eventus alicui aſſignetur, *l. item 13. §. ult. cum l. ſeq. eod. Iaſ. num. 47. in d. §. quadam.* item jura patronatus, *Fab. d. §. quadam. num. 5.* licet contra Bald. *in l. bona. 8. num. 1. h. tit.* homagia, *Fab. d. §. quadam num. 15.* fidelitates *c. omnes. ubi Iſer. num 8. ſi de feud. defun.* omnia deniq; jura ſpiritualia, vel temporalia, quamvis individua, *Fab. ibid. nu. 14. & 15. per l. arbor. 19. communi divid. L. Lucio. 4. de aq. quot.* quæ licet per ſe (nam cum prædio tranſeunt, *l. immo, di. is. 24. cum ibi not. de contrah. emt. l. fundus, 30 eod.*) no rectè dividantur: tamen eorum jurium aſſignationes, & adjudicationes, quibus fiat ſeparatio, rectè hoc judicio poſtulantur, *Fab. d. §. quadam. num. 10* ſed & aliter dividi poſſunt, velut & uſusfruct⁹ *l. vel ſi 15. l. puto. 16. §. 2 ff eo.* ut alterius tēporibus, *d. l. puto. l. ſed & 4. §. 1. eod.* Itē adjudicata alteri proprietate, alteri uſufructu, *l. 6. de uſufr.* atque aliis modis variè *Iaſ. in l. vinum. nu. 27. ſi cert. pet.*

Illud etiam † tenendum actorem in 27
hoc judicio non rē totā petere, ſed tantum portionem, quæ ad ſe pertineat, ut à reliquorum partibus ſeparetur. *l. non*
eſt 9. h. tit. Et hactenus † quidem eſt ju- 28
dicium reale, in aliis perſonale, ut præſtationibus mutuis, quæ hæredes ſibi invicem debent, *l. item, 22. §. pen. eod.* nam ut communi nomine in re communi nemo peculiare damnum ſuſtinere debet, *l. qui erat. 49. eod.* ita nec peculiare lucrum retinere, *l. item 19. eod.* Veniunt igitur peculiū & reliqua quæ conferri debēt, *l. certe. 17. l. filiæ 18. l. filium. 24. h tit.* Sic & commoda & incommoda æqualiter, dividi petuntur, *l. item. 22. eod.* niſi quis ſuo facto vel culpa aliquid contraxerit, *l inter 44 §. quod ex facto. 5. l. qui erat. 49. eod.* ut impendia, ſumtus, impenſæ funerum, *l fundus 31. l. his conſequenter. 18. § ſumto. l. Rem pignori 28. l. inter 44. §. ult. eod. §. item ſi inter. l. de obligat. quæ ex quaſi contr.*

Et hoc quidem † in neceſſariis im- 29
penſis dubium non habet, *d. l. his conſequenter. 18. §. ſumtuum 3. l hæredes 25. §. ſi unus. l. ex parte 39. eod. l. filiæ 18. h. t.* ut qui in litem communē erogantur. *d. l. ex*

d. l. ex parte. 39. l. hæredes. 25. §. ſi unus. 12. eod. funus defuncti. *l. etſi. 14. § Labeo. 11. de relig. & ſumt. fun. l. qui erat. 49. eod. l. 4. ſup. de pet. hæred.* vel morbum. *d. l. 4. l. 3. inf. de relig. & ſumt fun.* curationem familiæ. *l. ſi filii. 20. §. Papinianus. 5. l quæ pater. 50. l. hæredes. 25. §. ſi filius. 17. eod.* etiamſi poſt moriantur nec inde melior facta hæreditas, & deniq; quæcunq; pro parte expediri non poſſunt, & tamen expedienda ſunt: In his omnibus quicquid impenſum eſt, rectè dividi poſtulatur, *d. l. hæredes. 25. § ſi unus. 12.* In voluptarijs, non idem obtinet, *l. ex duobus. 27. de negoc. geſt.* in utilibus vero ita, ſi eventus ſint utiles, *l. 5. & 6. de impenſ. in rem dotal. fact. ubi Dd.* quæ o-
30 mnia veniunt † in hoc judicium cum uſuris à tempore moræ, *l. non eſt. 9. hoc tit. l. his conſequenter 18 §. ſumtuum. 3. eod.* nec modo veniunt exceptione doli oppoſita, ſed jure actionis huius, vel ſoli hi ſumtus repeti poſſunt. *l. ex parte*
31 *39. in pr eod.* quomodo † & contra fructus omnesque acceſſiones rectè petuntur. *l. 3. §. ult. cum ll. ſeqq. l. partium. 11. eod. l. pen. h. tit. §. ſi familiæ. Inſt. de off. iud.* vel obligationes quæſitæ, *l. item. 19 h. tit.* precium rerum venditarum. *l. ſi quis. 6. §. fine. 1. communi divid. gl. magna l. in familiæ. 20. h. tit.*

32 Theſaurus † defuncti, & pecunia defoſſa ab aliquo eorum eruta & invẽta. *l. item. 22. in pr. fam. erciſc.* Quanquam hoc ad ſuperius ſubiectum videlicet res, referri debet, ſicut & alluviones. *l. & puto. 16. §. 2. verſ. id quod eod.*

33 Cæterum † ſimilia augmenta, vel emolumenta omnia veniunt omnino non modo poſt litem cõteſtata quæſita, *l. & poſt. 12 l fundus. 51. eod.* ſed etiam ante, *l. inter. 44. §. fructus. 3. eod. l. non eſt. 9. h. tit.* dum tamen ex his factus ſit cohæres locupletior, nam alioqui de eo quod non ſit, ſed perierit, ac conſumtum ſit, ante moram, non tenetur. *ut Bald. Sal. & Dd. d. l. non eſt. 9.* exponit, & quæcunque tandem ad aliquem cohæredum ex re hæreditaria ſupra ſuam portionem pervenerunt, ea omnia dividi æquum eſt, *l. inter. 44. § ſi cohæredes. 2. eod.* augent enim hæreditatem, *l. non eſt. 9. h. tit. l. 2. ff. de hæred. vend. l 1. ſup. de pet. hæred. l. item. 20. §. hæreditas 3. ff. de pet. hæred.* Unde cum hæreditate æqualiter dividi petuntur, *l. fundus. 51. eod.*

Super hæc † & alia veniunt, ut ſi a- 34
ctor nolit ſumtum in rem communem ſolus facere, poteſt hoc judicio alios adire, ut in commune contribuant, ad luendum pignus, ad iudiciũ perſequendum. *l. his conſequenter. 18 §. Celſus. 4. eod.* Item ut monumentum teſtatori, vel aliud quod voluit, communi opera & ſumtu perficiatur, *d. l. his conſequenter. 18. §. 1. & 2. eod.* ſed & illa ve-
niunt, † quæ dolo vel culpa cohæredis 35
ſunt amiſſa. *l. 3. h. tit. l. etſi. 16. §. ſed & 3. eod.* commiſſa. *l. inter. 44. §. quod ex facto. 5. cum l. ſeq. eod.* corrupta *l. etſi. 16. §. pen. eod.* impedita. *l. hæredes. 25. §. ſi incerto. 4. eod.* amota. *l. 3. h. tit* & denique quomodocunque perdita ac imminuta. *l. & puto. 16. §. ſed etſi dolo. 3. l. hæredes. 25. §. non tantum. 13. l. item 22. §. ult. cum l. ſeq. eod. l incerti. 19 h. tit.* etiam per uſucapionem *d. l. hæredes. 15. §. item. 15. eod.* non enim tantum dolum, ſed & culpam in re hæreditaria hæres præſtat licet non diligentiam maiorem, quam in ſuis, *l. hæredes. 25 §. nõ tantum. 13. eod.* Qua in parte tenenda eſt regula; factum aut culpam alterius, alteri non obeſſe

oportere. *l. hæredes. 15. §. in illa. 10. eod.*
Quanquam autem hoc potiſſimũ ac-
cipiatur de ijs, quæ geſſit ut cohæres,
h. e. poſt aditã hæreditatem. *l. & puto 16.*
§ ſed etſi. 3. eod. ubi gl. & in l. damnũ 17. eod.
per l. ſi ex pluribus. 13. de hæred. vend. ta-
men utiliter etiã ad priora porrigitur.
d. l. & puto §. 3. gl. d. l. damnum, per l. ſi ſer-
vus. 8 de nox. act. Ang. §. quadam. n. 7. Inſt.
de act. per l. qui erat hæres. 49 in fi. eod vel
vivo quoq; teſtatore geſta commiſſa *l.*
hæredes. 25 §. ſi filius. 16 ubi gl. l. quæ pa-
ter. 50. l. ſi filia. 20. §. Papinianus. 5. eod. Nã
36 licet † pecunia, quam unus ex hæredib.
vivo teſtatore ſuſtulit, in hoc judicium
non veniat, *l. & puto. 16. § 3. eod.* ſcilicet
quia non eſt, neq; fuit, unquam hæredi-
taria, *l. ſi quod. 45. l. hæredes. 25. §. item. 7. l.*
ex hæreditate 54. eod. quæ demũ à mor-
te eſſe incipit hæreditas, *l. 1. de hæred.*
vend. quod ante tempus talis pecunia
conſumta eſt: non tamen inde ſequitur
debitum illius pecuniæ quaſi nomẽ hæ-
reditarium in hoc judicium non veni-
re. Atq; hæc quidẽ omnia ſcil. non tan-
tum res hæreditariæ, verũ etiam præſta-
tiones perſonales inter omnes æquali-
ter pro hæreditarijs portionibus dividi
37 petuntur. Cæterum, † præter hæc veni-
unt & præcipua quædam non ut divi-
dant, ſed ut alicui eorũ integrè adiudi-
centur, ut quæ defunctus alicui hæredũ
debet, *l. ſi ab eo. 7. ſup. de neg. geſt. l. ſi filia.*
20. §. 1. verſ. idem ſcribit, l. fundus. 51. l. pe-
cuniam. 53. eod. ſi forte hæres pro eo ali-
quid ſolvat, *l. hæredes. 25 § ſi filius. 16. eod.*
quod velut æs alienũ ante omnia dedu-
citur, *l. 1. inf. ſi cert. pet. d. l. ſi filia. §. 1. eod.*
ſicut & dos filij nomine patri datur, *l. 2.*
h. tit. l. 1. inf. ſi cert. pet. l. Põponius 35. eod. l.
ſi maritus. 46. eod. puta ſocero, *l. 2. h. tit. l.*
unica. §. cautione. inf. de rei ux. act. nam &
hoc tanquã æs alienum deducitur. *l. ſi*
dos. 85. ad l. Falcid. ex ratione l. ſi ũ. 56. § 1.
de iur. dot. nã filiabus data, ab his cõfer-
tur, *l. Pomponius. 35 eod. l. 1. l. filia. 12. auth.*
ex teſtam. inf. de collat. niſi hoc reſpectu
minus ſit filiæ relictũ. *l. ſi maritus. 46. l.*
fundus. 51. eod cæterũ quæ ultro ex libe-
ralitate donantur filiæ, aut alij cohære-
dũ, ea quoq; præcipua adiudicantur. *l. fi-*
lia. 18 h. tit ſic etiã peculiũ caſtrenſe exi-
mitur diviſioni, ut præcipuũ, *l. 4. h. tit.*
& quaſi caſtrenſe, *l. certum. 13. ubi Bald.*
Caſt. & Dd hoc notant. h tit. p. 7 l ult ſup.
de in off teſta. l. advocati. 14 ſup. de advoc.
& hodie quoq; peculiũ adventicium,
Bald & Dd. l. 4. h. tit. quod an extenda-
tur ad ea, quæ de pecunia patris, vel
mercibus tanquã peculio filius ſua in-
duſtria lucratus ſit, variè diſputant no-
ſtri, *Bald n. 5. 6. u q; ad fi. l. certum. 13. h. tit.*
auth. ex teſtam. n. 6. & 7 inf de collat. gloſſ.
Bart. in l. 1. inf pro ſoc. & l. cum oportet. 6.
inf. de bon. quæ lib. ut omnino exiſtimẽ
locum habere, quod Bald. ſubijcit, vi-
delicet hanc rem arbitrio judicis relin-
quendam eſſe, potiſſimũ ſi filius ſupra
communem induſtriam aliquid lucre-
tur. Poſt hoc autẽ velut æs aliẽnũ hære-
ditatis deducitur, ſecundo præcipuum
æs alienum bonorum, quæ ſcil deducto
priore illo ſuperſunt, *l. ſubſignatũ. 39. §.*
1. de verb. ſig. iuncta. l. ult. §. licentia. inf. de
jur. delib. ut ſunt prælegata, *l 4. in pr. l. i-*
tem. 26. l. Pomponius 35. l. ſi ita. 42. l. fundus.
51. l. hæredes. 55. § ſi teſtator. 5 eod l 1. inf ſi
cert. pet. l. filia. 19. l ſi qua. 7. ubi gl. verbo.
conſiſtat. h. tit. fideicõmiſſum. *d. l. ſi qua,*
etiam in re alij oppignorata, quæ com-
muni pecunia luenda eſt *l. rẽ pignor. 28.*
eod. & deniq; ſi qua alia præcipua teſta-
torẽ voluiſſe ad aliquẽ eorum pertinere
conſtet, *l. ſi filia. 20. §. idẽ Papinian. 6. eod.*
quod

38 quod an in feudo admittatur, † varie
noſtri diſputāt. *ut Schn. d. §. quadā. nu. 13.*
cum mult ſeqq. latiſſ. Curt. de feud part. 4.
n. 134 nā licet de feudo diſponere non
poſſit pater, aut alius ſucceſſor, *c. 1. de*
ſucceſſ. feud tamen hoc ita accipiendū,
niſi ſecundum ſucceſſionē feudalē ſuc-
ceſſorib. relinqueret, & proinde ei, qui
ſucceſſurus eſt, legare feudū poteſt, *Curt.*
ibid. n. 129. per c. 1. § donare. qualiter olim
feud. poſſeſſ. alie. c. 1. §. habito. de prohib. feu.
alien. per Frider. Quanquā autem variæ
ſoleant hic diſtinctiones adhiberi: ta-
men videtur alia hic ſubeſſē quæſtio,
quoties inter plures ſucceſſores futuros
uni alicui feudū prælegatur, atq; ita jus
ſucceſſionis unitatur, & alijs interver-
titur, quod certè patri nō licet cum be-
neficiū magis domini quā patris feudū
obtineatur, quod ita quidē verū exiſti-
mo, ut ne æſtimatio quidem talis præle-
gati debeatur, *Curt. part. 4. feud. n. 126. &*
127. per l. cū ſervus. 39. §. cōſtat 6. & ult. verſ.
nec æſtimationē præſtare de legatis. 1. §. non
ſolum. 5. Inſt. de legat. prohibet n. lex a-
lienationem feudi invito domino. *c. 1.*
de prohib. feud. alie. per Lo. h. & per Frid.
etiā ſimultaneè inveſtito, *c. 1. de alien.*
feud. §. ult. qualiter olim feud. pot. alie. et-
iam deſcendente, ut contra cōmunem
in c. 1. de alien. feud. pater. multis cōtendit
Sonsbeccius. tract. de feud. part. 13. n. 110.
tum actionib. inter vivos, *c. 1. de prohib.*
feud. alien. per Frider. in pr. c. 1. §. ult. quæ
fuit prima cauſa bon. amitt. quā per ulti-
mā voluntatem. *gl. c. 1. de probi. feud. a-*
lien. per Frider. verbo. alien. c. 1. §. donare
ubi Bald. & Dd. de alie. feud. pater. quare
pro infecto tale relictū habetur, *l. 5 ſup.*
de ll. l. nemo. 55. de legat. 1. & proinde nec
æſtimatio debetur, ſecus, quam in re a-
liena legata, quia nec legari prohibe-
tur, imo conceditur. *d. §. non ſolū. l. cum*
alienam 10. inf. de legat. de qua Cuiac. ob-
ſer 44. c. 36. ut hic difficultas præſtatio-
nis obligationem non tollat, *l. continuus.*
137. §. illud. 4. de verb. oblig Illud tamen
adhuc obſtat, quod ad deſcendentes at-
tinet, nempe quod indicatū eſt, cōmu-
ni Dd. opinione, non requiri cōſenſum
deſcendentium, licet contra diſputet.
Sonsbeccius præall. loc. ita tradunt. *Dd in*
c. 1. ubi Iſer. de alien. feud. pater. Laudēſis.
c. 1. § ſi defuncti. ſi de feud. defun. Alvarett.
§ ult. quæ fuit pri. cauſa bon. amitt. Sed
reſponderi poteſt, hoc valere in aliena-
tione inter vivos, ubi pater jus adhuc
habet; hic autē tractam⁹ de prælegato,
quod demum à morte vires habet, ubi
jā non eius eſt feudū, ſed liberorū, quod
illis tali diſpoſitione auferri nequit. *d. c.*
1. de ſucceſſ. feudi. At iterū incurritur ex
eo quod filij capeſſentes feudum cogā-
tur & hæredes eſſe, *c. 1 an agn. vel fil. &*
conſtit. 47. part. 2 atq; ita ratam habere
defuncti patris voluntatem, *l. cum à*
mat. 14. ſup. de rei vend. Verum hæc re-
gula obtinet in ijs, quæ ſunt juris hæ-
reditarij, & proinde in feudo hæredita-
rio valere poteſt, quod *Schn. præall. loco.*
innuit. In alijs ut feudis pacti, ac pro-
videntiæ non obtinet, quia hæc non ex
hæreditaria ſunt portione, hæres au-
tem non niſi pro hæreditaria portio-
ne; pactum defuncti ratificare cogi-
tur, *d. l. cum à matre. ubi Dd.*

Cæterum † ut ad prælegata reverta- 39
mur, illud tenendum pro æſtimatione
rerum prælegatarum, non dividi one-
ra hæreditaria, ut æs alienum, ſed pro
partibus hæreditarijs *l. 1. inf. ſi cert. pet.*
niſi teſtator aliud ordinaret, *l. ſi filia. 20.*
§. ult. ff. eod.

Cæterum

40 Cæterum † debita quæ unus cohæredum, puta filius, poſt mortem cõſtraxit, at etiam in vita patris, non reputantur, neque veniunt in communem hæreditatis diviſionem, ſed illa tantum, quæ pater filij nomine dum viveret, exolvit, *l. ex parte. 39. §. filius. 3. eod.* quod illi non imputatur cuius nomine ſolutum eſt, *l. ſi filia. 20. §. Papinianus. 5.* niſi patrem aliud voluiſſe probetur, *l. illud pater. 50. eod.* donaſſe enim præſumitur, *Bal. l. certi.* 13 *num. 6. h. tit.* quod genus præcipuum manet, aut adiudicatur, *l. filia. 18. h. tit. Cuiac. obſer. 13. cap. 33.* niſi ex culpa, & maleficio filij debitum fluxerit. *Bald. ibid. d. l. certi. 13. num. 6.* pro quo textus. *l. ſi fratres 53. §. ult. verſ. ſi ob maleficium,* ipſe damnũ ſentire debet, *ff. pro ſoc.* quia nec donaſſe intelligitur, quod ſolvere coactus eſt, *l. rem. 10. de adim. leg.* ad filium pœna liberandum. *l. 8. in fi. quod met. cauſa.*

41 Præter autem † maleficium, ſi quid pater in ſtudia filij, aut nuptias filiæ impendat, neque reputatur, ſeu imputatur illi cui impenſum eſt, *d. l. ſi filia. 20. §. 1. & 5 ff. eod. Bald. & Dd. l filia. 18. h. tit.* nec alij cohæredes ſimile quid, ſeu tantundem ex communi hæreditate petere poſſunt. *d. l. ex parte. 39. §. filius. 3. eod.*

42 Non veniunt † in hanc actionem res, quæ negantur hæreditariæ. *l. ſi quid. 45. eod.* aut quas apparet hæreditatis nõ eſſe. *l. hæredes. 25. §. idem. 7. verſ. cum appares non eſſe hæreditatis quemadmodum in famil. erciſc. iudic. veniat. & l inter. 44. ubi gl. in pr. ff. eod.* ut inter vivos à teſtatore (ſecus enim ſi ab hærede. *l. hæred. 25. §. ſi teſtator. 5. eod.*) alienatæ, vel amiſſæ, *l. ſed etſi. 14. l. & puto. 16. §. 3. l. ex hæreditate. 54. eod,* uſucaptæ, *d. l. ſed etſi. 14.* nam eiusmodi aut petitione hæreditatis repetuntur, *l. in familia. 20. l. inter. 44. §. 2. eod.* aut rei vendicatione. *l. hæredes. 25. §. quod pro emtore. 5. l. ſi quid. 45. eod.* ex quo intelligi poteſt, quæ titulo ſingulari poſſidentur, in hoc judicium non venire, *d. l. hæredes. 4. §. pro emtore. l. ſi quid. 44. eod.*

43 Sed neq; † perniciosa veniunt, ut venena, libri magici, hæc enim ſtatim per judicem abolenda ſunt, *l 4 §. 1. eod.* ſicuti furto, ſacrilegio per vim, aut alio ſcelere quæſita, non dividenda inter hæredes, ſed dominis reddenda ſunt. *d. l. 4. §. 1.* Nam nec communia ſunt, nec hæreditaria, *l. nec prætermittendũ. 57. pro ſoc.* & proinde judex in his dividendis autoritatem interponere non debet, ſed tantum in reſtituendis, *d. l. 4 §. 1.* quod tamen & ipſum quoque petere hæres poteſt, quemadmodum vel ut depoſita, vel commodata domino reſtituantur. *Fab. num. 11. d. §. quedã. Inſt. de act. glo. & Dd. d l. inter. 44. in pr. eod.*

44 Eadem † extenduntur ad illa, quæ per uſurarias & ſimiles fraudes acquiſita ſunt, *gl. l. bona. 8. h. tit. Fab. § quadam. num. 11.* Sed hoc eſt diſſimile, quoniam in illis ſuperioribus nihil eſt hæreditati quæſitum, nec quicquam commune, ut dividi non debeat: at hæc acquiſita ſunt, & proinde communia, quamobrem rectè petuntur inter hæredes dividi communi periculo, donec repetantur, *Bald. d l. bona. in fi. h. tit. per l quod autem. 13. cum ſeq. ff pro ſoc.* ſed nec quæſtio venit de morte teſtatoris, uxoris aut liberorum & ſimilia, quæ non ſunt hæreditaria, *l. his conſequenter. 18. §. 1. eod.*

45 De forma † & modo agendi hoc in judicio multa, *Spec. tit. de judic. §. ſequitur.*

tur. 4 verſ. item, inter hæredes numer. 6. ubi & poſitiones illius ordine collocat, item *Fab. num. 12. & 13. Ang. num. 8 Iaſ. num. 51. Schneid. num. 73 in d §. quadam. Inſt. de act.* à quibus integer hujus actionis libellus proponitur, quem tamen ajunt ſecundum emergentiam caſuum variandum eſſe, de quo *Ferrar. Roſſr. Pet. Iac. in for. huius libelli.* certè ſecundum juris formam experiendum eſſe oſtendit, *l. 3. h. tit.* nempe ut hæreditas vel res hæreditariæ inter litigatores dividi petantur, *d. § quadam.* aut omnes, aut certè deſignatæ, ut ſup. dixi, alioquin cum ſit univerſale iudiciũ, nõ opus eſt res deſignari ſpeciatim, ſed intelligitur omnium diviſio eſſe petita, ſi nihil aliud fuerit expreſſum. Exprimere tamen agens debet, quotam inde partem petat, *Spec de act. § 2 in prin. nu. 1.* præſtationes etiã, & acceſſiones ſpecificari, & velut annumerari non eſt neceſſe, ſed ſufficit ſuper ijs officium judicis implorari, & poſt in proceſſu eaſdem probationibus liquidari, *Fab. in d. § quædam, num. 15. & l. 2. ſup. de iudic.* ut in alijs univerſalibus, *Bart. rubr. ſol. mat. num. 22. & l. 1. in prin. ubi gloſſ. de eden. Iaſ. in § actionum, num. 193. l. eod. Schurff. conſ. 63. quæ prædicta, num. 1. & 2. cent. 1.* Cujuſmodi & iſtud eſt, *l. 1. h. tit. Spec de iud. § 1. in fin. & § 4. num. 6.* unde in eo ordinariè procedendum eſt, *Fab. d § quadam num. 16.* exacto etiã à ſingulis jurejurando calumniæ duplici, tam actoris ſcilicet, quam rei, cujus utriuſque perſonam ſinguli quo ad ordinationem judicij ſuſtinent, *l. inter 44. § qui familiæ 4. eod.* & litis conteſtatione facta, *l. & poſt litem conteſtatam. 12 eod.* modoque procedendi, ut in ordinarijs obſervato, *Fab. d. § quadam, num. 16.*

Quapropter & cognoſcere hic judex debet, *l. ſi filia. 20. § Papinianus. ſ. qui in vulgatis eſt, l. ſi uni 21. verſ. officio judicis cognoſcentis eod.* quod plerumq; plenam cauſæ examinationem denotat, *l. iudices. 9. ſup. de judic. Schurff. d conſ. 63. § quos prædicta. in princip. centur. 1. per l. 2. inf. de ſent. quæ ſine certa quant.*

At ubi & apud quem † hac actione agendum utiq; apud judicem, *l. 3. h. tit. l. 1. verſ. iudex apud quem hoc iudicium agitur. eod.* ordinarium eius qui convenitur, *l. ſi qua. 7. h. tit. l 2. inf. communia utr. iudic. ex regula l. 2. ſup. de iuriſd.* vel ubi major eſt pars hæreditatis, *l. ult. ſup. ubi de hered.* vel ubi agere partes conſenſerunt, *l. 2. inf. communia utri. iud* Olim dabatur ad hoc à prætore in urbe, vel præſide in provincijs arbiter, *l. ſi diviſionem. 15. h. tit.* unde toties occurrit arbiter datus, aditus, quo nomine iudicem hic inſigniri placuit ad denotandũ hujus judicij arbitriũ ex bona fide, *l. fundus. 30. l. arbitrium. 43. l. ult eo.* petente ſcilicet aliquo cohæredũ, *l. ult. eod. d. l arbitrium. 43. eod. l. non epiſtolis. 13. verſ. petitus famil. erciſc. arbiter, inf. de probat.* qui judicium impetrabat, & pro actore habebatur, *l. fundus 51. § 1. verſ. impetrare judicium familiæ erciſc. debeo. ff. eod. l. in tribus. 13. l. qui appellat. 29. ff de judic.* quanquam quo ad fideicommiſſa ipſe prętor, vel præſes cognoſceret, *l ſi qua 7. h. tit.* 46

At quando? † Non à morte teſtatoris ſtatim *Fab. d. § quadam. n. 6. & Ang. ibid. n. 4. & 7.* (quanquam eo retrotrahatur jus aditionis, *l. omnia l. omnis 138. de R. I. l. ſi ex re. 34. § ult. de ſtip. ſer.*) ſed poſt aditã hæreditatem, *l. qui erat 49. in fi. eod. l. 1. l. 2. ubi, verbo, cum hæres extiteris.* 47

h. tit nam tunc demum incipiunt eſſe
coheredes. *l.1.eod.* & negocium inter ſe
contrahunt communionis, quæ dividi
debeat, *§. item ſi inter 1. de oblig. quæ ex
quaſi contr.* Quare ſi diverſis temporib᷒
adeāt, ab ultima demum aditione eius,
cum quo litigandum eſt, actio exiſtit,
Fab d. §. quædam nu. 6. Inſt. eod. per l. heredes. 25. §. item. 15. ff. eod. Hoc tamen
ipſo intelliguntur adire, quod vel agāt
hoc judicio, vel defendant tanquā heredes,
*l. poſthumus. 6. § ult. ubi Alber. Caſt.
& vid. not. d. inoff. teſtam. ex l. pro herede. 20. l. gerit. 88. de acquir. hered.* Cæterum
ante diviſionem traditione perfectam
datur hæc actio, *l. ſi filia. 20. l. ſi diviſionem. 16. ubi Bald. n. 1. & 2. h. tit.* poſt
nō item, *l. familiæ. 9. inf. communia utr.
iud.* ſive per judicem res ſint diviſæ, *l. 1.
h tit. l. cum putarem. 36. eod.* ſive aliter,
*l. ſi filia. 20. §. pen. ubi glo. verbo ſi omnes
diviſæ ſint. L. Lucius. 28. eod.* etiā quando
cum herede putativo diviſæ ſunt: tunc
enim indebiti cōdictio translato dominio,
aut vindicatio nō translato competere
poteſt, *d. l. cum putarem. 36. eod. l.
4. ubi gloſſ ult. & Dd. ſup. de jur. & fact.
ignor.* non familiæ erciſcundæ, *glo. d. l.
4. d. l. familiæ. 9. inf communia utriuſq;*
48 *iud.* At quoties datur †? Semel tantum,
*l. ſi filia 20 §. familiæ 4. eod. gl. & Dd. l. 1.
h tit. l. etſi 14 §. Labeo. 12. de relig. & ſumt.
fun.* quia univerſale ab utraq; parte judicium
eſt, *Spec. §. 1. & 4. nu. 6. de judic.*
ideoq́ jus omne diviſorium ſimul deducit,
ac cōcludit, *Ferr. in libel. huius tit.
verbo communiter. nu. 3. & 4. Pet. Iac eod.
n. 3. Iaſ n. 43. cum ſeq. d. §. quadā l. de act.*
pro quo *l. ult. inf. de annal. except. c. 3. §.
ſecus ſi egit in genere. de ſent. & re iud. in 6.*
Proindeq; ſi quid remāſerit indiviſum,
communi potius dividundo erit agendum;
l. ſi filia. 20. §. familiæ. 4. eod. niſi
juſta ſubſit causa, propter quam iterum
iſtud ſit dandum, *d. l. ſi filia. 20. §. familia.
4. verſ. niſi cauſa cognita. Fab. d. §. quadam.
num. 18. & ibi Schneid. nu. 16.* ut in
l. tres fratres. 35. de pact. l. 3. h. tit.

At quam diu † dabitur? Ad 30 utiq; 49
annos, *l. 1. § nemo. inf. de annali exc.* ab
adita hereditate computandos *l. ſi quis.
34. in fin vers. poſt aditam hereditatem.
ſup. de inoff. teſtam. Iaſ. nu. 25. Ang. n. 4.
poſt gl. in d. §. quadam.* ex ratione *l. 1.
§. 1. & ult. inf. de annali except.*

Quod ad probationem † attinet, ſci- 50
endum eſt confeſſionem pro probatione
eſſe, *l. 1. eod. Pet. Iac. eod. nu. 2. pro quo
l. in fin. de interrog. act. auth. ſi quis in aliquo.
in fin. ſup. de eden. c. per tuas. 10. de
probat.* & agentem probationis onere
ſublevari *c. 1. de confeſſ. in 6. l. cum qui.
30 in pr. de jurejur. latè Hippolyt. de probat.
num. 68. cum mult. ſeqq.* Eſt autem
confeſſionis loco, ſi reus (nam actor id
ſatis agendo fatetur, *l. qui familiæ. 37. ubi
Dd. eod. Cuiac. lib. 7. obſer. cap. 36*) ante
conteſtationem nō neget agentem eſſe
cohæredem, aut res hæreditarias, *Fab.
d §. quadam. num. 8. ex l. 1. eod. l. ſed etſi
52. in pr. de iudic. Iaſ. l. patre. 8 num. 21. 27.
cum ſeq. de his qui ſunt ſui vel alien.* Sin
autem utrumque, vel alterutrum inficietur,
hic erit actoris duntaxat probare,
ſiquidem reus nihil petit, ſed ſimpliciter
negat intentionem agentis, *Panor. c.
ex literis. 3. nu. 3 de probat. Fab d. §. quadā.
nu. 8.* quo non probante abſolvetur reus,
juxta regulam *l. 4. ſup. de eden. Iaſ. n.
14. l. duo. 28. de re iud.* & in terminis hujus
actionis *Pet. Iac. eod. verbo ſententiam
num 5.*

Quod ſi vero contra petat ſuam quoque
portionē, aut præſtationes damna

& ſu-

& ſimiſia utrinque, ut in judicio dupliꝫ ci probationes erunt faciendæ, *d. c. 3. ubi Panorm num.3. Spec. eod. de probat. §. probare nu.14.15.* & de petitorio ac poſſeſſorio *nu.38. Bald. & alij in l. ordinarij 13. ſup. de rei vend. facit text. in l. circa. 14. ſup. de probat.*

31 Probandum autem † præcipuè eum qui agit, & quo cum agitur, eſſe cohæredes, *l. 1. eod.* quod eſſentiale huius libelli vocat *Fab. in §. quadam. nu. 8. I. de act.* idque probari poteſt tum ex jure hæreditatis, tum ex aditione. Ius aditionis aut eſt ex teſtamento, aut ab inteſtato teſtamenti jus probatur ex ſcriptura teſtamēti, *l. 5. h. tit.* quod in iſtum finem peti poteſt, ut edatur *l. 4. in fi. eod.* nam illud arbiter ſequitur *l. 5. l. ſi qua. 7. l. quoties h. tit.* ſed & aliter probari poteſt per teſtes, *l. 2. inf. de teſtamentis,* per teſtes etiam duos licet in conditione teſtamenti plures requirantur *Bald. l. teſtium. 14. num. 3. in ult. notab. inf. de teſtib. Bened. in c. Rainutius 16. verbo teſtatum. in princ. de teſtamentis, per l. 1, 2. quemadmodum teſtamenta aper.* Ab inteſtato probatur hoc jus hæreditarium ex proximitate, *c. 1. §. his vero ubi Dd. de ſucceſſ. feud. Inſt. de legit. agn. ſucceſſ. in pr. tot. tit. inf. de hæred.* de cuius probatione *in l. non epiſtola. 13 inf. de probat. c. ſeries. 26. c. licet 27 de teſtib.* nec enim præſumitur niſi ꝓbetur, *d. c. licet. Bald. & Dd. l. 6. inf. de fid. inſtr.* ideo probanda eſt, ei cui negatur. *Caſt. conſ. 36. ſuper. num. 3 & 4. vol. 1.* Difficilius autē probatur remotior, quam propinquior per teſtes omnino duos *d. c. ſeries. 26. Bald. l. 1. n. 14. inf. de teſtamentis. Anchor. conſ. 277. ex prædicta. num. 7. etiam conſanguineos Parij. conſ. 58. num. 21. cum ſeq. conſ. 71. num. 7. vol. 4.* qui tamen idoneam ſcientiæ cauſam reddant, *Bald. l. 1. n. 4. inf. de teſtamētis. Anchor. cons. 277. ex prædicta. n. 7. per diſtinctam graduum cōputationē Dec conſ. 521. in cauſa. n. 5. conſ. 524. n. 2. conſ. 595. n. 1.* & oſtenſionē quidem eius gradus, qui ſit ſucceſsionis capax *Alex. conſ. 182. viſo. n. 9. vol. 7. Tiraq. de retr. prox. §. 1. gl. 16. n. 4.* nam qui nō deſignate probat gradum ad ſucceſsionē obtinendā idoneum, nihil probaſſe intelligitur *Panor. d. c. licet in fi. Ancho. conſ. 52. pro clariore. nu 7. Alex. conſ. 182. viſo. n. 9. 10. & 11. vol. 7. conſ. 181. in cauſa. in pr. lib. 2. Tiraq. de retr. prox. §. 11. gl. 16. nu. 1. & §. 1. gl. 16. n. 14. Dec conſ. 531 n. 4. Pariſ. conſ. 115. n. 6. vol. 4.* Nominatio, tractatio, teſtes de auditu, opinio viciniæ, ac ſimilia non probant per ſe conſanguinitatem, *l. 5. inf. de teſtamentis, l. neq. 13. l. non nudis. 14. inf. de probat.* ſed quandā illius quaſi poſſeſsionem favore matrimonij, ac liberorū inducūt, *c. Michael. 13. ubi gl. pen. de fil. presbyter. Soci. conſ. 39 viſis n. 6. vol. 1. Pariſ. conſ. 13 de plurib. n 18. cum ſeq vol. 2.* ſcil, cum ſiunt ad hoc, de quo quæritur, ordinati, *Soci d. conſ. 39. viſis n. 5.* & alijs concurrentibus, de quib. *Hoſtienſ. d. c. licet, Caſtr. conſ. 36. ſuper. n. 4. volu. 1.* Cæterū in linea collaterali ad obtinendam ſucceſsionem hæc non probant, *Bart. l. 2 § item. n. 6. de aq. plu. arc. Caſtr. d. conſ. 36. ſuper. vol. 1. n 4. Anch. conſ 52. pro clariore n 7. & 8.* quoniam de veritate nativitatis propinquitas docenda eſt, *d. c. licet c. de parente. 35. q. 1. l. teſtium. 14 inſ. de teſtib. ubi Bald. & Doctores.* quo fit, ut nec per inſtrumenta rectè probetur conſanguinitas, *Bald. l. 1. num. 14. infr. de teſtamentis. Alex conſ. 182. viſo. num. 10. volum. 7. Anchor. d. conſil. 277. ex prædicta num. 2 Pa-*

riſ.

riſ conſ 185. num 5. & 6 volu. 4 cum ex natura dependeat, non contrahentium aut teſtium voluntate *Panor. nu. 2 Felin. num 2. & 4. d. c ſeries.* niſi ex antiquis præſumtivè, aut cum teſtium examinatio ſuper his facta à judice inſtrumento concipitur *gl. Bart. & Dd l. 2. §. idem. de aq. plu. arc. l. non epiſtolis. 13. inf. de probat.*

52 Aditio quoq; † hereditatis cum ſit facti, *l. 1. inf. de repud hered Cravet. conſ. 37. deceſſit. num. 4.* non præſumitur, *l. aſſeveratio. 10. inf. de non num. pec.* ſed eſt probanda quoties rogatur, *l. 3. de int. rog. act.* ubi difficilis eius probatio eſſe dicitur, *Bart. & Dd. l. ſi poteſt 18 de acquir. hered Roma. conſ. 4. iſta, num. 2. Bald conſ 275. facti. in fin. volum. 1.* quoniam regulariter non devolvitur ſucceſſio & acquiritur, niſi per aditionem, *l. ſi ex pluribus. 9. de ſuis & legit. l. quoniam 7. inf. de iur delib. l. 1. § noviſſimo. inf. de cad. toll.* nec dicitur eſſe in bonis jus adeundi, neq; tranſmittitur aditione non facta *d. l quoniam. l cum antiquioribus. 19. inf. de iur. delib. Bart. d. l. ſi poteſt. num 11. de acquir hered. Iaſ. l. ſi pater. 5. in fin ſup de inoff teſtam. 20.* quod non modo in collateralibus verum eſt, ſed etiam aſcendentibus, *l. 2. §. ſi mater. 14 ff. ad SC Tertull. §. 1. verbo adeat hereditatem. Inſt. eod.* & deſcendentibus, qui non ſunt in poteſtate *l emancipati 9 inf. qui admitt. ad.* Quanquam autem in ſuis hæc regula fallit, *l un. inf. de his qui ante apert. tab.* qui ſunt ipſo jure, non fiunt heredes, *§ ſui. I. de hered. qualit l. quemadmodum 7. de inoff teſt.* tamē quoniam abſtinere ex jure prætorio poſſunt *l neceſſarys, 57. de acquir. hered. § 1 ff. de hered. qual.* ideo ſi negetur horū quoq; immiſtio, quæ eſt pro aditione ſimiliter erit probanda, *Bart. & Dd. d. l. neceſſarys.* *Ang. & Alber. l. poſthumo. 6. §. ult. in fin. de inoff. teſtam.* licet enim ipſo jure & ideo juris præſumtione ſint & habeātur heredes *gl §. 1. vers. aūt verbo parentes. in Auth. ut lic. matri.* etiā cū abſtinēt, quoniam ſemel ipſo jure facti ſunt heredes, *Tiraq de retr prox. § 1. gl 9. n. 51. per l. ult. de condit. inſt. Ioh. Igneus l 15. ſi pater 3 nu. 26. ad SC. Syllan* tamen ut rectè reſpōdet Accurſ. hoc accipiendū eſt, quo ad nomen, nō quo ad commodū & incommodum, *gl. l 1. verbo eam rem ſup. ſi men. ſe hered. abſtin.* Vel obtinet ſecundū ſtrictū jus civile, nō etiā ex prætorio & canonico propter jus abſtinendi, ꝙ hinc habet, *d l neceſſarys. c. 1 de ſo ut c. ex præſen. 1. ubi Barbat & Dd. de pignor.* Quomodo aūt adeatur, & quib. ex actib. aditio vel immiſtio probetur, diſcēdū eſt paſsim ex *tit de acquir. hæred.* præſertim ex Bart *l. ſi poteſt. 10 n. 10 & l. pro herede 20. l geſtt 88 de acquir. hered l. 6. § ult. de inoff teſtam.* quibus addatur ſingularis notatio aditionis vel immixtionis, ſi conſtet aut ꝓbetur filiū occupaſſe feudū, quoniā id ſine hereditate obtinere nequit, *Affl poſt Bald. c 1 n 41. an agnat. vel fil. per illū text. cui congruit conſtit. 27. part. 2* Quanquā hac probatione nō eſt opus quo ad actorē, quoniā agēdo ſatis teſtatur animū adeūdæ hereditatis, *d. l. 6 §. ult. de inoff. teſta.* præterquā ſi petat ex jure defuncti alicuius heredis, *l ſi familia. 48. eod.* qui negetur hereditatem adiiſſe, ideoq; nec trāsmiſiſſe, *l quoniam 7. l. cum antiquioribus 19. inf. de jur delib.* ſed neque quo ad reum id probari admodum neceſſarium eſt, qui defendendo contra ſe heredem facit, ut ex *l. 1. eod.* cū ſimilibus, oſtenſum eſt, niſi neget ſe ideo hoc iudicio teneri, ꝙ hereditatē nō ſit, nec hereditatē adierit,

quo

quo caſu illud omnino probandum eſt *l. 2. & 3. de interrog. act.*

53 Super hæc † oſtendendum eſt, res quæ dividi petuntur eſſe hæreditarias, quod tamē æquè hic probationis eget, ut in petitione hereditatis cum reliquis perpurgatis, id ſacramento adverſarij ut plurimum relinquitur, ut declaret quid quantumque in hæreditate invenerit, aut perceperit, *ex l. 2. quand. & quib. quarta pars. lib. 10. l. 5 eod. l. ult. §. licentia inf. de jureiur.* aut ſi jurare nolit jureiurando in litem ipſius actoris, *l. 4. inf. ad exhib.* Si tamen neget reus, rem aliquam eſſe hæreditariam, quam poſſidet, ut quod eam titulo detineat ſingulari, probare tum actorem oportet, hæreditariam eſſe, quam dividi intendit oportere, *l. ſi quid. 44. l. hæredes, 25. § quod pro emtore 6. eod.* Quanquam & hic præſumtio interdum ſublevat agētem, *l. ſive. 12. inf. de probat.* ut ſi poſſeſſor non neget rem aliquando defuncti fuiſſe, tum enim præſumitur adhuc eſſe & proinde titulo univerſali devoluta, donec ſingularis probetur. *d. l ſive & l. non ignorabis. 4. ubi gl. verbo. fuiſſe & inf. ad exhib.* ubi plura de præſumtionibus præteriti in præſens, item *& Alciat. regula. 2. præſumt. 20. & 25.* multum diſputat. Eſt & voluntas defuncti probanda, quoties ſecundum eam petitur inſtitui diviſio. *l. 5. l. filiæ. 18 verſ. ſi judicium eius probetur. h. tit.* Et in præſtationibus perſonalibus debita, credita, *juxta l. 1. inf. de probat.* expenſæ, *l. properandum. 11. §. cæſi. ubi gl verbo. ſacramento manifeſtandum ſup. de judic.* id quod intereſt ac ſimilia. *Bart. & Dd. l. un. inf. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.*

54 Finis † huius actionis eſt diviſio rerum hæreditariarum, *l. his conſequenter. 18 §. 1 eod.* in id enim agitur ut communio inter hæredes arbitrio judicis finiatur, *l. ſi diviſionem. 15. h. tit.* negocium (ſcil. cōmune & univerſale) diſtrahatur *l. fundus. 51. §. 1 eod.* atq; ita dividatur hæreditas, *l. 2 in pr. verſ per familiæ erciſc. judi tum dividitur hæreditas. eod. §. quadam verſ dividendæ hæreditatis gratia. Inſt. de act.* vel potius res hæreditariæ. *l. item. 22. §. ult. cum ll. ſeqq. eod. l. bona. 8. l. 1. h. tit. & Ang. num. 4. Fab. num. 17. Iaſ. num. 49. d. §. quadam*, inter cohæredes diſtribuantur. *l. 1 eod.* pro jure cuiusque. *l fundus. 30. eod.* ac portione, *l. 3. eod.* quod aliter quam per hoc judicium (judicialiter ſcilicet *l ult. eod*) fieri non poteſt, *l fundus. 51. in fin. eod.* Itaque cohæredibus volentibus à communione diſcedere neceſſarium videbatur, aliquam actionem cōſtitui, qua inter eos res hæreditariæ diſtribuerentur. *l. 1. l. fundus. 51. §. 1. verſ ſi à communione diſcedere volo, impetrare debeo familiæ erciſcundæ judicium, quia aliter dividi inter nos hæreditas non poteſt. ff. eod.* Poſſunt & alij fines eſſe ſubordinati ut cohæres ſolvat, quod oportet, *l. inter. 41. §. pen.* aut in commune conferat, *l. 2. l. 4. h tit. l. his conſequenter 18. § Celſus. 4. eod.* caveat, *l hæredes. 25 §. an ea. 8. cum ſeq. eod.* voluntatem defuncti impleat. *l. his conſequenter. 18. §. idem. 2. eod.* deniq; ut mutuæ cohæredū indemnitati conſulatur, *l. 3 h. tit.*

Effectus † inſtitutæ huius actionis generatim eſt, quod poſt acceptum judiciū alienationib' interdicatur. *l. alienationes. 13. eod.* Voluntarijs ſcilicet, quæ vetuſtiorem cauſam, & originem juris habent neceſſario, *d. l. alienationes. l. & poſt. 1. C. in fi. eod.* item quod judici- 55

um iſtud in partes ſcindi nequeat, *l. ſi familia. 48. eod.* quod agens præſupponat adverſarium eſſe cohæredem, reus non item. *Hotoman. lib. 4. obſer. cap. 1.* licet etiam ille non ita hoc confiteatur, ut in jure confeſſus, quin contra probari poſſit, *l. qui familia. 37. ubi gl. eod. Cuiac. lib. 9 obſer. cap. 36.* & repetere ab eo hæreditatem *l. 4 ſup. de iur. & facti ignor.* niſi quatenus rei iudicatæ exceptio obſtet, *l. cum putarem. 36. eod.* quam tamē nec ipſam officere volunt, ſi notoriè appareat de iniuſticia & iniuria eius, qui pro hærede admiſſus eſt, *d. l. 4. ſup. de jur. & fact. ignor ubi Ias. l. nō epiſtol. 13. inſi. inf. de prob. Bart. Ias. & Dd. l. ſi Titius. 9. de verb. obligat. CC. c. 2. de purg. vulg. per cap. Abbate. 3. § caeterum de ſent. & re iud. in 6. Dec conſ. 206. quaeritur. num. 1 & 2. per l. 3. inf. communia utr. iudic. Schurff conſ. 25. in propoſita. num. 1. 2. cum ſeq. cent.* Item quod judex boni & innocentis viri officio fungi debeat, *l. 4 § 1. eod.* diviſioni interponendo officium, *l. fundus. 30 eod.* ut fiat de omnibus, *l. hæredes 17. l. in hoc. 27. l. officio. 26. eod. l. bona. 8. h. tit.* boni viri arbitratu, *l. inter. 44. §. ult. eod.* ſola æquitate inſpecta, *l. inter. 11. ubi gloſ. ult. h tit.* æqualiter pro portionibus hæreditarijs, *l. fundus. 30. eod.* niſi aliter diſpoſitum ſit à defuncto, cuius de hæreditate quæritur, *l. item. 22. eod.* cuius voluntatem ſequi judex debet, *l. 5. l ſi qua. 7. l. quoties. 10. l. filia. 18. l. ſi cogitatione. 21. l. ult. h. tit.* ultimā ſcilicet, *l. 5. l. filia. 18 h tit.* ſalva tamen liberis legitima: *l. filij. 16. ubi Bald. & Dd. h. tit.* alijs falcidia. *l. quoties. 10 h. tit.* vel niſi aliud quid inter ipſos litigantes convenerit, *l. 2. § ult. eod.*

Abſolutorij iudicij eventus ut actor actione hac excludatur, reus abſolvātur non impleta actoris intentione aut per exceptionem excluſa. *l. 1. verbo. excludere per exceptionem, eod. Pet. Iac. eod. verbo. ſententiam n 3. c. 3. de probat.* quanquam & in contrario eventu nēpe condemnatorio abſolutiones ſint immiſtæ: cum enim duplex ſit judicium, & univerſale, etiam à parte rei, ut oſtendim⁹, eò fit ut in omnium ſcilicet litigantium perſonas etiam in hoc eventu non cōdemnationes tantum, ſed quatenus ad ſervandam æquitatem neceſſe eſt, abſolutiones quoque ſint faciendæ. *l. item. 22 l. in hoc judicio. 27. l. cum putarem eod.* condemnatur is ad pecuniam cohæredi dandam, cui in rebus hæreditarijs plus ſua portione aſſignatur, *l. Mevius. 52. §. 1. eod. §. cum familia. 4. Inſt. fam ercisc.* aut qui ſupra ſuam portionem fructus percepit, *d. § ſi familia.* corruperit, conſumſerit, *d. §. ſi familia. l. & puto. 16. § 3. eod l. non eſt 9. l. cohæredibus. 17. l. incerti. 19. h. tit.* aut qui impendiorum partem vel aliud cohæredi debet, ut hæreditarium, *d. l. fundus. 51. eod. l. certum. 13. h. tit.* Abſolvitur vero ab eiusmodi compenſatione facta, quatenus alioquin minus ſua parte recipit, *d. l. Mævius. 52. § 1. eod.* ut ita tota res, ad æqualitatem diviſionis redigatur, *l. item. 22. l. Mevius. 52. § 1. eod. l pen. verſ. ut in omnibus æquabilitas ſervetur. inf. communi divid.* quanquam enim quod commode dividi poteſt æqualiter cuique tribuendum eſt, quia nemo partem ſuam vendere, vel à ſocio emere invitus cogitur, *l. fundus. 30. eod. §. pen. verſ. ſi diviſionem fundus recipiat, partes eius ſingulis adiudicare debet, ff. eod.* Non tamen omnes res commodum ſemper eiusmodi diviſionem in æquales partes recipiunt, *l. 1 inf. communi divid.* quo caſu

ſu nec id præciſe urgeri d. loc. *d. § fami-lia Inſt. de offic iud. l. 3. inf. communi di-vid.* ſed hoc caſu alia æquabilis diviſio eſt ineunda, ut per diviſionem uſusfructus, & proprietatis, *l. 6 de uſufr.* aut per alterna tempora, *l. & puto. 16. eod.* aut adjudicationibus re in totum alteri adjudicata *l. item. 27. l. in iudicio. 47. eod. d. § ſi familiæ.* & compenſatione pretij invicem facta. *d. l. Mevius. 52. §. 1. eod. l. licet. 42. §. pen. de procurat.* ſecundum æſtimationem rei, prout valet unita, non diviſa. *d. l. Mevius. 52. § cum familiæ. 3. eod.* licitatione etiam conſortium admiſſa, *d. l. item. 22. l. 6. eod.* ſine fraude, *l. 3. inf. communi divid.* non extranei. *Ias. num. 59. 60. d. §. quadam. Inſt. de act. & ibid. Schneid. num. 16. Bart. Caſtr. & Dd. communiter. l. 3. inf. commu-ni divid. per illum text. & l. 2. inf. de te-ſtam. tut.* niſi alter iuſtum precium non offerat, alter ob paupertatem non poſſit, *d. l 3. in fin. ubi Caſtr. & Dd. inf. com-muni divid. Ias. d. §. quadam, num. 6. 62.* ſortibus quoque admiſſis, ubi omnium ius eſt æquale, *l. 5. eod. l. 2. inf quand. & quibus 4. pars, lib. 10. l. 3. inf. communia de legat. Ias. § ſequens. num. 62. Inſt. de act. & in l. 1. num 39. ſi cert. pet.* vel inter duos (nec enim in pluribus hoc obtinet facta dividendi poteſtate alteri, ut maiori natu, eligendi vero iuniori. *cap. 1. de paroch. Mynſing. obſer. 37. cent. 4. Saxo. lib. 3. art. 29. in fin. Schurpf. conſ. 72. caſus. num. 21. cent. 1. Schneid. poſt Iac. in d. §. quadam. 59. 61. Tiraq. la-tè de retr. prox. §. 24. num. 5. & de jure primogen. quæſt. 60.* aut ei qui plures partes, potiusvè jus in re communi habent, vel intereſſe affectionis cuiclectio ad rem præ reliquis concedi ſolet, *Ias. d. §. quadam num. 59. Bald. l. ſi in com-*

tione. 35. num. 2 & 3. de minor. quæ ex nupera conſtitutione mari pro fæmina concedi ſolet. *conſt. provinc. 15 part. 3.* Hanc autẽ rei aſſignationem, adiudicationem, & quaſi venditionem, etiam acceſſoria ſequuntur, *l quæ pater. 32. in fi. l. ex parte. 39. §. ult. l ſi familiæ. 55. eod. &* prætor tuetur, *l. inter. 44 § 1. eod.* & inde dominium ſtatim transfertur, *§. ult. Inſt. de offic. iudic.* cum hæc ſit quædam alienationis ſpecies judicialis & ſolennis. *Vlp. tit. 19.* cui etiam annexa eſt mutua evictionis obligatio, *l. ſi familiæ. 14. h. tit. l. hæredes. 25. §. pen. & §. ult. eod.* ſcilicet judicialis, *l emtor. 8 l. 3. inf. de evict. l. non tamen. 24. ff. eod tit.* ſicut etiã ex diviſione conventionali debetur, *l. ſi fratres. 7. inf. communia utr. iud.* tanquã ex permutatione & venditione. Nec hic factum judicis aliter quam pro facto partis habetur, *l ſi ob cauſam. 13 inf. de evict* niſi teſtator diviſionem fecerit *l. cum pater. 77. § evictus. 8. de leg. 2. Ripa poſt Bart. Ias. & alios latè in l. qui Roma. 122. in fi. de verb. obli. Schneid. d. §. qua-dam. num. 7.* aut pactum interceſſerit de evictione non præſtanda. *d. l. ſi familiæ. 14. h. tit.* vel ſciens rem evictioni obnoxiam. *l. ſi fratres. 7. inf. communia utr. iud. l. ſi fundum. 27. inf. de evict.* quo caſu nec precium debetur, *gl. & Dd. d. l. ſi fami-liæ. 14. h tit. Schneid. d. §. quadam. n. 18. & 19. Gaſpar. Gabelin in tractatu de evict. §. 5. num. 26.* aliter quam in venditione. *l. ex emto. 11. quæ in vulgatis eſt l. emtorem. §. ult. de act. emt.* aut niſi ex natura rei ſequatur, *l ſi fines inf de evict. Dd. d. l. ſi familiæ. Schneid. & alij. d. §. quadam.*

Adiacent † ſequeſtrationes bonorum & præcipuè fructuum. *Spec. ae ſecundo decreto. §. videndum. num. 2.* 56

inſtru-

inſtrumentorum, *l. 2. eod. Schurph. conſ. 50. verſic per tot. cent. 1.* ceſſiones actio-
num, *l. per diverſas. 22. inf. mand.* quæ
ſequuntur adiudicationes factas. *l. in
hoc iudicio. 27. l. 3. eod.* bonorum quæ
communi debentur collatio. *l ſi filia.
20. in pr. eod. l. 4. l. ſi filia. 18. h. tit. Ferr.
in for. huius libelli verbo. communiter. n.
9. Schn. & Dd. d. §. quadam.* ſervorum
quæſtio, *l. his conſequenter. 18. in pr. eod.*
noxæ deditio. *l. & puto. 16. §. ult. eod* cau-
tiones item multiplices, ut interpoſitæ
hoc nomine ſtipulationes, *l. 2. §. ult.
eod. l. licet. 23. h. tit.* de nominum & in-
ſtrumentorum diviſione. *d. l. 2. §. ult.
eod.* de præſtanda evictione ei, cui res
aſſignatur, *l. hæredes. 25. §. pen. & ult.
eod.* aut non præſtanda, *l. ſi familia. 14.
h. tit.* de inſtrumentis communibus ali-
quo collocandis, & cum opus erit exs
hibendis, *l. 4 l. 5. eod. l. ult. de fid instr.* de
uſufructu alternatim uſurpando, *l. &
puto. 16. eod.* ære alieno ſolvendo, vel
indemnitate hoc nomine præſtanda, *l.
filia. 20. §. Papinianus. 5. l. hæredes. 25. §.
an ea. 8. §. idem. 11. eod. l. un. §. cautione.
inf. de rei ux. act.* de re perdita vel abdu-
cta, ſi contingat eam recuperari divi-
denda, vel ei cui adiudicatur relinquē-
da, *l. item 21. § ult. eod.* Item diviſio
per defunctum facta, de cuius hæredi-
tate agitur, *l. filia. 6 l. ſi cogitatione. 21.
l. ult. h tit.* aut donatio quam judex ra-
tam habet, *l. filia. 18. h. tit* vel ab ipſis,
vel inter cohæredes conventa, *l. non iu
deo. 12. l. licet. 23. l. ſi diviſione. 15. l. co-
hæredis. 16. l. ſi familia. 14. l. filij. 16. h.
tit l fratres. 7. inf. communi divid l. hic
conſ. 48. §. idem. 2. l. filia. 20. §. ſi pater. 2.
l. ult. ff. eod.* aut aliæ pactiones, *d. l ſi fa-
milia. 14.* item intentio legitimæ, *Bald.
d. l. filia. in fi. h. tit.* Falcidiæ, *l. quoties,
16. h. tit.* Trebellianicæ, *d. l. filia. 16. ubi
gl. l. filium. 24. h. tit.* de qua *Cuiac. obſer.
8. c. 3. & lib. 13. cap. 33. l. jubemus. 6. inf.
ad SC. Trebell.*

Affines † ſunt omnis generis actio- 57
nes vel poſſeſſoriæ ſequeſtrationes & ſi-
milia. *Spec. de 2. decret. §. dicendum. nu.
6.* cuius nomine fiunt, *c. 2. verbo. poſtu-
lantibus ſibi reſtitui. de dol & contum. c.
cum ad ſcaem 15. de reſtit. ſpol. Panor. c.
1. num. 12 de ſequeſt. poſſ. Zabarell. Clem.
1 num. 4. de reſt. ſpol. Anch. conſ. 148.
num. 1.* de immiſſione in poſſeſſionem
ex edicto, *l. ult. inf. de edict. divi. Adr.
toll.* quod inter cohæredes dari oſten-
dit. *ibi gl. verbo. ex parte. Bart. quaſt. 2.
Ias num. 7 Meno. h. loco. num. 7:6. cum
mult ſeqq* item ſummariæ actiones, ut
officij judicis imploratio ad impetran-
dam diviſionem, *Fsb d. §. quadam. nu.
4. Inſt. de act,* ad inſtrumenta rectè col-
locanda. *l. 5. Inf. communia utr. ind.* ad
ſequeſtrationem impetrandam. *Clem.
1 verbo. per iudicem ſeqniſtretur de ſeq.
poſſeſſio.* vel relaxandam. *Bald l. ſi fide-
iuſſor. 7. §. ult. qui ſatisd. cog. & in l. ſi o-
lim. 10. quæ in Florent. eſt l. ſi quis. 9. §. La-
bius. 2. de dol m:l. Curt. l. un. num. 58.
inf. de prohib. ſequeſt. Spec. eod. num. 1.* I-
tem actiones petitorij judicij tam rea-
les, ut eſt rei vendicatio, *l. ſi diviſionem.
15. h. tit. l. cum putarem. 36. eod.* ex teſta-
mento. *l. unum. 67. §. ſi rem. 6. de lega. 2.
gl. verbo. proprium, l. computationi. 48. §.
ult. ad L. Falcid.* actio præiudi-
cialis de ſtatu & proximitate, quæ co-
hæredi eſſe negetur, *l. non epiſtolis. 13.
inf. de probat.* quam perſonales ut pro
ſocio, *l. 1. communi divid.* ex teſtamen-
to perſonalis, *d. l. unum. 67. § ſi rem.*
præſcriptis verbis, *l. his conſequenter.
18. §. ſed & cum. 2 l. ſi filia. 20. §. ſi pater.
3. eod.*

3 eod. l. ſi familia 14. h. tit l. diviſiones. 45. de pact. & in factum actio *glo. verbo ex literis. l. 2. h. tit. per l. 2. in princ. verſ. ſi tamen de dote prælegata* condictio *d. l. cum putarem. 36. eod.* ex ſtipulatu quoties intervenit, *l licet 23. h tit. d. l. diviſiones 45. de pact. l. 2. §. ult. ff. eod.* negociorũ geſtorum *l. filia. 18. l. in familia. 20. h. tit.* quam licet neget hæredi competere, *l hæredes. 25. §. non tantum 13. eod.* tamen hoc accipiendum quoties iudicium familiæ erciſcundæ imminet & præſtatur. cui ut majori & univerſali minor actio prævertere nõ debet, *l per minorem. 54. de iudic.* Alias enim rectè illi datur, *l. ſive hæreditaria. 22. de nego. geſt. l. 3. ſup. eod. tit. Molinæus tract. dividui & individ part. 2. num. 181.* quemadmodum & actio mandati, *d. l. in familia 20. h. tit* item actio *ex l. 2. inf. de reſcind. vend. gl. & Dd l. 3. inf. communia utr. iud. Schurff. conſ. 28. per tot. centur. 1.*

Denique actiones miſtæ, ut potiſſimum communi dividundo, *l. ſi filia 20. § familia 4. & §. ult. l fundus. 30. l. inter. 44 in prin & §. 1. l. in judicio. 47. cum l. ſeq eod glo. & Dd. l. 1. l. in familia 20. h. tit. l ſi quis. 6. §. ſive. 1. commune divid.* finium regundorum, *l. ſi familia 48. l. pen. eod* petitio hæreditatis *l. in familia 20. h tit. l. inter 44. §. 2 ubi gl. verbo ſcire, l. 1. l. ſi fundus 51. §. ult. eod. Iaſ. nu. 46. Schneid. num. 10. & Doctores. d. §. quadam. I. de act.* Aquilia *l. & puto. 16. § pen. eod* nec modo hæ pœnales, ſed etiam aliæ criminales, ut actio furti. *l. & puto. 16. §. ult. eod.* expilatæ hæreditatis, *l. 3. h. tit.*

58 Contraria † eſt exceptio, tu non es hæres, *l. 1. eod. l. ſi quis. 7. de petit. hæred.* quam præpoſterationis vocat *Schneid. d. §. quadam. num. 7.* quia præpoſterè hoc eſt ordine inverſo agit hac actione qui negatur hæres eſſe: debet enim potius hæreditatis petitionem intendere, *l. 1. eod.* ea tamen exceptio non obſtat poſſidenti, quo minus lis hæc ſit ſuſcipienda, *d. l. 1. eod. Iaſ. §. quadam. nu. 46. I. de act.* nam de utroq; tum cognoſcitur, quia præſumtio eſt pro poſſidente donec contra probetur, *l. ult. ſup. de rei vend. l. 13. inf. de probat.* nec tum petitio hæreditatis ſimul mota intelligitur, cum tantummodo per modum exceptionis ea inducatur, *l. 3. ſup. de judic. l. Lucius 21. qui not. infam.* quemadmodum & cum poſt litem conteſtatam hæc exceptio objicitur, *gl. l 2 verbo reſtitui. inf. communi divid. Iaſ. nu. 81. §. ſi quis in fraudem. & num. 46. d. §. quadam. I. de act.*

Cæterum quod Faber *nu 8.* ibidem vult eam exceptionem non proponi ad finem peremtoriæ, ſed ad repellendum ab actione agentem. Itaque initio proponendam eſſe, *l. 1. eod.* alioqui videri renunciatum, *l. ſi maritus. 15. §. præſumtionis. 4. de adulter. l. ult. inf. de annali except. l. ſed etſi 52. de iudic.* id non convenit cum natura exceptionum peremtoriarum, quæ regulariter poſt litem demum conteſtatam, aut in ipſa proponuntur, *l. præſumptionum. 8. l. ſiquidem. 9 inf de except. l. 2. inf. ſententiam reſcindi non poſſ.* neque congruit, *l. qui familia. 37. eod.* ubi nec agens quidem hac actione fatetur eo ſolo adverſarium cohæredem, multo ergo minus reus omiſſa eiuſmodi exceptione judicium ſuſcipiens *Hotoman. lib. 4. obſerv. cap. 1. argumento, l. non debet, 42. de R. I.*

Vno ſane caſu fateor impedire litis ingreſſum, quanquam ſcilicet initio ad impe-

impediendũ proponitur adverſus eum qui poſſidet *d. l. 1. Fab. num 8. d. §. quædam. Blancus de comprom. ſ. part. 4. c. de excep. tomb. impedientibus ingreſ. litis. num. 4* Quod tamen accipiendum ſi ſtatim & in continenti probari poſsit, *Fab. d. §. quædam. num . ex communi doctrina in c. 1. de lit. conteſt. in 6. Bart. l. ult. num. 3. pro ſoc.* Contraria etiam eſt exceptio tituli ſpecialis, ex quo poſſideatur, *l. 4. l. hæredes. 25. § quod pro emtore. 5. ubi Bar. l. ſi quis l. 45. eod.* item quod res non ſit hæreditaria, *d. l. ſi quid.* vel quod ſemel diviſa, *l. l. quoties. 10. l. 4. l. 6. l. ult. h. tit. l. & hæredes 25. eod.* etiam judicio pendente, *l. ult. eod.* quod tamen non obſtat in nec diviſis, *l. 1. h. tit.* niſi aliquatenus in judiciali, *l. cum putarem. 6. cod.* ut nec difficultas diviſionis, *l. ſi familia. 51. eod.* Contraria etiam exceptio rei judicatæ, *l. 1. h. tit. d. l. cum putarem,* & tranſactionis, *l. h. tit. l. cauſas. 16. ſup. de tranſact.* niſi notoria arguatur injuſticia *Schurff conſil. 26. in fin. cent. 1.* aut nullitas, *l. in hoc. 17. eod.* item exceptio præſcriptionis, *l. 1. § nemo. inf. de annal. except.* quæ an diviſioni & quatenus obſtet, poſt videbimus.

TITULUS XXXVII.

Communi dividundo.

1. *Continuatio, & hujus tituli partitio.*
2. *Res communis an & quatenus dici poſſit propria.*
3. *Commune quod?*
4. *Communionis propria.*
   Communio eſt juris naturalis & num. 9. ac ſui natura dividua.
5. *Conſortes in re communi habent vel partes æquales, vel inæquales, intellectu juris ſecretas pro quota ſuæ partis fructus quoque utilitatesque ex re communi provenientes inter ſe partiuntur. & num. 21.*
6. *Communionis ſpecies à cauſa efficiente, item à materia num. 7. à forma num 8.*
8. *Communio poteſt vel ad certum tempus, vel in perpetuum. hoc eſt, uſque dum vivunt conſortes, non autem in æternum contrahi: & num 59.*
9. *Communionis cauſa efficiens remota, & propinqua, item materia num. 12. forma num. 1 . finis num 20*
   Communio unde tranſeatur, & an tempore obſidionis, ac famis in civitate, ſicut tempore tempeſtatis in navi, annona fiat communis.
10. *Communio inter quos eſſe poſsit, & inter quos non num. 11.*
   Inter conjunctos facilius communio, quam inter extraneos, præſumitur ex poſſeſſione pro indiviſo & nu. 18.
   Communio non niſi inter volentes, non autem invitos durat, quod tamen in quibuſdam fallit
   Prohibitus alienare non prohibetur alienare intra familiam
12. *Quæ res in communionem venire poſſint, ubi reprehenditur Cuiac. qui regalia communionem recipere negat.*
13. *Imperium, ac jura majeſtatis communionem effugiunt.*
14. *Facta omnium bonorum communione in eandem non veniunt feuda, niſi expreſſè hoc actum fuerit.*
15. *Pecunia ex re communi redacta, non eſt communis, ſicut nec id, quod unus de conſortibus ſua induſtria acquiſivit, aut ei aliunde obvenit, quod tamen ibid. limitatur.*
16. *Rerum ſcelere quæſitarum, & delictorum nulla eſt communio.*
   Socius eſt, qui luſu aleæ, aut alio quovis flagitio perde-

perdidit, non de communibus, ſed de proprijs bonis perdit.

17. *Res pro indiviſo, non pro diviſo inter conſortes debent eſſe communes, alioqui nulla eſt inter ipſos communio.*

18. *Communio aut eiuſdem diſſolutio non præſumitur, ſed eſt probanda num. 47.*

19. *Communio qualiter probetur.*

20. *Communio cur contrahatur.*

Re communi ad alium finem, quam ad quem deſtinata eſt, invito ſocio uti non licet, bene tamen ad finem deſtinatum. & num. 21.

21. *Communio inter conſortes commoda & incommoda rei communis facit communia, ubi referuntur varia rei communis commoda, ac incommoda. n. 22 ac quid conſortibus in re communi liceat, exponitur.*

22. *Nemo invitus in communione manere cogitur propter incommoda, quæ ſecum trahit. & num. 12.*

23 *Communionis adjacentia.*

24 *Eiuſdem affinia.*

25. *Contraria, quæ communionem vel inire impediunt, vel contractam diſſolvunt, ubi etiam docetur, an conſors contra conſortem rem communem poſſit præſcribere, & num. 21. circa princ. & num. 60.*

26. *Dividere, ac diviſio quid, ubi ſimul de diviſionis proprijs.*

Diviſio quatenus ſit contractus, vel diſtractus

Diviſio quatenus ſit ad inſtar tranſactionis, & num. 49 aut permutationis, aut emtionis. & num. 49 & 51.

Contractus in dubio potius præſumitur eſſe innominatus, quam nominatus.

Contractus innominati regulatur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilantur.

27. *Diviſionis partes, ac quid illæ inter ſe differant.*

28. *Eiuſdem ſpecies à cauſa efficiente, item à materia nu. 29. à forma num. 30. fine & effectu nu. 31.*

32. *Diviſionis cauſa efficiens remota & proxima, n. 33. impulſiva n. 34 materia, nu. 36, forma num. 37. finis, num. 38.*

32. *Iudex conſortes nonnunquam invitos ad diviſionem poteſt compellere.*

35. *Diviſio inter quos cadat.*

36. *Quæ res recipiant diviſionem. ubi docetur quatenus vectigalia, Feuda, regalia, territoria, jura vaſſallorũ, & ſervitutes dividi queant.*

Feuda à teſtatore uni ex ſucceſſoribus aſſignari nequeunt, bene tamen ſucceſſores inter ſe hoc facere poſſunt.

37. *Diviſio rerum communiũ à quibus, & qualiter fieri debeat, ubi referuntur varij dividendi modi, quos judicem pro diverſitate circumſtantiarum ſectari oportet, ſi res æqualem diviſionem non recipiunt, num. 38.*

39. *Ad diviſionem an ſcriptura neceſſaria?*

40. *Si nihil inter conſortes de modo dividendi eſt conventum, tacite hoc videtur eſſe actum, ut diviſio ſecundum leges fiat.*

41. *Si forma dividendi alterius, aut partium arbitrio eſt commiſſa, intelligitur hoc eſſe actum, ut diviſio boni viri arbitrio fiat.*

42. *An idem juris ſit, ſi diviſio commiſſa eſt voluntati partium, an ſcilicet & tunc boni viri arbitrio res dividenda committatur.*

43. *Diviſio ubi, quando num. 44. ac quoties inſtituenda num. 45.*

46. *Diviſio in quanto tempore præſcribatur.*

47. *Diviſio quomodo facta eſſe probetur.*

Inter fratres, aut conjunctos diviſio, non facilè præſumitur, quod tamen ibid. limitatur.

48. *Diviſio rerum communium cur permiſſa.*

49. *Diviſionis factæ effectus, ubi docetur quod diviſio ſemel facta debeat eſſe rata, nec pœnitentia revocari: & num. 61.*

50. *Diviſio an rumpat ſimultaneam inveſtituram.*

51. *Diviſio obligat ad evictionem.*

52. *Diviſio eſt quædam alienatio, & an, ac quatenus alienatione prohibita cenſeatur, prohibita diviſio.*

53. *Diviſio nullos tenet, aut obligat, niſi eos, inter quos eſt facta.*

54. *Diviſionis adjacentia & affinia num 55.*

56. *Diviſionis contraria, quæ eandem fieri impediunt, factamq; diſſolvunt, & num. 57. & ſeqq.*

Erronea diviſio poteſt revocari.

Adverſus diviſionem inæqualem minoribus ſuccurritur reſtitutione in integrum, ubi diſceptatur, an & quatenus majoribus quoque eadem detur.

57. *Doloſa, fraudulenta, & notoriè injuſta diviſio nullius eſt momenti, & quid fraudis verbo hic intelligatur.*

59. *Pactum de nunquam diſſolvenda communione an valeat.*

61. *Intellectus* l. inter 8. C. commun. utriuſque iud c.

62. *Actio communi dividundo quid? & cur eadem appelletur arbitrium.*

63. *Ejuſdem propria, ubi declaratur, quatenus hæc actio ſit vel perſonalis vel realis.*

64. *Actio communi dividundo eſt vel directa, vel util , & quibus utraq; competat.*

65. *Actionis huius partes, ſeu qualiter actor in ea libellum formare, quidq; in ea petere debeat.*

66. *Actionis communi dividundo cauſa efficiens remota & propinqua, item impulſiva nu 67. materia num 75. forma num. 76. finis, num. 83.*

Actio communi dividundo ut detur neceſſe eſt inter actorem, & reum juſtam eſſe communionem, non quidem ex ſocietate conventionali, ſed incidente ortam, quod tamen ibid. limitatur

67. *Unus de conſortibus an reliquis invitis ad diviſionem provocare poſſit.*

68. *Actio hæc quibus competat, ſeu inter quos locum habeat & n. 72. 73.*

69. *Litigatores an in hac actione poſſidere oporteat.*

70. *Eccleſiæ, vel eius adminiſtratoribus an detur hæc actio.*

71. *Eadem an competat Canonico contra alium Canonicum nomine præbendæ.*

72. *Actio communi dividundo quatenus detur inter eos, qui rem aliquam communem vel vi, vel clàm, vel precario poſſident.*

74. *Actio hæc pro quibus rebus detur.*

75. *Ad quid hæc actio competat, ſeu quæ res in eam veniant.*

76. *Forma libellandi in hac actione.*

77. *Actor in libello non tenetur exprimere cauſam, ex qua res inter ſe & Reum conventum ſit communis, ſed tamen rem, quam decidi petit certò deſignare debet.*

78. *Iudicium communi dividundo ubi, ſeu coram quo judice, quando nu. 79. ac quoties nu. 80. intentandum.*

81. *Actio hæc quamdiu duret.*

82. *Cui in hoc judicio incumbat probatio, ac quid in eo probandum.*

84. *Effectus ſeu eventus huius actionis.*

85. *Actionis huius adjacentia, & remedia, affinia n 86. item contraria num. 87.*

PRoxima ſuperiori † eſt communi dividundo actio *l. ſi filia. 20. § familiæ. 4. fam. erciſc.* ut enim illa univerſitas: ſic hæc res ſingulares, vel univerſitatis ex alia cauſa, quam hæreditaria, communes dividi petuntur, *l. 1. l. 4. eod.* Prius nomine communi, ſignificat materiam & ſubiectum huius actionis: alterum dividundo, finem & effectum, de quorum utroque ante videndum, quam ad actionis explicationem veniamus. 1

Commune opponitur proprio † *l. legatis 5. verſ. non ipſius*, proprij ſed communis. *de leg. 2. l. ſi quis. 74. vers. ipſius non communis. l. cum duobus. 52. §. cum duo. 4. pro ſoc. §. 1. 2. I. de rer. diviſ. c. ult. de verb. ſignif. c. nulli. § 1. 2. quæſt. 1. c. ſicut. 47. diſtinct.* unde nec propriè proprium eſt, quod eſt commune, *Dec. conſ. 283. nu. 4.* reſpectu tamen partis, quam quiſq; in re communi, & potiſsimũ uſus, ac diſpoſitionis propria quoq; dicitur, *l. 5. § cum fundus. 2. ubi Iaſ. poſt Bart. nu. 2. & 3. Alciat. nu. 4 & Dd. communiter de leg. 1. l pupillus. 229 §. ult. ubi idem Alc. verbo ſuum. de verb. ſignif. l. pen. inf. de condit. inf. Bald. l. 1. in princ inſ. qui teſtamen fac poſſ. tob. Anton. in rubr. ſol. matr. num. 16. nu. 18. cum ſeqq.* maximè quando pro indiviſo poſſidetur, 2

l. Pomo

l. Pomponius. 8 de rei vend. Cardin. Zabar. Clem. 1. terra. quæſt. 5. de præſcr gl. Dec. Cign. & Dd. l. quod noſtrum. de R. Iur. Corn. conſ. 134. num. 13. vol. 1. & potiſſimum in individuis l. communis. 23. de in jus voc. l. illud. 46. de rit. nupt. Alciat. d. §. cum fundus. num. 56. & in d. l pupillus. in fin. num. 58. cum ſeq. de verb. ſign.

3 Eſt enim † id commune quod ad plures pertinet, d. l. illud. 46. de rit. nupt. vel quo ad uſum. l legatis. 35 de leg. 2. l. veſtis. 23. § ult. verſ. communia. de aur. & arg. leg. vel quo ad proprietatem, l. magis. 5. § ult. de reb. eor. qui l. 2. ff. eod ſic tamen commune non dicitur, nec hic definitur, quod commune eſt jure naturæ, de quo titulus Digeſtorū & Inſt. de rer. diviſ. aut jure publico univerſitatis, l. 1. quod cuiusq; univerſit. quia propria ſingulorum eiusmodi non ſunt, de quibus hic agimus, ut rectè Corn. conſ. 213. num. 2. vol. 4. eiusmodi enim potius ad publicum pertinent. Aliud autem commune loci, aliud homines loci, ut inquit, Alex. conſ. 47. in cauſa n. 10. vol. 6. Commune autem hic accipimus quod pro indiviſo commune eſt, l. 3. inf de communium. rer. alien. l. cohæredibus. 17. verſ. pro indiviſo. 5. tit. 1. l 1. l. magis. 5. §. ult. de rebus. eor. l. ſi is cui 94. in pr. de ſolut. l pro regione. 8 l. ſi fratres. 7 inf. communia utr. ind Alex. conſ. 83 num. 15. vol. 6. in quo partes habentur intellectu magis quam corpore, l. 1. de ſtipul. ſervor. ſeu ut alibi dicitur, non diviſione corporum, ſed juris intellectu, l ſi is cui. 94. de ſolut. recte. 25. de verb. ſignif l. Pomponius. 8. de rei vendic. l pen. pro ſoc. Nam quod pro diviſo commune eſt, nō pars, ſed totum cuiusque eſt, d l. rectè. 25. in fin de verb. ſign l. Mevius. 66. de legat. 2. d. l. 5. §. ult. de reb. eor. Alex. conſ. 83. num. 15. vol. 6. Et hoc † quidem ad propria referri poteſt, 4
ſicut & illud quod communio juris eſſe dicuntur, l. ſi cum duorum. 32. verſ. communio juris eſſe de ſtipul. ſervor. l. arbor. 19. §. ſi per eundem. 2. verſ. quæ communio juris. ff. eod. & origine quidem naturalis. c. jus naturale, diſt. 1. §. 1. & 2. Inſt. de rer. diviſ. Ea tamen non eſt perpetua, ſed temporalis, l. ult. ubi Dd. hoc tit. l. 7. § pen. ff. eod. Unde omne commune natura dividuum appellare poſſumus, Iaſ. & Dd in l ſi non ſortem. 36. §. ſi centum. 4. num. 5. de condict. ind. & Dd. d. l. ult. h. tit. & l. 2. quand. & quib. quarta pars. lib. 10.

Partem † in communione ſeu re 5
communi quisque conſortium habet ſuam. l. 1. h tit. verſ. portionem prædij ad ſe pertinentem, juris intellectu ſecretam, l. Mevio. 41. §. 1. de legat. 2. d l ſi is cui de ſolut. ſive æqualem. L. Pomponius. 8. verſ. ſi ex æquis partibus de rei vend. ſive inæqualem, ſecundum quam non modo ipſa corpora, ſed etiam fructus, & utilitates percipiuntur & dividuntur, Craveti. conſ. 40 num. 3.

Communio autem † à cauſa effici- 6
ente quædam eſt naturalis jure naturæ, l. 2. de rer. diviſ. §. quædam. Inſt. eod c jus naturale. diſt. 1. l. parietem. 8. de ſervit. urb. præd. quædam civilis jure civitatis, univerſitatis, § univerſitatis. Inſt. de rer. diviſ Corn conſ. 113. num 31. vol. 2. quædam civilis quidem, ſed privata, hæc vero eſt voluntaria (ut contractus, l 1. h. tit. l ſi fratres. 51. quæ in Florent. eſt l. cum duobus 52.) §. idem Papinianus. 6. ff. pro ſoc. vel neceſſaria l. 1. 2. eod. §. cum duorum. Inſt. de rer. diviſ. c ſicut 46. 47. diſt c. dilectiſſimi. 12. quæſt. 1. l. 2. §. 2. & 3. ad l. Rhod. de iactu.

7 A materia † quædam communio eſt univerſalis omnium bonorum. *l. 4. inf. communia utr. iud. l. 1. 3. l. 5. pro ſoc.* eiusmodi eſt ſocietas univerſalis. *Corn. conſ. 182 num. 12. vol. 1.* vel certæ univerſitatis, puta hæreditatis, *d. l. cum duobus. 52. §. 4. verſ. Papinianus. pro ſoc.* vel ſpecialis rei certæ aut ſingularis, *d. §. cũ duorum Inſt. de rer. diviſ. l. 5. pro ſoc.* A

8 forma † quædam communio eſt temporalis ad certum tempus conſtituta, *l. in hoc iudicium. 14. § ſi conveniat. 2. eod. l. 4 de condit. inſtit. Iaſ. num. 4. in l. ſi non ſortem. 36. §. ſi centum. 4. de condict. ind.* vel expreſſum. *d. l. 4. de condit. inſtit. d. §. pen. verſ. intra certum tempus.* vel ſi expreſſum non ſit arbitraria, *l. ult. ubi Dd. h. t.* Alia eſt perpetua, id eſt, ad vitam conſortium, *l. 1. pro ſoc. Iaſ. d. l. ſi non ſortem. 36 §. ſi centum. 4. nu. 8. de condict. ind.* Alia eſt æterna quæ improbatur, *l. nulla. 70. pro ſoc. d. §. ſi convenit. Bald. tract. de præſcript. part. 4. in pr. quaſt. 13. num. 5.*

9 Cauſa communionis † prima eſt natura, *c. ius naturale. verſ. communis omnium diſt. 1. c. 1. 2. diſt. 8. l. 2. de rer. diviſ. §. 1. Inſt. eod.* naturalis ratio, ut dicitur *l. parietem. 8. de ſer. urb. præd. de qua Fortunius l. 1. §. ius natural. n. 36. 37. de iuſt. & iur.* proxima autem voluntas conſortium, *l. adeo. 7. §. voluntas. 8. de acquir. rer. dom. l. 1. 2. 3. d. l. cũ duobus. 52. §. idem Papinianus. 8. & §. idem 9 pro ſoc. §. ſi duorũ. Inſt. de rer. diviſ. l. 2. l. in hoc iudicium. 14. §. ſi duorum. verſ. ſi nõ voluntate dominorum. l. arbor. 19. eod.* quemadmodum & tempore obſidionis, ac famis in civitate, tempeſtatis in navi annona fit communis, *l. 2. §. cum in eadem verſ. iidem in fin. ubi Bartol. ad L. Rhod. de iact.* Hæc tamen neceſſitas nõnunquã a voluntate fiunt, aut unius, qui pluribus rẽ unam legat, *l. 2. eod.* vel donat, *Alex. conſ. 16 n. 4 vol. 6.* aut diviſionem hæredibus, vel legatarijs ad tempus prohibet, *d. l. 4. de condit. Inſt.* vel plurium, ut cum ſimul rẽ eandem plures emunt, *l. 1. l. 3. h. tit.* vel nuptijs coniungantur, *l. 1. de rit. nupt. Saxo. lib. 1. art. 31.* vel cum hæreditatem unam plures adeunt, *l. hæredes. 25. §. non tantũ. 16. fam. erciſc. §. hæredes cum ſeq. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contr.* Ex poſſeſſione quoque exiſtit quædam inter vicinos communio neceſſaria, ut in pariete intermedio, *l. ſi parietem. 8 de ſervit. urb. præd.* item in puteo, canali, cloaca, ac ſimilibus, *Cravet. conſ. 18. num. 8. vol. 1. per l. arbor. 19. eod.* Item in confinijs, in agris, & omnibus quæ in ijs naſcuntur, *l. adeo. 7. in fi. cum l. ſeq. de acquir. rer. dom. §. ſi Titius. 26. verſ. & ideo prope confinium. 19. Inſt. de rer. diviſ. l. arbor. 19. eod.*

Cum autem † communio ſit facultatis naturalis, *§. 2. Inſt. de rer. diviſ. cum ſimil.* inter omnes eſſe poteſt, qui communicare non prohibentur, parentes & liberos *l. in ſuis. 11. ubi Iaſ. & Dd. de lib. & poſth. Saxo lib. 1. art. 11.* virum & uxorem *l. 1. de rit. nupt. l. 4. inf. de expil. hæred. c. admonere. 33. quaſt. 2. l. ſi exigere. 65. de iudic. l. de iure. 37. in fi. ad municip.* fratres. *l. ſi fratres. 7. inf. tit. 1. l. 3. h. tit. Saxo. art. 12 lib. 1. latè Bart. & Pet. de Ubald. in tract. de duob. fratrib. Bald. de ſociet. parte 6. Iaſ. c. l. ult. nu. 4. 5. & 6. inf. de collat.* aut alios coniunctos *l. ſi patruus. 4. inf. tit. 1.* quos inter facilius communio præſumitur, quam extraneos. *Ferr. in f. r. act. diviſ. verbo. communiter num. 5. Alex. conſ. 10. viſo. num. 3. vol. 6.* ex ſola ſcilicet † poſſeſſione, per quam alio- 10 11
qui non inducitur communio, ne quidem

dem illius temporis; quod ad præſcriptionem ſufficeret. *Cyn Bald Sal. in l. 1. §. ad hac. inf. de annali except. Bald. de præſcript. part. 4. partis. 4. prin. in pr. quæſt. 13. in pr. & nu 5.* Ita Bald. diſtinguens *in l. certum. 13. num. 7. ſup. tit. 1.* Quanquam inter alios alioqui conſtare communio poſſit maiores. *l. 4. h. tit. l. 3. inf. tit. 1.* minores, *d. l. 2.* vel inter ſe, *l. ſi pupillorum. 7. de reb. cor.* vel cum maiori, *l. 1. in pr. verſ. ſi communis. de rebus cor.* etiam cum ſervo, *l. ſi ſ'rvus. 18 l. ſi ia quod. 58. §. ult. pro ſoc.* quos inter volentes communio durat, non inter invitos *l. ul. h. tit. l. an'ep. in fi. eod.* quare nec mei ſocij ſocius efficitur mihi invito ſocius. *l. cũ admittitur. 19. cũ ſeq. pro ſoc. Alciat l. Modeſtinus. 105. de verb. ſign. Pet. de Vbald. de duob. fratrib. part 12. n. 30.* præterquam inter minores, *Bald & Dd. l. ſi convenerit. 14. pro ſoc. per l. 1. verbo ſi communem, de reb. cor.* & alios, qui vel individua poſſident, *l. 4 inf. de relig. c. 1. § præterea ducatus. de prohib. feu. alie. Curt. de feud. part. 4 num. 122.* vel alienare prohibentur, ideoque dividere, *Corn conſ. 252. num. 1. vol. 1. Cravet. conſ. 264. num. 6 & 8. Ias. l. ult. num. 114. inf. de iur. Emph. per d. l. 1. verſ. ſi cõmunem. de reb. cor.* non tamen extra familiam. *d. § præterea ducatus. in fi. de prohi. feud. alien. per l. 4. ubi Ias. & Dd. inf. de fideicom. & Ias d. l. ult. num. 115 inf. de jur Emph. Curt. de feud part. 4. num. 125.* quia nec alienatio eatenus prohibetur rei alias alienare prohibitæ. *d. l. 2. §. inf. de fideic* cum potius anticipatio ſit ſucceſſionis, & redintegratio, ac conſolidatio rei per plures intellectu juris diviſæ quam tertius juris alienatio, *Bald. & Dd. § ducatus. 1. col. in inveſt. verbo. Marchio. n. 7. Corn. conſ. 24. nu. 12. vol. 2. Soci. conſ. 13. viſis. num 5. vol 2. Curt. de feud. part. 4. nu. 124.* Communionem porro 11 † cum infidelibus *ἑτεροζυγοῖς* prohibet ſcriptura. *2. Corint 6. verſ 14. Deuter. cap. 2. Exod. 34.* quam etiam leges noſtræ ſequuntur, *l. pen. verb. nemini hæretico. ſup. de hæretic. l. 3. ſup. de apoſt. l. 5. ſup. de jud.* eademque cauſa eſt hoſtium, *l. 1. 2. inf quæ res export. l. 2. inf. de commerc. & mercat.* maximè religionis noſtræ, *c. ita 6. de iud & Sarac.* & potiſſimum tempore belli *c. quod olim 12. de Iud.* eademq; etiam eſt ratio proſcriptorum, bannitorum, ac ſimilium. *§. receptatoribus. ubi gl. & Dd. de pac. ten. inter ſubdit.* ut excommunicatorum, *c. quod in dubiis. 10 & c. ſeq de ſent. excom. ubi Hoſtiens. in ſumma. num. 15. cap. quæ ſit pœna participantium excommunicatis*, & latronum quos inter licet communio de facto eſſe poſſit, *l. ult. ubi Sal. inf. de accuſat. Hypp. conſ. 22. num 18. vol. 2.* nulla tamen juris eſt, *d. l. ſi fra res 53. ſeu ut eſt in Flor. l. cum duobus. 52. § ult. cum ll ſeqq. pro ſoc.*

Materia † communionis ſunt res 12 omnes tam corporales *l. 1. 4 verbo. corporalium l. communis. 24. & paſſ. eod.* quam incorporales, *l. arbor. 19 §. 2. verſ. communio iuris. eod. tot. tit ſup. & ff fam. erciſc.* etiam feuda, *c. 1. ubi Bald. & Alvar de eo qui fin. fecit. c. 1. §. præterea. quib. mod. feud. amitt. c. 1. de duob. fra rib. gl. 1. latina. art. 12. lib. 1* Unde Cujac. *lib. 2. tit. 12. de feud* non recte excipit regalia. Quanquam enim jure noſtro individua ſunt, *d. §. præterea ducatus de prohib feud. alie per Feder.* non ideo tamen minus communia pluribus eſſe poſſunt, *Curt. de feud. part 4. n. 122. cum ſeq. Bald. l. ſi plures. num. 4. inf. de condit. inſert.*

ut-

ut aliæ res individuæ, puta familiæ, conjugia, aſcriptitij. *l. potiſſimum.* 11. *inf. communia utr. jud. l. litibus. ubi Bart. inf. de agr. & cens lib.* 11. ſervus communis *l. communis.* 24. *eod. cum ll. ſeqq.* bona vectigalia, *l. communi.* 7. *ff. eod.*

13 Regnum tamen, † ut ſummum omnium regalium velut caput item imperium, communionem non recipit, impatiens conſortij eſt, *c. licet. de voto. l. ult. ubi Bart. & Dd. de rer. diviſ. Curt. d. part. 4. num.* 122. *Franciſc. Aret. l. ex duobus.* 34. *in primo notab. in pr. de vulg. & pupill. Bal. l. ſi plures.* 6. *n.* 7. *inf. de cond. inſert. & eleganter in Auth. hoc amplius. num.* 8. *inf. de fideicom. Paris. de put. in tract. Syndic. c. de exceſſibus. regum &*
14 *de officio ſyndicatus.* In univerſalem † bonorum communionem feuda, & ſimilia non veniunt, niſi ſit actum. *c.* 2. *de duob. fratr. c. generali ſi de feud. inter dom. & agn. cap.* 1. *de capit. qui cur. vend. copioſe Tiraq de retr. proxim.* § 1 *gl.* 3. *nu.* 3. *& ſeq* licet contra diſputet *Cuiac. lib.* 2. *de feud. cap* 12.

15 Nec pecunia † redacta ex re communi eſt communis, *l. qui vas.* 48. §. *ult. de furt. Alex. conſ.* 26. *viſo. num.* 3. *&* 4. *vol.* 6. vel aliud propria induſtria quæſitum, *Ferrar. in for. libel. pro heredit. vel re ſingul. divid. verbo. communiter. nu.* 7. *gl latina. ſub litera. C. art.* 12. *lib.* 1. Landrecht. aut aliunde obveniens, quæ ex re communi, *l. cum duobus.* 52. §. *Papinianus* 6. *l. ſocium.* 60. §. *ult. pro ſoc.* ut donata, *Alex. conſ.* 16. *num.* 3 *verb. l.* 6. emtum, *l.* 4. *inf. communia. utr. iud.* Hæc tamen in univerſalem ſocietatem conferre, & redigere quærens cogitur, etiamſi per ſe communia non ſint, *l. ſi quis.* 74. *pro ſoc.* ſed & in dubio de re communi præſumitur quæſitum, *gl. latina. verbo. aut alii habent. d. art.* 12. *lib.* 1. ſicut & mulier de bonis mariti, quæ communiter poſſidet, quæſiviſſe intelligitur, *l. quibus.* 52. *de donat. int. vir. & ux l.* 2. *ubi Bal. num.* 2. *inf. ne ux. pro marito. late Covar. cap* 1. *num.* 8. *&* 9. *de teſtam.*

Rerum † ſcelere quæſitarum nulla eſt communio, *l. quod autem.* 53. *cũ ſeq. pro ſocio l. ſi igitur* 55 *pro ſoc.* ut nec inhoneſtarum, *l. nec prætermittendum* 57. *pro ſoc. l un. inf. de monopol. ubi Dd* ſicut nec maleficiorum, *d. l. nec prætermittendum*, quia delictorum turpis & fœda eſt communio, *ut dicitur l. quod autem.* 53. *pro ſoc.* ideoque nulla, *l. ſi à reo.* 7 *de fideiuſſ.* ex ratione *l generaliter.* 26 *ubi Dd. de verb. oblig.* Quamobrem & è contrario, quæ alea, vel alio flagitio amittuntur ex communione, ea nõ in hãc, ſed ipſi amittenti imputantur, *d. art.* 12. *in fi. lib.* 1. Landrecht. 16

Forma † inducendæ communionis eſt cauſis effectricibus implicata, *d.* §. *ſi voluntate. Inſt. de rer. diviſ l. adeo.* 7. §. *voluntas.* 6. *de acquir. rer. dom l.* 2. *eod.* uſurpandæ effectibus. *l. Salinus.* 28. *eod.* finiendæ contrarijs, *l ult. h. tit.* Debet autem pro indiviſo res eſſe communis, *d. l.* 5. *in fi. de reb. cr.* nec enim formã communionis habet, cum verbi gratia alterius eſt proprietas, alterius uſusfructus, quia utriusque jus ſeparatum eſt, *l. ſed ſi.* 6. *de reb. cr.* nam hic quædam eſt naturalis poſſeſſio, *l. naturaliter.* 12. *de acquir. poſſ.* à proprietate ſeparata, *d. l. naturaliter.* 12. §. 1. atque ita in ſimilibus. 17

Eſſe autem † inductam communionem probandum eſt, *Bald. conſ.* 396. *caſus. num.* 2. *&* 4. *vol.* 1. *Ferr. in for. act. diviſ. verbo. communiter. nu.* 4. *&* 5. ſicut & contra diremtã eſſe, *l* 4. *h. tit.* utrumque 18

que enim facti eſt quod demonſtrationis indiget, *l. aſſeveratio. 10. inf. de non num. pec. l. ſi vel 1. inf. de probat.* Unde ſicut res, quæ fuit initio ſeparatim poſſeſſa, non præſumitur communis, niſi probetur: ita contra quæ antea communis fuit, nec diviſa præſumitur, *l. pen. h. tit. Bald. d. conſ. 306. vol. 1.* & ut diutina poſſeſſio pro diviſo arguit præceſsiſſe diviſionem, *gl. l. pen. verbo ſi. maior. h. tit.* ſic contra poſſeſſio pro indiviſo indicat præſumtivè communionem, *Bald. l. certum. 13 nu. 7 ſup. fam. erciſc.* ut inter fratres, & propinquos *Ferra. in for. act. diviſ. verbo communiter. num. 5. Alex. conſ 16. viſo. num. 3. vol. 6.* Nam qui actus ſunt diſſociativi, eorum contrarij ſunt ſociativi, & vice verſa, ut loquuntur *Bald. conſ. 452. duo fratres. nu. 3. vol 3.*

19 Probatio igitur † hæc impletur vel teſtibus, vel inſtrumẽtis vel præſumtionibus, *l. penul. h. tit. l. non ideo. 12. ubi Bald. & Doctores. ſup. fam. erciſc. l. 1. ſup ſi min. ſe maio. dix.* De confeſsione dicere non eſt opus, nam cum ea ab adverſario habetur, probatione non eſt opus, *l. 3. & paſſ. de interrog. act. Hippol. de probat num 70. cum ſeq.*

20 Finis † communionis eſt idem, qui dominij, nempè ut liceat re communi pro ſua portione uti frui, *d. c. ius. verſ. communis rei poſſeſſio. diſtinct. 1.* etiam invito ſocio ad eũ modum, & finem, quo res eſt deſtinata, ſeu ordinata, *Corn. conſ. 184. num. 4. vol. 1.* ut trabem immittere in parietem communem, *l. cum duobus, 52. §. item. Mela. 13. pro ſoc. l. fiſtulam. 19. de ſer. urb. præd.* incruſtare pingere eundem à ſua parte, ſic tamẽ ut ſi demoliendus ſit ſocius pro voluptuarijs eiuſmodi impenſis, non plusquam pro vulgari tectorio debeat, *l. quidam, 13. §. ult. de ſer. urb. præd.* item ſcalas apponere, affligere, *l. fiſtulam. 19. de ſer. urb. præd.* cæterum ad alium finem quàm ad quẽ res ſit ordinata re communi invito ſocio uti nõ licet, *Corn conſ 326. n. 5. vol. 1.*

Effectu † cõmunionis tam in commodis quã in cõmodis vertitur, & d ducitur. Commoda ſunt, quod dominiũ pro cuiuſq; portione adijcit, *l. 1. in pr. h. tit. l parietem. 8. de ſer. urb. præd.* ut plures in una re dominium juris intellectu, licet non diviſione corporis obtineant, *l. Mævius 66. §. 2. de leg. 2.* & omnes dominij effectus pro ratione portionis ſuæ cuiq; ſociorum conciliet, ut poſſeſſionem, quam quiſq; conſortium tenere intelligitur, *l ult. ubi gl. magna quemadmodũ ſer. amit.* ſic ut alter contra alterum præſcribere non poſsit, *l. 1 §. ad hæc ubi Bald. & Dd. inf. de annal. except. Ferrar. in for. diviſ. act. verbo communiter num. 7. per l. 7. inf. de præſcript. 30. ann. Balb. de præſcript. part. 4. parte 4. prin. quæſt. 13. num. 1. & 2.* Item & rei fruitionem, ac utilitates pro rata cuiuſq; juris, *Cravet. conſ. 40. num 3.* aut ſi partes æquales ſint æqualiter, niſi aliter conveniat, *l. 4. in fin. h. tit. §. 1. ubi Ang & Dd l. de ſociet. Bal. c. 1. nu. 4. de duob. fratr. art. 12.* Landr. *lib. 1.* iniquum enim eſſet ex eadẽ communione alium plus, alium minus cõſequi, *l. verum 63. §. ſi cum tres 5. pro ſoc.* Ex hoc etiam jure communi rei inſiſtere licet, *Corn. conſ. 146. num 18 vol. 1.* dum ne tamẽ ſupra portionem damnũ inde capiat *Alex. conſ 16. num. 3. vol. 1.* neque quicquam novi invito ſocio fiat, *l. Sabinus. 28. ff. eod. l quidam. 13. l. hoc quod. 25. §. 1. de ſervit. urb.* neque ædificando *d. l. Sabinus. 28. d. l. in re. 26. de ſer. urb.* Nam & hic valet regula, in re

communi, & in pari, potiorem eſſe prohibentis cauſam *d. l. Sabinus 28.* alioqui omne intereſſe hoc nomine peti poteſt, *d. l. Sabinus.* atque adeo etiam novi operis demolitio, niſi ſocius, cum ſciret, paſſus fuerit, *d. l. Sabinus. in fin.*

Cum vero demolitioni non eſt locus, tum inædificatum perinde, ac ſolum, fit commune jure acceſsionis, vel inædificationis, *Corn. conſ. 113. num. 28. cum mult. ſeqq. vol. 2.* Non enim licet rem communem quovis modo facere deteriorem, quod etiam fit in mutando *l. ſi ſervus. 27. §. ſi furnum. 10. ff. ad L. Aquil. l. fiſtulam. 19. de ſervit. urb. cum ſimilib.* licet tamen alienare ſuam portionem ſocio invito *l. 3. inf. de communium rerum alien. l. 1. h. tit. Alex. conſ. 16. num. 3. volu. 6.* non etiam conſortis, *l. 1. 2. & paſſ. inf tot. tit. de communium rer. alien. l. 1. h. tit.* quam ne quidem oppignorare permiſſum eſt, *l. 2. h. tit.* Nam illius reſpectu res eſt aliena, nec quicquam ex communione tribuitur alteri *d. l. parietem. 8. de ſer. urb. l. 3. §. ſed utrum. ff. de minor. Ioan. Anneb. in repet. rub. ſol. matr. num. 418.* Imo in dolo eſſe præſumitur, qui in re communi reſpectu portionis alienæ aliquid uſurpat *Corn. conſ. 167 n 3. vol 1.* niſi ex jure accreſcendi, *l. communis. 7. §. ult. ff. eod. l. un. inf. ſi Imperat. liberal. ſoc. lib. 10. c. 1. u i ff. de duob. fratrib. Cuiac. lib. 2. feud. cap. 12.* aut alia legitima cauſa *l. ult. inf. de com. ſer. manumiſſ. l. 4. inf. de ed. privat.*

Huc etiam pertinet, quod res communis integra precioſior ſit, quam diviſa, *Hermenox. Delius in repet. l. 4. §. Cato: num. 154. cum ſeqq. de verb. obligat.* nam neque tam facile emitur, aut venditur pars, quam totum, *l. quod ſi uno. 13. de in diem add. l. ſi quis aliam 46. de ſolut.* & traditio partis non tantam affert utilitatem, reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius, *Hermen. Del. d. §. Cato, num. 152.* Itaque partes ſeparatæ non valent tantum quantum unitæ, *Bart. l. uxorem. 41. §. agri plagam 9. num. 3. de leg. 3.* pro quo *L. Mævius 52. §. ult. fam. herciſc. L. Mævius 66. §. in fundo. 2 de leg. 2. gl. l. 1. verbo ex parte h. tit.* Itaque pluris valet res communione unita, quam diviſione diſtracta, ac ideo imminuta, *in Auth. de triente & ſemiſſ. in princip. Curt. de feud. part. 4. num. 122.*

22 At viceverſa † non pauca quoq; incommoda communio afferre putatur *l. 2. inf. quando & quib. quarta pars, lib. 10. l. ſi non ſortem. 26. §. ſi centum. ff. de cond. ind. Socin. num. 218. Hermen. Del. num. 154. & 437. d. l. 4. §. Cato: de verb. obligat. Paul de Pico rep. l. in quartam num 140. ad L. Falc. pro quo text. in l. ſi quis alicui 46. de ſolut l. cum equidem 34. l. quod ſi nolit. 81. §. ſi plures 4. de ædil. ed.* & multas difficultates *l. qui neq; 8. §. ult. vers. difficultas communis. de reb. cor.* contentiones *l. in 10. 26. verſ propter immenſas contentiones. de ſervitut. urb.* diſcordias, *l. cum pater 77. §. dulciſſimis 20. de leg. 2. l. ſancimus 34. §. ſin autem, inf. de donat.* quam propter cauſam nemo in communione manere cogitur, *l. ult. h. tit. Corn. conſ. 136. num. 19. volum. 1. conſ. 24. num. 14. volum. 2. conſ. 48. num. 2. volum. 3.* niſi ex conventione, ut dixi, ad tempus *l. in hac 14. §. pen. eod. Corn. conſ. 75. num. 6 volum. 3.* non in perpetuum *l. nulla. 71. pro Soc. Idem*

Corn.

Corn. laiè conſ. 48. n. 2. vol 3. ne quidem ex teſtatoris diſpoſitione, *l. 4. de cond. inſtitut.* de qua Bart. copioſè. *L. Quintus 7. num. 2. & 3. de an. leg.* Sed & negligitur quod in communi poſsidetur, ut in *l. 2. inf. quando & quib. quart. pars. lib. 10.* aut adminiſtratur, *l. 3. §. quod in tutoribus 3. verſ. apparet. de adminiſt. tut.* certè non ita diligenter, ac proprium curatur, *Sylveſt. ad Hermenox. d. §. Cato. num. 156. verbo poſſidetur.* nec etiam tam facile, & expeditè geritur, *l. 3. de adminiſt. tut.* Idque in omni re communi generatim, reſpondit *Corn. conſ. 181. num. 33. volum. 2. conſ. 133. num. 3. volum. 3.* perdita tamen res communis nihilominus omnibus perit, *Corn. conſ. 103 num. 2. volum. 1.* ut dominis *l. pignus 8. inf. de pignor. act.* cuique pro eo jure, quod in re habet *art. 11. & 12. jur. Sax. lib. 1.* Sed & omnia reliqua incommoda, pericula, onera, ſumtus inter conſortes pro cujusque portione communicantur, *l. omne 27. l. ſi igitur. 55. pro ſoc.* niſi alius plus inſumat ob familiæ copiam, ut ait Bald. *l. ſi paterno. 15. in fin. ſup. de neg. geſt.* in quo tamen diſſentire videtur. *Bart. in l. Quintus 7. num. 3. de an. leg.* quod puto judicis arbitrio relinquendum eſſe, Quid enim ſi familia copioſior majorem etiã, ut fit, præbeat rei communi uſum, *Bald. d. l. ſi paterno nu. 3. in fin.* nam certè pro opera victus debetur? Illud expeditum, ſi per culpam vel dolum alicuius detrimentum contingat in re communi, id ei ſoli imputandum eſſe, *d. l. cum duobus. 52. quæ in vulg. eſt l. cum duobus 52. § Papinianus 6. pro ſocio. d. art. 11 in fin lib 1. Landr.*

23 Adjacent † igitur illa incommoda, ut diſcordia *d. l. cum pater.* neglectio, *d. l. 2.* difficultas, *d. l. qui neque cum ſimilib.*

Affine † eſt, ſimul ſtare ut loquuntur, ſeu commorari. Quod an & quando communionem inducat pluribus exponit *Bart. d. l. Quintus. 7. num. 5. & 3. de an leg. per l. 1. & tot. tit. ubi pupill. educ. Bald. d. l. ſi paterno: 15. in fin. ſup. de neg. geſt.* Affinis eſt & communis libertas *d. c. jus naturale diſt. 1.* Item communia jure naturæ, publica jure gentium, de quib. *§ 1 & 2. Inſt. de rer. diviſ. l. 1. 2. & 3. Corn. conſ. 113. num. 31. vol. 2.* 24

Contraria † eſt prohibitio legis, communionem inhibentis, *ut c. nuper 29. de ſent. excom.* aut teſtatoris, *l. 1. cum Auth. ſeq. inf. de colõ* ſed præcipuè cõtraria eſt diviſio, *l. ſi familia 9. inf. communia utrin. d. l. qui neq. 8. §. ult. de reb. cor. l. in re. 26. de ſervit. urb.* ſeparatio *l. arbor 19. § ſi per eundem. 2. ff. eod. art 11. lib. 1. conſt. 9 part. 2.* Aut quoties communis res fit unius, ut *l. ult. inf. de ſerv. communi manu. l. 4. inf. de ædif. privat. Corn conſ. 222. num. 5. volum. 2.* quod etiam in diviſione contingere poteſt, per aſsignationem, emtionem, *l. 1. & 3. h. tit. l. 7. cum ſeq ff. eod.* Contraria etiã eſt præſcriptio quoties unus tantum poſsidet, *Bd. l. 1. §. adhæc. per eum text. inf. de ann. except. Bald. l. ult. num. 3. inf. fin. reg. Bal. de præſcript. part. 4. part. pr. 4. quæſt. 13. n. 7.* quod non fit niſi per contradictionẽ & ꝓhibitionẽ, quando alteri negatur jus eſſe in re communi, & ei prohibitioni acquieſcit, *glo. ſen. & Bd. l. qui luminib. 10 de ſer. urb. ... num. 10. cum ſeq. l. 2. ff. de ... Bald. Caſtrenſ. & communiter D...* 25

& 2 ſup. de ſervit. Alias retinere quiſq; poſſeſsionem intelligitur, *l. ult. ubi gloſſ. verbo credit, quemadmodũ ſervit. amitt. Ferrar. form. diviſ. act. verbo communiter, num. 7.* animo ſaltem, etiamſi non corpore *gloſſ. verbo præſcriptioni, & ibi Iaſ. num 43. cum mult. ſeqq. in l. 1. inf. de ſer. fugit:* quæ civilis ſufficit ad jus ſuum retinendum *l. neg. 8. ſup. de uſufr.* & præſcriptionem alterius inhibendam, *l. 2. inf. de præſcript. 30. ann. Iaſ. num. 21. 22. in l. clam poſſidere 6. §. 7. & l. 3 §. ex contrario. num. 22. 30. cum ſeqq de acquir. poſſ. Afflict. in c. 1. in princ num. 21. de con. tent. inter maſc. & fam. Covar. c. poſſeſſor. part. 2. in princ. num. 7. & 8. de R. I. in 6. Bald. in d. quæſt. 13 num. 1.*

26 Diximus † de communione, nunc videamus conſequenter de diviſione, ſeu de communi, ut titulus hic habet, dividundo.

Dividere eſt dirimere communionem, *l. 1. h. tit.* aut perimere, *l. qui neque de reb. cor.* quamobrem & diviſio eſt communionis diremtio, qua ex re communi unicuiq; ſociorum ſua portio tribuitur, *d. l. 3. h. tit. ubi Doctores. l. in re. 26. de ſer. urban* ideo diviſio diſtractus potius eſt, quam contractus, *Bald. in l. ſi diviſionem 15. nu. 2. ſup. fam. erciſc.* reſpectu tamen obligationis, & juris, quod inde oritur, *l una. 23. §. ult. verſ. diviſo jure. de ſervit. ruſt. l. ſi famil. 14. ſup tit. 1.* contractus etiam perhibetur, & quidem bonæ fidei *gloſſ. l. 1. verbo plaenis, verſ bonæ fidei contractus eſt, inf communi utr. judic. Dec. conſ. 31. in caſu. num. 4.* & quidem innominatus *Bart. & Dd. l. diviſionis 45. per illum text. de pact. Bald. in rub. inf. de rer. permut. num. 2.* quia quædam eſt tranſactio, *l. cum ſolus 29. de uſuc. l. 1. 2. ubi Bal. num. 4. ſup. de advers. trans. Dec. prae alleg. loc. per l tres fratres 35. de pact.* ubi idem tradunt *Iaſ. & Dd. idem Iaſ. num. 14. 21. in l. qui Romæ : 122. §. ult. de verb. oblig. Fulg. conſ. 120. ſuper. in pr.* in re ſcilicet controverſa, *l. 2. ubi Dd. ſup. de tranſ. & l. 1. eod.* Nam alias potius eſt quædam permutatio, *l. cum pater 77. §. hæreditatem, 4 de leg. 2. gl. l. 1. inf. tit. 1. com. utr. iud. & in l. ſi familia. 14. verbo proparte verſ eſt in. diviſione quadam permutatio ſup. fam. erciſc.* maximè ubi plura corpora dividuntur, & alius aliud ex diviſione accipit, *l. ſi filia. 20 §. ſi pater 2 fam. erciſc.* quæ & ipſa contractus cum ſit innominatus, *l. 1. Inſtit. de rer. permut.* non eſt mirandum, eodem referri diviſionem, præſertim cum & nomen eius generale ſit, ut tranſactionis, permutationis, non ſpecificum, ut emtionis, & in dubio contractus potius innominatus, quam nominatus cenſeri debet, *Bart. & Dd. in l. 1. inf. de rer. perm. Iaſ. auth. ſacramenta. num. 34. ſup ſi adverſ vendit. & l. qui Roma. 120. §. Seia. 5. de verb. obligat. Tiraq. de retr. prox. §. 30. gloſſ. 2. num. 36.*

Licet aliquando cum precium intervenit, vicem etiam emtionis obtineat, *l. 1. ubi gloſſ. & Doctores inf. tit. 1. ut in l. quoties 17. l. plerunque 11. de jur. dot.* quod non mutat ipſum genus actus: Nam & permutatio illius inſtar habet, *l. 2. inf. de rer. permut. l. 1. ff. eod. l. 1. de contr. empt.*

Nec tamen ideo contractus definit eſſe innominatus, *l. 1. de r. r. perm.* ſi d ea ſimi-

ſimilitudo hoc efficit, ut licet non ſpeciem cõtractus nominati tribuat, quod fieri ſalvo eorum genere non poteſt, adijciat tamen qualitatem & propriam quandam indolem emtionis, *gl & Dd. l. 1. inf. com. utr. iud. l. 1. 2. inf. de rer. permut.* Nam contractus innominati licet à nominatis diſtent, rediguntur tamen ad naturam eorum contractuum nominatorum, quibus aſſimilantur, *l. naturales. 5 ubi Iaſ. in §. ſed ſi faciunt. 3. num. 4. de praſcr. verb. & in l. petens. 27. in fi. ſup. de pact. gl. & Dd. l. 1 inf. de rer. permut. & in l. ſi olei. 21. infr. de locat. Iaſ. in §. item Serviana. nu. 16. inſt. de act.* Ex quo fluit & illud, quod diviſio non ſit ſtricti juris ut transactio, *gl. ult. l. ſub praetextu. 19. ſup. de transact.* ſed potius bonæ fidei. *gl. d. l. 1. verſ. bonæ fidei contractus. inf. tit. 1. Dec. conſ. 351. in caſu. num. 4.* ſicut & permutatio. *l. 2. inf. de rer. permut.* & emtio, *l. ex emto. 11. in vulg. eſt l. emtor. 12. §. qui autem. 18. & ult. verſ. neq; enim bonæ fidei contractum hanc pati conventionem, de act. emt.*

Partes diviſionis † duas facere poſ-
27 ſumus. Primam conventionem, ſeu pactum ſimplex de re dividenda certa aliqua ratione, *l. ſi diviſionem. 15. ſup. fam. erciſc. l. diviſionis. 45. de pact.* quæ jus ad rem inducit, *gl & Dd. d. l. ſi diviſionem, & in l. cum proponas. 21. ſup. de pact.* Alteram, quæ ſequitur, rerum traditionem, ac permutationem, *d. l. ſi diviſionem. 15. l. ſi filia. 20 §. ſi pater. 2. fam. erciſc.* quæ proprie diviſio vocatur, ac dominium & jus in re confert, *d. l. ſi diviſionem. 15. l. 2. inf. communia. utr. jud. l. 30. l. quæ pater. 32. fam. erciſc.* ut & in alijs contractibus rei præſtatio, *l. 1. inf. de per. & com. rei vend. ubi gl. & Dd. l. 3. inf. de contr. emt. latè Tiraq. de retr. convent. in fin. n. 67. & 75. Menoch. conſ. 13. cum ſeq. Dd. in l. traditionibus, ſup. de pact.*

Species † primum ſumantur à cauſa 28
efficitrice, Alia neceſſaria eſt, *l. 3. h. tit. l. cum putarem. 30. fam. erciſc. l. ſi familiæ. 14. l. licet. 23. C. famil. erciſc.* non tantum in judicio, *d. l. cũ putarẽ,* verũ etiam extra judicium ex voluntate teſtatoris, *l. quoties. 10. cum ſimilib. ſup. fam. erciſc.* aut alia cauſa externa, ut cum extra judicium maior provocat minorem ad diviſionem, *l. pen. inf. de præd. min. l. ſi pupillus. 7. in pr. l. 1. §. 1. de reb. cor.* Alia voluntaria, *l. ult. fam erciſc. l. 1. verbo. ex conſenſu diviſiſti ſup. eod. ti.* ut conventionalis, *l. ſi diviſionem. 15. ſup. fam. erciſc. l. cohæred. 17. cum ſeqq. l. ult. ff. eod.* Quanquam & mixta eſſe poſſit: Nam initio voluntatis eſt, poſt neceſſitatis, ex regula *l. ſicut. inf. de act.* & interdum aliunde habet cauſam variam, *ut d. l. ſi filia. 20. §. ſi pater. 2. fam erciſc. l. ſi cogitatione. 21. ſup eod.*

A materia † alia perhibetur univer- 29
ſalis, alia particularis, prout ſunt res ſubiectæ, *l. 1. ubi Bald. & Dd. ſup. fam. erciſc.*

A forma, † quædam directa, ut re- 30
rum corporalium, *l. 4. eod ubi gloſ. 1.* quædam utilis, ut incorporalium, *l. communi. 7. §. 1. & 2. eod.* Item alia judicialis, *l. 1. 2. 3 ſup t. 1. l. 1. verbo. judicio. eod.* ſeu judiciaria, *Bald. l. ſi familiæ. 14. nu. 1. ſup. fam. erciſc* quæ non fit, niſi à judice, & cum cauſæ cognitione, *Bald l. 2. in fi. tit. 1.* alia extraiudicialis, *l. 4. h. tit.* quæ etiam pendente judicio fieri poteſt, *d. l. cohæredis. 17. & l. ult. fam. erciſc.* Item quædam eſt ſimplex, & pura: quædam conditionalis, *l. 6. inf. communia. utr.*

jud. quædam jurata, *l. ſi cum. 6. inf. communia utr. iud.*

31 A fine & effectu † quædam diviſio facilis: quædam difficilis: quædam etiam impoſſibilis nominatur, *l. ſi familia. 55. fam. erciſc. l. communi. 7. l. arbor. 29. ff eod. communi divid.*

32 Cauſa † Ius cum gentium, de quo *l. 5. de iuſt. & jur. ubi Dd.* tum civile quod neminem invitum cogit in communione perſeverare, ſed cuique ad diviſionem provocare permittit, *l. 3. l. ult. h. tit.*

33 Proxima † conventio partium, *l. 1. ſup. tit. 1. l. 1. h. tit.* conſenſus, *l. 2. inf. com. utr. iud.* autoritas teſtatoris, *l. quoties. 10. l. ult. ſup. tit.* 1 judicis, *l. 1. ſup. tit.* 1. quod etiam non provocantes interdum ad diviſionem cogit, ob publicam utilitatem, aut avertendum majus malum, aut aliam cauſam. *Dec. conſ. 445. in caſu, num. 1. ex regula Iaſ. & Dd. l. quidam. ſi cert. pet.* Quanquam & illi ſæpè conſenſus partium accedit. *l. 2. verbo ſi ſocy conſenſum diviſioni dederint, inf. communia utr. iud.*

34 Impulſiva † eſt communis incommoditas, *l. in re. 26. de ſervit. urb.*

35 Dividunt autem † inter ſeſe rerum domini *l. 1 h. tit.* conſortes, *l. 2. l. 4 h tit. ſocij, l. 2. inf. communia utr. iud* Mulier tamen adhibito juratore moribus noſtris *Conſt. 15. part. 3 ex art. 31. lib. 1. cum poſtill.* juncta, *l 1. inſi l. 5. §. ult. cum ll. ſeqq. de reb. cor. l. cum ſolu. 28. ubi gloſ. verbo habet de uſufr. Bald. l. 1. num. 4. ſi adverſ. trans.* ſicut minor autore tutore, *l inter. 10. de aut. tut. l. pen inf. de præd. minor.* qui tamen non debet provocare ad diviſionem, ſed expectare donec à majore provocetur. *l ſi pupillorum. 7. ff. de reb. cor. qui ſub tut.* niſi valde ſit utilis futura diviſio. *Bart. d. l. ſi pupillorum, 7 in pr. de reb. cor.* aut tantum diviſio poſſeſſionis, non proprietatis petatur, *Rom. conſ. 106. num. 4. & 5.* ex doctrina *Bart. & Dd. ex l. ſi conveneris. 14. pro ſoc. l. Lucius 38. per illum text. fam. erciſc.* Inter prædones & ſimiles nō tradit diviſio, *l. communi. 7. §. inter prædones. ff. eod.* quia nec communio ut ſupra dictum eſt: Nam juſtam eſſe diviſionis cauſam oportet, ut ibi text oſtendit, quanquam etiamſi juſta ſit, ſi tamen nullum jus in re tribuat, ad diviſionem non ſufficit, ut ſi precario poſſideatur, *d. l. communi 7. §. 1. eod.* Quanquam exiſtimo ex hac quoq; cauſa poſſe diviſionem inſtitui talis juris, quale eſt etiam detentionis, quando videmus inter creditores cadere pignoris diviſionem, *d. l communi 7. §. ult ff. eod.* quomodo & antedíximus poſſeſſiones dividi poſſe ſine proprietate, *Rom. d. cōſ. 106. Dd. in §. præterea ducatus ubi Bald nu. 12. de prohib. feud. alt. per Frider. Curt. tract. feud. nu. 120. cum mult. ſeqq.*

Materia † ſunt res communes, *l. 7. l. arbor. 19. & paſſ. eod.* Nam ubi nulla communio, ibi nulla diviſio *l 1. 3. in fi. eod. l ſed ſi. 6. de reb. cor. l. familia 9. inf. com. utr. iud.* propriè tamen corporales, *l. 1. h. tit l. 1. inf. tit 1. l. 4. ff eod.* utiliter tamen etiam incorporales *l. communi. 7. § 1. & 2. eod. Iaſ. num 56. Fab. num. 15. §. quadam. Inſt. de act. Soc conſ 105 num. 17. vol. 2.* nec impedit, quod commode dividi nequeant, *l. & prio. 16. ff. famil. erciſ. l. communi. 7 in pr. eod* ubi licet vectigalia prædia prohibeantur dividi, ne præſtatio vectigalis cōfundatur: tamen & horum aliqua diviſio peti, ac inſtitui poteſt, *d l. communi.* Quod & ad feuda porrigi poteſt, *c. cauſ. ... de feud. dif. cont. fuer. Iaſ. d. §. quadam. n. 37. inſt. de act* etjam 36

jam regalia *Cravet. cõſ. 165. n. 9 Menoch. conſ. 2. nu. 289. conſ. 22. nu. 280. Hemming. God. conſ. feud. n. 24. Curt. part. 4. feud. nu. 122.* ex communi doctrina, *ind. §. praterea ducatus*, quæ tamen per patrem, aut teſtatorem inter liberos, vel ſucceſſores feudales alios dividi nõ poſſunt, *Pet. Iac. de cond. ex morb. n. 4.* Sed tantum à ſucceſſoribus rectè dividuntur, *Bald. l. ſi familia. 14 n. 6. fam. erciſc. & in d §. praterea ducatus n. 12.* etiã ſine domini conſenſu, *Bart. l. & ideo, num. 4 de cond. furt. Curt part. 4. n. 124 Zas. in epit. feud part. 9. n. 40. Alvar. c. 1. §. item ſi fuerint. in 2. notab. quib. mod. feud. amit. per c. 1. de natura ſucceſſ. feudi. c. 2. de prob. feud. alien. per Frideric. bonus text. in l 4. inf. de f. dei. com Ias. l ſtipulationes. 72. in pr. nu. 31. de verb. obl. & l. ult. n. 115 inf. de iur. Emph.* absq; tamen domini, vel aliorum præjudicio, *d. l. communi, Fab. §. quadam. nu. 15. Inſt de act. Molin. de feud. tit. 1. conſuet. §. 25. n. 2. Chaſſ eod. tit. §. 8. in pr. nu. 7.* Idemq; ad diviſionem oppidorum, territoriorum, ducatuũ extendendum, eſt, *Boer. decis. 204. n. 27. Rubeus conſ. 113. n 5. Menoch. conſ. 2. nu. 186. Soci. conſ. 18. viſis. nu. 4. conſ. 165. n. 17. conſ. 272. nu. 2. vol. 2.* Dignitas tamen feudorum dividi nequit, *Soci. conſ. 103, viſis. n. 15. vol. 2. Menoch. d. conſ 2. nu. 186.* ut nec homagium, *Fab. d. §. quadam. n. 15.* nec fidelitas. *Iſer. c. omnes. n. 5. ſi de feud. cont.* quo reſpectu jus vaſallorum individuum dicitur. *Bald. l. ſi plures. 6. nu. 4 & 5, inf. de cond incert.* quod intelligo per ſe: nam cum univerſitate dividuntur, & tranſeunt, *Bald. d. l. ſi plures.* ut videmus & in ſimilibus uſu venire, puta ſepulchris, *l. in modicis. 14. de contr. emt.* licet alias individuis, *l. 4 inf. de relig.* item familijs aſcriptitijs, *l. poſſeſſionem. 11. inf. commu-nia. utr. iud. l. quemadmodum. 7. inf. de agr. & cenſ. lib. 11.* item confinijs, *l. arbor. 19. in pr. & §. 1. ff. eod.* Servitutes quoque licet per ſe diviſionem non recipiunt, tamen & cum fundo tranſeunt & dividuntur, *d. l arbor. 29. §. ult. §. ſi per eundem 2. eod. l. hæredes. 25. §. an ea 8. fam. erciſc.* Sed & alias utiliter dividuntur, *l. Lucio. 4. de aq. quot. l. communi. 7. §. aquarum. 4. eod.* non quidem per ſe, ſed per tempora, menſuram, *d. l. arbor. in fi.* Quod & ad ſimilia jura porrigendum eſt, *d. l. hæredes. § an ea. cum mult. ſeqq l. communi. 7 cum ſeq l. arbor. 19. eod.* liberti quoq; non rectè dividuntur, *l. quadam. 41. fam. erciſc.* quanquã aſſignari uni poſſunt, *Inſt. de aſſig libert.* Quomodo tamen feuda non rectè aſſignantur uni ex ſucceſſoribus à teſtatore, *Alex. conſ. 12. perſpectis. nu. 3. lib. 5.* Ipſi tamen ſucceſſores communi cõſenſu uni feudum aſſignare poſſunt, *Curt. d. tract. feud. part. 4 n. 122. in prima fallentia*, ex communi doctrina *d. §. præterea ducatus, & d. l. ſi filia. ſup. ſam. erciſc.* nec alias in regnis cadit diviſio juxta dictum: omne regnum diviſum deſolabitur, *Bald. Auth. hoc amplius nu 4 inf. de fidei. com. & l. ſi plures. 6. n. 4 & 5. inf. de condit. inſtit. Curt. d. tract. part. 4. nu. 121.* Scelere quoque quæſita, furto, Vi, rapina, non rectè dividuntur, quia nec jure communia ſunt, *l. communi. 7. §. 1. ff. eod.*

Forma † Diviſionis legem vocat. *l. ſi filia. 20. §. ſi pater. 2. ſup. fam. erciſc.* ſumitur ex arbitrio contrahentium, *l. 1. h. tit.* vel teſtatoris, cui ſucceſſerunt, *l ſi filij. 16. ubi Bald. nu. 1, ſup. fam. erciſc. l. ſi filia 20. §. pen. eod.* vel judicis ipſius *l. 2. inf. com. utr. iud.* Hoc intereſt, quod illi pro ſua voluntate diviſionem inſtituere 37

tuere poſſunt, ex regula *l. 1. §. ſi conve-nit. 5. depoſ.* At judicis arbitrium con-
95 forme legibus, & æquitati eſſe debet, *l.pen.h.tit.* nempè ut adhibeat cauſæ cognitionem, *Bald.l.2.in fi.communia utr. iud.* æqualiter dividat, *l. 3. h.tit.* quæ æqualitas in dubio ſemper eſt ſervanda, *l inter fam. erciſc* donec conſtat alium alio plus juris in re habere, *Dec.cõſ.445. num. 1. & 2.*

Vel ſumitur forma & modus ex ipſa legis diſpoſitione, ut per ſortem, *l. 3. verſ. ſancimus. ubi Ias. num. 7. inf. communia de leg. Bald.l ſi creditores.16. in pr. ſup. de pact.* vel etiam ex ſtatuto, ut inter duos, *art. 29. in fi.lib. 3.* quod an jure communi obtineat diſputatur *in c.1.de paroch. Ias. poſt. Bart. & altos.l.1.num.39. ſi cert pet & d. l.3. inf. communia de leg. Mynſ obſervat. 37. cent. 4.* Item inter marem & fœminam *conſt.15 p.3.* Itaque litigatores partes quidem dividunt, ut volunt. *judicem, 21.verb. vel quòd malint, eod.* Sed judicis arbitrium legibus, ſtatutis & æquitate in dividundo conſentaneum eſſe debet, *l pen ubi communiter Dd h. tit.* nempè ut æqualiter dividat, *l.3, b.tit.* & id in dubio ſequatur, *l.inter. 11.ſup.fam. erciſc.* diviſis in partes æquales rebus, quatenus dividi poſſunt, *d.l.3. b. tit.* aut permutatis, ut alius aliam accipiat, *l ſi filiam. 20.§.ſi pater.2.l.fundus.30.§. pen fam.erciſc. l ſancimus, 34. §. ne aut. inf. de donat.* Quod ſi unius pars præponderet, eatenus eam alteri condemnet, *§.familia. Inſt. de off. judic. d. l. Mævius, 52. §.2. fam. erciſc. l. 3. in fi.h.tit. l. communi. 7. in pr. & §. ult.*
38 *eod.* nec judex † niſi ex juſta cauſa aliter dividere debet, ne rem alterius invito alteri adiudicet, *d. l.ſancimus. 34. §. ne aut. inf. de donat. § pen. Inſt.de offic.iud. l. 2.verſ. ubi non poſſit dirimere adiudicatione dirimat, ff. fin reg.* Iuſta itaque aliter dividendi cauſa eſt, cum res æquis partibus dividi nõ poteſt ſine eius corruptione, *d l. ſancimus. 34. verſ. ſi res ſine ſuo periculo* dividi poſſibilis eſt, *inf. de donat. d.l. communi. 7. eod.* vel abſque iniuria alicuius ſociorum, vel omnium, *l.1.l 3 h tit. Ias num. 59. Schn. nu. 5. & 6. d. §.quadam.* Hoc igitur caſu alia diviſionis ratio initur per aſſignationem & adiudicationem, *d. l.ſancimus. l.1.2.3. & paſſ.h tit. l.ſi quis. 6. § idem. 2. l. arbor. 7. in pr. & paſſ. ff eod.* pro precio facto ſupra æſtimationem rei unitæ *l.item 70. eod. l. Mævius. 52. §. ult. fam. erciſc.* aut juris, quod conſortes habent, *l. ſi quis. 6. §. ſi fundus. l. cum uni. 7.§.pen. & ult.eod.* aut convento inter partes, vel oblato ab eo qui licitando vincit, *l. communi. 7. § ult eod. l. arbor. 19. §. ult. eod. l 1.2.3. b.tit.* cui res adiudicatur, ut ibid. aut ei qui plus juris habet, *d l. ſancimus. §. ne autem vel qui forte vincit. Ias. d. §. quadam. num. 59 & l.3.num.7. inf. communia de leg.* Fit etiam hæc diviſio per adminiſtrationem, & uſum, ut alius aliam partem adminiſtret, & poſſideat, ſive corporum & iurium diviſione, *Bart. & Dd. l. inter. de adminiſt. tut. Fab. d. § quadam. num. 15. Soci. conſ. 103.num.17. vol. 2.* aut per uſum alternum, ut alius per alium annum teneat, *l. & puto.21. fam. erciſc. l. communi.7. l ſi convenerit. 3. eod.* aut per menſuram *d l. arbor. 19. in fi. eod.* ſed & alteri fundus alteri uſusfructus adiudicari poteſt, *l. ſi quis. 6.§.10. eod.* alterius etiam pars aliquo onere cenſus, ſervitutis gravari, *l. communi 7. §. 1.* & ipſe non tantum uſusfructus dividi poteſt per tempora, aut aliter, *l. communi. 7. §. 5. eod.*

ſed

ſed ipſe quoque uſus aliâs individuus, adeo ut etiam per elocationem dividi poſsit, *l. item* 10. *eod.* quin & pluribus tanquam uni res aſsignatur rectè, *d. l. cum uni* 7. §. 1. *eod. l. haredes* 25. § *an ea.* 8. *fam. erciſc. Iſer. n.* 8. *A var. num.* 2. *Bald. num* 1. § *omnes, ſi de feud. def. Bald. l.* 1. §. *ſine prima:* 1. *nu.* 13. *inf. de cad. toll.* quod etſi à rei veritate diſtet *l. communi.* 7. §. 1. *eod.* neceſsitas tamen hoc hic inducit, ne ex pluralitate diviſionis damnũ cuiuſdam conſequatur, *Fab. d. §. quadam: num.* 15. *Inſtitut. de act.* ut cum plures ſucceſſerunt uni, qui jus paſcendi, molendi. lignandi in alieno habuit, *Iaſ. l quo minus: num.* 140. *de flumin: Caspol: de ſervit: c.* 50. *de furno. Menoch. de judic. arb. lib.* 2. *cent.* 3. *caſu* 223. *Tiraq. de retr. prox.* §. 34. *gloſſ.* 1. *num* 4 & 5. Vſitatum etiam eſt admittere diviſionem per renunciationes *l. in hoc* 14. §. *ult. eod. l. tres fratres.* 35. *ubi Bald. num.* 3. *de pact. Dec. conſ.* 206. *num.* 1. quando filiæ in diviſione paternæ hæreditatis accepta dote vel legitima in diviſione excludi ſolent, *Bald. l.* 1. 2. *ſup. ſi adverſ. tranſact. l qui volebat* 61. *de hared. inſtitut.* vel ex ſtatuto, *Albert. Brunnus in tract de ſtat. & exclud. fam. dotat:* vel ex pacto, 1. 2 *ubi latiſſ. Covarr. de pact. in* 6. vel ex diſpoſitione teſtatoris, *d. l. qui volebat: l.* 3. *ubi Ang: nu:* 4. *inf. de teſtam.* vel etiam ex conſuetudine, non modo regionum, ſed etiam familiarum nobilium, *Ang. num.* 4. *d. l.* 3. *Alex. num.* 8. *Rom. & aly l. ſi non ſpeciali.* 9. *infr. de teſtam. Iaſ. l. omnes,* 9. *num.* 42. *de Inſtitut. & jur.* quæ talem conſuetudinem inducere poſſunt, *Iſer. num.* 4. *in §. praterea ducatus: de probib. feud. alien. per Fred. Iaſ. conſ.* 46. *omiſſa, num.* 3. *lib.* 1. *Ruinus conſ.* 19. *num.* 6. *conſ.* 34. *num.* 5. *lib.* 1. *Campeg de dot. part. ultim. quæſt.* 79. *Boër. deciſ* 155 *num.* 29. *Curt. de feud. part.* 3. *quæſt.* 1. *in* 8. *fall. Schurpff. conſ.* 92. *caſus. num.* 3. *centur.* 2. maximè ſi habeant omnimodam juriſdictionem, *Ang. in d. l.* 3. *Alex d. l ſi non ſpeciali: nu.* 4. *infr. de teſtam. Iaſ. l. ſi quis à filio* 32. §. *ultim. num.* 4. *de leg.* 1. *Zaſ. conſil.* 1. *numer.* 34. *lib.* 2. *Tiraq. de jur. primog. quæſt.* 16. *num.* 2. *Anto. Gabr. Rom lib.* 6. *de conſuet. concluſ.* 5. *num.* 3. & potiſsimum tempore immemoriali, *Iaſ. d conſ.* 46. *omiſſa. num.* 3. *lib.* 1. pro quo text: *in c. ſuper* 26. §. 1. *de verb. ſignif.*

Cæterum † ſcriptura diviſio non ha- 39
bet opus, *l. non ideo* 12. *ſup. fam. erciſcund. l. ſi filia* 20. § *penult. verſ. ſine ſcriptura ff eod* · niſi placeat in ſcriptis contrahi inſtar emtionis, *Salic. & Doctores l. contractus: inf. de fid. inſtrumen.* Aut niſi forte in judiciali diviſione, cum omnia judicii acta ſcriptura conſtare debeant, *c. quoniam* 11. *ubi Doctores. de probat.*

Extra vero judicium, etiamſi ſcriptura diviſioni adhibeatur, magis tamen probationis, quam formæ, aut ſolennitatis cauſa videtur adhiberi, *l.* 4 *h. tit. l. non ideirco.* 12. *ubi gloſſ. verbo omiſſum infr. de contr. emt. l. non ideirco,* 12. *inf. de fid. inſtrum.* Sed infinitum eſſet omnes diviſionis modos perſequi, de quib. *Salic. & communiter Doctores l.* 3. *h. tit. Iaſ. poſt Fab. & Ang. num.* 58. *cum mult. ſeqq. d. §. quædam, I. de act & ibi Schneid. in act. communi divid. num.* 2. 3. & 4.

Sed in ſumma, † ſi nihil convenit, 40
intelligitur hoc actum, ut ſecundum leges aut ſtatuta fiat diviſio, à quibus ne

Judici quidem recedere licet, *Mynſing. obſerv. 37. centur. 4.* & ex arbitrio boni viri, *Iaſ. l. ſi ſit legatum: 75. num. 10. de leg. 1. Aret. l. videamus. 4. §. deferre, num. 7. de in lit. jur.* quod ipſum ad leges moderandum eſt, *Bald. c. 1. § judices num. 5. & §. injuria, num. 7. de pact. jur. firm. Alber. par. 3. ſtat. q. 22. num. 1. cum ſeqq. Clar. in pract. crim. lib. 5. ſent. §. ult. quaeſt. 31.*

41 Idemque erit, † ſi alterius arbitrio vel ipſarum partium diviſio committatur, *Iaſ. d. l. ſi ſic legatum. num. 10. de leg. 1.* Nam de arbitrio boni viri, id eſt accipiendum, *l. hac venditio 7. de contr. emt. l. ult. ubi Dd. inf. eod. tit.*

42 Secus † exiſtimatur ſi voluntati cujuſdam ex conventione, vel ſtatuto diviſio permittatur, *d. l. hac venditio*: Nam libera voluntas ab arbitrio boni viri diſcrepat, *Bald. l. pen. in fin. ſup. de arbitr.* & qui poteſt ex libera voluntate facere, non habet neceſſe ſequi leges, aut canones, *Iaſ. d. l. ſi ſic legat. num. 23. & 16. de leg. 1. Hipp. conſ. 45. num. 3. conſ. 63. num. 36. Pariſ. conſ. 56. num. 5. lib. 1.* Nec eſt arbitrium ejus regulatum, *Bart. in extravag. ad reprimendum, verbo videbitur: num. 2. Menoch. lib. 1. de arbit. jud. q. 7.* Quod minus probabile videtur: nam ut libertas: ſic & libera voluntas putetur, quae legibus aſtringitur, *l. nemo, 55. de lega. 1.* & recte inquit *Curt. lib. 2. indagat. cap. 13.* voluntatẽ hanc eſſe, quae cum ratione vult, ut in *l. reprehend. 4. ubi Bald & Doctores inf. de condict. inſt.* unde & ipſi Doctores fatentur propter bonam diviſionis fidem, *l. in hoc. 14. & paſſ. eod.* etiam diviſionem voluntate factam ad arbitrium boni viri reduci, ſi pateat iniquitas ex *d. l. 7. de contr. emt. l. ſi quis arbit. 43. de verb. oblig. l. ult. inf. de cont. emt.*

Itaque licet ex conſuetudine vel ſtatuto major dividendo minor eligendo non poteſt ſe eximere diviſioni, quam canon facit, *d. c. de parochi*: aut conſuetudo *Mynſ. obſervat. 37. centur. 4.* vel ſtatutum, *Schurff. conſil 71. caſus, cent. 1. per tot. ſecundum communem Corn. conſ. 224. licet. num. 3. cum ſeqq. volum. 1. Mynſing. d. obſer. 37. centur. 4.*

Adeo quidem ut nec judex vel arbiter aliter dividere queat, quam ſtatuto concedatur, *Corn. conſil. 239. viſis ſtatutis, num. 4. lib. 3.* poterit tamen haec quoque res ad arbitrium boni viri redigi, ſi pateat captioſe inſtitutam eſſe ejuſmodi diviſionem, *Anchor. & Doctores, c. 1. de conſtitut. Mynſing. d. obſervat. 37.* pro quo *l. 3. in fil. h. tit. d. l. tres fratres. de pact. l. qui conſtitut. 7. de tranſact.*

At ubi † fit diviſio? Tam in judicio quam extra, *l. ult. famil. erciſcund. l. 1. ſup. eod.* 43

At quando †? Cum vel omnes vel plures, vel unus aliquis conſortium à communione vult diſcedere, & ad diviſionem provocat, *l. ult. h. tit. l. communi 7. §. Iulianus, 3. & §. ult. l. etſi. 8. eod.* 44

At quoties & quam diu †? Pluries & tamdiu fieri diviſio poteſt, quoad res aliqua manet communis. Nec aliarum rerum diviſio communem, vel diviſionem aliarum, ſicut nec contra communio in quibuſdam permanens impedimento eſt diviſioni in aliis factae *l. 4. §. hoc judicium, 2. eod.* 45

At quam-

46 At quamdiu †? Perpetuo ſcilicet: Nec enim præſcribitur neq; quamdiu communio manet, & proinde ſemper peti poteſt, *l. nam ſatis.6. §. 1. cum ſeq. ubi Bald. Caſtrenſ. & Dd. quemadmodū ſer. amitt. & in l. 1. in fin. communi divid. l. ult. inf. fin. reg. Bal. præſcr. tract. 4. part. 4. part. princ. q. 13. num. 6. & 7. Ferrar. in for. act. diviſor. verbo communiter. num. 7.*

47 Quod ad probationem † attinet, diviſio non præſumitur, ut quæ facti ſit, ſed eſt probanda, *l. ſi major. 4. h. tit.* nō inſtrumentis tantum, *d. l. 4.* quæ plerumque probationis gratia adhibentur, *l. 4 inf. de pign.* ſed aliis etiā probationum modis rectè demonſtrari poteſt, *d. l. 4.* ut per teſtes, *Bald & Dd. d. l. 4. Ferr. eod. in act. diviſ. verbo communiter, num. 5.* indicia & præſumtiones *d. l. 4.* ut ſi ſeparatim agere, poſſidere conſortes cœperint, *l. itaq; 64. pro ſoc.* quod tamen in extraneorum diviſione probanda magis, quam fratrum, aut conjunctorum obtinere vult *Ferrar. eod. verbo communiter. num. 5.*

Quanquam & inter eos diviſio præſumitur, ſi fuerit diuturna, puta decennalis ſeparatio, *Boër. deciſ. 58. Iaſ. conſ. 127 vol 1.* ubi dicit hoc communiter teneri, *Steph. Bertran. conſ. 344. volum. 1. Mynſing. obſerv. 37. in fin centur. 4.* Unde tamen excipimus caſum juris Sax, quo ex ſola ſeparatione inter parentes, & liberos diviſio, atque adeo emancipatio non tantum præſumitur, ſed etiam inducitur, *art. 11. lib. 1. conſtit. 10. part. 2.*

48 Finis † cum publicus eſt tum privatus diviſionis, Publicus ut diſcordiæ removeantur, & ſeparata, ac diviſa commodius poſſideri, & adminiſtrari poſſint, *Mont. tract. fin. reg. c. 2. num. 7.* Nam ſecundum *Anchor. Rubr. de for. comp. num. 3.* propter hanc publicam utilitatem diviſionis & initio inſtitutæ fuerunt, & etiam tum fiunt, ad quod *Mont. d. c. 7. num. 10. allegat c. fori. de verb. ſign.* & ibidē recitatur illud Virgilij, *Limes erat poſitus, litem ut diſcerneret agris,* de quo *Fortu. Garc. & Dd. in l. 5. de iuſt. & iur.*

Finis privatus eſt, ut à communione diſcedatur, *l. 1. 3. h tit.* eaque perimatur, *l. qui neque 8. §. ult. de reb. cor.* & ad utrumque vel plures ex communi ſua portio redeat, *l. cum uni 7 l. arbor 19. & paſſ. eod.* cum omni jure & fructu, *l. nam ſatis, 6. §. 1. quemad. ſer. amitt.*

Effectus † eſt, ne ex uno fiant duo, 49
vel plura diviſa, *l. communi 7. §. 1. ubi gl. verbo duobus. eod. per l. ſi qui duas §. 1. communia præd. l. plana. 34. §. 1. & ult. de leg 1.* Item ut maneat rata diviſio tam judicialis, *l. cum putarem, 37. fam. erciſc.* quam extrajudicialis, *l. ult. eo. tit. l. pen. h. tit. l. licet. 23. ſup. fam. erciſc. l. 4. eod.* In quo diviſio magis accedit ad tranſactionem, quæ revocari non poteſt, *l. cum ſolus. 28. de uſucap. l. fratres. 35. ubi Bald. & Doctores de pact.* quam ad permutationem, quæ magis reſciſsioni patet, ut contractus innominatus, *l. 1. in fin. de rer. permut.*

Cæterum diviſio pœnitentiam non admittit, *Bald. l. ſi diviſionem: 15. num. 3. ſup. fam. erciſcun. l. ult ff. eod.* ſicut nec in tranſactione pœnitentiæ locus eſt, *l. fratres. 10. l quamvis. 39. ſup. de tranſ. act. l. 5. cum ſeq. de cond. cauſa dat. ubi*

Dd. nec in emtione, *l. ſi ut. inf. de act. l. 1. & 2. & paſſ. de reſ. ind. vend.* cui quoque diviſio hac ſaltem parte comparatur, *l. 1. inf. tit. 1.* cujus rei & illa afferri ratio poteſt, quod diviſio rebus cõſtet, & perficiatur, quemadmodum tranſactio, quæ res non ita pœnitentiam admittit, & quoniam eſt quædam alienationis ſpecies, *Iaſ. num. 114. l. ult. inf. de jur. Emph. per l. cum ſolus. 24. ubi gloſſ. verbo habet. de uſuc. Bald. l. 1 num. 4. ſup. ſi adverſ. tranſ.* Ideo ipſo jure perimit communionem, *l. 3. h. tit.* & dominium, ac jus omne transfert, *l. ſi diviſio num. 13. ſup. fam. erciſc. §. ult. 1. de off. iud. l. fundus: 30 l. quæ pater 32. fam. erciſcun.* Cujuſmodi niſi mutuo conſenſu retraditione retro facta non retractantur, *l. ab emtione. de pact. l. 2. & 3. de reſcind. vend.*

50 Ex quo & illud † ſequitur diviſionem ſimultaneam, quemadmodum loquuntur inveſtituram rumpi, quod tamen jure commune diſputabile eſt, *Alvar: Præpoſ. & Dd. in c. ſi quis miles, de natura ſucceſſ. feud. Iaſ. l. quis Romæ, tit. §. duo fratres 6. & ult. num. 78. de verb. oblig Alvar & alij in c. ſi quis miles: tit. conſt: feud: D. Lothar.* Cæterum jure Sax; aliud traditum & quidem expreſſum eſt, differentia Sax: 32. *gl. lat. l. 6. 1. art. 12. & conſtit. 45 part. 2. per text. in c. 5. 17. & 32. jur. feud.* Additur tamen *d. conſt 45.* petentibus inveſtituram ſimultaneam, ac diviſionẽ intra juſtum tempus, h. e. annum & diem, *c. 1. in pr. quæ fuit prima cauſa ben: amit: c. 1 quo temp. mil. inveſt. pet: deb: c. 1. § ult. ſi de inveſt. int. dom. c. 5. & 6. Iur: Sax: feud.* ſicut intra illud tempus peti etiam ſimultanea debet, *Schurff. conſ. 16. ſupra in fin. & conſ. 99. num. 2.*

tam eam indulgendam eſſe, *Iaſ: d. §. duo fratres: num 73.*

Obtinet etiam † diviſio vicem emtionis, *l. 1. inf. communia utr. jud* quamobrem & ad evictionẽ obligat, etiamſi nulla ſit expreſſa, *l. idem 20. in fin. fam. erciſ. und. l. ſi familiæ 14 ſup eod. l. ſi fratres 7. inf. t. 1.* inſtar emtionis *l. 6 inf. de evict. gloſſ. & Doctores. l. 1. inf. tit. 1. Schn. poſt alios num. 17. d. §. quædam,* & hoc nomine datur hæc diviſoria actio, ut ex ſtipulatu, *l. ſi fratres. 7. inf. tit. 1.* qui adjici plerumque conventionibus ſolet, *l. 7. §. quod ferè de pact:* aut ſi deſit, actio præſcriptis verbis *l. ſi fratres 7. inf. tit. 1.* aut ex aliis contractibus innominatis, *l. 4. 5. & tot tit de præſcript. verb l. 1. inf. de rer. permut:* Et iiſdem actionibus agi conſentaneum eſt ex diviſione ad alia quoque capita, ut ſi quid in ea conventum non impleatur, *l. ſi convenerit 23. eod* Quanquam & in ſubſidium actio doli dari poteſt, *l. ſi cum patruo. 6. ubi gloſſ. verbo exhibuit. inf. tit. 1.* 51

Obtinet etiam † diviſio vicem alienationis, *Iaſ. num. 114. inf. de jur. Emph.* quia tamen magis neceſſaria eſt interdum quam voluntaria, *Cravet. conſ. 164. num 8.* Ideo prohibita alienatione non prohibetur diviſio, quatenus neceſſitatem habet, *l. 1. § 1 l. 5. in fin. cum ll. ſeqq. de reb. cor. Bart. & Dd. l. ſi convenerit. 14. pro ſoc.* potiſsimum in familia *l. 4. ubi Dd. inf. de fideicom. Curt. de feud. part. 4 num. 124. Corn. conſ. 24. num. 12. volum.* 52

Ad incommodum autẽ † diviſionis hoc pertinet: Quod nihil ſit tam magnum quin diviſione fiat parvum, ut inquit *Curt. tract feud part. 4. num. 122. per text. in Auth: de triens: & ſemiſſ: in pr.* un- 53

pr. unde regula: quod dividitur illud
minuitur, *c. 1. de feud. March. ubi Dd.*
Bald. Auth quantus, num. 8. inf. de fidei.
com. ſi is l. ſi quis. 6. §. 1. eod. l. Mævius.
52. §. ult fam. erciſc. Idem tamen ope-
ratur diviſio partium quoad partes,
quod diviſio totius quoad ad totum, ut
loquitur. *Ias. in l. qui ſine. 3. nu. 2. de cond.*
ſin. cauſa per l. tres tutores. 55. de adm. tut.
Cæterum diviſio illos tantum tenet &
obligat qui dividunt, *l 4. in pr. h. tit. l. 1.*
l. ſi inter. 8. inf. tit. 1. non etiam alios,
ſive conſortes, *l. coheredibus. 17. ſup. tit.*
1. ſive exteros, ut creditores, *l. licet. 23.*
ſup tit. 1.

54 Adiacent † Licitatio, *l. 1. 2. 3 h. tit.* re-
gulariter ſociorum. *l. 1. l. 3. h. tit.* inter-
dum extraneorum, *l. 3. in fi. h. tit.* æſti-
matio rei. *l. 1. h. tit. l. communi 7. § pen.*
verſ. litis æſtimationem offerat, *& § ult.*
eod. ad juſtum precium facta. *l. item. 10.*
in fi. eod. l. 3 h tit. adiudicatio. *l. 3. h. tit.*
l. ſi familia. 14. ſup. tit. 1. l. ſi quis. 6. §. ſi
fundus. 6. eod. præſertim judiciaria. Ma-
gis traditio adiacet, *l. ſi inter. 8. inf. tit 1.*
utrique de evictione, *l. item. 10 in fi. eo. l.*
ſi familia. 14. ſup fam. erciſc Ferr. in iud.
divis. verbo. dominum. num. 2. Bald l. ſi
fratres. 7. inf. tit. 1. Pactum de non am-
plius petendo, *l in hoc. 14. §. ult. eod.*
Dec. conſ. 206. num. 1. Aut nullam am-
plius controverſiam eſſe, *l ult. §. idem.*
3. de cond. ind. Renunciatio. *l. in hoc. 14.*
§ ult. eod. l. tres fratres. 35 de pact. bona
fides. *l. ſi filia. 20 §. ſi pater. fam. erciſc.*
l. communis. 14. in pr. verſ bona fides cõ-
venit, eod. l. ſi inter. 8. verſ. bona fide ters
minata. inf. tit. 1. Item jusiurandum,
cautio dolum malum abeſſe & abſutu-
rum eſſe, *l. cum patruo. 6. inf. tit. 1.* trans-
actio adiecta diviſioni, *l. cum ſolus. 29.*
de uſufr. d. l. ult. §. idem. 3. de cond. ind.

Affine † eſt diviſioni cum ex lege 55
altera pars rei alteri accedit vel accre-
ſcit, *l. communi 7. §. ult. l. 8. §. ult. cum*
l. ſeq. eod. l. ult. com. munum. vel etiam
ex pacto, ut cum ſocius paciſcitur &
promittit ſe partem ſuam non petitu-
rum, *l. in hoc. 14 §. ult. eod.* quæ magis
eſt quædam alienatio quam diviſio, *l. 1.*
2. h. tit. l. ſi quis. 6. eod. & diſtare à divi-
ſione argumento eſt, quod diviſione
prohibita, tale pactum non inhibetur,
d. l 13. §. ult. eod. quia tum ſocius diſtra-
hit, & communio eſt peremta, ideo pro
diviſione habetur, *d. l. 6.*

Affinis eſt & peremtatio, *l. cum pa-*
ter. 77. § heredes. 18. de leg. 2. gloſſ. l. 1.
inf. tit. 1. l. 3. h. tit l. ſi filia. 20. §. ſi pater
3. fam. erciſc. & transactio principaliter
per ſe conſiderata, *d. l. cum ſolus. 39. de*
uſufr. ubi Dd emtio. *d. l. 1. inf. tit. 1.*
præſertim cum precium intervenit, *l.*
qui tum. 14. de contr. emt. l. communi. 7.
in fi. eod. Quanquam nec tunc vera eſt
venditio, *l. plerumq. 10. l. quoties. 16. de*
jur. dot per l. qui tum § 2. pro emt. Af-
fine aliquatenus eſt & mandatum, *l.*
communi. 7. §. ult l. ſed. 9. eod. l. qua
pater. 32. fam. erciſc. Negociorum ge-
ſtio, *l. in hoc. 14. l ſi quis. 29. eod.* deniq;
omnes contractus nominati. *l. ſi conve-*
nerit. 23. eod.

Contraria † ſunt error, *l. ult. §. idem.* 56
3 de cond. ind. l. ſi quis. 29. eod. l. 4. ſup.
de iur. & fact. ign. adeo ut non obſtet
ſolutio, *d. l. 4.* vel pactum appoſitum de
non amplius petendo, *l. in hoc. 14. § ult.*
eod. aut non contraveniendo, quo mi-
nus erronea diviſio revocari poſſit, *Dec.*
conſ. 206. per tot. quod tamen magis in
extraiudiciali obtinet, quam judiciali,
l. cum putarem. 36. ubi Dd fam. erciſc. Ite-
tem reſtitutio minorum ob læſionem

non modicam. l. 4. h. tit. l. 2. inf. de ad-
miniſt. tut. l. Lucius. 38. fam. erciſc. l. ult.
ff. fam. erciſc. l. 1. 2. ſup. ſi adverſ. tranſ-
act. non etiam maiorum, l. 4. h. tit. l. ſi.
8. inf. tit. 1. niſi ob nimiam inæqualita-
tem. l. 3. verſ. quod inæqualiter factum
conſtiterit, inf. tit. 1. extra judicium offi-
cio judicis nobili extra ordinem ut lo-
quuntur, l. 3. ubi Dd. ſup. ex quib. cauſ.
maio. in judicio officio judicis merce-
narij, l. 5. inf. tit. 1. quam noſtri commu-
niter de læſione ſupra dimidiam acci-
piunt, nec ob aliam putant retractari
inter maiores diviſionem poſſe ſecun-
dum, l. 2. inf. de reſc. vend. Et hanc com-
munem inquit, Schurpff. conſ. 28. cent. 1.
Atqui d. l. 2. inf. de reſc. vend. etiam in
ſtrictis obtinet, Dd. ibi. & Bart. in l. ſi
quis cum aliter. 36. de verb. oblig. Cæte-
rum l. 3. inf. tit. 1. & d. l. 3. ſup. ex quib.
cauſis maior. hanc afferunt rationē, ideo
judicis officio ſubveniri etiam maiori
propter fraudem, dolum, inæqualitatē,
quod illud fieri in judicio bonæ fidei
æquum ſit. d. l. 3. inf. tit. 1. aut extra judi-
cium in contractu bonæ fidei, d. l. 3. ſup.
quib. ex cauſis maio. Deinde ſi requiri-
mus læſionem ultra dimidiam, quid o-
pus officio judicis, cum præſto ſit ordi-
naria condictio, ex d. l. 2. cuiuſmodi in
caſu & addo verbū (ſubveniri) propriè
denotare auxiliū non obligationis vel
actionis, ſed quod officio judicis ex æ-
quitate porrigitur, l. 1. & paſſ. de in in-
ter. eſt l. minorib. 6. cum mult. ſeqq. de min.
deinde & ipſe ſitus, d. l. 3. ſup. ex quib. cauſ.
maio. oſtēdit nō de ordinario ſed de ex-
traordinario remedio agi. verior igitur
videtur Molinæi ſententia in conſu. Pa-
ris. Rubr. 1. §. 154. in fi. qui exiſtimat ob
exuberantiam bonæ fidei in diviſione
ac ſimilibus permitti judicis officio, ut
ſubveniat etiam propter minorem inæ-
qualitatem dimidia juſtæ æſtimationis,
quod certè ſuadet & d. l. 3. inf. tit. 1. quæ
ſumit rationem alterā à bona fide ſub-
iectam: alteram vero à triplici obie-
cto, nimirum aut à dolo aut à frau-
de aut ab eo quod perperam ſit factum.
Eſt igitur † contrarius & dolus, d. l. 57
3. inf. tit. l. tres fratres. 35. de pact. l. 1. l. 5.
h. tit. qui cum etiam in ſtrictis exceptus
intelligitur, l. 5. de tranſact. l. ſi uxori. 39.
de aur. & arg. leg. l. ult. §. pen. ff. mand.
cum ſimilibus, multo magis in bonæ fi-
dei actionibus, l. 5. ubi Dd. inf. de reſc.
vend. etiam in diviſione ſtatutaria, Myn-
ſing. obſ. 37. cent. 4. Item fraus, quam
cum à dolo diſtinguat, d. l. 3. inf. tit. 1. ex-
iſtimo hoc vocabulo fraudem nō con-
ſilij, ſed rei ipſius denotari, ut in tit. quæ
in fraud. cred. l. ult. ſup. de revoc. his quæ
in fraud. ubi Dd. l. 2. §. 2. de dol. exc. d.
l. ſi quis. 36. de verb. obl. & quod perpe-
ram factum, d. l. 3. h. tit. ut exiſtimo, mi-
nus ſolenne cautionibus neceſſarijs o-
miſſis. Eodem & pertinet notoria in-
juſticia, Schurpff. conſ. 26. in fi. cent. 1.
quam generalem quodammodo cau-
ſam perhibere poſſumus.
Eſt etiam † contrarium ſi fides placi- 58
tis nō exhibeatur, l. ſi cum 6. inf. tit. 1. aut
non impleatur adiecta conditio, aut
modus. d. l. ſi cum 6. ubi Dd. inf. tit. 1.
Denique reductio ſeu recurſus ad arbi-
trium boni viri (ſcilicet in extraiudicia-
libus) l. ult. ubi Dd. inf. de cond. emt. l. hæc
venditio. 7. ff. eod. l. ſi quis. 43. ubi Dd. de
verb. oblig. in extraiudicialibus tamen
magis, quam judicialibus, d. l. cum pu-
tarem. 36. fam. erciſc. Contrarium non 59
eſt † pactum de nunquam dividendo,
quod quidem ad jus attinet l. in hoc. 14.
§. pen. eod. quoniam iniquum eſt, l. ſi con-
venerit.

veneris. 14. pro ſoc. Iaſ. in §. quadam. nu. 41. Inſt. de act. ideoque nullum, *l. nulla 70. pro ſoc. l. 4. inf. de inut. ſtip. Dd. l. generaliter. de verb. obl. cum ſimil.* Sed quid ſi juramento confirmatum ſit, *Iaſ. l. ſi non 26. §. ſi centum. 4. num. 7. de cond. ind.* ambiguè diſputat contra eos qui ſentiunt id non efficere, *ut gl. c. ult. verbo revocatus. de procur. in ſexto. Alex. conſ. 18. viſis. n. 1. 2. vol. 2.* cuius ſanè ſententiam exiſtimo veriſſimam in caſu principali, de quo loquitur, ſcilicet an domini terrarum jurarunt non dividere, ac poſt ortis diſcordijs, unde bella timentur, publica utilitas diviſionem hic fieri ſuadet, pro quo *c. 1. de iureiur. in 6. Et de reb. eccl. non al.* & fortaſſis etiam alibi hæc Alex. opinio verior eſt, ſi modo valet generalis theorica, Iusjurandum actui ex natura ſua revocabili appoſitum, eiuſdem naturam inducere, *c. ult. de procur. in 6. c. ultima voluntas. 14. quæſt. 2. Iaſ. l. ſi convenerit. 18. nu 4. & 5. de jurid. per l. ult. inf. de non num. per l. ult qui ſatiſd. cog.* Illud etiã in confeſſo eſt, tale juramentum conſenſu omnium eorũ, quorum intereſt, remitti poſſe. *Iaſ. d. §. ſi centum num. 8 per c. 1 de ſponſal.* Cæterum quod Iaſ. ibidem ſucceſſores non vult hoc juramento obligari *ex c. veritatis. 14. de jureiur. c. ult. de ſepul.* neſcio an defendi poſſit, ſi quod ipſe vult hoc jusiurandum irrevocabile ſtatuatur, Quanquam enim non tranſeat ad hæredes, quoad obligationem perjurij: tranſit tamen quoad obſervantiam contractus, ut hoc tantum de ijs ſucceſſoribus intelligi videatur, qui non alio, ſed ſuo jure ſuccedunt, *Bald l. ult. num. 16. ſup. de pact. & communiter Dd. Auth. ſacramenta, ſup ſi advers. vẽd. Pan. & alij c. veritatis & 6. cum contingat. 28. ubi latè Alc. nu. 130. cum ſeqq. de iureiur. in 6.* Contraria quoque † non putatur præſcriptio. *Ferr. in act. divis. verbo commun. n. 7. per l. 6. §. ſi dũ. 4. quemadm. ſer. amitt. cum ſimil de quib. ſup.* Illud † ultimo perpurgandũ, quod inquit, *l. ſi inter. 8. inf. tit. 1. poſſeſſionibus, atq; ita jurib. tranſlatis diviſionem perfectam revocari conſenſu non poſſe. Sic n. gl. & Dd.* accipiunt, ac mutua rerum retraditione opus eſſe volunt, *gloſſ. ult. Bald. & Dd. d. l. ſi inter. 8. inf tit. 1. per l. 59. de pact.* cui addi poteſt, *l. 2. ff. de reſc. vend.* Si quis tamen diligentius *d. l. ſi inter.* intueatur, fortaſſis exiſtimabit non illum eſſe eius ſenſum, ſed potius hoc ibi indicari, quod diviſio bona fide mutuo conſenſu terminata non poſſit (ab alterutro ſcil.) reſtaurari, h. e. retractari, aut ad novam aliquã alteramq; ſpeciem diviſionis deduci, Itaq; mihi non ad locũ contrariorum, ſed potius effectus eâ lex pertinere videtur. His expeditis † videamus tertio loco, quod huius tituli proprium eſt, de communi dividundo actione, ſeu ut plerumq; appellatur iudicio, *l. 1. 2. 3. 4. 6. 8. §. 2. & paſſ. eod.* Quanquã ob qualitatẽ bonæ fidei etiam arbitriũ vocetur, *l. in hoc iudiciũ. 47. verſ. dũ res in arbitrio eſt fam. hercisc.* ſicut & judex ei datus arbiter dicitur, *l. 2. verſ. ſi ũ diviſioni arbitrũ dedit. inf. tit. 1.* Eſt enim hoc judiciũ diviſoriũ bonæ fidei, quoties extra causã hæreditatis aut ſocietatis communes dividi petuntur, *l. 1. cum ſeqq. eod l. verum 63. pro ſoc. Schneid n. 2. & communiter Dd. §. quadã. 8. Inſt. de act.* ubi Imperator ita definit, communi, inquit, dividundo actio inter eos redditur, inter quos aliquid (extra cauſam ſcil. ſocietatis vel hæreditatis) cõmune eſt, ut id dividatur, Quod ſanè verum eſt, ſecundũ precipuũ huius actionis finẽ.

Cæte-

Cæterum quoniam ob alias cauſas dari
poteſt, *l ſi ædes. 12. l in hoc. 14. §. 1. l. ſi ſocius
15. eo. l. 5. inf. tit* 1. Poteſt igitur generatim
definiri ita, ut ſit Actio civilis, rei perſe-
cutoria, bonæ fidei. quæ extra caſum hæ
reditatis ac ſocietatis inter cōſortes ra-
tione rei communis datur.

Propria † ſunt, quod ſit actio civi-
63 lis. *l. communis. 24. §. 1. l. item. 20. eod.*
non univerſalis. *Ang. §. quadam. nu. 6.
Inſt. de act.* ſed ſingularis. *Ferr. in for.
pet. hæred. verbo communiter. num.* 4.
quæ tamen acceſſionem, & deceſſio-
nem ob bonam fidem recipiat, *l. ſi quis
6. §. ſi quid. 3. eod.* ordinaria, *Bald l. or-
dinari. 13 num. 6. ſup. de rei vend. & l. 2.
in fi. inf. tit.* 1. mixta, *d. §. quadam. Inſt.
de act. l. ſi quis. 29. eod.* origine perſona-
lis, effectu realis, *Angelo in §. quadam.
num. 3. Inſt. de act.* quod verum eſſe po-
teſt cum ad aliud quam ad diviſionem
principaliter agitur ſicut agi poteſt, *l.
5. inf. tit. 1. l. hoc. 14. §. 1. cum l. ſeq. l. ſi
ædes. 12. l. Sabinus. 18. eod.* Cætero-
quin cum ad diviſionem intendatur,
exiſtimare licet magis realē eſſe quam
perſonalem. *l ſi quis. 29. verſ. magis ex
re naſcitur. eod.* etiam reſpectu perſo-
nalium præſtationum, *d. l. ſi quis* Nam
præcipuè attenditur, quod ex re com-
muni ſibi quiſque ſuam portionem pe-
tat, atque ita quodammodo in rem a-
gat, *l. 4. § ſicut, eod. l. 2. ubi gloſſ. verbo.
ſocij. inf. tit.* 1. etiamſi non negaverim
reſpectu perſonalium præſtationum a-
ctionem eſſe perſonalem, *l. 4. §. 2. l et-
ſi. 8. cum mult. ſeqq. eod.* ſed quæ magis
ex re, quam perſona naſcatur, *d l ſi
quis.* & tamen acceſſio quædam ſit illi-
us. Sic igitur conſiderato fine prin-
cipali magis realis quam perſonalis,
quamvis alias ſit mixta. Eſt etiam du-
plex. *l. 2. in fi. l. judicium. 10. ubi gl. fin.
regula. l. in tribus. 13. de iudic.* petitorij
iudicij. *Bald. d. l. ordinaria. 13. num. 6.
ſup. de rei vend.* perſecutoria, *l. 2. l. 4.
§. 2. l. ſi quis. 29. eod. d. § quadam, ubi
Schn. num. 7. & 8. Inſt. de act.* perpetua,
l 3, in pr. ubi gl. verbo ſpeciales & ver-
bo licet, *ff. eod.* transmiſſibilis, *l. 4. §. ſi-
cut eod. l. item. 22. fam erciſc.* ideoque
ceſſibilis, *l in hoc. 14. § ult. eod.* bonæ fi-
dei, *l. 4. §. 1. verſ. hoc judicium bonæ fidei
eſt, eod. l. 3. tit.* 1.

Eſt autem alia actio directa † *l. 1. ubi* 64
*gl. verbo judicium ſcilicet directum, l. 4.
in pr. l. communi. 7. §. 2. eod,* alia utilis,
*l. communi 7. §. 2. l. ſed poſtquam 9. ver.
utile erit judicium eod.* Directa veris do-
minis datur, *l. 1. ubi gl. verbo. iudicium.
l. 5. l communi. 7. §. ſi duo. 4. ubi gl. ver-
bo vindicationum. eod.* aut ijs ſaltem qui
vindicationem habent, *d l. communi. 7.
§. 1. & 2. & §. ſi die. 4. verſ. plane ſi cauſa
damni,* idque pro rebus duntaxat cor-
poralibus. Utilis datur ubi vindicatio
ceſſat, juſta tamen ſubeſt poſſidendi &
dividendi cauſa, *d. l. communi. 7. §. qui
in rem. 2. l ſi quis. 29. eod.* ut bonæ fidei
poſſeſſoribus, *d. l. communi. 7. §. 2. l. ſi
quis. 6. eod.* utilibus dominis, *l. commu-
ni. 7. in pr. eod.* creditoribus uſufructu-
arijs. *d. §. ſi duo, in l. 7. eod.* Item veris
dominis pro rebus incorporalibus *l.
arbor. 19. §. aquarum & §. ult. gl. d. l. 1.
l. 4. in pr. verbo. per hoc. eod.* aut quæ
communes non ſunt, *l. ſi quis. 6. eod.* ut
quæ communes fuerunt, nec amplius
ſunt, *d. l. ſi quis. 6. l. ſed poſtquam. 9. l. in
ſumma. 11. eod.* reſpectu quarum de ſum-
tibus impenſis fructibus etiam ſublata
communione nihilominus hac actio-
ne rectè agitur, *l. item. 10. in fi. eod.*
quemadmodum & illis extinctis, *l ſed*

poſtquam

poſtquam. 9. eod. & generatim etiam communione durante, quoties ad eiuſmodi agitur præſtationes perſonales etiã in re corpora i toties utilis magis quam directa eſt actio, *l. in hoc 14. eod.*

65 Partes † huius actionis, ut aliarum ſumi poſſunt ex uſitato libelli ſyllogiſmo. cuius major continet jus in theſi, *l. ult. h. tit.* aut aliud ſimile petitioni congruenti, Minor narrationem quæ factum continet hypotheſeos *Bald. l. ult. in fin. inf. de fid. lib.* unde jus ducitur *l. obligamur 52. verſ. in facto quæſtionis ſumma conſiſtit. de oblig. & act. l. ſi ex. 52. §. 1. ad L. Aquil. l. quædam 14. de jur. Codic.* Tertia eſt concluſio ſeu petitio quæ jus ad hypotheſin accommodat, *Iaſ. num. 150. cum mult. ſeqq. & communiter Dd. §. omnium Inſtit. de act.* quæ duplex ut plurimum eſt hoc in judicio: Nam altera petitur ſuum, vel ſua portio ex re communi, *l. 4. cum mult. ſeqq. eod.* altera ſibi debitum. Altera perſonalis, qua petitur debitum ob rem communem *l. ſi quis. 29. eod* poteſt tamen aliquo caſu ſimplex eſſe concluſio, ut ſi ſimpliciter petatur rei diviſio ſine præſtatione perſonali, vel poteſt etiam ſimpliciter eſſe perſonalis, ſi tantum ad aliquam præſtationẽ perſonalem agatur, *l. 5. inf. tit. t. cum alijs ſup. alleg.*

66 Cauſa † huius actionis prima Lex eſt, *l. 1. ubi Doctores fam. erciſcund & in d. §. quadam.* proxima ipſa res communis, *l. 1. 2. 4. eod. l. familiæ. 9. inf. tit.*
1 ſeu qualiſcunque rerum communio, *l. 2. eod.* commune jus, *l. 4. §. 1. verſ. ita demum ſi ſolum jus commune ſit. l. ſi ædes communes. 12. & paſſ. eod.* reſpectu cujus non tantum naſcitur actio hæc, quatenus realis, ſed etiam potiſſimum quatenus perſonalis, *l. 4. §. 1. l. etſi. 8. l. ſi quis. 29. eod.* cui tamen quaſi contractus adjungitur reſpectu perſonalium præſtationum, *§ item ſi inter. Inſtit. de oblig. ex quaſi contr* cauſa tamen communionis juſta eſſe debet, *l. communi 7. §. 1. & §. neq. 6. eod.*

Licet autem cauſa ſocietatis excipiatur, *l. 31. cum ſeq. pro ſoc. Dd § quædam,* tamen hoc accipiendum eſt de ſocietate vera contractus cõventionali, qua lucra & damna participantur, non de ſocietate rei ſingularis incidẽte, ut cum duo rem emunt pariter quod ad ſocietatem refert, *l. 2. eo.* quia loquitur de ſocietate ciuſmodi non negociationis, ſed cauſæ ſingularis, ex qua res ſit communis, at illum titulum à ſocietate excludit, *l. ut ſit 31. pro ſoc.* quóniam illo toto titulo de ſocietate negociationũ tractatur conventionali, quod innuit *ibi gloſſ. in l. 1. & l. 4 eod.* Cæterum quoniam & hic pro ſocio actio magis ad perſonales invicem præſtationes pertinet ex contractu ſocietatis debitas, quam ad communium rerum diviſionem, *l. 1. eod.*

Ideo & hic datur actio communi dividundo ad res dividendas: Nec enim ad hoc agitur, niſi ſocietate ſoluta, quæ voluntate tollitur, nec opus actione habet, *l. ſi conven. 14 cum ll. ſeqq. pro ſoc.* & tamen ſublata ſocietate manent res communes, velut ex alia neceſſitatis cauſa, ut diviſio rerum ſuperſit, ſublata ſocietate, quæ hac actione peti debet, *l actione 65. verſ. diſtracta ſocietate diviſio rerum ſupereſt, pro ſoc.* Et ſimiliter interpretor, *l. 2. eod.* quoties communi voluntate res emta eſt: nam perfecta emtione talis ſocietas tollitur ſuum finem adepta, Manet

autẽ res communis, quæ ſimiliter hoc judicio dividenda eſt. Eadem ratione ex cauſa hæreditaria non quidẽ datur hæc actio, quatenus hæreditas dividi petitur, quia univerſale jus univerſali actione petendum eſt, & quidẽ propria. Cæterũ ſi cohæredes non ad diviſionẽ hæreditatis, ſed rerum ſingularium agere velint, rectè illis hæc accommodabitur actio.

67 Cauſa impulſiva † eſt neceſſitas, *l. 1. eod* atque huic inſerviens æquitas, *l. communi 7. § ſi duo 4. verſ. æquiſſ. erit judicium, l. in hoc 14. vers. æquitate ipſius judicij. eod.* Item deſiderium eorum, qui dividere poſtulant, *l. etſi. 8. eod.* non animo retentum, quod nihil operatur, *l. ſi. ut. 8. §. ſi debitor. 11. quib. mod. pign. l. ſi repetendi 7. inf. de condict. ob cauſ. l. ſi majores, 25. ſup. de tranſact.* ſed ad actum aliquem, h. e. provocationem externam deductum, *l. communi. 7 §. Iulianus 3. & §. ult. l. ſi quis. 29 §. ult. verſ. poſci judicem poſſe eod.*

Poteſt autem vel unus provocare aliis invitis, *d. l. ſi quis. 29 §. ult verſ. à quolibet ſociorum. eod. l. ult. h. tit. l. arburum 43. famil. erciſc.* & unus vel plures, *l. etſi 8. in pr. l. ſi quis. 29. in fin. eod.* excepta veſtibuli communis cauſa, ſuper qua invito utrolibet, vel omnib⁹, quorum intereſt invitis judicium dari non debet, quia qui de veſtibulo liceri cogitur (ut ſit in hoc judicio *l. 3. & 4. h. tit.*) neceſſe habet interdum totarum ædium precium facere, h. e, æſtimationum & venditionem admittere, *l. arbor. 19. §. de veſtibulo. 1. eod. de quo Cuiac. obſer. 14. cap. 1.*

68 Qui verò hoc judicio agere directè volunt, eos neceſſe eſt rei dividendæ dominos eſſe, *gloſſ. verbo hæreditatis, l. 4. in prin. ip. eod. per illum text. & l. inter 44. §. 1. famil. erciſcund: Schneid. §. quædam. num. 3.* ac rem communem inter ſe habere *l. etſi. 8. in princip. eod.* ubi etiam propterea inter hæredem, & legatarium datur: Qui vero non dominium, ſed aliud jus habent, ij tantum utiliter, ut diximus, hoc judicium exercere poſſunt, *l. communi 7. §. qui in rem. 2. §. Iulianus 3. §. ſi duo, 4. §. ult. ff. eod.* nec intereſt † utrum omnes poſſi- 69
deant, an non, *l. 2. l. ult. eod.* nam etiam non poſſidentes rectè agunt, verbi gratia, plures proprietarij, vel domini rei apud creditorem hypothecarium, *d. l. communi 7. § 4. & ultim. & l. 2. h. tit.* hanc actionem tamen denegant noſtri illi, qui dominus eſſe negatur, *Fab. num. 22. Ang. num. 8. Iaſ. num. 55. Schneid. in hac actione num. 9. d. §. quædam. Inſtitut. de act.* Atqui cum illi, cui jus negatur, hic imponatur onus probandi dominium, *Bartol: & Doctores. l. 3. §. 1. de op. no. nunc.* non video in quo alio caſu hoc locum habeat, quam potiſſimum in non poſſidente: nam poſſidentem poſſeſſio defendit, donec contrà probetur, *l. 2. inf. de probat. l. ult. ſup. de rei vend.*

Nec vero contra facit, *l fundi 18 de except.* loquitur enim de rei vendicatione jam inſtituta, in quo ſane judicio obſtat petenti diviſionem, ne præjudicium fundo, id eſt, vendicationi fundi fiat.

Communiter tamen ita receptum eſt à noſtris, ut non poſſidenti negent hanc actionem, quatenus jus illius negatur

gatur

gatur, *ex l. 1. fam. erciſc. Bart. & Doctores in d. l. 3. §. 1. de oper. no. nunc. Iaſ. nu. 54. Schneid. num. 9. poſt Ang. & Fab. d. §. quadam.*

70 Eccleſia quoque † vel eius adminiſtratores an hac actione agere poſsint diſputatur à *gl. Bart. & Dd. l. jubemus. 14. per illum tex. ſup. de SS. Eccleſ. Iaſ. remiſsivè. d. § quadam. num.* 3. in quo vere concluditur exemplo minoris, cujus jus obtinet *c. 1. & 2. de in integ. reſtit.* eam provocari, h. e. ream in hoc judicio eſſe poſſe, non provocatricem, aut actricem *ex l. 1 § 1 l. 5. in fin. cum ſeq. de reb. eor.* quod tamen accipiendum puto de rebus, quæ alienari prohibentur, non aliis, *c. 3. cum ſeq. de reb. Eccl. non alien. c. 1. eod. in 6. clem. 1. eod. & 1. c. 14. de rer. permut.* Idem accipiendum, quoties Eccleſiæ cum alio ſeculari res communis eſt, non ſi cum Eccleſia altera: Nam cum hac ſicut permutare poteſt, *c. ad quæſtiones. 6. c. cum univerſorum 8. de rer. permut.* ſic etiam dividere non prohibetur *Bartol. & Doctores. l. ult. h. tit. Schneid. d. § quadam, num. 20.* nam & hæc quædam eſt permutationis ſpecies *l. cum pater 77 § hæred. 4. de leg. 2.*

71 An etiam † competat hoc judicium canonico nomine præbendæ contra canonicum, vel alium diſputatur? ſed verius eſt competere, ut poſſeſſori, ſicut loquuntur, titulato, *Innoc. & CC. c. 8. de prob. Schneid. d. §. quadam num. 20. & Doctores eod.*

Licet enim in beneficiis non eſt dominium: tamen titulus & poſſeſſio juſta in his obtinetur. *c. cum univerſorum 8. ubi gloſſ. ultim. de rer. permut. c. beneficium. 1. ubi latè Dyn. de Reg. jur. in 6.*

Datur autem † hæc actio adverſus omnes ſocios, ut conſortes, cōvaſallos *Iaſ. n. 57. in d. §. quadam. per c. omnes. ſi de feud. dif.* Emphyteutas *d. l. communi 7. eod.* vel unum vel plures, *l. ſi quis. 29 § u. 1. l. & ſi. 8. in princ. eo.* etiam adverſus ſocij hæredem *l. item 10. eod.* etiā in ſucceſſorem ſingularem, ut creditorem, *l. 2. l. communi. 7. § ult. eod. l. 3. h. tit.* emtorem, *l. 1. l. 3. h. tit.* Denique quibus datur hæc actio etiam contra eoſdem, & inter eoſdem datur, *l. 2. in fin. eod.* non ſolum adverſus poſsidentes, verum etiam non poſsidentes, *l. pen. eod. Schneid. n. 16. d. § quadam.* Itaque ſi ſocius partem ſuam oppignoraret, ſicut poteſt, *l. 3. ubi Dd. h. tit. l. 3 & paſſ. inf. de com. rer. admin.* tam contra ipſum agi poteſt, ut dominum, *l. ſi quis. 6. §. ſi fundus. l. communi 7 §. ſi debitor. eod.* quam adverſus creditorem, *l. communi 7. §. pen. & ult. eod.* 72

Inter prædones † hoc judicium locum nō habet, *l. communi 7. §. 2. verſ. inter prædones eod.* quia nec poſsidere videntur, qui ita nacti ſunt poſſeſſionē, ut retinere non poſsint, *l. non videtur, 22. de acq. poſſ.* cuiuſmodi ſunt qui vi aut clam poſsident, quia cauſa poſsidendi, injuſta eſt, *l. 3 § ult. de acquir. poſſ. & d. l. 7. verſ. inter prædones,* Injuſta autem cauſa pro nulla eſt, *l. ſi nulla 6. l. improba. 7. inf. de acquir. poſſ. l. 4 l. ſi quis 8. inf. de præſcrip. long. temp.* quod autem nullum eſt, nullum parit juris effectū, *l. non putavit 8. §. non quævis. 2. de bon. poſſ. cont. tab. l. 4. §. condemnatum. 4. ubi Iaſ. & Doctores. de re jud. & l. 5 ſup. de ll.* 73

Precaria vero cauſa eorum, qui ex precibus poſsident, licet juſta

ſit, *d. verſ. inter, ubi Alber. hoc notat*, non tamen pergit, h. e. proficit ad huius judicij vigorem ea ratione, quia tales nihil juris in re habent, & ſingulis momentis ad concedentis nutum quod detinent, auferri poteſt, *d. verſ. inter.* quomodo nec colonis, nec ijs qui depoſitum vel commodatum ſuſceperunt, hoc judicium competit, quamvis naturaliter poſſideant, *l. communi 7. §. ne quis. 6. eod. gloſſ. verbo communes. in l. inter 44. in prin. fam. erciſcun.* Exiſtimem tamen & plures ita poſſidentes utiliter provocare ad diviſionem valituram, ſcilicet tamdiu, quamdiu jus eorum durat, *arg. l. lex. 31. de pignor.* cum pro ſua detentione teneantur rei vendicatione, *l. 2. ſup. ubi in rem actio. gloſſ. d. §. neq. 6. verbo poſſideant. ff eod. l. officium 9. de rei ven. etc.* cui quoties locus eſt, toties & huic eſſe ſolet *l. communi 7. §. 1. eod.*

73 Aliud ſane fateor † in creditore uſufructuario & ſimilibus qui licet utile tantum judicium habeant, juſtiore tamen ratione agunt, quia & jus in re habent proprium inſtar dominij, nec illis auferri ſine compenſatione poteſt, *l communi 7. §. ſi duo. 4. & §. ult. eod.* Qui cohæredes habet, ſi fundum pignori à teſtatore datum comparavit à creditore ſcilicet ex *l. pignoris tot. tit. ff. & C. de diviſ. pig. l. 4. de pignor. act.* quod debitores & eius hæredes impedire non poſſet, *tot. tit. inf. debit. al. pig. imped. non poſſe.* non debet à cohæredibus communi dividundo judicio conveniri, *l. qui cohær. 17. eod.*

74 Per hoc judicium † corporalium potiſſimum rerum fit diviſio unius, vel plurium, *l. 4. in princ. l. ſi quis. 6. & paſſ. eod.* *Ang. num. 2. Schneid. num. 11. 15. 14. in d. §. quadam.* De puteo quæritur an communi dividundo agi poſſit, Et ait Mela, ita demum poſſe, ſi ſolum eius communis ſit, *l. 4. §. 1. eod.* alioqui ſi tantum aquæhauſtus inde habeatur, ſervitus eſt merè individua, quæ non rectè dividi petitur, ut nec veſtibulum, nec aliæ res, quæ facta diviſione eundem uſum non ſint habituræ, niſi ex communi omnium conſenſu, *l. arbor. 19. in prin. §. 12. cum mult. ſeqq. eod.*

Communi dividundo judicium habet locum & in vectigali agro *l communi 7. in princ. eod.* & feudo, ac ſimilibus *Iaſ. poſt Fabr. d. §. quadam, num. 57. per §. omnes, ſi de feud. cont.* Incorporalia propriè non dividuntur, *l. cum filius 75. in prin. de leg. 2.* & proinde nec rectè hoc judicio dividi petuntur, *l. arbor. 19. l. 4. §. 1. l. item 10. eod.* utiliter tamen, *l. in communi. 7. §. ſi duo. 4. l. item. 10. §. 1. l. arbor. 19. §. ult. eod.* ut juriſdictiones *Iaſ. d. §. quadam. num. 16.* quatenus videlicet per regiones, per tempora, aut aliter dividi poſſunt, *Iaſ. d. §. quadam. num. 6. per L. Lucio 4. ubi Bart. & Dd. de aq. plu. arc. d. l. arbor. 19. §. ult. eod.*

Veniunt autem in hoc judicium res quæ deductæ ſunt, nec aliæ, *l. ut fundus 18. eod* ſi tamen nullæ ſpeciatim ſint expreſſæ, veniunt omnes, quæ ſub petitione actoris claudi poſſunt, h. e. ut interpretor, omnes communes, *l. in judicium 13. eo. per reg. l. ult. in fin. inf. de ann. excep.* niſi quid fuerit exceptū, ne veniat, *d. l. in judicium*, imo & de eo, quod ſub conditione debetur, etiam hoc judicium dari poteſt, ut cautiones inter-

interponantur de eo, poſtquam extiterit conditio, dividendo, *l. cum ſocij. 6. eod.*

75 Materia † igitur huius judicij principalis eſt ipſa rerum communiũ ſcilicet diviſio circa quam verſatur, & in quam dirigitur. *l. 1. cum ſeqq. cod. l. 3. h. tit. l. familiæ. 9. inf. tit. 1.*

Quanquam & acceſſoriæ præſtationus veniant, quæ natura principales eſſe poſſunt, ſi nihil aliud ſit, quod dividatur, *l. 4. §. ſicut. 2. l. ſi quis. 29. eod. Ang. d. §. quadam num. 9. Inſt. de act.* Nam in communi dividundo judicio nihil venit ultra diviſionem ipſarum rerum, quæ communes ſunt, *l. 3. h. tit. d. l. ut fundus. 18 eod.* niſi quid harum nomine debeatur, aut præſtandum ſit, *l. etſi. 8 §. venit. 2. l. item 10. eod* ut ſi damna, *d. l. etſi. cum ſeqq.* expenſæ, *d. l. 4 §. ſi ut, l. in hoc. 14. verſ. impendit. l ſi quis 29. eod.* fructus, *l. 4. §. ſicut. 2. l. item. 10. eod.* Item ſi mortuus in communem locum ſit illatus, *l. 2. §. 1. in fi. de relig. & ſumt. fun.* ſive igitur locando fundum, ſive colendo quid ſocius ſuper ſuam ſcilicet portionem conſecutus ſit, hoc judicio tenebitur, & ita quidẽ, ut ſi ſuo nomine petit, non cõmuni quod eſt præter officium, lucrũ communicare debeat, damnum ſibi retineat *l. ſi quis. 6. §. 1. l ſed poſtquam. 9. eod. l 5. inf. de ad. privat. l. & qui. 19. §. pen. cum ll. ſeqq. l. ſi quis. 23. C. paſſ. de neg. geſt* Nec vero datur hæc actio eius geſtus nomine, quod pro parte geri ſua potuit, *l. ſi quis. 6 §. ſi d. mũo. 5. C. § ult. eod.* Quare qui ædificavit in communem, ſervare à ſocio partem damni nõ poteſt, etiamſi interfuerit in communi ita ædificare, *d. l. 6. § ult. l. de pupillo, 5. § ſi plurium, 6. de op. no. nunc.* Cæterum hæ acceſſiones & deceſſiones rei veniunt etiam re extinctã vel poſtquã communis eſſe deſijt, *l. 4. §. ult. l. 6. eod.* & multo magis poſt moram, & litem conteſtatam, *l. ſi quis. 6. §. ſi quid. 3. l. ſi Stichus. 25. eod.* Sic etiam venit rei corruptio, *l etſi. 8. §. venit. 2. eod* aut ſi quid aliud in re communi admiſit, *l. item. 10. l. communis. 26. eod.* & denique quicquid venire ex bona fide æquum eſt, *l. ſed poſtquam. 9. cum l. ſeq. l. ſi quis. 29. l. in ſumma. 11. l. ſi Stichus. 25. eod.* ob dolum, culpam, geſtum, *d. l. in ſumma l. ſi is 20 l. ſi convenerit. 23. eod.* refectiones, *l. ſi ædes. 12. eod.* quando & præcipua quædam veniunt, *l. communis 26. eod.* denique eadem quæ in fam. Erciſc. judicium veniunt omnia, *l. ſi quis. 6. § pen l. arbor. §. ult. verſ. nec videtur quare minus in communi divid. quam in fam. herciſc. judicium veniunt*, hæreditatis tamen diviſio in hoc judiciũ non venit pro toto, vel ex parte, *l. 4. in pr. eod.* ſed rerum duntaxat ex hæreditate ſingularium, *l inter. 44. f. m erciſc* Arbor in confinio nata, item lapis, qui per utrumque fundum extenditur quamdiu cohærent fundo, è regione cuiuſque vicinorum ſunt, *l. arbor. 19. eod l. pro regione. 5. de acq. dom. l. ven. pro ſoc.* nec in communi dividundo judicium veniunt, ſicut nec fines ipſi, *l. arbor. 19. in pr. eod.* niſi eruta, & à finibus ſeparata, *d. l. arbor.* alioqui fines intacti, & proinde, quæ illis cohærẽt, manere debent, *l. pen. & paſſ. inf. tit. 1 l. 3. l. pen. inf. fin. reg. tot. tit. de ter. mot. cum ſimilib* ſi per eundem locum via nobis debeatur & in eum impenſa à ſocio facta ſit, communi dividundo hoc nomine non datur, quia dividi jus ſervitutis nequit, nec in illam, ſed in locũ alienum

impenſum eſt, Ideoque negociorum geſtorum agitur, *l. arbor. 19. §. ſi per eius unde, 2. eod. l. omnes autē. uſusfr. quemadmodum cave*: Utile tamen videtur hoc caſu dari poſſe, quia per indirectū, & reſpectu finis in rem alienam impenſum eſt, quod gloſ. innuit, *d. §. ſi per eundem, verbo durius*, & idem ſenſiſſe Pomponium, Paulum ibidem oſtendit. Res debitæ, hoc eſt, quas alter alteri debet, in hoc judicium non veniunt. *Schn. d. §. quadam, num. 19.* quod tamen accipiendum puto de ijs, quæ non debentur ex re communi, ut impenſæ, damna. *l. 6. 7. 8. cum ſeqq. eod.*

76 Formam † agendi proponit. *Bart. l. 1. nu. 2. h. tit.* ut actor petat rem communem certis regionibus, vel partibus dividi, aut ſi commodè fieri nequeat, alterutri pro precio conveniente adiudicari: Quam agendi rationem latius proſequuntur, *Bart. Bald. Sal. & Dd. l. ad officium. 3. hoc. tit. Ias. num. 69. poſt Ang. & Fab. Schneid. num. 25. in §. quadam Inſt. de act.*

77 Ex qua vero cauſa † res communis ſit, non opus eſt exprimi libello, etiamſi probandum ſit, ſiquidem actor dominus negetur, quanquam in hoc poſt alios diſtinguat. *Schn. §. quadam. num. 10.* res tamē ipſa, quæ petitur, deſignanda eſt, *Schn. ibid n. 12.* ut in alia omni actione ſingulari, *l. ſi in rē. 6. de rei vend. gl. c. 2. & CC de lib. oblat.* & finibus ſuis circumſcribenda, *l. 4. de cenſ.* niſi cum univerſitas petitur, ut actione pro ſocio ex ſocietate univerſali, *l. 5. pro ſoc.* cum qua hæc actio elective concurrit, *l. pro ſocio. 38. pro ſoc.* Cum autem ſit judicium, ut diximus, ordinarium, *Bald. l. 2. in fi. inf. tit. 1. l. ordinarij. 13. num. 6. ſup. de rei vend.* prorſus hic libello & toto ordinario proceſſu eſt opus, *Bald. d. l. 2. ſup. tit. 1* cuius partes exprimuntur, *c. quoniam. 11. ubi Lanfr. de prob. clem. ſæpe. de verb. ſign. Mont. fin. reg. c. 44. cum mult. ſeqq.*

At ubi † hac actione agendum? 78 Olim apud arbitrum, quem prætor dabat, *l. ſi quis. 6. § ſi fundus. 6. in fi. eod. l. 2. verſ ſi quis. inf. tit. 1. l. 3. §. 2. verſ. per arbitrum communi divid. de op. no. nunc.* poſteriore vero tempore ſublatis formulis, & impetrationibus actionum *l. 1. 2. ſup. de for. ſubl.* apud judicem ordinarium, *l. ſi in rem. 12. verbo judice cognoſcente. inf ſi cert. pet. d. § quadam. in fin ver. permittitur judici. §. ult. & pen. Inſt. d off. jud.* quem interpretamur judicem rei conventi competentem, ſive ratione domicilij, ſive ratione rei, ubi ſita eſt, ſecundum regulas fori competentis, *de quibus ſup. tit. de jurisd. & ubi in rem actio exerc.* pro quò *& l 3. §. 2 ubi Dd. de oper. no. nun.* Interdum tamen & prætor intervenit, *l. item 10. eod.* quod arbitror accipiendum de executione, non cognitione ſecundum *l à Divo. 15. in pr. de re iudic* ut ſi judex in diviſione uſus alteri ſervitutem, alteri mercedem uſus adiudicavit contra naturam eius ſervitutis: Nam merces in fructu eſt, *l. 2. de uſu & habit. in pr. Inſt. eod.* cum autem contra legem judex facere nequeat, & immutare naturam ſervitutis, *l. 12. ſup. de iud. laiè Tiraq. de pen. in pr.* & tamen hoc fiat propter neceſſitatem, *l item. 10. eod.* quæ legem non habere dicitur, *l. 1. ubi Dd. de o ſic eius cui mand. eſt Iurid.* ideo in [illegible] venit autoritas prætoris, approbando judicis

dicis adiudicationem, quod ipſum oſtendit, *d. l. item. 10.* de executione agi, non cognitione. Nam adiudicatio extremum eſt cognitionis, in qua judicis officium finitur, *§. pen. Inſt. de off. jud. iuncta l. judex poſteaquam. de re iudic.*

79 At quando † datur? Regulariter quamdiu res eſt communis, *l. famili. e. 9. inf tit. 1. Ang. d. §. quadam num. 6. Inſt. de act.* interdum etiam poſtquam ſocietas eſt diſtracta, *l. actiones. 65. § ſi poſt. 13. pro ſoc.* vel poſtquam ipſa res communis eſſe deſijt, aut interijt, *l. in ſumma. 11. l. ſi quis putans. 6. eod.* Item antequam condemnatus ſolvat, *l. ſi ſocius. 15.* cautionibus ſcilicet de futuro interpoſitis, quod in bonæ fidei iudicijs tralaticium eſt, *l. pro ſocio. 38. ff. pro ſoci.* poteſt etiam intentari ante rei vendicationem, *l. 2. ubi Bart. & Bald. h. tit. gloſſ in. l. ſi mancipiũ. 34. §. ſi cõmuni. verbo actum. de evict.* non etiam poſt illam motam oppoſita exceptione, ne præiudicium fundo fiat, *l. fundi. 18. de except.*

80 At quoties? † Sæpius utique, quoties, & quamdiu aliqua res communis manet, *l. 4. §. 2. eo. l. ſcriptura. 10. inf. tit. 1. Schn. Inſt. eod num. 7. poſt Ang. ibi. num. 6. §. quadam. Inſt. de act.*

81 At quamdiu †? Semper, etiam ultra 30. annos eadem ſcilicet ratione, quia cum communio & diviſio non præſcribatur, ut ſupra probavimus, ſequens eſt, quamdiu manet communio, tamdiu hanc actionem manere. *l. ult. ubi Dd. & Bald. h. tit. l. 6. §. ſed is. 4. quemadmodum ſervit.*

82 De probatione † non multum dicere attinet, niſi tamen vel jus agentis negetur vel communio ipſarum rerum, quo caſu aut utrique incumbit probatio, ut in duplicibus, *c. 3 de probat.* aut ſi reus ſimpliciter negaverit intentionem agentis, negando narrata prout narrantur, petita prout petuntur: nam tunc omnis probatio actori ſoli incumbit, ut oſtendit. *Mont. fin. reg. c. 46. c. 47.* ex Barbatio. *num. 7. & aliis in c. licet. de probat* communio autem rei omnino probanda eſt ordinariè, ut præcipuum huius actionis: At dominium, velut incidens tantum, incidenter eſt probandum, *Bart. l. communi. 7. §. inter prædones. eod. & l. in provinciali. 3. §. 7. ubi communiter Dd. de op. no. nunc. Fab. num 29. Plat. num. 14. Schneid. num. 10. poſt Fab. num. 22. Ang. num. 8. Ias. num. 55. d. §. quadam. Inſt. de act.* aut ex poſſeſſione. *Bart. ibid. per gloſſ. l. ſicut. 8. §. ſed ſi 2 ſi ſervi. vend.*

Cæterum, ut initio poſui, non habeo neceſſe de probatione hic plura dicere, cum & in ſuperiore actione locus hic ſit perpurgatus, & ex ſequente duplici finium regundorum judicio perpurgabitur amplius: Igitur reliqua pertexamus.

Finis † huius judicij regularis & præcipuus eſt, ut res communes dividantur, *l. 1. 3. ſup fam. erciſc.* & ſic à communione diſcedatur, *l. 3. 4. l. ult. hoc. tit.* pertinet enim hæc actio ad rerum diviſionem, *l. 1. eod.* Acceſſorij vel etiam (puta quando tantum petitur diviſio) principales, attamen irregulares alij fines eſſe poſſunt, nempè ut impendia præſtentur, etiam communione durante, *l. in hoc. 14. §. 1. eod.* vel re extincta, *l. 11. eod.* 83

ut

ut liceat re communi ad uſum deſtinatum uti frui, *l. ſi ades. 12. eod.* ut ex condemnatione communi ſolvatur, *l. ſed poſtquam. 9. l. ſi ſocius 15. eod.* aut ut aliquid non fiat in re communi, vel factum ut tollatur, *l. in re. 28. de ſer. urba. l. Sabinus. 28. eod.* vel ut inſtrumenta penes aliquam collocentur, *l. 5. ubi gl. inf. tit. 1.* ut cautiones in futurum præſtentur, *l. cum ſocij. 16. eod.* quod in omnibus bonæ fidei judicijs tralaticium dicitur, *l. 26. pro ſoc. l. 41. de iud.* nec tantum datur ad diviſionem faciendam, verum etiam ad decipiendum, ut inquit, *gloſſ. ult in l. 3. inf. tit. 1.* ubi ſuſpicor eſſe mendum, cum leges ad hoc allegatæ non ad fraudem faciendam, ſed potius reformandam ac eluendam actionem porrigant, *d. l. 3 ſup. ex quib. cauſis maio. cum ſimil.*

14 De eventu † huius judicij tam abſolutorij, quando appellatur, *Inſt. de perpet. & temp. act.* quam condemnatorij, *l. 1. de re iudic.* non habeo itidem neceſſe multa dicere, cum omnia, quæ in famil. Erciſc. judicio veniant, de quo ſuperius, etiam hic ſerventur. *l. ſi quis. 6. §. pen. l. arbor. 19. §. ult. eod.* pariique iudicis officio, vel executionem producit, *§. eadem interveniunt, de offic. judic.* vel ſecundum partis conventionem. *l. 3. in fi. l. 21. eod.* vel ſecundum quod utiliſſimum eſt, *l. judicem. 21. eod.* Item ſecundum æquitatem & æqualitatem, *l. 1. 2. 3. 4 h. tit. d. §. eadem. Inſt. de offic. judic. Ias. num. 51. §. quaedam. Inſt. de act.* & præter libellum, ut vult, *Ias. in l. nu. 22. num. 27. ſi cert. pet.* quod non ſatis congruit, *l. ut fundus. 18. eod.* ubi traditur judicis poteſtatem hic non excedere id, quod in judicium deductum eſt. Sed hæc diverſis reſpectibus accipiuntur, *d. l. ut fundus.* reſpectu materiarum, ut à judice aliud non judicetur, quam à partibus in judicium deductum eſt, *gl. in c. inter. 6. verbo petitiones de fid. inſtr.* At Iaſonis theorica capiatur de medijs, ac modo executionis faciendæ, *ut in l. 7. cum mult. ſeq. ff. eod.* quæ etſi variare poſſint multipliciter, tendunt tamen omnia ad unum principalis diviſionis finem & conſequente etiam petitionis, ut ne ſic quidem à concluſione libelli recedatur, *d. l. ut fundus. §. eadem. l. 7. 4. hoc tit.*

Adjacet † æquum bonum, *d. §. quadam. in fi. Inſt. de act.* ſeu ut loquitur ICtus æquitas hujus judicij & bona fides, *l. 7. §. 4. l. in hoc. 14. verſ. æquitate judicij eod.* & quæ hinc fluunt exceptiones doli. *d. l. in hoc. 14.* retentionis *d. l. in hoc* cautionis, *l. ſi ſocius. cum l. ſeq. eod* Item licitatio, *l. 1. §. 1. h. tit. l. arbor. 19. §. 1. verbo licere cogitur. ff. eod.* & illa ceſſante æſtimatio rei, *l. Aurelius. 51. §. ult. fam. erciſc. Bald. & Dd. l. 3. in fi. h. tit.* & in utraque adjudicatio, *l. 6. §. idem 7. eod. l. 3. 4. h. tit.* & quæ hanc ſequitur de evictione obligatio, *l. item. 10. in fi. eod.* 15

Affinia † ſunt judicia tam poſſeſſoria, quam petitoria. Poſſeſſoria ut interdictum uti poſſidetis, *l. ſi ades. 12. ff. eod.* interdictum unde vi, *l. communi. 7. §. 3. eod.* quod vi aut clam, *d. l. 7. § 3. l. & fi. 8 §. venit. ubi gloſſ verbo excudendo. eod.* Item de precario, *d l. communi. 7. §. Iulianus. 3.* 16

Affinis petitorij judicij actiones ſunt partim reales, partim mixtæ, partim perſonales. Reales ut vindicatio, *l. communi. 7. §. 1. & pen. eod. argumento* vel præcipuo eſt, quod vindicatio huic

judicio

judicio præjudicium pariat, l. ſi quis. 18. de excep. l. communi, 7. §. 1. & pen. eo. hypothecaria, d. l. 7. §. inter, ubi gl. verbo hypothecaria: eod. mixtæ ut familiæ erciſcundæ l. ſi filia. 20 §. 4. l. ſi pignori. 29. l. arbitriũ 43. l. ſi maritus. 46. cum ll. ſeqq. fam. erciſc. l. 7. § 1. & pen. l. arbor. 19 §. ult. eod. & finium regundorum, l. judicium 9. cum l. ſeq. fin. reg. Mont. eod. tract. c. 41. num. 2. perſonales ut pignoraticia d. l. 3. §. pen. pro ſoc. l. 1. l. 2. l. 19. §. ſi per eundem eod. quæ cum hac actione quoque concurrit, ſic tamen ut altera alteram tollat, reſpectu eiuſdem rei, l. pro ſocio. 38. in fin. ubi gloſſ. & Dd. ff. pro ſoc. Schn. §. quadam, num. 8. in hac actione. ex emto, l. communi. 7. § ult. ac quod ad ſervos, & familias de peculio, l. 8. cum l. ſeq. item noxalis quælibet, l. ſed etſi. 3. eod. actio incerti civilis & præſcriptis verbis, l. ſi convenerit. 23. eo. l. ſi fratres. inf. tit. 1. & in ſubſidium de dolo, l. 6. ubi glo. verbo exhibuit. inf. tit. 1. remediũ, l. 3. inf. tit. 1. ꝙ volunt idẽ eſſe cũ remedio, l. 2. inf. de reſcind. vend. Ego vero potius acceperim eam, legẽ iuxta tit. de hac actione, ut ſi extra judiciũ diviſio inter conſortes facta ſit inæqualiter vel perperam, vel errore aut dolo, liceat æquitate huius judicij rem ad arbitrium judicis revocare, Quanquam non negaverim remedium d. l. 2. etiã concurrere, l. ſi quis cum aliter. 36. ubi Doctores de verb. oblig. verum illa majorem læſionem requirit, nempe ſupra dimidium, de qua in illo tex: nullum verbum. Longè autem alienius glo. & Doctores d. l. interpretantur de remedio l. 3. ſup. de in integ. reſtitut. Nam in titulo ſeq. agitur de ordinariis judiciis; in d. l. 3. ſup. ex quib. cauſis maio. de extraordinario, ſicut majorum reſtitutionem eſſe conſtat, l. 3. l. 8. l. ult. ubi Doctores ſup. de in integ. reſtit. atq; ita puto diſtinguendum l. fundus. inf. tit. 1. Schurff. conſ. 28. quod ſupereſt, num. 3. cent. 1. qui licet læſionem ſupra dimidiam in d. l. 3. requirat: tamen nemo ſanus dixerit eadem læſione opus eſſe in extraordinario reſtitutionis beneficio, de quo l. 3. inf. tit. 1. ubi conſtat non modicam ſufficere etiã in majore, l. 4. ubi communiter Doctores.

Contraria †, ſi à communione diſceſſum ſit, l. 6. in princip. eod. ſi partem ſuam ſocius alienet, l. 1. h. tit. l. 4. §. 1. eod. exceptio pignoris, §. idem, 6. eod. doli mali, l. 9. in fin. l. in hoc. 14 eod. præjudicialis, l. fundum 16. de except. Item non poſſides, non es ſocius, l. 7. §. 3. eod. Ang. num. 8. Iaſ. nu. 55. Schneid. num. 9. Inſtitut. de act. aut quod perinde eſt, per vim, clam, aut precario poſſides, d. l. 5. ceſſio ſui juris, vel hujus actionis, l. ſed poſtquam 9. in fin. eod. & renunciatio l. in hoc 14. §. pen. & ult. eod. 87

TITULUS XXXVIII.

Communia utriuſq; judicij tam familiæ erciſcundæ quam comuni dividundo.

Huius tituli explicationem Dominus pater piæ memoriæ prætermiſit, cum pleraq; omnia, quæ ad hunc titulum annotari poſſint, in ſuperioribus præcedentibus duobus tt. fuſius declarata ſint.

1. *Continuatio huius tituli.*
2. *Finium notatio, eorumq́ue aliquot ſynonyma.*
3. *Fines quid?*
4. *Finium propria à cauſa efficiente, item à materia nu 5. à forma num. 6. à fine & effectu num. 7.*
Fines ſunt juris publici, & ſunt ſancti, & num. 26.
5. *Fines ſunt reales, magiſq́ue debentur & adjudicantur fundis, quam perſonis & num. 46. circa fin.*
6. *Fines ſunt ſtricti juris, limitati, & omnes apparentes eſſe debent, fundis contigui, & immediati.*
7. *Fines natura ſua ſunt immobiles, perpetui, æterni (quod tamen ibid limitatur) ac individui.*
Fines quatenus ſint præſcriptibiles, & num. 14. & utriq́ue prædio communes. & nu 28.
8. *Finium partes, & quæ earum dignior.*
Fines duabus ad minimum partibus, quoad fieri poteſt, ſunt oſtendendi, & nu. 53.
9. *Finium ſpecies à cauſa efficiente, item à materia num 10 à forma num. 11.*
Principales & minores termini ſeu fines qui?
Fines vetuſti & antiqui æquiparantur principalibus.
Ex finibus antiquis nonnunquam fiunt novi, & recentes.
Fines antiqui, niſi inveniantur mutati, præſumuntur in ea forma durare, in qua antiquitus conſtituti fuerunt.
10. *Termini communitatum æquiparãtur privatis, & proinde ſunt præſcriptibiles & num. 7. 14 circa fin. ac ſunt in commercio.*
Cohærentia induunt naturam eorum, quibus adhærent.
11. *Agri limitati qui? & quid ab his fines limitati differant, ac in quotuplices.*
12 *Erronea, aut falſa finium demonſtratio non præjudicat veritati, niſi authoritate rei judicatæ fuerit munita.*
13. *Finium cauſa efficiens remota & propinqua num. 14 materia circa quam n. 15. materia in qua num. 16. forma. n. 18. finis ultim 24.*
Finium conſtitutio juregentium fuit introducta, & jure divino approbata.
14. *Fines publici & privati à quibus conſtituantur.*
Fines publici abſq́ue ſcientia Principis, aut eius officialiũ præſcriptione immemoriali poſſint acquiri, non autem præſcriptione ordinaria, quod tamen ibid. limitatur.
Parochiarum & Eccleſiarum fines quatenus à Principe poßint conſtitui, & intra quod tempus à privatis præſcribi.
Fines privati, & communitatum num. 7. quanto tempore præſcribantur & nu 25. 32. 61.
15. *Fines quibus in rebus conſtituantur, ubi diſquiritur, an etiam dentur fines in mari.*
Intellectus l. 4. . 5. ult. ff h. t.
Inter prædia ruſtica tantum propriè ſunt fines, non autem inter urbana & n. 47. 52 Unde illa dicuntur eſſe confinia, hæc vicina.
17. *Fines quibus rebus diſterminari ac diſcerni ſoleant.*
18. *Fines conſtituuntur menſuratione, ac ſignorum impreßione, ubi exponitur, quomodo menſuratio fieri, ac quæ notæ, ſeu ſigna rebus, quibus fines diſterminantur, imprimi debeant.*
Super fines conſtitutos inſtrumenta confici, aut eoſdem ad acta referri curare expedit.
19. *Latitudo finium eſt vel conventionalis, vel legitima, vel eſt quinq́ue vel ſex pedum. Fines non niſi partibus præſentibus debent conſtitui, aut mutari.*
20. *Pedis quantitas quæ?*
21 *Fines ſunt probandi, ac qualiter illi probẽtur n. 22.*
23. *In controverſiis finalibus recipiuntur probationes leviores & imperfectæ.*
24. *Fines cur conſtituantur, & cur dicantur judices, vel monumenta.*
25. *Finium effectus & num. 26. ac ſeqq.*
Fines indicant cuiusq́ue fundi terminos.
26. *Finium turbatorum vel amotorum pœna remiſsivè, & an una pœna alteram tollat ſeu conſumat.*
27. *Ob fines turbatos licitum eſt ſuperioribus contra turbantes movere bellum.*
28. *Fines publici juriſdictionem, privati dominium demonſtrant.*
29. *Finium declaratio inter non dominos facta, an & quatenus valeat inter dominos.*
30 *Finium adjacentia.*
31. *Eorundem affinia, & contraria n. 32.*
33. *Quænam actio pro controverſiis finibus competat?*

34. *Actio finium regundorum quid? ubi ſimul ejuſdem referuntur propria.*
Actio hæc quatenus ſit mixta, & tam perſonalis quam realis indolem imitetur.

35. *Eadem eſt ſtricti juris, & arbitraria, duplex, ac ordinaria, n. 26. quod tamen ibid. limitatur.*

36. *Actio finium regundorum an ſit levis præjudicij.*

37. *Eadem an & quatenus ſit popularis, ac an ſit actio dativa, vel nativa n. 38.*

39. *Actionis finium regundorum partes, ſeu quot partib. libellus in hac actione cōſtare debeat.*

40. *Actionis hujus ſpecies & n. 41. 43.*

42. *Remedia pro regundis finibus à jure prodita: ubi ventilatur, an actio finium regundorum tam civilis, quam criminalis uno libello poſſit cumulari.*

44. *Actionis finium regundorum cauſa efficiens remota, & propinqua n. 45. materia nu. 47. forma n. 53. finis n. 71.*

45. *Actio finiū regundorum naſcitur ex varijs cauſarum figuris, & n. 49. quas tamen author ad duas cōtrahit, ut actio hæc oriatur ex parte quidem agentis vel ex jure aliquo reali, quod in illa re, cujus fines turbantur, habet, vel ſaltem ex illius rei poſſeſſione, & n. 48 ex parte verò Rei conventi ex turbatione, aut alio facto, quod pro turbatione eſt.*

46. *Actio hæc quib. detur, ſeu intra quos locū habeat.*

47. *Actio hæc datur de confinio controverſo, ubi declaratur inter quæ prædia propriè cadat confinium.*

48. *Si inter fundos confines intercedit via publicā, aut flumen publicum, ac controverſia finium incidat, adverſus quem hæc actio detur, ubi de intellectu* l. 4. §. ult. ff. h. t.

50. *Explicatio* l. de modo 7. ff. h. t.

51. *Actio hæc ad quid detur, ſeu quid in eā veniat, ubi docetur, quibus juris remedijs fructus percepti poſſint à Reo in hoc judicio peti.*

52. *Actio hæc an & quatenus etiam detur pro ædificiorum vicinorum finibus controverſis.*

53. *In judicio finium regundorum ordinariè procedendum & n. 36. 55. atq; à judice partibus præſentibus, aut alterutra ad citationē contumaciter emanente cognoſcendum; fineſq; in libello deſignandi, quod tamen ibid. limitatur.*

54. *Forma libellandi pro varietate cauſarum ac circumſtantiarum actionem hanc producentium eſt varia, de qua remiſſivè.*

56. *Actio hæc ubi intentanda. & n. 58 & cur iudex, qui de limitibus cognoſcit, dicatur arbiter.*

59. *Actio hæc quando, ac quoties n. 60. inſtituenda.*

61. *Actio hæc quamdiu duret. & n. 7. 14. 77.*

62. *Cui in hoc iudicio incumbat probatio.*

63. *In hoc judicio in terris Imperij ad ſublevandum onere probandi eum, cui id incumbit, poſitiones fieri ſolent, ad quas alter litigantium categoricè reſpondere cogitur, in terris autem, ubi libelli articulati rejiciuntur, loco harum poſitionum articuli proponuntur, ubi explicatur, quid ſint articuli, & quid à poſitionibus differant.*

64. *Articuli hoc iudicio quomodo formandi, & probandi n. 65.*

66. *Cautela pro formandis articulis ſuper fama & communi opinione in controverſiis finalibus probanda.*

67. *In actione finium regundorum, ubi actorem deficit probatio, iudex ipſemet in veritatem finium inquirere, & loca litigioſa accedere debet: & nu. 55. vel agrimenſores mittere, qui fines controverſos inſpiciant, &, ſi poſſunt, ipſimet determinent, aut ſi nequeunt, iudici omnes circumſtantias referant, vel etiam depictam loci faciem adferant n. 57. 68.*

69. *Agrimenſores an oporteat eſſe juratos, & an in eorum electionē partes debeant conſentire, atq; adverſus eorum relationem excipere poſſint.*

70. *Agrimenſores an litigatoribus abſentibus relationem iudici facere poſſint, atq; an iudex eorum relationi ſtare cogatur.*

72. *Eventus hujus judicij, ſive lata ſit ſententia abſolutoria, ſive condemnatoria n. 37. ubi docetur, quodnam in hac actione ſit officium judicis.*

74. *Actionis hujus adiacentia.*

75. *Remedia affinia, tam civilia, quam criminalia nu. 76. quæ pro turbatis finibus competunt.*

77. *Actionis hujus contraria.*

TErtium † judiciū diviſoriū eſt finium regundorū *d. § quadā 20. inſt. de act. §. 1. 2. 3. Inſt. de off. iud. in l. 13 de iudic. l. 10. fin. reg. cum ſimil.*

2 Fines † à fine nomẽ habent, quomodo & ſingulari numero vocantur *l.4.§. ſed etſi.3.eod.* eademq; ratione metæ *clem.1. ubi gl. verb metas de hæretic* termini *l.1.h.tit.l. eos.12.& penul. eod.§. ijs omnib.us verb. termino Novell.18. de hæred.& falcid,* limes, confinium *§.ſi Titius 31. Inſt. de rerum diviſ. §. ſi ab hoſtibus 5. Inſtit. quib. modis jus pat. poteſt. ſolvit l.2.verb. in cõfinio.l.4.§.ult fin.reg.* Inter quæ etſi nonnihil interſit: (Nam confinia, & limites potiſsimum ad publicos fines referuntur, *d.§.5. Inſt. quib. mod. jus pat. pot. ſol. l. in agris 16. de acq. rer. do.*) tamen hæc promiſcuè uſurpari ſolent *l. poſtliminium 19. de cap. & poſtli. revers. Curtius junior conſil. 158. nu. 22. Monta. tract. fin. reg. c.15. num.11.*

3 Definiuntur autem fines eſſe termini, qui ſingulos fundos determinant, & eius rei terminandæ cauſſa poſiti *l. eos. 12. & penult. eod. l.2. de term. moto* qui ſingulos fundos ſeparant *d l. penul eod.* Et ut ex Virgilio 12. *AEneid. in fin.* deſcribitur *in c. forus 10. de verb ſig. vers. Limes ibi. Limes erat poſitus litem, ut diſcerneret agri.* Seu ſigna, ut noſtri loquuntur, cuiusque finis demonſtrativa *Monta. trac fin. reg. c. 15. num.2. Corneus conſil. 195. num. 3 volum. 4.* demonſtratio confinium, *l. penult. eod.* loca, ubi, & per quæ agri finiuntur, & terminantur *Corneus conſil 158. nu. 22. Mont. d. tract. cap. 18.*

4 Propria † finium à CAUSA EFFICIENTE, quod ſint juris publici *gl. c.1. verb. ſcripturam publicam ubi Dd. de fid inſtrum. per cap. cum cauſam 11. de probat. F. lin. c. quia. 9. num. 15. de præſcrip. Monta. c.15. num. 14.* & ſancti, quia ſanctionibus publicis ab injurijs defenduntur *l. 2. & 3. de ter. mot,* tam divinis *Deutero 19. vers. 14. Prover. 22. verſu 28.* quam humanis *l 2. & tot. tit. de ter mot. l.4. h tit. l. ult. eodem.*

A MATERIA. † Quod reales ſint, 5
non perſonales, quia fundis, non dominis eorum cedunt, *l.4. §. ſi alter fundus 5. eod l. ſi fines 10. inf. de evictio. l.1. h. tit.* tanquam acceſſorij fundorum, quibus cohærent *l. 2. §. cum Stichum, 6. vers. ſed ſi fundus. pro emptor. d. l. 4. §. ſi alter fundus 5. eod.*

A FORMA † Fines ſtricti exiſtis 6
mantur eſſe juris *Mont. c.15. nu.7. vers. ita ſtricti limites.* quia limitati *l. in agris 16. de acquir. rer. dom.* ut ſunt quinque pedales latitudine *l. penul. h. t. l.3. de ter. moto.*

Quanquam autem publici communiter ſint laxiores latiusque patentes *l. patronus 34. §. 1. de legat. 3. Monta. cap. 15. num. 7.* magisq; notabiles *Caſtrenſ. l. 5. num. 24. de iuſt. & iur. Montanus c. 17. num. 1. & cap. 18. num 7.* tamen omnes apparentes eſſe debent *Mont. c. 17. num. 7.* ex regula *l. in lege 77. de contrah. emt.* etiam contigui fundorum, & ut loquuntur immediati *l. 5. ubi hoc Bal. notat. ff. eod. Specul. de emt. nu. 2. c. 15. num 8.* Quare quod idem *c. 24. num. 6. ait:* terminum eſſe mediatum oportere, non immediatum, id ſuſpicor eſſe mendoſum, niſi mediatum accipias pro intermedio, quo fines ſecernuntur.

Certè jura, quæ allegat potius probant, quod primo dixi, fines immediatos eſſe oportere *Bal. d. l. 5. ff. eod. Calderin. conſil. 90. num. 10.*

A FINE & EFFECTU † ſunt im- 7
mobiles natura ſua *tot. tit. de ter. moto.* perpetui, & æterni *Monta. c. 17. nu. 11.*

Ideoq;

Ideoque & individui. *l. arbor. 19. communi, divid. l. 8. de acquir. domi. l. penul. pro ſocio.*

Quanquam varietate ſucceſſorum interdum mutentur, *l. 1. h. tit. l. 11. eod.* vel arbitrio omnium eorum, quorum intereſt, *l. 1. l. 11. l. penul. eod.* vel etiam præſcriptione *l. ult. h. tit.* præſcriptibiles enim ſua natura fines privatos opinor. *d. l. ult.* ut XXX. annis præſcribantur, non ſpatio minore. *l. penul. h. tit.* niſi acceſſoriè cum ipſo fundo *l. 2. §. cum Stichum, verſ. Sed ſi fundus ff. pro emptore.* cui utrinque cohærent *l. id quod. 7. §. 1. de peric. & commod. rei ven. Mont. tract. fin. reg. c. 76. n. 10. & 11.* & communes ſunt. *l. arbor. 19. com. divid. §. ſi Titius. 31. Inſt. de rer. divis. l adeo. 7. §. ult. cum ll. ſeq. de acquir. domi. Monta. d. trac. cap. 23. num. 7.* pro indiviſo quidem. *l. pro regione. 8. de acquir. domi. l. penul. pro ſocio.* Ita tamen ut intellectu juris quiſque usque ad dimidiam finium lineam jus à ſui fundi latere habere intelligatur. *Monta. c. 25. num. 4. per communem doctrinam, d. l. adeo. § ult. cū ſeq.* Publici vero fines non æquè ſunt præſcriptibiles. *Mont. c. 72. nu 4. & 5. cum mul. ſeq. cap. uſq; ad c. 77. per gloſſ. in pragmatica ſanctione, verb. limites,* quod pluribus exequitur. *Luca. conſil. finium. num. 22.* Nam hi ſunt de reſervatis, ut loquuntur, principum. *Calcaneus conſil. 90. quia num. 7. & 15. Monta. c. 2. nu. 1. & c 84 n. 3.* ac ſigna univerſalis dominij. *Monta. c. 2. nu 11.* quod genus natura ſua eſt impræſcriptibile. *l. cum peris. 4. ubi Dd. de præſcrip. 30 vel 40. anno. l. præſcriptio 45. de uſucap.* niſi tempore immemoriali. *c. ſuper. 25. §. 1. de verb. ſignif. Dd. c. 1. quæ ſint regal.* magis ex privilegio, quam præſcriptione. *Anto. Gabriel. Rom. latiſſimè de præſcrip. lib. 5. conclu. 1. & in terminis noſtris. Monta. cap. 75. & 76. ex l. 3. §. ductus. 4. de aq. quotid & æſti.* Huc etiam pertinent fines limitati, ſeu agrorum limitatorum impræſcriptibiles, *l. ult. inf. de fund. limitroph. lib. 11. l. in agris. 16. de acquir. domi. Archidiaco. c. quicunq; 16. quæſt. 3. Guid. Papa. conſil 88. nu. 5. Curtius Senior conſil. 57. nu. 4. Monta. c. 74. num. 7.*

Qui non rectè hinc colligunt, quoties fines ſunt diſtincti, toties eſſe impræſcriptibiles, ſic enim aut nulli, aut pauci fines uſucapionibus ſubiacerent. *contra l. ult. h. tit.* quandoquidem omnes diſtincti ſunt, aut eſſe debent.

Nec rectè ducitur argumentum à limitatis finibus, quia ſunt inſtar viæ publicæ per agrum etiam privatum inductæ. *l. ſi id quod. 7. §. 1. de peri. & commod. rei vend.* quæ non præſcribitur, *l. viam. 2. de via. pub. l. præſcriptio. 45. de uſucap.* Idem extendit. *Monta. c 74. n. 4.* ad terminos feudales, quod congruere non videtur *§. ſi quis. quæ ſint regal.* Certè ad fines communitatum ea res non pertinet, nam hi inſtar privatorū præſcribuntur. *Monta. c. 74. num. 4.* quorum jure utuntur. *l. ea. 17. cum ſeq. de verb. ſig.* Aliter de hac finium præſcriptione loquuntur. *Faber. num. 35. Angel. num. 12. Ias. num. 39. & alij §. quædam. 20. Inſt. de actio.* ut ſcilicet fines decem annis inſtar agrorum præſcribantur, quod non congruit. *l. penul. h. tit.* niſi intelligas juxta. *l 2. §. 4 pro emt.* Actiones vero non niſi XXX. annis, quod *Franciſ. Balb. trac. præſcrip. parte. 4. in pr. quæſt. 13. num. 1.* rectè interpretatur: ſi nihil antè ſit præſcriptum. Cæteroqui citius cum ipſa re præſcriptio tolletur. *Monta. c. 74. num 1. pro quo l. hæreditatis. 7.*

tit. 7. in fin. ſup. de petit. hæred. l. corruptionem. 16. ubi dixi ſup. de uſufructu. l. 4. inf. in quib. cauſ. ceſ. long. temp. præſcr. Novella. 119. ubi Cuiacius.

8 Partes † finium conſtituuntur duæ extremæ: Videlicet, caput unde incipiunt. Cæpol. de fluminibus cap. 31. num. 8 quod quia dignius eſt l. antepenul. de relig. & ſumt. fune. ideo potiſſimum etiam in hac materia finium attenditur. l. ſervitus. 9. de ſervit. ruſt. præd. gloſ. & Dd. l. 1. §. hac interdicta. 4. de aq. quotid. & æſt. Mont. c. 24. num. 13. Et pes ubi terminantur. Cæpol. d. c. 31. de fluminibus. Mont. d. c. 24. n. 12. Mediæ vero partes ſunt latera utrinq; l. adeo. 7. §. quod ſi uno latere. 4. de acquir. domi. ad quæ dimēſiones pertinent. l. penul. h. tit. l. ult. eod. l. 3. de term. moto. de quib. plura. Aggenius Vrbicus ad Frontonem de finibus. Monta. c. 25. num. 8. Duabus autem cum minimum partibus oſtendi fines debent. l. forma. 4. ubi gloſ. verb. vicinus. de cenſibus. quo ad quidem ejus fieri poteſt. Monta. c. 21. n. 2. Dividuntur etiam fines rectè in duas vel plures dimidias partes, quarum unaquæque ad proximum ſibi agrum refertur & pertinet. Monta. d. c. 25. per l. adeo. 7. §. ult. cum ll. ſequent. de acquir. domin.

9 Species † à CAUSA EFFICIENTE. Alij principales, hoc eſt à principe conſtituti, ut publici, limitati, nec enim aliter ſtatui poſſunt. Monta. c. 76. nu. 8. & 9. per c. licet. 16. quæſt. 3. Alij minores ſunt, ut ab inferioribus conſtituti, partibus, judice, agrimenſore. l. 1. 2. h. tit. cū ſimilib. principalibus comparantur veſtuſti, antiqui. l. in finalib. 11. ubi Bald. eod. Monta. c. 22. n. 2. ſeu veteres, l. 2. verb. veteris determinationis. h. tit. præſertim quorum initium ignoratur. Monta. c. 75. n. 5. & 6. & c. 76. n. 4. A quibus diſtant novi, recētes. l. 1. h. tit. l. penul. eod. Monta. c. 22. nu. 2. quales ex antiquis fieri poſſunt, vel partiū voluntate. l. 1. h. tit. l. in finalib. 11. eod. vel neceſſitate. l. pro regione. 8. l. ergo. 30. l. adeo 7. §. quod ſi totos. de acquir. domin. l. in nomine. §. in Sardinia ſup. de offic. præfec. Africa. Monta c. 24. num. 4.

Quod ſi nihil mutatum, aut aliter cōventum appareat, ſemper intelliguntur veteres fines durare & ſervādi ſunt. l. in finalibus. 11. eod. l. 2. inf. quand. & quib. quart. pars. lib. 10. Monta. c. 21. nu. 4. & 5. qui quanto ſunt antiquiores, tantò putantur efficaciores. d. l. 2. inf. quand. & quib. quart. pars. Montan. c. 21. nu. 6. Interdum tamen & uſu venit, ut antiqui cum novis comparentur, & alij ex alijs verificentur, ut loquuntur, Bartol. l. demonſtratio. 17. nu. 20. de condit. & demonſtr. Paris. de puteo tract. de finib. feudor. c. de probat. num. 5. Montan. c. 21. num. 6.

A MATERIA & ſubiectis: † Alij publici, Alij privati. l. 4. §. ult. cum ll. ſeq. eod. l. in agris. 16. de acquir. domin. publici, aut Eccleſiaſtici c. quia. 9. de præſcrip. c. 3. de probat. Et hi rurſum duplices: vel rerum ſpiritualium. c. ſuper. 4. de parroch. Innocent. & Dd. c. cum cauſam. 13. de probat. Oldradus. conſil. 83. in fine vel rerum temporalium. gloſ. c. quicunq; verb. provinciarum. 16. quæſt. 3. c. ex litteris. 3. de probat. ubi Areti. in 3 notab. Monta. 75. cap. in pr. Alij temporales ſeu ſeculares, Et hi vel publici Imperij, ut limites provinciarū. l. ſi patronus. 35. §. Sempronio. 1. verb. finib. Galatia. de leg. 3. §. ſi ab hoſtibus. 3. inſt. quib. mod. jus pat. poteſ. ſol. l. Titius. 38. de acquir. dom. Alij quos dicere poſſumus patrimoniales, cuius- 10

cujusmodi ſunt & fines communitatum præſcriptibiles, & commercij, ut vendi poſſint. *Monta. c. 76.* quo etiam pertinet conſtitutio. *Elect. 5 parte. 2. l. 6. de contrah. empt.* nam eiuſmodi vicinalibus, & privatis cõparantur. *Monta. c. 74. n. 6.* qui hos ibidem *n. 4.* dividit in feudales, & allodiales, prout res ſunt, quorum fines exiſtunt, quæ in hæc duo genera diſtribui ſolent. *Bal. & Dd. c. 1. §. 1. n. bi gl. verb. interim. ſi de feud. defunc. Afflic. n. 68 & Feudiſ. in c. uni. de allod.* Diximus enim terminos accedere fundo. *l. 4. §. ſi alter fundus ſ. eod. l. 2. §. 4. pro empt.* Cohærentia autem naturam induunt eorum quibus adhærent. *l qua religioſis. 43. de rei vindic. c. volentes 8 de offic. leg.*

11 A forma : † Alij recti, alij transverſi *Feſtus. lib. 10 Cuiacius. lib. 2. obſer. c 9.* Alij limitati. Alij non limitati. Limitati ab ipſis agris diſtant. *l id quod. 7. §. 1. de peri. & commod. rei vend.*

Limitati agri ſunt publicis limitibus circumſcripti, & in centurias publicas diviſi. *Feſtus. lib. 10.* quos *Horatius Satyr. 10.* metatos appellat, *de hu. l. in agris. 16. de acquir. domi. Aggenus Vrbicus ad Frõ. 10. Alciat. lib. 1. prætermiſ. verb. limitati. & παρεργῶν. c. 38 Cuiac. lib. 2. obſerv. c. 9.* Diſtare autẽ etiã ab his agris limitatis ipſos limites vel hinc apparet, quod limitati agri, partim publici ſunt *l. ult. inf. de fund. limitroph. lib. 11. l. 5. inf. de annona li. 11. l. 3. verſ. duas AEgyptiaci limites ſup. de advoc. diverſ jud. l. maximar. verſ. Rhetium limes inf. de excuſat. mune.* partim vero privati, qui veterib. poſſeſſoribus devicto hoſte relinquuntur, aut alijs dividuntur, venduntur, aſſignantur. *l. in agris 16. de acquir. domi.* præcipuè ſucciſiva, quæ Centurijs, quib. agri limitati divĕdebantur, *Feſtus. d. lib. 10.* ſuperabãt, neq; centuriam novã explebant. Cæterũ limites limitati omnes publici ſunt; etiamſi fundos privatorũ tãgant. *d. l. id quod. 7. §. 1. de peric. & commod. rei vend.* Sunt enim illi, qui iter per agros publicũ, tanquã in via publica cõmeanti, populo præbent ex L. Sẽpronia, Cornelia & Iulia, *ut ait Cuiac. d. lib. 2. obſervat. c. 9.* Ex ijs alij ſunt decumani maximi, à numero iugerũ, qui diriguntur ab Oriente in Occidentẽ, & ex Auguſti cõſtitutione pedum XL. latitudinem habent. Alij cardines maximi, qui ex transverſo occurrunt, pedum XX. latitudine à ſeptentrione in Meridiem & contra. *Cuiac. d. c. 9.* Inde Frontinus ait decumanis & cardinibus agros limitatos cõtineri; & hos præcipuos fuiſſe agrorũ limites publicos, oſtendit plurib. *Cuiacius d. lo. Feſtus lib. 4 Iſidorus etymologiar. lib. 15. c. 14.* Minores his ſunt actuarij pedũ duodecim. Alij Subruncivi legitimæ latitudinis viæ : nempe pedes VIII. in diſtrictu, XVI. in anfractu. *l. 8. de ſervit. ruſtic. autore Harmenop. de limitib conſtituend. Cuiacius præall loco.* Noſtri has differentias ignorant, & ab eiuſmodi plagis ventorum, quo termini diriguntur appellant Orientales, Occidẽtales, Meridionales, Aquilonares, *Monta. cap. 16. nu. 1. 2. & 3.*

A fine & effectu : † Alij utiles, inutiles, alij veri falſi, dubij. *Mont. c. 76. nu. 4. verſ. niſi ſint dubij ex l 2. 3. h tit. & paſſim.* In quo tenenda eſt REGULA. Falſam aut falſorũ finium demonſtrationẽ non obeſſe veritati, niſi rei judicatæ authoritate ſit munita, *l. ſed ſi communes. 18. §. 1. l. cum ſervo. 63. §. ult. de contrah. empt. Bar. nu. 2. Bal. n. 1. Imola n. 3. Iaſon. n. 3. & communiter. Dd l. ſi quis. 4. de legat. 3. gloſ. l. 4. verb. vicinos. de cenſib.* 12

Cauſa

13 Cauſa prima † finium eſt eadem, quæ diſtinctionis dominiorum, nempe Ius Gentium *Caſtrenſ. n. 24. & Dd. l. 5 de juſt. & iur.* lege divina approbatũ *Deutero. c. 27. 16.* & humana, ut Attica Solonis in Romanam civitatem traducta, *l. ult. de term. moto.*

14 Proxima † in publicis quidem & limitatis conſtitutio principis. *Monta. c. 2. num. 11. & c. 4. num. 11. c. 21. nu. 3. 4. 5. & 12. c. 76. num. 7. 8. per l quod principis. 23 de aq. plu arcend. c. 1. 80 diſtinct. c. 1. 13. quaſt. 1. Calcaneus conſil. 90. quia num. 7. & 15.* qui & mutare poteſt. *Monta. c. 21. num. 3. & 4. Pariſius conſil. 62. n. 12.* vel Senatus eius, ac Commiſſarij ut loquuntur, *d. l. quod principes verſ. Senatus iuſſu de aq. plu. arcend. Monta. c. 2. nu. 12.* vel præſcriptio immemorialis. *Monta. c. 75 num. 5. per c. 1. de praſcrip. in 6. Panor. in c. 1 num. 10. ut lite pendent. Antonius Capitius decis. 189. num. 8.* quæ etiam abſque ſcientia principis, vel officialium procedit. *Monta. c. 77. num. 7. ex Iaſo. l. 3. num. 21. cum mul. ſeq. de Iuriſdict. Balb. trac. praſcrip. partis. 5. princip. parte. 2. quaſt. 2. & ſeqq. Anto. Gab. Roma. lib. 5. de praſcrip. concluſ. 1.* Licet in minoribus eius ſcientiam requirat. *Bar. in l. 1. de aq. plu. arc. l. ſi publicanus. 4 de publ.* quo caſu ſcientia officialium ſufficit. *Mon. c. 77. num. 8. Balb. praall. loco in trac. praſcrip.* Alia poſſeſſio privatorum non conſtituit fines publicos *Monta. c. 98. num. 2. Calcaneus. conſil. 90. num. 15.* ut nec præſcriptio, quæ ducitur ex poſſeſſione. *Felin. & Dd. c. judicante. 9. de praſcrip. Montanus. c. 74. cum mult. ſeq. pro quo l praſcriptio. 45. de uſucap.* niſi quoties alij fines non apparent. Nam tunc obſtat præſcriptio ordinaria, quoniam utrum fines publici ſint, an non ſint, & ubi ſint ignoratur. *Monta. c 75. num. 6. & 7.* ut & in finibus dubijs. *Montan. c. 76. n. 4. tex. in c 3. de probat c. quia. 9. de praſcrip. Petrus Ubaldus tract. de duob. fratrib. parte. 5. nu. 39. Curtius Senior. conſil. 57. num. 7. facit l. ſive ... 9. in fi. de publi:ia. c. cum ſunt partium ubi Dd. & pracipuè. Dynus de Reg. Iur. in 6.* Parochiarum, & Eccleſiaſticos fines, princeps non conſtituit abſq; ſcitu & conſenſu Eccleſiæ. *Panor. conſil. 71. in fi. volum. 2. Monta. c. 2. num. 1. c. 4. num. 12. c. 75. & 76. per c. pracipimus. 16. quaſt. 1. c. avaritia. 10. c. vacante 16 de prabendis.* Hi tamen fines præſcriptione XL. annorum contra Eccleſiam quæruntur. *c. quia. 9 de praſcrip.* etiam à privatis poſſeſſi. *d. c. quia Monta. c. 75. & 76. per communem doctrinam in Auth. quas actiones ubi Ias. num. 9. 10. 11. ſup. de SS. Eccleſ.* & conſonat Conſtit. provincialis. *5 parte. 2.* exceptis ijs, quæ propriè ad Spiritualia pertinent. *Monta. d. cap. 75. cum ſeq.*

Privati conſtituuntur vel à dominis. *l. 1. 2. h tit l. penul. eod.* non alijs poſſeſſoribus. *l. 4. h. tit. Monta. c. 21. nu. 2.* vel à judice. *l 3 h. tit. §. ſi finium. ult. Inſt. de offic. iud. l. ſi irruptione. 8 & paſſim. ff. eod.* item à vetuſtate. *l. in finalib. 11. eod.* ac præſcriptione XXX. annorum, *l. ult. h. tit.* etiam communitatum, ut dixi, cui congruit conſtitutio *provinc. 5 parte. 2.* quia pro privatis habentur *gl. l. 4. verb. Reſpublica ſup. ex quib. cauſ. maior. per l eũ. 17. cum ll. ſeq. de verb. ſignif.* Quin & Eccleſia vel Reſpublica præſcribunt contra privatum hoc ordinario tempore. *Ias. num. 10. & 11, in Authent. quas actiones ſup. de S. S. Eccleſiis.*

MATERIA finium circa quam, 15
ſunt loca naturalia fundi. *Monta. c. 107.*

vel

vel publica l. 4. §. ult. eod. vel privata. l. 2 l. 4. in fin cum ll. ſeqq. eod. Caſtrenſ l. 5. num. 24. de juſt. & jur. publica, ut ſunt territoria. Mont. c. 15. num. 11. & c. 17. Curtius ſenior conſil. 158. num. 2. flumina l. 4 §. ult. eod. De mari dubitatur, cui negat fines eſſe Corneus conſil. 273. num 22. Sed receptius eſt, & huic quoque fines conſtitui, ut jurisdictionum, ſic etiam limitum, ſaltem ad milliaria centum Capoll. de ſervit. ruſt. tit. de mari. c. 26. num 24. Monta. c. 39. nu. 2 & 3. facit gloſſ in c. ubi 13. §. porro. verſ. territorio. de elect. in 6.

Cæterum quod negatur confinium eſſe, ſi via publica vel flumē publicum intercedat l. 4. §. ult. eod. accipiendum ita eſt, ut tum non inter privatos, quorum agros locus publicus dividit; ſed in ipſo publico confinium cōſtituatur l. 5. ff. eod Privata finium loca ſunt, prædia ruſtica l 4. §. ult. eod. & quæcunque hoc nomine, ac jure veniunt, ut rivus privatus, l. ſed ſi rivus privatus. 6. ff eod. ager, l. ſi fines agri. 10. inf. de evict. l. ſi irruptione & verſ. fines agri. eodem. Nam urbana magis vicina dicuntur, quam confinia d l. 4. §. penult. eod. Quanquam & in urbanis hortorum latitudo confinia efficere poteſt, d. §. penult.

16 MATERIA in qua † ſunt extremitates agrorum & termini, aut veteres l. 2. h. tit. l. in finalibus 11. eod. & l. ſi irruptione 8. eod. Montanus c. 21. num. 1. aut novi, ex conſenſu partiū l. 2. h. tit. gloſſ. & CCa. c. olim 20. de cenſib Mont. c. 26. aut ſi non congruit, ex judicis autoritate, qui dirigere extremitates poteſt additis vel detractis agris, & adjudicatione invicem facta l. 2. l. 5. eod.

Conſtituuntur autem † ejuſmodi fi- 17
nes variis in rebus, ut lapidibus l. 2. l 4. § penult. eod. arboribus Montan. c. 17. num. 7. & c. 17. num. 2. & 3. & 7. fonte, Montan. c. 17. nu. 7. & 8 flumine, l. 4. §. ult. l. 5. eod. rivo, l. ſed ſi 6. eod. monte, Monta. c. 15. num. 7. jugis montium, aut collium Monta. c. 17. nu. 5. convallibus Monta. c. 17. num. 11. vijs, vel publicis, vel privatis, l. 5. eod. l. 3. de loco & itin. publ. Montan. c. 17. num. 2. & 5 & c 37. num. 2. & 3. monumentis, l 2. § ult eod. l. 4. inf. de religioſis Sacellis, Montanus c. 17. num. 8. & 9. ex Aggenio urbico foſsis, l. 2 l. 4. §. ſed etſi 3. l ult. eod Montan. c. 17. num. 5. & 7. ædificio, ut tuguriolo, l. ult. l. 4. §. ſed etſi. 3. eod. ubi Ulpianus nec enim, inquit, multum intereſt, arbores quis in confinio, an ædificium ponat, ſecus eſt in pluribus ædificiis conjunctis, quæ non confinio, ſed viciniis diſterminantur.

FORMA † conſtituendorum fini- 18
um perficitur menſuratione, & ſignis Monta. c. 26. nu. 1. Menſuratio fit, tractis à termino ad terminum funiculis Calcaneus conſil. 90. num 7. & 8 Monta c. 18. num. 3. Signa imprimuntur certa; ut inſignia partium, judicis, menſoris, ijs rebus, quæ pro termino conſtituuntur, ut lapidi, vel arbori finali Montan. c. 17. num. 7 & 19. num. 3. & 4. veluti monumento determinationis l. 2. h. t. eâ parte, qua agros dividit Monta. c. 13. n. 2. & 3. qua parte etiam ejuſmodi ſolent aſperari, & acui Monta. c. 18 num. 1. Bart. in tract. Tyberiadis, figura 10. & iiſdem circum circa, effoſſa terra, circumdari ſtrues aliqua & acervus minutorum lapillorum ſolet, Et majoris autoritatis gratia, aut ipſe judex ſuis oculis fines

ſubijcit, ut rectè dirimantur fines *d. l. ſi irruptione. § ult.* aut ſaltem agrimenſores, aut alij indubitati teſtes adhiberi, *l. 3. h. tit.* eademque de re, memoriæ cauſſa, vel inſtrumentum à Notario confici, vel res ad Acta referri. *Monta. c. 13 num. 4. & c. 93. & 87.*

19 Longitudo autem † finium, & magnitudo, ex agrorum quantitate definitur, partium conſenſu *l. 2. verb. vicinorum conſenſus h. tit.* Itaque non niſi partibus præſentibus fines dirimi debent, *l. inter 44. de recept. arbitris.*

Cæterum de latitudine, ſi nihil conveniat, ea eſt ex lege definita, ſpacium nempe pedum quinq; quo aratrum ſine vicinorum incommodo circumducere poſsis *l. 3. de ter. moto. Paulus lib. 1. ſent. tit. 16. Harmenopulus lib. 2. Aggenius Vrbicus ad Frontonem.* quod etiam poſt ad urbana porrectum eſt, *l. ult. ff. eod. Monta. c. 97. in fin. Bar. l. item 15. §. convicium 3. num. 1. & 2. de injurijs, per l. ult. §. ſi ad januam quod vi aut clam. l. qui filium 74. §. 1. ad SC. Trebellia.*

Ex lege autem Mamilia quinque, aut ſex pedum ſpacium eſt definitum *Cuiacius l. 4. §. ult. de uſucap. pag. 434. ex Aggeno urbico.* Nam hic quaſi plenus gradus eſt Geometricus plurium pedum, cujus mentio fit *in l. 3. vers. qui terminos extra ſuum gradum finesq́; moverit. de term. moto.*

20 Eſt autem † pes genus menſuræ, cōtinens palmos quatuor, uncias XII. & digitos ſedecim *Montan. c. 26. num. 3.* quem tamen noſtri aliter menſurant, aientes, quindecim digitos efficere pedem & quinq; pedes unum, ut loquuntur, paſſum, de quo *l. penult. h. tit. gloſſ. c. ſicut vers. paſſus. 17. quæſt. 4. Albericus*

.d

cus l. penult. h. tit. & l. ult. ff. eod. Monta. c. 26. nu. 3.

21 Fines autem † verificādi ſunt, & probandi *l. in finalibus. 11. cod. Bar. l. demonſtratio. 17. num. 20. de condit. & demonſtr. Monta. c 11. num. 6. & 7. Latè Paris de Puteo in trac. de finib. feudorum c. de probatione num. 4. & 6. cum ſeq.*

22 Probantur autem † per vocem, vel vivam vel mortuam, *c. cum cauſam 11. de probat. Monta. c. 50. num. 1.* Vivam ut per aſſertiones partium *Montan. c. 17. num. 10. & c. 52. num. 13.* quod intelligo concordantium *l. 2. h. tit.* alias alij teſtes ſunt adhibendi, ut priores domini, *l. penul. cod. l. 1. h. tit.* etiam venditoris *Monta. c. 22. num. 14.* Præcipuè autem hac in parte creditur vicinis *Mont. ibid. num. 5. & 10.*

23 Nam hi hac in parte, teſtes magis ſunt idonei, quam remotiores *Monta. c. 17. num. 10.* ſic etiam ut hic teſtibus de univerſitate, & quidem ſingularibus credatur *Iacob. de Butrig. conſil. finium num. 31.* nec hic ruſticitas fidem detrahit *Monta. c. 13. num. 1. tex in l. ſi chorus. 79. §. 1. vers. audiſſe ſe ruſticos ſenes. de legat. 3. c. quia. 9. ubi Dd. de præſcrip.* Propter dignitatē tamen, & autoritatem hîc fidei multū tribuitur teſtimonio eorum, qui jurisdictioni præſint *Monta. c. 53. num. 13.* Sicut viſus quoq;, & inſpectio judicis, ac peritorum, multum hic operatur *l. ſi irruptione 8. §. ult. cod. l. inter 44. de recep. arbit.*

Mortuis vero teſtimoniis probantur fines ex ſcriptura, non modo librorum, & chartarum *c. cum cauſſam. 11. verſ. per libros antiquos, de probationib. l. in finalib. 11. cod.* Sed etiam monumen-

men-

mentorum veterum, arborum, *d. l. in finalib.* 11. *cod. l.* 2. *h. tit.* *Monta. c.* 13. 21. 91. ita quidem ut publicam faciant fidem *Monta. c.* 18 *num.* 1. *per. c. cum cauſſam* 11. *ubi Dd. de probat. gloſſa. c.* 1. *verb. ſcripturam publicam, de fide inſtru.*

Eodemque pertinent ſententiæ, arbitria judicum *Monta. c.* 51. *num.* 11. *& c* 87. *Bal c. cum cauſſam* 11. *& Dd. de probat.* Et hic quidem, in antiquis præſertim, ſcripturæ verba non tantum diſpoſitiva probant, ſed etiam, ut loquuntur, narrativa *Monta. c.* 60, 61. *Iacobus de Butrig. conſil. de finibus.* 1. *num.* 21.

Eodemq; referantur libri antiqui *d. c. cum cauſſam* 11. *de probat. Monta. c.* 62. *&* 64. item hiſtoriæ, annales *Bald. & Dd. c. cum cauſſam per l. ultim. ubi idem Bal. de rer. diviſ. Bar. num* 22. *Iaſ. nu.* 25. *l.* 1. *ſi certi petat. Bal. l.* 1. *in princ. de offic. quæſtor. Felin. c.* 2. *nu.* 16. *de reſcript.*

Neque tamen ſcripturas excludimus privatas, *Monta. c.* 63. ut nec alia indicia, quæ tamen non æquè plenam faciunt fidem, atque publica illa documenta, ut eſt, vulgi opinio, *Monta c.* 17. *num.* 17. *Bal. num.* 6. *d. c. cum cauſſam & ibidem Dd. Felin. & alij de probat. Idem Bal. conſil.* 5. *num.* 5. *volu.* 4. *Petrus de Vbaldis tract. de duob. fratrib. parte* 5. *nu.* 35. Communis opinio, *Monta. c.* 52. *num.* 16. fama, *Monta. c.* 55. *num.* 8. *&* 61. *d. c. cum cauſſam* 11. *ubi Doctores de probat. Iacob. de Butrig in conſil. finium num* 49.

Item conſuetudo viciniæ *Monta. c.* 51. *num* 12. vicinitas: Nam cui magis adjacent, ad eam partem in dubio magis pertinere putantur, *Monta. c.* 33. *additio ſub litera A. in conſil. finium Iacob de Butrig.* aliæq; conjecturæ, *Monta. d. c.* 83. *c.* 88 *Iacob. de Butrig. d conſil. finium per totum* ſigna, *Monta. cap.* 50. 51. 53. *Luchinus conſil.* 1. *finium num.* 11. & alia adminicula varia, de quibus ordinariè *CC. in d. c* 11. *de probat.*

Sufficiunt autem † in cõfinibus probandis leviores probationes, ac minus 23
perfectæ *Monta. c.* 50. *n.* 3. *&* 4. cum quia res modici præjudicii reſpectu totius fundi, Nec enim tolluntur fines, ſed manent communes *Monta c.* 99. *in prin.* & res difficilioris exiſtimantur probationis, propterea quod non poſſideantur *Monta, ibidem num.* 9. *&* 11. Et hic locum habet REGVLA *l. non omne* 5. § *à Barbarii.* 6. *de re milit. l. ſi conſtante* 24. *in princ. ubi Alex. & Dd. ſolut matr. l.* 4 *ubi Iaſon num.* 18. *l. ſi quis.* 6. § *penult. ubi Bar. de edendo. c præterea* 27. *ubi CC. de teſtib. c. l. tertu* 11. *cum ſeq. de præſumptio.* Vnde recipiûtur, ut dixi, teſtes ſingulares, aliàs minus idonei *c. licet.* 9. *ubi gloſſ. verb. ſingulares de probat.* Et univerſitatis, aliâs minus fide digni, *c. veniens.* 38. *de teſtib. Monta. c.* 58. *per totum.*

Quanquam rectius & hic ſit, ad ſingularitatem evitandam, primo locare generalem articulum, quem ſi affirment teſtes, nihil oberit, ſi poſt ad articulos particulares ſingulares deprehendantur *Bal. Panor. Felin. & communiter Dd c. licet* 47. *de teſtib. Bar. l. de quib.* 32. *quæſt.* 4. *de ll. Fab. Angel. & alij in §. ex non ſcripto Inſt de iur. natural. Curt. cap. ult. ſect.* 8. *num.* 40. *de conſuetud. Alex. conſil.* 172 *punctu. vol.* 2.

24 FINIS † FINIUM: Ut agrorum
limites determinent, ac deſignent, qua-
tenus cuiuſque ager porrigatur. *can. ſi
quis Epiſcopus. 7 quæſt. 2. Monta. c. 15.
n. 13.* unde & iudices vocãtur, *Mont. c. 17.
num. 4. & 5.* ut controverſias limitum
tollant *c. forus. 10. vers. limes de V. S. d.
c. ſi quis epiſcopus* rem ſcilicet terminos
rũ controverſam dirimant, *l. inter. 44.
de recep. arbit.* Sicut enim per ſcul-
pturam, ſcripturam, picturam, homi-
num memoria retinetur: *l. in teſtamen-
to 27. de condit. & demonſt. l. monumen-
tum 42. vers. memoriæ cauſſa, de religioſ.
l. 4. l. 6. inf. de religioſis.*

Sic & per terminos, memoria de-
terminationis agrorum, perpetuo ſci-
licet, quo ad ſigna finium ducant, con-
ſervatur, *Angelus §. quadam. 20. num.
10. Iaſ. num. 38. Inſtit. de actionib.* Unde
& monumẽta quoq; dicuntur, *l. 2. h. tit.*

25 EFFECTUS igitur, quod ſint te-
ſtimonia & indicia confinium *Monta.
c. 15. num. 3.* demonſtratio *l. 1. h. tit. l.
penult. eod.* quæ certamina agrorum
auferant *d. l. inter 44. de recep. arbit. d.
c. forus. 10. Montanus c. 15. num 3.* unde
ob bonum publicum nec præſcriptio-
ne longi temporis mutantur *l. 5. h. tit.
Cuiacius l. 4. § ult. de uſucap. & Inſtitut.
eod. tit.* ſed tantum XXX. annorum
l. ult. h. tit. Et quo minus cuſtodiri poſ-
ſunt in agris, eo gravioribus ſanctioni-
bus muniuntur *Harmenopulus lib. 2. l. 3.
l. ult. de ter. moto l. 4. h. tit. l. 4 de off. præ-
fec. vigil. l. 8. ſup. de Epiſ. & clericis. tot.
tit. de abig. & furib. balnea.*

26 Itaque fines † & termini conſtituti
omni jure pro ſanctis habentur, & ex-
tat fulmen divinum *Deutero. c. 27. vers.
17.* ubi dicitur: Maledictus qui trans-
fert terminos proximi ſui. Et ut legi-
bus Atticis, ac aliarum gentium, ſic et-
iam Romanis, variè puniuntur, qui in
fines aliquid committunt, *l. 4. h. tit. tot.
tit. de ter. moto. Boſſius in prac. crim. eod.
Montanus, c. 35. per totum* qui poſt, *c.
36.* addit, una pœna non tolli aliam
*per gloß. l. ſed etſi. 4. §. ſi dicantur 4. verb.
de crimine fin. regund. Faber §. Quadam
in fine Inſtitut. de actio.* Allegant ad hoc
*l. ſanctio 41. de pœnis l. 3. inf. de ſepulchro
violato* quæ jura potius contrariũ pro-
bant ſicut & *l. ult. de furtis. l. ult. de in-
jur.* Itaque puto & hic ſtandum poti-
ut regulæ contrariæ, nec ob unum de-
lictum, pœnas plures exigendas eſſe, *l.
penult. §. ult. nau. caup. ſtabul. c. etſi cleri-
ci. 4. §. de adulterÿs ubi Dd. de iudic. Paris
de puteo in trac ſyndic. verb. compoſiti.
per tot.* 27

Addam & illud † Regem vel ſupe-
riorem, poſſe juſtum movere bellum,
ob fines turbatos *Monta. c. 47. nu. 4.
Paris de puteo de finib. c. ai ſi reus. num. 5.*
In inferioribus magis uſitatæ ſunt pi-
gnorationes, *Bal l. quemadmodum. 29. §.
magiſtratus 7. ad L. Aquil. Iaſon l. quo mi-
nus. 2. n. 100. de fluminib. Panorm. nu. 4 &
10. c. olim de reſt. ſpolia. gloſſa Iuris Saxo-
nici lib. 2. Art. 13.* Weichbild. *art. 14. in
fine.*

Fines tamen † magis jurisdictionem 28
oſtẽdunt in publicis, dominium in pri-
vatis *Monta. c. 15. n 12.* utrobique tamen
publicam faciunt fidem ſcripturæ &
notæ finium *glo. c. 1. verbo ſcripturam
de fide inſtrum. Monta c. 13 nu. 5.* & oſten-
dunt res, quas utrinq; attingunt, eſſe res
ſeparatas, & diverſas *l. in teſtamento.
31. de condit. & demonſt. Bart. l. 1. & Dd.
inf. ſi unus ex plurib. appellat. Aff. ict.
decis.*

deciſ. 23. num. 1. Montanus. c. 22. num. 2. 3. & cap. 23. in fine per l. 3. in fine cum ſeq. ff. eod l. 35. §. ult. de contrah. emtio.

Diſtinguuntur enim fines à rebus, quas diſtinguunt, *l. patronus. §. Sempronio. de legatis. 3. Monta. c. 23. num. 1. & 2.* etiamſi uſu utrinque accolis ſint communes. *l. arbor. 19. communi divid. Bart. tract. de fluminib. verb. acquirit. n. 8. Bal. c. ex lueris. num. 11. de praeſcrip. Monta. c. 25. num. 1. 2.* Sic tamen ut neutri liceat in confinio facere, quod alteri uſum eius impediat. *l. 4. §. ſed eſi. 3. cum ſeq. ff. eod. l arbor. 19. §. 1. & 2. communi divid.* Facit etiam REGULA. *l. in re communi. 25. de ſervit. ruſt. praed.*

29 Ultimo † & hoc addam, declarationem finium inter nō dominos factam, ut poſſeſſores, Emphyteutas, colonos, valere etiam inter dominos, & deinceps ſervandam eſſe. *Bal. Albericus & communiter Dd. l. 4. finium regun. §. finium. 9. Monta. cap. 28. in fine.* Quod accipiendum arbitror, quoties judicum vel menſorum autoritate, non privatorum arbitrio, eiuſmodi declaratio inſtituitur. *Monta. c. 21. num. 2.* pro quo *l. neq. 8. l. 9 ſup. de uſufructu.*

Praecipuum autem effectum monſtrant obligationes & actiones, de quibus poſt dicetur, cum aliqua de adiacentibus, affinibus, & contrarijs ſubiunxerimus.

30 Adiacentia † finium ſunt dimenſiones, ut longitudo, latitudo. *Monta. c. 84. & 85.* & harum menſuratio, vel intrinſeca, ut cum intra fines eſt aliquid menſurandum, vel extrinſeca *Monta. c. 26. num. 1.* aut antiqua, quae in definiendis finibus plerunq; ſervatur. *Monta. ibid. num. 6.* licet nova ſit melior, id eſt certior, *ut ibidem Montanus. pro quo gloſſ. c. olim. 20. verb. vel aeſtimationem de cenſib per cap. penul. eod. tit. c. quanto. 18. de jureiuran.*

Dividitur autem menſura per pedes. *l. penult. h. t.* pes per uncias, digitos & palmos, *Albericus. d. l. penul. hoc tit. Monta. d c. 26. nu. 3.* Huc etiam pertinent monumenta & ſigna. *l 2. h. tit. l. 6. inf de religios.* vel ſubterranea, ut ſtrues, vel eminentia, ut notae. *Monta. c. 17. & 19.* Item nomina propria, vera, falſa, quae quatenus attendantur tradunt. *gl. verb. vicinos. Albericus & Dd. l. 4. de cenſibus & Montanus. c. 84.* Item demonſtratio, *Monta. c. 86. per tot.* & quae in jure noſtro vocantur affinia. *l. penul. in fi. eod.* & cohaerentia de quibus. *Monta. c. 19. & 80.* quae magis à finibus diſtant, ſicut & pertinentiae. *Monta c. 75. num. 4. & c. 76. num. 3. & 4. c. 79. num. 7.* quam intermedia ut arbores. *l. arbor. 19. in princip. communi dividund. Monta. 75. num. 4. & 5. & c. 79. num. 7.* ubi tamen intermedia finium ſeparatorum ab illis ſeparat, & rectè quidem.

Affines ſunt; † in urbanis, parietes. 31
l. 2. l. 4. §. ult. eod. in ruſticis privatis, flumina publica, viae, *l. 4. in fi. ff. eod.* Nam in publicis haec ipſa pro finibus ſunt. *l. 5. eod.* Item modus agrorum. *l. 4. h. tit. l. de modo. 7.* de quo varia *in l. libera. 50. de contrah emtio. l. idem. 7. §. 1. de periculo & commod. rei vend. l. non modus. 12. ſup. de ſervitut.*

Contraria ſunt: † inundatio, *l. ſi irruptione. 8. ff. eod. Monta. c. 20. num. 1. 2.* vel alia finium confuſio, perturba- 32

 tio,

tio, uſurpatio, l. 4. *h tit. d. l. ſi irruptione* commutatio; agris additis vel detractis. *l. in finalibus.* 11. *l. penult. eod.* vel à conſenſu partium vel à vetuſtate, ut in obſoletis, vel à judicis autoritate, ut in adiudicatis. *l. 1. 2. h tit. d. l. in finalibus.* Item præſcriptio XXX. annorum, qua fines mutantur. *l. ult. h. tit. Mont. c. 74. num. 6.* à die turbationis ſeu mutationis inchoanda. *Monta. c. 33. num 10 & 74. num. 2. & 3.* Cæterum quæ ſunt intra fines, ab ijs ſejuncta, ordinario tempore præſcribuntur. *Monta. c. 76. num. 4. & 79. n. 7.*

De actione finium regundorum.

33 HOrum igitur † finium determinandorum nomine, datur Actio finium regundorum. *h. t. l. 2 l. 4. §. finium. 9. l. ult. in princip. eod.* ſeu judicium finium regundorum. *l. 2. in ſi l. 4. §. 1. & ult. & paſſim eod.* quæ vocatur etiam à materia finalis quæſtio. *l. in finalibus. 11. eod. l. 4. h. tit.* querimonia de finibus *l. 3 h. tit.* querela. *Monta. c. 30. num. 6.*

34 Eſt autem hæc actio † civilis *l. ult. eod.* perſonalis, *l. 1. eod.* mixta, *§. quadam. verſ. item finium Inſt. de actio* per quam fines reguntur. *Alciat. l. penul. in pr. h. tit. Monta. c. 38. num 5.* Dico eſſe civilem, *ex l. ult. cum ibi notatis eod & l. ult. ff. de term. moto* in perſonam, licet pro vindicatione ſit *l. 1. eod.* cui cohæret. *l. 3. h tit.* cum quo ad materiam, (Nam in ea peræquè de proprietate, ac poſſeſſione quæritur. *l. 3. h tit. l. penul eod.*) tum quo ad effectum. *l. eos. 12. verſ. quantum ad dominij quæſtionem eod.* Nam & hæc actio inſtar realis potius inter fundos, quam inter perſonas, datur. *l. 4. §. non ſolum. 8. l. iudicium. 9. eod.* & ſententia prædio magis fertur, quam perſonæ. *l. ſed & 4. §. ſi alter. 5. eod.* nimirum quia fines fundo, cui adhærent, nō perſonæ adiudicantur. *d. § ſi alter. 5.* unde & mixta actio perhibetur. *§ quadam. 18. verſ. Item finium regundorum. Inſt. de action. ubi Faber & Angelus. n 2. Iaſon. §. omnium. nu. 5. & §. actionum. n 77 Inſtit. de action. Monta. c. 38. n. 13. Papienſis in forma interrogationum verb. ad declarationem n. 2.*

Exiſtimo tamen aliquando merè perſonalem eſſe, *ut l. 4. h. tit.* aliâs merè realem. *ut l. 2. h. tit.* prout ratione dominij, vel delicti, intentatur. ut Mōtanus. *d. cap. 38. & Papienſis præalleg loco* oſtendit.

Cum igitur ſit tam varia, † non mirandum eſt, eſſe ſtricti juris, ſicut actiones reales, & ex delicto eſſe ſolent. *gloſſ. l. 1. in princip. verſ Sed nunquid bonæ fidei? Reſpondeo ſtricti juris. eod. Canoniſtæ in c. 3. de probationib* arbitraria tamen, quantum arbitror *l. de modo. 7. verſ. arbitri dantur. l ſi irruptione. 8. §. ult. verſ. dirimere quæſtionem, ut æquum eſt, ff eod.* 35

Eſt autem actio duplex, † *l. judicium. 10 eod l. in tribus. 13. de judicijs.* Ordinarij judicij *Mont. c. 36. 37. 38. 39* quod accipio, quatenus, & quando petitorij judicij, hoc eſt ad dominij quæſtionem pertinet *l. 3. h. tit. l. penul. eod. Iacob de Butrig. conſilio finium 1. num. 7.* non quatenus ad poſſeſſionem. *l. 3. h. tit. Monta. c. 38 in fine.* quia tamen nunquam de re tota, ſed de finibus tantummodo hîc quæritur, ideo habetur pro lite levioris momenti, minimeq; præiudiciali. *Monta. c. 59. in pr.* quod mihi minime probabile 36

bile videtur in finibus territoriorũ, ac ſimilibus magni momenti, præſertim quando judicium eſt ordinarium, & petitorium, ut diximus, quod poſt ſe nullum aliud habet.

37 Cæterum † quod popularem eam actionem vocat. *Monta. c.36.num.4.ex Bar. l. 1. num.9. de publ. iudiciis* accipiendũ eſt pro ſubiecta ibi materia, cum ex Lege ſcilicet Agraria ad pœnam agitur, fiſco pendendam. *l. ult. de term. moto.* quod innuit. *Monta. c.38. in fine.* ubi dicit hanc eſſe popularem, cum ex ea venit pœna fiſco applicanda, ex REGULA *Decij in l. ſi quis. id quod num. 17 de jurisdictio.* prout fit in hac actione, quando criminaliter agitur. *gloſ. §. ſi finium verb. furatum eſt. Inſt. de off. judic. & l. 1. & ult. de term. moto.* Cæteroquin cum privatum jus & intereſſe petitur; actionem eſſe privatam neceſſe eſt. *Monta. d. c.38. ex l. 1. 2. ff. eod. l. 3. & 4. h. tit.*

Eſt enim actio prorſus multiplex, & varia ſecundum cauſas, ex quibus & fines, ad quos agitur, ut aliâs perſonalis ſit actio, aliâs realis, aliâs pœnalis, aliâs rei perſecutoria, aliâs ex omnibus mixta. *ut Monta plurib. exponit. d. c.38. num. 12. 13. & ſeqq. Angel nu. 2. Faber. & paſſim. Dd. §. quadam. Inſt. de actionib. Iaſon. §. omnium, num. 5. Inſt. eod.*

38 Utrum autem † nativa ſit actio hæc, hoc eſt, quæ ex obligatione præſuppoſita naſcatur. *Caſtrenſis l. licet. 42. §. ea. 2. in ff. de procurator. Iaſon §. omnium, nu. 5. & 37 §. actionum. num. 77. Inſt. de actio. Monta. c. 28. nu. 3. & 4. 16.* an vero dativa, quæ citra obligationem detur ex lege. *Iaſon & Caſtrenſis præallegato loco. Decius. l. cum mota. 6. nu. 7. ſup. de tranſactionib. Monta. c. 38. nu. 3. 4. & 16.* variè diſputant noſtri. *Bar. Salyc. & Dd. l. ult. h. tit. Iaſon. & alij in §. quadam de actionib. Albericus. Florianus. l. 1. ff. eod.* Ac gloſſa quidem. *l. ult. h. tit. verſ. ſed eſt dativa. & in l. 1. verſ. reſponde non, ſed eſt dativa. ff. eod.* indubitanter aſſerit dativam eſſe propter turbationem. *Monta. c. 38. num. 6.* Sed verius eſt, eſſe nativam, cum ſit in perſonam. *l. 1. eod.* Ideoq; ex aliqua obligatione, qua perſona teneatur, eam naſci neceſſe ſit. *§. omnium. ubi Iaſon. & Dd. Inſtit. de action.* etiam propter turbationem. *ut l. 3. & tot. tit uti poſſidetis* niſi quoties ſine obligatione ex mora, legis æquitate detur, *ut inquit. Monta. c.38.*

Partes † huius actionis ſumantur ex 39
deſcriptione libellorum. *de quibus Monta. c. 43.* Generales autem ſunt: narratio libelli, in qua agens (qui nimirum prior provocat. *l. in trib. 13. de iudi.* aut conſenſu, ſortitoque has partes ſuſcepit, *l. ſed cum ambo. 14. de judiciis.*) ſe fines, quos determinari petit, poſſediſſe, aut poſſidere dicit. *Monta. c. 43. n. 10. Caſtrenſ. conſil. 713. in cauſa. nu. 3. volum. 2.* qui fines etiam demonſtrandi ſunt, *Montanus. d. c. 43. num. 11.* Nam omiſſa finium deſignatio vitiat libellum. *Monta. c 43. num. 11. per l. ſi in rem. 6. de rei vindic.* unde ſaltem duabus partibus ſunt deſcribendi, ſive verè, ſive falsò. Nec enim error judicium annihilat. *gloſ. l. forma. 4. verb. vicinos de cenſib. facit. §. ſi minus. 33. verſ. ſi quis aliud pro alio Inſtit de actionib. Papienſis in forma actionis realis verb. cui coharet. num. 1. & 5. Paris. de puteo. c. an ſi erratum. num. 3. de finib. feudi.*

Poſtre.

Poſtremo, concluſio quam pro ſubjecto & obiecto diximus eſſe variam poſſe, & huic ſubiuncta petitio eius quod intereſt. *l. 4. §. 4. verſ. eius quod intereſt. eod.* fructuum & expenſarum, *l. 4 §. poſt litem. 2. eod.* Item æſtimationis fructuum, damnorum, ad certam quantitatem, *Specul. de parroch num. 4. Monta. c. 43. num. 9. per cap. conſtitutus. 6. c. cum venerabilis. 7. de religioſ. domib.*

Sed hæ partes libelli ſunt, ipſius vero judicij duas facere partes videtur, *l. 3. h. tit.* videlicet: quæſtionem poſſeſſionis, & controverſiam proprietatis. *l. penul. eod.* Cæterum hæc ad ſpecies referre malim, cum *d. l. 3.* prius quæſtionem velit determinari. *ex l. in ordinarij. 13. ſup. de rei vendic. l. ſi de vi. 17. de iudicijs c. 2. ubi Panor. de cauſ. poſſeſſ.* quod in partibus non admittit, *l. Nulli. 9. ſup. de judic.*

Sit igitur huius actionis hæc prima
40 † in ſpecies diviſio, ut alia perhibeatur poſſeſſoria, *cap. 3. ubi Panor. n. 3. de probat. c. quia. 9. de præſcrip. l. 3. h. tit. Montan. c. 30. in princ.* quam prius eſſe determinandam. *Panor. num. 9. in d. c. ex literis. 3.* oſtendit. *& Monta. c. 36. nu. 6. & 7.* alia vero petitoria. *l. 3. l. 4. h. tit. l. 1. l. penul. eodem. Monta. d. c. 30. & Panormit. præalleg. loco.*

41 Altera diviſio † proponitur. *in l. 4. §. ſi communē. 7 eod.* qua diſtribuitur in actionem directam, quæ ex verbis legis datur, & utilem, quæ ex ſententia *de qua gloſſ. l. 2. verb. ædificiorum & Dd. eodem.*

42 Potiſſimum autem † quatuor remedia, nomine finium regundorum competere putantur. *Faber. in fi. Angel. num. 11. Iaſ. num. 73 §. quadam Inſt. de actio Monta. c. 34. num. 1.* videlicet finium regundorum actio, de qua hic. Secundo condictio, ex *l. 4. h. tit.* ad duplum cōtra eum, qui poſt quæſtionem de finibus motam, aliquid in illis uſurpavit. Nam eiuſmodi ſpolia & violationes rerum, præſertim litigioſarum, vel publicarum, pœna dupli multari ſolent, de ſpolio eſt textus. *c. 2. de cenſib. lib. 6.* de litigioſis. *l. ult. de litigioſ. ſ.* de publicis, *§. civitatum In Auth. de collatribus. l. ult. §. item. 2. de adminiſtr. rer. ad civit. pertinent. c. in legibus. 12. quæſt. 2. l. d. §. omnes 19. Inſtit. de actionib.* Tertium remedium eſt actio criminalis & pœnalis de termino moto *l. 1. 2. de termi. moto.* Quartum eſt actio L. Agrariæ, ad pœnam aureorum quingentorum. *l. ult. in fi. de term. moto.* quæ quatuor remedia, ad duo contrahunt, ajentes ex eadem controverſia finali duplex dari judicium, tam criminale, quam civile, adeo ut utrumq; uno libello cumulari poſſit. *Bald. l. ſed & §. ſi dicantur. 4. num. 2. ac ibi, Dd. fin. regund. Monta. c. 42. num. 11. 12. & 13. pro quo. l. ult. ſup. de ordi. judic.*

